Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

11.6.3.31

M
175

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
SACRA ET EXOTICA
AB ADAMO VSQVE AD AVGVSTVM.

DEMONSTRATIONIBVS MATHEMATICIS fulta & documentis Ethicis locupletata.

AVCTORE

IACOBO CAPPELLO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SEDANI,
Ex Typographia Ioannis Iannon.

M. DC. XIII.

Cum Priuilegio Chriſtianiſſimi Regis.

Digitized by Google

IN SACRAM ET EXOticam Iac. Cappelli hiſtoriam Sereniſsimo Britanniarum Regi nuncupatam.

I.

Clara ſerenati lux orta à lampade Phœbi:
Clarior à Phœbi luce, Iacobe, tui.
Temporibus dum picta ſuis tibi ſurgit ab æuo
Hiſtoriæ antiquæ fabrica ſtructa recens.
Geſta verecundis opulentas ſingula dictis:
Quæ veri è ſacris fontibus hauſta refers,
Linguarum & rerum gnarus; quæ gnaua vetuſtas
Prodidit innumeris pæne voluminibus.
Quæ tibi ruſpanti cunctis potiora fauiſſis
Gaza hæc tecta diu mente manuque tua eſt.
Flaua triumphato tibi tempore adorea parta:
Gemmea de veri luce corona venit.

II.

Quò nunc μουσαγετῇ, πολυΐστορι, ποικιλομήτῃ,
Παμβασιλεῖ, veterum lecta ἀνάλεκτα virûm?
Quem toto nihil orbe latet: qui cognitus orbi
Vera, animata, loquens Bibliotheca ſibi.
Hæc cauſa, hic cur Rex hoc dignus munere tanto; &
Res tanti hæc Regis digna patrocinio.
Quin ſpe reque ingens, diuinaque indole Princeps
Carolus hoc vltrò munere lætus ouat.

Andreas Meluinus.

Digitized by Google

IN DOCTISSIMAM D. Cappelli hiſtoriam.

Præpetibus dum raptat equis ſecum omnia Tempus,
Vt tenebris, nimium quæ micuêre, tegat.
Tu rapidas, Cappelle, rotas ſufflamine pennæ
Stringis, & alipedes hac ope ſiſtis equos.
Quos ſatur ille ſenex vaſto hauſit gutture natos,
Hac ope, fœcundæ reddere cogis Opi.
Ex te diſcit iners ſua jam cunabula mundus;
Et qui bis puer eſt, deſinit eſſe puer.
Omnia tabifico quæ carpſit denre vetuſtas,
Accipiunt priſcum, te renouante, decus.
Non mihi Parcarum tanti inſpexiſſe tabellas:
Conſcia fatorum diphtera, charta tua eſt.
Quæ tibi, ſeruanti monumenta tot aurea ab Orco,
Cum Genio ipſa Hebe ſerta ſat apta daret?
Totius vt jactet Tempus ſpolia orbis opima;
Tu ſpolia ex ipſo Tempore opima refers.

D. Tilenvs.

Digitized by Google

SERENISSIMO
POTENTISSIMOQVE
MAGNAE BRITANNIAE
ET HYBERNIÆ REGI,
~~DEFENSORI FIDEI~~,

IACOBO I. S.

ITER *aggredior*, SERENISSIME REX, *à multis tritum aut tentatum, ſed arduum tamen & periculoſæ plenum opus aleæ. Vel vnius populi, ſeculi, belli hiſtoriam ſcribentibus occurrunt ſentes, ſcopuli, ſyrtes, quibus ſuperandis ingenium & labor opus eſt. Hiſtoriam multorum populorum, ſeculorumque quadraginta ſcripturo multa librorum volumina fuerunt non ruſpanda tantum & euoluenda, ſed etiam expendenda, maximè cùm non ab ouo gemino, ſed ab orbe condito ſcriptionis initium atceſſam. In hac longinqua per multas Cycladas & Symplegadas nauigatione, quâ Cynoſurâ ſim vſus, quem ſcopum mihi propoſuerim, paucis mihi præfandum puto. Hiſtoriæ prima virtus eſt veritas. Igitur prima mihi cura fuit* verum exquirere & quaſi emolere, *vt Ambroſij verbo vtar, vt falſa à veris interternoſcerem, & vera à falſi ſuſpicione vindicarem. Quippe falſa ſæpe veri ſpecie nobis imponunt. Sed & multa nobis abſurda viden-*

tur & aſyſtata, quæ nec inter ſe, nec cum vero pugnant. Scriptores exotici ſæpe fallunt aut falluntur. Sacris neutrum conuenit. Quam multa tamen in ſcripturâ paſſim occurrunt ἐναντιοφανῆ? *His conciliandis qui ſtudet, etiamſi non ſemper ſcopum attingat, bonum tamen opus deſiderat. Sed & authores exoticos, quoties in ſpeciem potiùs quàm* ὄντως *veritati aduerſantur, qui commodâ interpretatione, aut minimè violentâ correctione eò manu ducit, vt & inter ſe conſentiant, & Prophetis accinant aut famulentur, is non tantum de humanioribus, ſed etiam de ſacris literis bene meretur. Hæc molienti multa perueſtiganda, multa ſcribenda fuerunt, quæ pleriſque ne legere quidem erit neceſſe, nedum perpendere. In ſingulis Chronologorum diſſenſionibus enucleandis verboſè litigare permoleſtum ſit. Aliquando tamen pedem ſiſtere, veri fontes indicare, ſententiæ noſtræ cauſas aperire neceſſarium fuit. Has diſquiſitiones qui non capiunt, vel quos illæ non capiunt, facile poſſunt, ijs tranſmiſsis ad alia tranſilire. Habebunt tamen hæc ſuum apud peritos vſum ad hiſtoriæ confirmationem, & temporum concatenationem. Lubricum tempus prehenſantium manibus ita ſe ſubducit, vt nullum ſui veſtigium relinquere videatur.* In huius fugacis, ac fluxæ rei poſſeſſionem natura nos miſit, ex qua expellit quemcunque vult. *Sed quantumuis lubricum ſit tempus, homo infirmus,* σκιᾶς ὄναρ *terræ vermiculus* ἐφήμερον ζῶον, *varias tamen artes illi dedit Deus, quibus fugitiuam antiquitatem retrahere, & labenti ſeculo compedes inijcere poſsit. Harum aliæ cœli motum, aliæ diuinę legis, aut hominum inſtituta ſpectant. In cælis habemus æquinoctiorum Solſtitiorumq; cum nouilunijs concurrentium, ſed in primis Eclipſium tam Solis quam Lunæ vices raro quidem à veteribus obſeruatas, ſed tantò diligentiùs à nobis conquirendas. In diuina lege dierum, & annorum habemus per hebdomadas diſtributionem, habemus*

Digitized by Google

& Sacerdotalium Præfecturarum vices in certum orbem recurrentes. In Hiſtoria Romana ſeſe nobis offerunt luſtrorum & ludorum ſecularium celebrationes, in Gręcâ Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, Panathenęa, in Chriſtiana, & Iudaica Paſchatum incertos anni dies concurſus, & id genus alia, quę nobis in vaſto hoc hiſtoricæ ſcriptionis Oceano prębent eum vſum, quem nautis pyxis polum ſpectans, architectis libella, aurificibus obruſſa. Has Celeſtium motuum & ciuilium inſtitutorum obſeruationes apud veteres ſcriptores perquirere, ſuis annis adſcribere, &, quàm cum hiſtoricis narrationibus conueniant, expẽdere nobis quidem dificillimum, lectoribus multis inſuaue, ſed plane neceſſarium fuit. Sic & muris θριγκώματα, & hortis ſepes prętendimus, & in ſpinis naſcentem roſam grata manu legimus. Quin & in ipſis ſentibus loqui non eſt dedignatus Deus. B. Ambroſius virginibus ſcribens libro 1. cap. 1. Vtinam, *inquit*, meas quoque ſpinas illuminet Deus. Erunt fortaſſe qui etiam in noſtris ſentibus aliquem mirentur lucere fulgorem, erunt quos ſpina noſtra non vrat, erunt quibus de rubo audita vox noſtra ſoluat de pedibus calceamentum, vt impedimentis corporalibus exuatur mentis inceſſus. *Non temere de Dei bonitate beneficium hoc ſperauit Ambroſius. Nobis idem optare potius quàm ſperare licet. Sunt tamen, ſi non laboris noſtri, ſaltem hiſtorię, quam in manibus habemus, cuius illuſtrationi animum intendimus, multiplices fructus, nec tantum ſuaues, ſed & ſalubres. Id ex vtriuſque teſtamenti canone colligas, cùm eius maxima pars conſtet hiſtorijs. Et ſacra quidem hiſtoria, quo certior, & ſanctior eò ſalubriores fructus edit. Hęc demum eſt* teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitę, nuntia vetuſtatis. *Parciores tamen in illius narratione fuimus, tum quia fontes ipſi conſuli debent & omnibus familiares eſſe, tum*

Digitized by Google

quia Bucholcerus, Torniellus, alij ſacram hiſtoriam fuſiùs enarrarunt, quàm vt nobis neceſſe ſit actum agere. Inter exoticas hiſtorias Grecæ potiſſimum illuſtrationi ſtuduimus, tum quia pauciores illam noſtris temporibus explicarunt, cùm olim fuerit omnium nobiliſſima, tum quia Græcis omnium propemodum artium humanarum inuentionem debemus. In hiſtoriâ Romanâ partem eam potiſſimum exornauimus, quæ trecentis circiter annis CHRISTI *natiuitatem antecedit, quia tum demum illuſtris, & certa eſſe incipit, eſtque velut apparatus ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam, quæ maioris eſt molis. Stabilita, quantum per monumentorum penuriam licuit, hiſtoriæ Chriſti aduentum antegreſſæ ſerie dedimus operam vt noſtrum & lectoris animum bonis moribus imbueremus, & redderemus hiſtoriam ſanctioris Philoſophiæ miniſtram. Hoc liberiùs ab eo fit, qui priſcam & peregrinam, quàm qui ſui temporis ac loci ſcribit hiſtoriam. Juſtinus Martyr, Lactantius, Auguſtinus, alijque tum veteres, tum recentiores eruditos multos libros ediderunt, quibus Ethnicæ ſuperſtitionis vanitatem, & deorum, quos Nationes adorabant, nouitatem traducerent. At hoc eſt proprium veteris hiſtoriæ peculium. Hîc igitur ſpecta nobiſcum deunculorum, qui maioribus noſtris inequitabant, mendicabula modo in cunis, modo in tumulis ſuis iacentia, fœdaque* μορμολύκεια *totius orbis conſenſu pridem exſibilata, ac tantum non fatentia*

Nil ſibi legatum præter plorare, ſuiſque.

Quid miſerius eo, qui, quid colat, neſcit,

Inferus an ſuperus tibi fert Deu' munera Vlyſſes.

Si, ne πολύτροπος *quidem ac duplex Vlyſſes apud Andronicum ſcit, cui iuſta faciat, quantò minus plebes?* Ακρότητες ἀμαθίας ἀθεότης ϗ δεισιδαιμονία, *vt eleganter ait Clemens Alexandrinus* προτρεπτικῷ. *Atheiſmi ſpecies eſt Epicureiſmus. Epicurus apud Ennium ſententiam*

ſuam ſic explicat.

Ego Deûm genus eſſe ſemper dixi & dicam cœlitum
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.

Eodem pertinet fortunæ modo veneratio, modo accuſatio. Pacuuius.

Fortunam inſanam eſſe & brutam & cæcam perhibent Philoſophi,
Saxique inſtar globoſi prædicant volubilem.
Sunt autem alij Philoſophi, qui contra fortunam negant
Eſſe vllam, ſed temeritate omnia regi.

Paulò moderatius inſanire videtur Accius, cùm ait.

Neque profectò Deûm ſummus Rex omnibu' curat.

Enimuerò qui omnia creare potuit, omnia curare non poterit? Quantò ſapientiùs Plautinus ille exclamat, Eſt profectò Deus qui, quæ nos agimus auditque & videt. *Videlicet. Nunquam, & nuſquam Deus ἀμάρτυρον ſe reliquit, benefaciens hominibus, & iram ſuam è cœlo reuelans aduerſus impietatem hominum Dei veritatem in iniuſtitiâ detinentium. Neque verò nos* defendet numerus iunctæque vmbone phalanges. *Omnibus ſufficit vna Dei manus Regibus ac populis puniendis, demetendis. Vides cateruatim corruentia Regum Diademata, vrbium propugnacula, populorum examina. Nunquid nos ſoli ferulæ diuinæ manum ſubducemus? Ex hoc ipſo iudicium faciemus, quale ſit hominis ingenium, quale noſtrum. Oculus noſter non niſi in ſpeculo ſe poteſt intueri. Nemo ſui iudex idoneus eſt. Reſpice hominem quouis loco, quouis tempore ſui ſimilem, peccato immerſum, & pœnis obnoxium. Quàm multa vitiorum, quàm rara virtutum ſeges in hiſtorijs occurrit? Etiam tum, cùm optimi videntur Ethnici, quis illorum Dei obſequium pro normâ, Dei gloriam pro ſcopo ſibi propoſuit?*

Vicit amor patriæ laudumque immenſa cupido..

Nec ille patriæ amor charitas fuit, ſed quaſi leonum in ſuos catulos affectus. Plurimum quoque apud illos potuit metus pœnæ, vel infamiæ, quam optimus quiſque maximæ pœnæ loco habet. Itaque Ægyptios hoc potiſſimum nomine laudat Diodorus, quod ſuos milites aſſuefacerent τὸ μέγιστον τῶν κακῶν κρίνειν τὴν αἰσχύνην, *h. e.* probrum in vltima miſeriæ linea ponere. *Hoc ipſum pudore nos ſuffundere debet, quod cæcis illis meridie palpantibus ſæpè plura expreſſit infamiæ metus, & gloriolæ cupiditas, quàm nobis, qui mundi lux audimus, Domini reuerentia, gehennę timor & ſuper cæleſtis gloriæ ſpes. Fama illa, quam captabant Nationes, fumus eſt. Sed qui infamiâ fruitur duplici nomine Gehennæ filius eſt, qui neque Deum, neque homines reſpicit, cùm Dei hominumque ius nouerit.* Atqui plus debet Chriſti diſcipulus præſtare, quàm mundi Philoſophus, gloriæ animal, popularis auræ, atque rumorum venale mancipium. *Sed* & *ſpecta emicantia nonnunquam tanquam in furioſis lucida interualla, & cum Tertulliano* teſtimonia animæ naturaliter Chriſtianæ, *vel, vt cum Euangelicâ tuba loquar,* legis opus Gentium cordibus inſcriptum & τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ *mentibus hominum etiam* ψυχικῶν *inſculptum, niſi mox talparum inſtar lucem oculis affulgentem aſpernati denſiores in tenebras quàm pridem abderent ſeſe ſeculi huius diſquiſitores. Chriſtianis quo purior affulſit lux, eò ſtudioſiùs cauendum, ne legis aurum & Euangelij gemmæ ſint in pectoribus noſtris tanquam in ſterquilinio. Hoc à nobis exigit non tantum ſacra, ſed etiam exotica hiſtoria. Nam etiam ſi veræ pietatis expertes fuerint Ethnici, tamen etiam inter illos edidit Deus & literarum monumentis ad nos vſq; propagata voluit, quæ nobis facem præferant & calcar addant non tantum ad virtutes ciuiles, ſed etiam ad veram pietatem ac ſynce-*

ram numinis reuerentiam. Nos igitur, quantum breuitatis ſtudium, multiplex rerum varietas, & virium noſtrarum tenuitas ferre potuit, dedimus operam vt carptim quidem ſed paſſim aſpergeremus documenta pietatem & bonos mores ſpectantia, dum, modo Gentilitiæ ſuperſtitionis ἀβελτηρίαν *demonſtramus, modo Dei prouidentiam aſſerimus, modo virtutis vberes fructus, vitiorum infauſtos exitus indicamus. Eſt autem virtus omnibus quidem ſalutaris, nemini infrugifera, ſed quò quiſque dignitate reliquis antiſtat, eò plures ac prꝺſtantiores ex virtute fructus capit, plura ex vitio damna. Sunt quidem, quibus nihil minus ſapit, nihil minus regibus conueniens videtur, quàm quod cœlum ſapit, quaſi cœli exules eſſe neceſſe ſit, qui in terra regnant. De iuſtitia, de caſtitate, de iudicio futuro differentem Apoſtolum audiens tremefactus infeliciſſimus* Felix *in aliud tempus hęc differre iuſſit. Pietatis præcepta Gnatones aulici, Regum ſorices, regnorum peſtes ad aretalogos & magiſtellos relegãda cenſent.* Sanctitas, *inquiunt*, pietas, fides

Priuata bona ſunt: quâ lubet Reges eant.

Prꝺcidendis iſtis linguis ſi credas Regem naſci, Regem fieri non dignitas ſit, ſed ſupplicium. Non ita M. T. quæ ſtudijs pietatis nihil habet antiquius, nihil magis in votis, quæ verum Regem ac duplici nomine Regem eum putat, qui non tam ſubditis imperat, quàm ſibi: vt viciſſim ſubditi non tam Regem timeant, quàm Regi. Cùm igitur illuſtriſſimorum quorumque Regum, & eorum qui principem in Eccleſiâ locum obtinuerunt hiſtoria, Regum noſtri temporis præſtantiſſimum ſibi vindicet aſſertorem, ambigere non potui, quem potiſſimum eligerem. Vnum video, qui de ſcriptis aliorum & de rebus ad pietatem pertinentibus ſententiam ferre poſſit, qui legenda, cedroque digniſſima ſcribat & ipſe ſcribenda faciat ac immortalibus in omnem poſteritatem præconijs conſignanda. Imprimis cùm

eâ mente ſcribam hiſtoriam, vt ſit prouidentiæ diuinæ ſpeculum, ſcio quidem Deum ſuorum omnium operum, maxime Regum, quos eam ob cauſam Homerus meritò διοτρεφέας *vocabat, curam ſuſcipere, ſed nuſquam plura, nuſquam illuſtriora video prouidentiæ diuinæ, fauoriſque ſpecialis teſtimonia, quàm in T. M. vita. Cuius hodie, cuius vnquam Regis vita pluribus, atrocioribus, ſeculorum omnium deteſtatione dignioribus inſidijs petita eſt, præſentibuſque periculis præſenti numinis auxilio erepta? Quis hæc recolens fateri non cogatur & Deum eſſe, & Deo T. M. eſſe curæ? Non alium igitur Regem iuſtiùs eligere potui, cuius nomini tot Regum, tot regnorum hiſtoriam conſecrarem. Vnum ſupereſt, vt cum humanitate certans M. T. ſublimitas animum quàm vires noſtras potius reſpiciat, & ſerenitate ſui vultus conatibus noſtris adſpirans calcar addat ad alia ſuſcipienda. Deum interim Opt. Max. veneror, vt quo ſublimius ad faſtigium M. T. euexit, quo pluribus ac illuſtrioribus donis eam coronauit, quo miraculoſiùs eam hactenus conſeruauit, eo diutiùs incolumem eam conſeruet tum Magnæ Britanniȩ, tum totius Reip. Chriſtianæ bono.*

Digitized by Google

HISTORIÆ SACRÆ ET EXOTICAE
LIBER PRIMVS.

Quot annos ante Chriſtum numerent Græci.

IN annis ab orbe condito ad Chriſtum vſque numerandis mira eſt auctorum diuerſitas. Portentoſiſſima omnium, quas a Chriſtianis traditas legi, ſententia habetur in Tabulis Alphonſinis quas A. D. 1524. caſtigauit Lucas Gauricus & dicauit Pompeio Columnæ, quem Septennio ante Cardinalem fecerat Leo X. Idem Gauricus quadriennio poſt in Claudij Ptolemæi μεγάλην σύνταξιν ſcripſit A. D. 1528. Gauricus ergo, Ab Adamo, *inquit*, ad Diluuium vniuerſale ſunt anni *3882.* dies *167. legendum 267.* A Diluuio ad Chriſtum Saluatorem ſunt anni 3101. dies 319. Ab Adamo ad Chriſtum Saluatorem 6984. dies 221. Ab Adamo ad calcem anni Saluatoris 1524. ſunt anni 8508. dies 221. Character diluuij eſt feria quinta, Chriſti ſeptima. *Ita Gauricus credidit Solem creatum cyclo ſolis XXVI. Luna x. Maij XIX. feriâ quartâ, Arietis octauo, Plenilunio, Diluuium contigiſſe cyclo ſolis XVI. Februarij x. feriâ quintâ, Chriſtum natum cyclo ſolis nono, Decembris XXV. Sabbatho. Græci multi plures annos quàm Gauricus numerant a Diluuio ad Chriſtum. Sed ab Adamo ad Diluuium numerant plerique annos 2242. ad ſummum 2262. Eccleſia Conſtantinopolitana, Alexandrina & aliquot aliæ verſus Orientem æram mundi inchoant anno quinquies milleſimo quingenteſimo nono ante æram Chriſti, cyclo ſolis Septimo decimo, lunæ tertio, indictione tertiâ, Septembris primo. Exempli cauſa. Concilij ſexti canones in Trullo ſcripti ſunt A. D. 691. indictione quartâ. Trullani Patres canone tertio vocant hunc annum mundi 6199. Theodorus Studita obijt A. D.* *Apud Baron. A. D.*
826. Diſcipulus eius ait eum obijſſe anno mundi 6335. indictione quintâ, No- *826.*
uembris vndecimo, die Dominicâ. Conſtantinus Philadelphienſis Sulæ filius ſcribebat A. D. 1195. computum Græcum, cuius copiam pro ſuâ humanitate

mihi fecit Iſaacus Caſaubonus vir doctiſſimus. Is hunc annum vocat mundi 6703. aitq́; Νομικὸν φάσκα h. e. Lunam xv. incidiſſe eo anno in Martij xxix. Meliùs dixiſſet in Martij xxvij. Ioachimus Alexandriæ Patriarcha Alexandro Comiti à Levuenſteim teſtimonium dans ſubſcribit ἔτει αφζάχξιϛ῀, ἀπὸ Ἀδὰμ ζό. Δεκεμβρίῳ κϛ΄.

Africanus, Hipolytus, Antiocheni, Æthiopes, Maronitæ, alij quaſi rotundatũ numerum affectãtes numerant præciſe mille quingẽtos annos ab Orbe condito ad Chriſti ærã, ſiue verã, ſiue receptam. Cedrenus huic ſummæ ſeptennium detrahit, Maximus Monachus nouẽnium. Neuter ſibi ſatis conſtat. Sed mens conditorum huius æræ Æthiopicâ paulo minoris hæc fuit, vt eam inchoarent anno ante receptam Chriſti æram 5494. cyclo ſolis quarto, Lunæ penultimo, indictione primâ, menſe Septembri. Author huius ſentẽtiæ fuit Panadorus Ægyptius Monachus Arcadij tempore florens h. e. aliquanto ante quadringẽteſimum Chriſti annum. Is teſte Georgio Taraſij Patriarchæ Syncello dicebat Chriſtum natum anno mundi 5493.

Itaq́; Nicephorus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Chronologiam ſuam claudens anno receptæ Chriſti æræ 857. indictione quintâ, ait hunc eſſe annum mundi 6350. ſed quia annus Æthiopicæ mundi æræ 6350. incidit in annum Chriſti 850. ideò Nicephorus hariolatur indictionem quintam, quâ ſuam hiſtoriam claudit, conuenire cum anno Chriſti 850. Adeò tum quoq́; rarus & incertus erat in Oriente Æra Chriſti vſus.

Origenes in Matthæi xxiv. Tractatu xxix. ſibi perſuadet ab orbe condito ad natum Chriſtum eſſe ſexcentas nonaginta annorum hebdomadas h. e. annos 4830. hinc ad excidium templi decem hebdomadas, h. e. annos 70. quod ita demum aſſequeris, ſi ante diluuium ſequaris Hebraicam veritatem, poſt diluuium Græcam verſionem, quam rationem, quod mirum eſt, ſecuti ſunt Samaritani.

Gregorius Turonenſis numerat ab Orbe condito ad Diluuium annos 2242. Hinc ad Exodum 1404. Hinc ad Chriſti paſſionem 1538. Hinc ad Martini tranſitum 412. Hinc ad Gregorij Magni quintum 218. Colliguntur 5814. Verò propiùs dixeris à Diluuio ad Exodum eſſe annos 1414. Hinc ad Chriſti mortem 1528. Vt vt ſit, Gregorius numerat 5150. circiter annos ab Adamo vſque ad Chriſtum.

Euſebius, cùm in cæteris ſequatur lxx. interpretes, tamen Kainanem, quem illi fingunt fuiſſe Arphaxadi filium, Salæ patrem, cùm vixiſſet annos centum triginta, expungit. Atque ita numerat ab Orbe condito ad diluuium annos 2242. Hinc ad natum Thare 873. Hinc ad natum Abrahamum 70. Hinc ad promiſſionem 75. Ad Exodum 430. Ad conditum templum 480. Ad euerſionem templi 440. Ad ſecundum Darij Hyſtaſpidæ 70. Ad Chriſtum 520. Colliguntur anni quinquies mille ducenti. Sed quia Dionyſiana Chriſti æra vno anno Euſebianâ poſterior eſt, ideo in Euſebij chronico primus Euſebianæ Chriſti æræ annus conuenit cum 5199. Euſebianæ mundi æræ anno. Author verò Martyrologij Romani ita agit ac ſi re verâ Chriſtus natus eſſet anno à crea-

Martyrolog. Rom. Decembr. 25. tione mundi quinquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono, A Diluuio verò anno bis milleſimo nongenteſimo quinquageſimo ſeptimo: A natiuitate Abrahæ anno bis milleſimo quintodecimo: ab vnctione Dauid (*imò à conditu templi*) anno milleſimo trigeſimo ſecundo &c. *Hic Baronius monet* Catholicam Dei Eccleſiam in ſupputando annorum numero ſeptuaginta interpretes ſequi conſueuiſſe. *At ex his, quæ diximus, liquet. 1. Orientales Eccleſias trecentis plus minus annis à Romanâ diſſentire. 2. Romanum Martyrologium non per omnia ſequi lxx. interpretes. Sed & Bellarminus, Genebrardus, Torniellus, aliiq́ illuſtres Eccleſiæ Rom. doctores lxx. interpretum epilogiſmum reſpuunt.*

Atq. adeò Chronologorum noſtri temporis vnus, quod ſciam, lxx. interpretes ſecutus eſt Chriſtophorus Lauretus, ſed ratione planè nouâ. Is numerat ab Orbe condito ad Diluuium annos 2262. In hoc ſanè meliùs quàm reliqui, qui cum numerent tantum annos 2242. Mathuſalam imprudẽtes Diluuio ſuperſtitem faciunt. hinc ad natum Thare annos duos & mille numerat Lauretus adnumerato ſcilicet Kainane, quem commenti ſunt lxx. interpretes. Hinc ad natum Abrahamum annos ſeptuaginta, Hinc ad promiſſionem annos 75. A Promiſſione ad Exodum annos 430. colliguntur anni 3829. quos Lauretus vult eſſe dierum 360. Ita ſiunt anni Iuliani 3783. Deinceps ſequentes annos vult eſſe ſolaribus æquales. Ita numerat ab Exodo ad conditum tẽplum annos 480. Hinc ad deſtructionem templi annos 437. A Deſtructione ad ſecundum Darij Hyſtaſpidæ annũ annos 82. Hinc ad æram Chriſti annos 520. vt & Euſebius & omnes probæ notæ Scriptores. Ita putat Solem creatum anno 5302. ante Chriſti æram cyclo ſolis primo, Lunæ ſecundo, Aprilis xxviij. feriâ primâ, quâ die Nouilunium cum Æquinoctio concurriſſe arbitratur. Sed omnino annis ante Chriſti æram quinque millibus & trecentis Æquinoctium vernum fiebat potius Maj primo, quã Aprilis xxviij. Itaque meliùs dixiſſet Lauretus. Solem creatum Maj primo, feriâ quartâ, corniculante Lunâ, Sed Lauretus tam Aſtrologiam, quàm Chronologiam nouam comminiſci pulchrum iudicauit.

QVOT ANNI CIRciter numerandi ſint ab Adamo vſque ad Chriſtum.

IN contexendis Patriarcharum, qui diluuium anteceſſerunt, annis, quater ſumimus annũ inchoatum pro abſoluto, atque ita ab Adamo ad diluuium numeramus tantum annos Ægyptiacos 1652. Iulianos 1651. cùm alias ob cauſſas, tum maximè, vt anni mundi per 7. & 49. diuiſi dent annum hebdomadis aut Iubileum ineuntem ab Autumno, vt notamus A. M. 392.

A Diluuio ad natum Thare Auguſtinus Torniellus numerat annos 252. non 222. vt reliqui omnes, qui Hebraicam veritatem ſequuntur, quia Kainanem à LXX. interpretibus confictum putat natum anno Arphaxadi XXXI. Vide A. M. 1689.

Digitized by Google

A nato Thare ad natum Abrahamum cum Beroaldo, Paræo, Torniello numeramus annos 130. non 70. vt plerique alij, adducti in primis authoritate B. Stephani Actorum VII. Vide A. M. 1944. & 2003.

A nato Abrahamo ad Exodum quingentos tantum annos cum Iudæis numeramus collatis his locis Exodi XII. 40. Geneſ. XII. 1. XV. 13. Galat. III. 17. Vide A. M. 2073. 2078. 2103. 2503.

Ab Exodo ad conditum templum diſertè numerantur anni 480. 1. Reg. *6*.

A condito templo Salomonis ad eius euerſionem annos 427. colligimus ex ſerie regum Iuda & ex Ezekielis quarto capite.

Ab euerſo templo ad eius inſtaurationem numeramus annos ſeptuaginta, eamq; a Dario Hyſtaſpis filio factam eſſe colligimus ex Zachariæ I.12.VII.5. Aggæ I.2.1. Idem docet hiſtorię exoticæ cum ſacrâ legitima connexio, cuius vincula vide A. M. 3404.3410.3442.& 3481. Itaque Scaliger etiamſi inſtauratorem templi velit eſſe Darium Nothum, tamen agnoſcit & ipſe annos ſeptuaginta ab euerſo templo ad ſecundum Darij Hyſtaſpidæ annum.

A ſecundo Darij Hyſtaſpidæ ad primum Seleucidarum annum numeramus annos octo & ducentos freti authoritate Ptolomæi, Diodori Siculi, Euſebij & aliorum eius notæ ſcriptorum.

Quod vero ab euerſo templo ad Seleucidarum æram pro 278. annis Iudæi numerant tantum annos 92. Paræus 171. Beroaldus 197. Hinc factum eſt, quod in his rebus exoticos ſcriptores fide indignos putarunt.

Ab Æra Seleucidarum, quam Iudæi Contractuum vocant, ad ęram Chriſti nullum eſt inter chronologos diſcrimen niſi forte vnius biennij vel quadriennij. Colliguntur annorum plus minus quatuor millia.

QVOT ANNI PRÆciſè numerandi ſint à Solis creatione vſque ad æram Chriſti.

EX annorum aggregatione ὁλοχερῶς iuxta Hebraicam veritatem factâ colligimus ab Adamo ad Chriſtum annorũ circiter quatuor millia. Vt aliquid certum definias, quęrendum. 1. Quis fuerit annus Patriarcharum. 2. Quo cœli puncto creatus ſit Sol.

Primam quęſtionem ſic definit Auguſtinus Torniellus. Annus, inquit, quo Moſes vtitur in hiſtoriâ Diluuij, erat Solaris, menſes vero lunares, ita quidem vt primus menſis eſſet dierum XXIX. ſecundus dierum triginta. & ſic deinceps. Neque Patriarchas tantum ante Moſem, ſed & Iſraelitas poſt Moſem huiuſmodi anno vſos fuiſſe contendit. At quo iure Patriarchas & Iudęos fingemus eâ anni forma vſos, qua nullam vnquam nationem vſam fuiſſe legimus? Quotquot menſibus Lu-

Torniel. A. M. 1656. §. 10. & 25. & A. M. 2544. §. 31. & A. M. 2545. §. 27.

Digitized by Google

naribus vſos nouimus, hi primò dederunt dies triginta, ſecũdo XXIX. & ſic deinceps, anno verò ſuo menſes modo duodecim, modo tredecim, dies modo 354. modo 384. vel, vt Turcæ, conſtanter menſes duodecim, dies circiter 354. vel 353. prout Lunæ rationibus conuenire putant. Turcarum annus cum Solari nunquam conciliatur. Reliqui, puta Græci, Romani, & hodie Iudæi intercalationum beneficio efficiunt vt anni nouemdecim Lunares faciant circiter nouemdecim Solares. Vt autem vnus annus menſibus Lunaribus conſtãs ſit Solaris, neque id quiſquam ſomniauit, & iungentur capreæ lupis priùs quàm vt id præſtari poſſit.

Nam ſi primi anni menſes a Nouilunio cœperint, & exactis duodecim menſibus addas dies vndecim, vel duodecim, tum ſecundi anni menſes a duodecimo circiter die Lunæ, tertij anni menſes a viceſimo tertio die Lunę incipiẽt, & ſic deinceps. Atque ita Lunares deſinent eſſe menſes. Lunares enim menſes vocantur, qui à Nouilunio vel circiter incipiunt. Enimuerò quorſum lunaribus menſibus vtatur quiſpiam, niſi vt cognito die menſis ſtatim ætatem Lunæ ſciat? Iudęi veteres dicebant Solem creatum, Rabbi quidem Ioſue menſe Niſan, Rabbi vero Eleaſar menſe Tiſri, non quod putarent Adamum menſibus iſtis vſum, ſed quod quiſque dat operam, vt cuiuſuis populi ac ſeculi menſes & annos ſuis accommodet, quo modo apud nos alij menſe Aprili, alij menſe Octobri creatum Solem dicunt.

Sed & Moſis epilogiſmos in hiſtoriâ Diluuij planè interuertit Torniellus. Diluuium, inquit, cœpit die anni quadrageſimo ſexto. Pluit dies 40. Aquæ inualuerunt dies 150. Decreuerunt dies 13. Ita die 204. ab inchoato diluuio arca cœpit quieſcere, menſis ſeptimi die XXVII. ab eâdem epochâ, nempe ab inchoato diluuio. Sed vnde expiſcatur Torniellus illos ſiue 13. ſiue 14. dies? Hos Torniellus pro arbitrio finxit. Rurſus. Diluuium, inquit, cœpit die anni 46. Adde menſes nouem dierum 265. tum dies 40. & bis ſeptenos. Colliges dies 365. Rectè. At cur tantum dies 14. addi iubet? Cum nouem menſibus addendi ſint dies 40. & ter ſepteni: vel bis dies quadrageni, bis ſepteni? Hiſtoriæ Diluuij legitimam ſeriem docemus. A.M. 1652. & 1653. Ea docet menſes omnes fuiſſe dierum tricenûm. Vnde colligimus annum habuiſſe duodecim menſes dierum tricenûm, & inſuper dies quinque, qui annus vulgò vocatur Ægypriacus: quia eo ab vltimâ hominum memoriâ vſi ſunt Ægyptij. Eâdem anni formâ vſi ſunt Perſæ & Armenij. Vide A.M. 1460. Ita quoque ſentit Ioh. Temporarius. *Tempor. Chronol. l. 3. c. 2.*

Secunda quæſtio erat, quâ cœli parte creatus ſit Sol. Prima Scaligeri ſententia fuit Æquinoctio verno in primo Arietis puncto creatum. Poſtea dixit non Solem, ſed lucem creatam in primo libræ puncto. Sententiam hanc ſecuti ſunt Sethus Calni- *Vide A. M. 50. & 51.*

ſius & Theobaldus Meuſchius. Torniellus quoque cenſet mundum autũnali potiùs quàm verno æquinoctio creatum. Colligunt id ex Exodi XXIII. 16. & XXXIV. 22. Itaque Paraphraſtes Chaldęus 1. Regum VIII. 2. hęc verba *in menſe Ethan, hic eſt menſis ſeptimus* ita παραφράζει dicam, an παραχαράττει? *in menſe, quem antiqui vocabant primum, nunc autem vocatur ſeptimus.* Rabbini quidam menſem hunc *Etan* dictum volunt, quod in eo creata ſint *Etane holam* h. e. *robuſta ſeculi.* Meliùs illi, quos refert R. Schelomoh Iarchi, quoſque ſequitur R. Ioſeph Kimchi, referente filio eius Dauide Kimchi menſem *Etan* dictum volunt, quia in eo conſummatur fructuum collectio. Atque hęc ipſa cauſa eſt cur Moſes feſtum tabernaculorum vocet *Chag Aſiph.* h. e. *feſtum collectionis* & fieri dicat *Betſet haſchana* Exod. XXIII. 16. *Bitkuphat haſchana* Exodi XXXIV. 22. h. e. *in exitu, in reuolutione anni.* Quippe vbiuis gẽtium neceſſariò duplex eſt annus, ciuilis & ruſticus. Quicunque tandem ſit ciuilis annus, ſemper ruſticus ſiue Georgicus agricolarum annus incipit a ſatione; definit in meſſe. Igitur vbi Iudæa conſummabat ſuam meſſem ſiue collectionem ſegetum, ac fructuum, ibi ſuum annum deſinebant agricolæ tam poſt quàm ante Moſem, eoque nomine Moſes iuſſit Deo gratias agi Tabernaculorum feſto, circa quod deſinebant anni Sabbathici, hebdomadici, Iubilei. Ideoque menſis *Etan*, ſiue *Tiſri* die decimo denuntiabantur Sabbathiſmi & Iubilei. Hæc vera cauſſa eſt, cur in rebus ad agriculturam pertinentibus menſis *Etan* ſiue *Tiſri* dicatur primus aut vltimus anni menſis. Qui hinc colligunt mundum Autumno creatum, elenchum admittunt περὶ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον.

איתני עולם·

חג האסיף
בצאת
בתקופת
השנה·

Leuitici 25.

At multò plures cẽſuerunt Solem Æquinoctio verno creatum. Fuit hæc R. Ioſuæ, & R. Samuelis, fuit omnium Aſtronomorum ſententia, vt qui vno conſenſu omnes cęleſtium motuum initia a primo Arietis pũcto inchoarint. Fateor hinc ineptè, inſanientem potiùs quam iudiciariam Aſtrologiam concludere ab eius puncti conſtitutione de toto anno iudicium fieri poſſe. Itaque meritò Genethliacos hoc nomine ſugillat Mirandulandus & admirandus Comes. Sed Hagar ancillæ culpa Saræ fraudi eſſe non debet. Quod omnibus naturę cõſultis placuit, ipſius naturæ vox videtur eſſe. Patrum quæ fuerit ſententia, vide apud Torniellum. Scaliger vno verbo. *Omnes*, inquit, *veteres magnum honorem habuerunt diei XXV. Martij in quo mundum conditum, Chriſtum conceptum & paſſum putabant. Ideoq; diem hanc* πρωτόκτιστον ἡμέραν *vocabant, quod ab eâ crederent cæpiſſe primum Æquinoctiũ.* Quod προηγήσεις ἰσημερινὰς, Æquinoctiorum præceſſiones ignorarint veteres, excuſatione digni ſunt.

Vide A. M. 140.

Ioh. Picus aduerſus Aſtrolog. l. 7. c. 6.

Scaliger præfat. in Euſeb.

Cur autem cum omni propemodum antiquitate credam Solem Æquinoctio verno creatum, magnas & iuſtas cauſſas habeo. 1. In nobiliſſimô & cultiſſimo totius orbis he-

Digitized by Google

miſphærio habemus perpetuam veluti meſſem florum, herbarum, frugum, fructuum ab Ariete vſque ad Libram. 2. Toto illo ſemeſtri ſpatio dies noctibus longiores ſunt, atque ita regnum obtinet lucis ſplendor, cœli ſerenitas, ſoli amœnitas, rerum omnium generatio. Sequente Semeſtri interuallo dominatur noctis atror, cœli ſquallor, ſoli illuuies, rerum omnium interitus. 3. Circa Edenem, vbi creatus eſt homo, ſimul ac Sol Arietem attigit, ſegetes flaueſcere, ac proinde multi fructus matureſcere incipiunt. De vitibus, quæ forte tum nullæ adhuc erant, non eſt quod ſollicitus ſit Caluiſius. Et habuit omnino annus ille aliquid extraordinarium. 4. Solem feriâ quartâ creatum Moſes docet. Anno autem quater milleſimo ante Chriſti æram Æquinoctium vernum fiebat Aprilis XXI. Ea dies eo anno incidit in feriam quartam, Meſori Ægyptiaci, Adarmei Perſici, & Marchats Armeniaci primum. Non potuimus igitur a die conuenientiore menſium & annorum mundi epilogiſmos inchoare.

DISPOSITVS MENSIVM PRIMO MVNDI ANNO CONVENIENS.

MENSES.

	Adami.	*Ægyptiorũ.*	*Perſarum.*	*Armeniorũ.*	*Romanorum.*	*Cæleſtes.*	*Feria.*	
A.	1.	Meſori	Adarmei	Marchats	Aprilis 21.	Arietis 1.	4.	30
C.	2.	Thoth	Di	Haruatſis	Maij 21.	Arietis 31.	6.	60
E.	3.	Paophi	Behemen	Nauaſari	Iunij 20.	Tauri 30.	1.	90
G.	4.	Athyr	Aſphandar	Huri	Iulij 20.	Gemin. 29.	3.	120
B.	5.	Chœac	Phrurdin	Sahami	Auguſti 19.	Cancri 28.	5.	150
D.	6.	Tybi	Adarpahaſt	Theri	Sept. 18.	Leonis 26.	7.	180
F.	7.	Mechir	Chardad	Cagutſch	Octob. 18.	Virgin. 25.	2.	210
A.	8.	Phamenoth	Thir	Arats	Nouẽb. 17.	Libræ 24.	4.	240
C.	9.	Pharmuthi	Marded	Mahich	Decẽb. 17.	Scorpij 24.	6.	270
E.	10.	Pachon	Seheharis	Arich	Ianuarij 16.	Sagitt. 24.	1.	300
G.	11.	Payni	Mehar	Ahili	Februar. 15.	Capric. 25.	3.	330
B.	12.	Epiphi	Aben	Mariri	Martij. 17.	Aquar. 25.	5.	360
D.		*Epagomenæ*	*Muſterakath.*	*Intercalares*	Aprilis 16.	Piſcium 25.	7.	365.
		Secundus, tertius, quartus mundi annus			Aprilis 21.	Arietis 1.		
		Quintus, VI. VII. & VIII. mundi annus			Aprilis 20.	Piſcium 30.		
		Nonus, Decim⁹. XI. & XII. mũdi annus			Aprilis 19.	Piſc. 29. & ſic deinceps.		

Vide de hac retroceſſionis ſerie A. M. 1460. & 2919.

Digitized by Google

Qui computi doctrinam intelligunt, ij ſciunt Æram Chriſti, quâ omnes Chriſtianæ nationes vtuntur, initium ducere a cyclo ſolis decimo, Ianuarij primo, Sabbatho, Capricorni nono, Tybi Ægyptiaci vndecimo, vndecimo item Adarpahaſt Perſici, & Theri Armeniaci. Ante eam diem vſque ad ſolis creationẽ retrò numeramus annos Iulianos 3998. dies 255. annos Solares, ſiue Tropicos itidem 3998. dies 283. annorum Ægyptiacorum, Perſicorum, Armeniacorum, Patriarchalium quatuor millia, & dies centum ſexaginta. Quippe annus Ægyptiacus eſt dierum 365. Iulianus addit horas ſex. Tropicus addit tantum horas quinque, minuta 49. 16. ex Alphonſinorum ſentẽtiâ, quam vero proximam eſſe perſuadet comparatio obſeruationum Aſtronomicarum a recentioribus factarum cum ijs, quas a veteribus obſeruatas legimus, quaſque paſſim hiſtoriæ noſtræ inſeruimus. Itaque anni Tropici centum triginta ſex maiores ſunt Ægyptiacis diebus triginta tribus, minores verò Iulianis die vno, & fere viginti minutis horarijs, ſiue manis horæ triente.

Igitur ſi medium ſolis motum ex Alphonſinorum ſententiâ definias, comperies quatermilleſimo ante Chriſti æram anno Solem Aprilis XXI. feriâ quartâ fuiſſe in Arietis primo. Nondum, inquies, ſcopum attigiſti. Nec enim medius, ſed verus ſolis motus indicandus eſt, & quidem in certo aliquo meridiano. Etiam hora deſignanda, a quâ ſolis motum inchoem. At ego non ephemeridas, non abacum Aſtronomicum, ſed hiſtoriam aggredior, in quâ plus ſatis eſt, ſi annorum, & in quibuſdam epochis dierum ratio conſtet.

Quia tamen epocha creationis eſt omnium illuſtriſſima, & luxato fundamento periclitatur tota ſuperſtructi ædificij moles, dico meridianum, ſub quo creatus eſt homo, pręciſe definiri non poſſe. Videri tamen creatum non procul a Meridiano Babylonis. Iam cõſule Tabulas Prutenicas omnium quæ adhuc extant, vt moroſiſſimas, ita & accuratiſſimas, comperies annis Iulianis 3998. diebus 255. Solis ortum vel præciſé incidere in primum Arietis punctum, aut ab eo vix minutis quatuor diſtare in meridiano Babylonis.

Verum, vt vt tibi ſatisfaciant Tabularum Alphonſinarum, aut Prutenicarum hypotheſes in definiendâ Tropici anni quantitate, &, ſi non horâ, ſaltem die, quâ ſolem creatum rationi conſentaneum ſit. Quæres forte, quibus argumentis nitantur meæ in contexenda ciuilium annorum & menſium ſerie inde ab orbe condito hypotheſes? Tu ſic collige. I. Inter omnes Aſtronomos conſtat annis Ægyptiacis ante Chriſti æram 747. dieb. 130. primo Nabonaſſari anno Thoth cœpiſſe Februarij XXVI. vt & notamus A. M. 3253. Si ita eſt, igitur quater milleſimo ante Chriſtum anno, annis Ægyptiacis 3255. ante Nabonaſſarum Thoth cœpit Maj XXI. Meſori antecedens

Aprilis

Aprilis xxi.

II. Ægyptus olim Miſraim dicebatur. Merito igitur is menſis, qui olim annum aperiebat, dictus eſt ab Ægyptijs Meſori.

III. Huic voci *Meſori* detrahe literam ſeruilem a fronte, ſupererit Oſiris famigeratus Ægyptiorum Deus, Ori filius. Oro tribuebant Ægyptij duos oculos Oſiridem & Iſidem. Oculorum Ori feſtum celebrabant nocte, quæ antecedit Neomeniam Meſori. Rationem huius rei docent hypotheſes noſtræ. Quippe Orus lucem ſignificat.

Plutarch. de Osir. & Isid.

Triduo ante neomeniam primi Meſori Orus, lux oculis carere videbatur. At Meſori, & Arietis primo, Aprilis xxi. feriâ quarta duos oculos habere cœpit Oſiridem & Iſidem, Solem & Lunam.

IV. Si quater milleſimo ante Christum anno Perſarum Adarmei cœpit Aprilis xxi. Thir ſiue Therma Nouembris xvi. ſequitur vt anno Chriſti 1445. Iezdegird 814. annis Ægyptiacis 5447. poſt Solem creatum Therma incipiat a Februarij xviii. Dies vero xvii. Thermæ incidat in vndecimum Martij. At poſterius iſtud verum eſſe docet Aſtronomus inſignis, cuius locum integrum Græcè deſcripſimus ante ſeptennium in Epochis noſtris. Is æram mundi inchoat annis 5508. ante Ætam Chriſti, Indictione primâ, menſe Septembri.

Hanc obſeruationem legimus in mixtam Græcis quibuſdam Miſcellaneis MSS. quorũ copiam nobis fecit Iſ. Caſaubonus vir doctiſſ.

Exquiſito, inquit, *epilogiſmo compertum eſt exactis 6951. annis a creatione mundi currente anno 6952. Solem ingreſſum eſſe in Arietem, menſis Martij vndecimo, horâ 8. 29. [illegible]. Perſarum autem anni 813. completi erant, & xi. Martij incidit in menſis Perſici Terma xvii. Eodem anno Iunij xii. noctis horâ 2. 20. 8. Sol ingreſſus eſt in Cancrum viceſimo die menſis Perſici Mercherma. Sequentis verò Septembris xiv. exactis a creatione mundi annis 6952. ineunte 6953. Sol Libram ingreſſus eſt hora 1. 24. 28. die xxiv. menſis Perſici Dema. Eodem anno Decẽbris xii. horâ 7. 41. 16. Sol Capricornum ingreſſus eſt die xviii. primi menſis Perſici Phrurdin, cum iam completi eſſent anni Perſarum 814.*

Locus eſt illuſtris, ex quo colligis quoſdam Orientis populos priſcam annorum & menſium ſeriem inuariatam conſeruaſſe a Solis creatione vſque ad annum Chriſti 1445. hoc vno excepto, quod cum ante principatum obtineret Adarmei, tum princeps menſis eſſet Phrurdin. Sic & Armenijs Sahami, cùm olim tertius fuiſſet, factus eſt, primus anni menſis. Ioſephus Scaliger ait Armenios anno Chriſti 552. Chriſtianâ religione ſuſceptâ nouam æram inchoaſſe Iulij nono, Sahami primo. Erat annus mundi Ægyptiacus 4554. Iulianus 4551. quo Sahami incipere debuerat a Iulij ſeptimo. Itaq; potuit vel Scaliger biduo decipi, vel Neomenia Sahami biduo compertendinari.

V. Si primus mundi annus cœpit Aprilis xxi. ab eâdem die cœpit annus mundi Ægyptiacus 1461. Iulianus 1460. & conſequenter annus mundi Ægyptiacus 2504. cœpit anno mundi Iuliano 2502. Auguſti tertio, at poſterius verum eſſe docet

B

hiſtoria Exodi, prout monemus A. M. 2502. & 25[illegible]3. Verum igitur eſt etiam prius.

VI. Seriem annorum mundi conuenienter à nobis aſſignatam docet hebdomadum & Iubilcorum methodus, prout monemus A.M. 392. 1653. & 2549.

Alijs inſuper rationib. hypotheſes noſtras confirmamus A. M. 14 VII.

SERIES CREATIONIS.

Feria	*April*	*Epagomenon.*	*Arietis.*	*Lunæ*	
1.	18.	31.	0.	0.	Creatur cœlum ſupremum, aqua, terra aquæ immerſa, lux, &, vt videtur, Angeli.
2.	19.	41.	0.	0.	Creatur expanſum. Separantur aquæ ab aquis, mare a terra.
3.	20.	51.	0.	0.	Creantur vegetabilia, puta arbores, frutices, herbæ.
		Meſori.			
4	21.	1.	1.	18.	Creantur ſidera, Sol, Luna.
5	22.	2.	2.	19.	Creantur Animalia natantia, volantia, repentia.
6	23.	3.	3.	20.	Creantur Animalia gradientia, & coronidis inſtar HOMO.
7.	24.	4.	4.	21.	Sanctificatur Sabbathum.

OBSERVATIONES in ſeriem creationis.

I. MOſes prima fidei elementa rudi populo traditurus ea tantùm memorat, quæ vltrò oculis noſtris ſeſe ingerunt. Itaque nec metallorum nec Angelorum meminit. Sed vt metalla cum vegetabilibus tertio die creata veriſimile eſt, ſic & Angelos prima die cum luce vel cœlo ſupremo creatos plerique omnes meritò credunt.

Στερέωμα, firmamentum, expanſum complectitur I. aerem & ęthe- II
rem (ſi modo eſt aliqua regio ęthe- רקיע
rea) hoc eſto primum, & infimum cœlum.

2. Omnes orbes mobiles numero decem, qui omnes ſecundi cœli nomine ab Hebrçis comprehenduntur.

3. Cœlum immobile, quod ter- 2. Cor. 1
tium vocat Apoſtolus eò vſque 2

[illegible] Hoc tam Chryſtallinum, quàm Empyreum voces licet. Nam etſi neque ignis turbidam voracitatem, nec aquę fluxam inſtabilitatem habeat, habet tamen vtriuſque elementi perfectiones longè expurgatiſſimas, ignis τὸ φωτιστικὸν, aquę τὸ διαφανὲς, quantum quidem humi iacens reptile de iјs, quæ oculum & captum noſtrum ſuperant, hariolari poteſt.

III. Vt ante Solem, qui nunc eſt lucis vehiculum, creata eſt lux, ſic ante ſidera, quę nunc omnis vitę vegetatiuę ſunt ἀναζωπυρητικὰ potius quàm ἀρχεῖα, vel principia, creatę ſunt plantę, vt & teſtes creationis Angeli & nos rerum creatarum ſpectatores ſciremus primum & verum lucis ac vitę fontem in Deo, non in cœlo eſſe. Sic cęli funguntur vice follis, qui cum ſit ignis expers, tamen ignem excitat, *vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exors ipſa Secandi.*

IV. Vt triduum, quod creationem ſolis proximè ſecutum eſt, fuit verum triduum horarum 72. Sic & triduum, quod creationem Solis proximè anteceſſit. Singula quidem creauit Deus momento. Sed noluit omnia ſimul creare.

V. In vulgata verſione ſic legitur. *Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile ſuper terram.* Geneſ. 1. 20.

Deeſt vocula, non tam interpretis, quàm librariorum vitio. Legendum. *& volatile volet ſuper terram.* Non aues ex aquis, ſed tam aues quàm piſces ex nihilo emergere iubentur.

רעוף יעוף

VI. Seriem creationis Ethnicis non fuiſſe prorſus incognitam docent hæc Ouidij verba.

Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet
Factus homo eſt.

Anaxagoras Phyſicus, & ex eo Poëta Euripides in ſerie hac verbulo vno a Moſe differt, quod, forſan metri causâ, feras ante piſces memorat. Sic enim infit. *Euripides Menalippe apud Diodor. Siculum lib. 1.*

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία,
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

In Heſiodi quoque Theogonia Moſaicæ huius hiſtoriæ veſtigia multa extant, ſed Poëticis fabulamentis inuoluta.

Paradiſus, ſiue hortus Edenis prouinciæ, in quem Adam paulò poſt creationem a Deo deductus eſt, videtur fuiſſe ſitus infra confluentem Tigridis in Euphratem incidentis, vt quâ parte vno alueo labuntur, ea hortum irrigaret, & paulò poſt ex horto egreſſa in quatuor alueos finderetur, quorum duo prima ſua Euphratis & Chiddekel ſiue Tigridis nomina retinent, duo a paludibus abſorpti vel iam non comparent, vel nobis incogniti ſunt.

Huius horti pulchritudinem exundantes diluuij aquę delere facile potuerunt, vt iam priſtinę illius amœnitatis ne veſtigia quidem ſuperſint. Quid autem neceſſe eſt, vt dicamus eò tranſlatum Enochum, ac ſic quę

ramus, quomodo ex diluuio euaſerit? Quantò probabilius eſt, vt Eliam ita & Enochum in cœleſtem non in terreſtrem paradiſum tranſlatum? Quanquam illud ipſum cœlum aduentu Chriſti multò amœnius, illuſtrius, auguſtius quàm pridem factum non negarim, vt ſic in illud, quale nunc eſt, aut, in quo nunc ſunt beati ſpiritus, cœlum primus conſcenderitis qui eò aditum ſuo ſanguine patefecit, ne ſine nobis conſummarentur Patres.

Ioh. 3. Hebr. 11.

PATRIARCHÆ ante Diluuium.

Cyclo Solis XV. Lunæ XII.

Anno Mundi 1. Ante Christi æram 3999.

ÆRa mundi, quâ vtimur, antecedit æram Chriſti annis ſolidis 3999. ſi vtramque a Januario inchoes. Sed Adamum creatum cenſemus Aprilis XXIII. Arietis tertio, feriâ ſextâ, ac proinde annis Iulianis 3998. diebus 253. ante Ianuarias æræ Chriſti Kalendas. Adam proximâ poſt ſui creationem nocte contemplari potuit Lunam circa μεσονύκτιον orientem.

Adam creatus eſt ad imaginem Dei relucentem 1. in dominio, quod obtinuit in omnes creaturas maris & terræ. 2. in præſtanti totius corporis Symmetriâ, maximè in vultu, qui nobis eſt inſtar ſpeculæ & ſpeculi, ex quo de circunſtantibus iudicamus, & circumſtantes de nobis iudicium faciunt. 3. in immortali ſpiritualis animæ noſtræ Subſtantiâ. 4. in excellentibus corporis & animæ noſtræ facultatibus, vt homo meritò dictus ſit μικρόκοσμος, mundi totius epitome. 5. In facultatum illarum puritate inculpatâ, cùm ſumma eſſet inter appetitum ac rationem harmonia, ſumma inter humanam ac diuinam voluntatem conformitas, ſumma denique in intellectu ſapientia, in voluntate rectitudo, vt poſſet ab omni malo abſtinere, ad omne bonum opus ferri, & præſentibus bene vtendo ad maiora conſcendere.

Culpa Adami ſpectanda eſt non tam in eſu pomi, quam in rebellionis infidelitate, ingratitudine, ſuperbiâ, quâ 1. Aurem præbuit infido monitori. 2. de diuinæ interminationis veritate dubitauit, ac paulatim eam pro nullâ & falsâ habuit. 3. Dei ſimilitudine, ac felicitate, quam acceperat, non contentus, maiora concupiuit. 4. ex inobedientiâ, quàm ex obedientiâ Deo debitâ plura ſe conſecuturum ſperauit. 5. Apoſtaſiæ Diaboli particeps factus in eius caſtra tranſiuit. Ita, qui malis artibus Deo ſimilis eſſe voluit, Diabolo ſimilis euaſit, & meliorem imaginis Dei, ad quem creatus fuerat, partem amiſit. Ita *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors*, vt iam filij iræ, peccati ſerui, mortis æternæ rei naſcamur omnes, qui naſcituri eramus filij gratiæ, iuſtitiæ originalis compotes, & æternæ vitæ hæredes.

Rom. 5. 12. Pſal. 50.

Sed homini in æternum ac iuſtum exitium ruenti ſubuenit Dei miſericordia promiſſo ſemine be-

nedicto ſerpentis caput contrituro. Is eſt Chriſtus factus quidem ex muliere, natus ex virgine, ſed & Deus in ſecula benedictus. Huius talum attriuit, corpus cruci affigendum curauit Satan, ſed huius ipſius attritionis merito, ac mortis vi *deſtruxit eum qui habebat imperium mortis*, ac *mortem ipſam abſorpſit in victoriam*, vt per fidem Chriſto inſiti plura in (Hebr. 2. 14. 1. Cor. 15.) ſecũdo Adamo recuperemus, quam (Rom. 5. 20.) in primo amiſimus *Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.*

VIII.[a] IV.[b]

(a. Cyclus Solis. b. Cyclus Lunæ, atq. ita deinceps in toto hoc libro.)

ANNO MVNDI 50.

Annis ante Dn. 3950.

Adami L.

IOſephus Scaliger eumque ſecuti Sethus Caluiſius, & Theobaldus Meuſchius contendunt lucem creatam annis Iulianis 3949. diebus 67. ante receptam Domini noſtri Ieſu Chriſti æram, feriâ primâ, Libræ primo, Nouilunio, ineunte primo hebdomadis & Iubilei anno. Huic ſententiæ multa aduerſantur. 1. Solido iubileo, annis vnde quinquaginta minor eſt quàm oporteat. 2. Conuenientius erat, vt Æquinoctium conferretur in quartam quàm in primam feriam. 3. Hoc anno, Octobris xxvi. Sol non erat in primo Libræ gradu, ſed in ſecundo, ſecundum medium, in quarto, ſecundum verum motum. Sol, inquam, iam percurrerat Libræ gradus tres, minuta 28′. 55″.

IX. V.

ANNO MVNDI 51.

Ante Dominum 3949.

Adami LI.

SCaliger in primâ magni ſui operis editione cenſebat Solem creatum annis 3948. diebus 255. ante Chriſti æram Aprilis xxi. Arietis primo, feriâ quartâ, Nouilunio, currente primo hebdomadis & Iubilei anno.

Si optio detur, primæ, quàm ſecundæ Scaligeri ſententiæ, malim accedere. Sed ſuis quæque vitijs laborat. Vtrique commune eſt, quod annos circiter quinquaginta mundo detrahit.

III. VII.

A. M. 129. ANNIS ante Dominum 3871.

Adami CXXIX.

VEtus eſt hominum ſeculi ſui corruptionem deteſtantium querimonia.

Damnoſa quid non imminuit dies? (Horatius.)
Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Tamen, vt ſcias hanc eſſe luem non ſeculi, non loci, ſed totius generis humani a primo parente in poſteros propagatam, en tibi teterrimum facinus a veterrimo filiorum Adami perpetratum. (קין)
Is eſt Kain ab Eua matre ita dictus, (קנה) quod ſoboles ſit poſſeſſionum no- (*Acquirere.*)

ſtrarum præſtantiſſima. Sed quàm ſæpe ſit amara liberorum voluptas, vide. Alterum filium parit Eua, & Abelem vocat, ſuam ac ſobolis ſuæ vanitatem ſentiens & agnoſcens. Philo a luctu deriuat, ſed perperam, quanquam & hoc elogium homine dignitiſſimum, *vt qui nihil ſciat ſine doctrina, non fari, non ingredi, breuiter non aliud, ſponte naturæ, quàm flere.*

הבל *vanitas.* אבל *luctus.*

Plinius l. 7. c. 1.

Geneſ. 4. 5. Kain agriculturæ ſe dedit, non a Triptolemo, non a Cerere, vt fabulantur Græci, ſed ab ipſo Adamo inuentæ, de terræ fructibus oblationes Domino offert. Abel verò pecorum cuſtos offert de *primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum.* Quorſu pauiſſet agnos, aut cur ſolum adipem quandoque obtuliſſet, ſi pecorum carnibus illi non licuiſſet veſci? Bruta in ſolas plantas dominium acceperunt, homo etiam in bruta. Itaque quod Geneſeos cap. 1. v. 29. dicitur. *Erunt vobis in eſcam* poteſt referri non tantum ad plantas verſu XXVIIII. memoratas, ſed etiam ad bruta, de quibus v. XXVIII. Promiſſionem ſalutis Deus confirmauit ceremonijs, quas poſtea per Moſem & multiplicauit, & fuſiùs explicauit. Harum præcipua pars conſtabat ſacrificijs, quibus docebantur pij *ſine ſanguinis effuſione non eſſe remiſſionem peccatorum.* Sanguinem autem illum, quo ſemel effuſo redempti ſumus, figurabat pecorum ſanguis, qui quotidie in ſacrificijs effundebatur. De his ab Adamo κατηχηθεὶς, a Deo πληροφορηθεὶς *Abel, fide, præſtantius ſacrificium obtulit Deo, quam Kain. Reſpexit* ergo *Deus ad Abelem & ad eius oblationem. Ad Kainum autem &* *ad eius oblationem non reſpexit.* h. e. aſpectabili ſigno demonſtrauit Deus ſibi placere Abelem, diſplicere Kainum. Hinc ira, inuidia, & plenus indignationis deſperabundæ vultus.

Hebr. 9. 22.

Hebr. 11. 4.

Geneſ. 4. 4

Cùm doctores & libri deeſſent, Deus (quæ eſt eius bonitas ac φιλανθρωπία) vicem ſupplebat Commonitionis a Deo factę primam partem vetus Interpres meliùs vertit, quàm lxx. quos tamen ſequitur Irenæus l. 4. c. 34. Sic ergo vulgata verſio. *Nonne, ſi bene egeris, recipies? Sin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Vbi vox *chathat* peccatum, cùm ſit fœminini generis iungitur cum verbo maſculini generis, quia *peccatum* hic ſumitur pro pœna peccati. Sequentis hemiſtichij verba, LXX. prudenter eodem modo verterunt, quo, gemella, quibus Deus mulierem viro ſubijcit, & conſequenter agnouerunt Kaino commemorari ius primogenituræ, æquum igitur non eſſe, vt ætate & authoritate ſuperior inferiori ac obſequenti fratri inuideat. πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ αὐτοῦ ἄρξεις. q.d. ille totus a tuo nutu pendet, & tu dominaris illi, quot ſum igitur illum è medio ſublatum cupis? De Abele, inquis, nihildum dixit Deus, eius nulla adhuc mentio facta eſt. Nulla. Sed Deus Kainum alloquitur, qui totus in Abele erat. Quod autem hæc ad peccatum referunt quidam, eò incommodius eſt, quod peccatum hic pro peccati pœnâ ſumitur, in quam certè nemo homo dominium habet, ſed nec in peccatum ipſum dominium vllum ha-

לפתח חטאת רובץ

Gen. 3. 16.

bilis Kain, vt omnino, ſi pertendas de peccato intelligenda eſſe hęc verba, non indicandi, ſed imperandi modo neceſſe ſit illa interpretari.
Geneſ. 4. 7. *Nonne, ſi bene egeris, remiſſio, ſi bene non egeris, pœna peccati foribus accubat? Sed ſub te eſto appetitus illius, & tu dominator illi.* Mala mens, malus animus,

Acrior admonitu eſt, irritaturque retenta
Et creſcit rabies, moderaminaque ipſa nocebant.

Kain compoſito ad beneuolentiam vultu Abelem compellat, & aliquandiu amicè allocutus incautum opprimit. Sed vt beatitudo, ſic memoria æterna iuſtorum eſt. *Abel per*
Hebr. 11. 4. *fidem iuſtificatus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, per illam, defunctus adhuc loquitur.* Kainum mendacio parricidium obtegentem ana-
Geneſ. 4. 9. themate percellit Deus. Ne tamen cædes cędibus cumulentur, Kaino ſignum imprimit, ne quiſquam eum occidere audeat, vnde colligas, iam tum fuiſſe Adamo filios & nepotes multos. Atque adeò videbatur Adamum liberorum ſatias capere, cùm, audita Abelis morte, poſt aliquot dierum luctum, conſolandæ vxoris ergo, cœpit rurſus liberis operam dare.

Sed ante quam ad Sethi natiuitatem accedat Moſes, prius totam Kaini hiſtoriam vno ductu pertexit, temporibus tamen non adnotatis, quia diligentiam hanc maioribus Chriſti reſeruatam voluit Deus. Scopus hiſtoriæ, de Kaini poſteris aliquot obiter a Moſe enarratæ, præcipuus eſt, vt meminerimus *prudentiores eſſe filios tenebrarum in generatione* Luc. 16. 8.
ſuâ, quàm filios lucis, vt qui huic tantum vitæ intenti plura eius ſubſidia & ornamenta ex cogitarint, quam Dei filij. Igitur primus vrbis conditor eſt Kain, vrbique ſuæ, filij *Enochi* חנוך
nomen fecit, quaſi & filium & vrbem עירד.
Deo dedicaret. Enochi filius, *Hirad* dictus eſt. LXX. Γαιδὰδ. i. vrbis dominator. Hiradi filius *Mechujael* dictus, מחויאל
quaſi a Deo viuificatus aut viuificandus. מתושאל.
Mechuiaelis filius eſt *Metuſael*. i. homo poſtulatus vel mutuò commodatus. Adeò vetus eſt hic hominum etiam infidelium mos, vt cum nihil minus quàm pietatem ſatagant, ſpecioſa tamen pietatis nomina obtendant.

Metuſaelis filius Lamech, primus nefandę Polygamię parens, ex Hada genuit *Iabalem patrem habitantium in tentorijs cum pecore.* Sic enim accipio particulam &, quę & aliàs accipitur pro prępoſitione *cum*. Cùm, inquam, ante hac pecudes in agris pernoctarent, caulas fabricatus eſt Iabal, vt ſub eodem tecto cum hominibus noctes agerēt, vel, primus mapalia Nomadum inuenit. Alioqui tentoriorum quàm ędium, & ędium quam vrbium, antiquior fuit vſus. Iabalis frater Iubal fuit inuentor citharę & organi. Ex Thilla autem alterâ Lamechi vxore, natus Tubal-Kain fuit fabrilis artis inuentor, tam ętariæ, quàm ferrarię. Rerum autem ante diluuium geſtarum memoriam aliquam etiam ad Ethnicos propagatam docet Vulcani nomen, quem Poëtæ fabrorum Deum fabulantur.

תובל קין · Omnino enim Vulcanus eſt *Tu val-Kain*, detractâ ſeruili literâ T.

Lamech rerum a filijs ſuis inuentarum gloriâ tumens, Muſicę Poëticen addidit, conficto hymno Thraſonico, quem totidem verſibus latinis ſic interpretari licet.

O Tſilla & Ada, audite ſermonem meum,
Vocem meam attendite, Lamechi coniuges.
Pugni vel vno vulnere occidam virum,
Meoque iuuenem tumice cōfoſſum dabo.
Si vindicetur ſeptuplo Kain, Lamech
Se vindicabit ſepties ſeptuagies.

Fabulam de Kaino poſt carecta latante, & a Lamecho adnepote, occiſo, meritò reſpuunt R. Moſes Gerundenſis, Paulus Burgenſis, Auguſtinus Tornellus, alij.

Cęterum, etiam ſi Græci plerumque confundant in nominib. proprijs Hebræorum *Cheth*, *Caph*, *Koph*, nos tamen diſtinctionis ergo exprimemus *Cheth* per Ch, Koph per K, *Caph* vt plurimum per ſimplex C.

Vſu tamen extorquente nonnunquam cogimur has diſtinctiones omittere, præſertim in nomnibus vſitatiſſimis. Quidni enim hîc valeat illud, *loquendum cum pluribus, ſentiendum cum paucis?*

IV. VIII.

ANNO MVNDI 130.
Annis ante Dominum 3870.

Sethi I.

שת Geneſ. 5. 3. 4. 3. ADam, cētesimum triceſimum annum agens, gignit Sethum, quaſi dicas ſubſtitutum Abeli, quem Kain ſuperiore, vt Iudæi putant, anno occiderat.

XXIII. XVII.

A. M. 234. ANNIS
ante Dn. 3766.

Sethi CV.

SEth, centeſimum quintum annum agens gignit filium, quem, Gen. 5. 6.
ſuâ ipſius experientiâ edoctus, *Enoſchum* h. e. non *virum*, vt putat Tor- אנוש
nellus, ſed infirmum vocat: quomodo & Græci ac Latini hominem θνητὸν, βροτὸν, mortalem vocitant. Sunt quidem etiam pecudes infirmæ, caducæ, mortales. Sed illæ documenti huius nec egent, nec capaces ſunt. Ex hac ſuæ infirmitatis agnitione didicerunt homines ad
Deum, ſtudioſiùs quàm antehac, 4. 26.
confugere. Itaque tum cœperunt ſacri conuentus fieri ad inuocandum Dei nomen: vel tunc cœperunt pij filiorum Dei nomen accipere.

Symmachus apud Suidam. *Tunc cœpit* Seth *vocari nomine Dei*. Perperam. Nam etſi dicamus tunc cœpiſſe Sethi filijs imponi nomen filiorum Dei, non continuò Seth dicetur Deus. Nec ſi Deus Moſi dixit *Dedi te in Deum Pharaoni*, ideò Moſes vſpiam dicitur ſimpliciter Deus. Pharao erat Princeps Moſis. Sed Moſes a Deo factus eſt quaſi princeps Pharaonis. Scriptura Reges, Principes, Magiſtratus Deos vocat

καθ' ὅλου, ſed καθ' ἕκαστα nunquam τὸν θεῖον vocat Deum, ſiue is ſit Rex, ſiue Princeps. Pythoniſſa Samuelem ita vocat, Scriptura neminem. Durum quoque eſt quod ait R. Schelomoh Iarchi. *Tunc cœperunt homines Dei nomen tam hominibus quàm Idolis imponere, ijſq. diuinitatis opinionem affingere.* Paraphraſis Onkelianæ tres editiones extant. Cõplutenſis habet, *chalu letſallaah.* Antuerpienſis *ſeriu letſal-*
חלו *laah.* Veneta *chalu milletſallaah.* Eo-
מלצלאה· dem proculdubio ſenſu, quo reliquę duæ, nempe *Tunc cœperunt inuocare nomen Dei.* Sed quia particula *Min* Gerundio præfixa aliquando negandi vim habet, ideo Venetę Paraphraſeos interpres vertit *Tunc in diebus eius incœperunt filij hominum, vt non orarent in nomine Domini.* Sed profectò neque Moſis neque Paraphręſtæ Chaldæi mens hæc fuit, ſed ea quam diximus. LXX. & Vetus interpres ita
זה החל vertunt, ac ſi Moſes ſcripſiſſet *Zeh*
אז הוחל *hechel* non *az huchal.* Melius tamen
לקרא
בשם· V. V. *iſte cœpit* quàm LXX. *iſte ſperauit.* Sed tam LXX. quàm vetus interpres & Paraphraſes chaldaicę vertunt *likro beſchem* inuocare nomen Dei, vt ſanè paſſim id ſignificat verbum *Kara* etiam cum præpoſitione *Beth,* vt Geneſeos XII. 8. XIII. 4. XXI. 33. XXVI. 25. Pridem quidem didicerant Adam, Abel, Seth inuocare nomen Dei, ſed domatim. Poſtquam natus eſt Enos, tum gregatim inuocari cœptum eſt in cœtibus Eccleſiaſticis adhibitis etiam ritibus non humanitùs inuentis, ſed diuinitùs inſtitutis. Nunquam enim Deo placuit ἐθελοθρησκεία.

Atque hæc ſunt veluti vagientis adhuc Eccleſiæ cunabula, cum iam Kain vrbis a ſe conditæ Encænia celebraſſet, vt meminerimus ſpectandum ſemper, non quàm vetera, ſed quàm vera nobis proponantur. Nam etiam ſi primũ quodq. veriſſimum, tamen ſæpe nobis nouum videtur, quod ſibi vetus eſt. Sic Kaino Eccleſiæ tum primum formam aliquam adſpectabilem accipientis pietas nouella videri, atque adeò rideri poterat, cùm re verâ vt Adam, ſic & ſatan priùs fuerit pius quàm impius.

Cæterùm ad nomina propria quod attinet, ſemel monitum lectorem velim neque LXX, neque veterem interpretem vſquam diſtinguere inter dextrum & ſiniſtrum Hebræorum *Schin.* Itaque *Enoſch,* vt Græcis ſic nobis dicitur Enos. Syri quoque & Arabes perrarò diſtinctionem illam in nominibus proprijs admittunt. Rurſus, cùm Thet Hebræorum videatur eſſe ſίγμα Græcorum, tamen Græci paſſim in nominibus proprijs pro Thet Hebræorum ponunt ſuum ταῦ, vt in vocibus Tobias, Tabeel, Ioſaphat, Tabremmon.

Contrà, pro Tau Hebræorum ponunt ſuum Theta, vt in vocibus Seth, Thamar, Mathuſale, Thare, Tobith, Tebeth.

I. XI.

A. M. 323. ANNIS ANTE Dn. 3677.

Sethi CXCIV.

ENos nonageſimo ætatis anno Gen. 5. 9.
filium gignit, qui Kainan di- קינן

Digitized by Google

ctus eſt adiectâ diſtinctionis cauſsâ ad Kainis nomen litera. Quod nobis documento eſſe debet, ne fatale neſcio quod omen nominibus proprijs affingamus. Ita nec Iudæ Iſcariotæ impietas fecit, vt alter Iudas & ipſe Apoſtolus ſuum nomen abo-
4.17. minaretur. Sic quamuis Kain pieta-
5.18. tem mentiens ſpecioſo nomine filium ſuum *Enochum*. i. μεμυημένον nuncupauerit, non dubitauit tamen Iared idem nomen filio ſuo imponere. Sic Matuſalæ filius idem nomen cum Kaini adnepote accepit.

I. III.

A. M. 239. ANTE Dn. 3761.

Sethi CX.

Kalendarium Iudæorum a Munſtero editum Baſilea A. D. 1527. Et Kalēd. alterum ab ipſis Iudæis Hebraicè ſcriptum A. D. 1560. Editum Trident. A. D. 1561.

IVdaici Computi Niſan *Tohu* initium ducit annis Iulianis 3760. diebus 263. ante æram Chriſti, Aprilis XIII. Sabbatho, momentis 846. poſt ſolis occaſum. Tot fere momentis quotidie creſcit aut decreſcit Luna. Huiuſmodi momenta mille octoginta horam conficiunt. Itaque huius Niſan *Tohu* character eſt 7.0.846. hoc eſt, feria ſeptima, hora nondum integra, momenta 846. poſt ſolis occaſum. Neomenia verò Tiſri *Tohu* conuenit cum Octobris ſeptimo, feriâ ſecundâ, horis quinque, momentis 204. poſt ſolem occaſum, annis Iulianis 3760. diebus 85. ante Chriſti æram, ineunte primo hebdomadis anno. Hi duo menſes *Tohu* ſunt metæ, vltra quas non licet menſium Niſan & Tiſri Neomenias extendere. Non licet, inquam, Niſan menſem poſt Aprilis XIII, nec menſem Tiſri poſt Octobris ſeptimum inchoare. Hæc Iudæi non docent. Sed ex illorum epilogiſmis neceſſariò ſequuntur.

Cur ab hoc anno Computi Iudaici metæ arceſſantur, niſi me fallit animus, cauſa hæc eſt. Lunæ Cyclus annorum 19. per Cyclum Solis annorum 28. multiplicatus dat annos 532, qui per ſeptem multiplicati conficiunt annos 3724. Ideò magna periodus Iudaica eſt annorum 3724. Totidem præciſè annis antiquior eſt Iudaica mundi ęra anno, quo Herodes Hieroſolyma cepit. Cepit autem anno V. C. 717. M. Vipſanio Agrippa & L. Caninio Gallo Coſſ. Cyclo ſolis primo, Lunæ tertio, ſub veſperam quæ interceſſit inter Iulij XIII. & XIV. Tamuz XVI. & XVII. inter Sabbathum & feriam primam, exeunte anno Sabbathico. A ſequente Niſan inchoauit Computiſta & Ioſephus hiſtoricus Herodis æram, ſimul & primùm annum Secundæ Periodi Iudaicæ, ac proinde primum annum primæ Periodi Iudaicę inchoauit annis 3724. ante annum V. C. 718. Hinc colligo Iudaicum Computum Herodis tempore conditum, quod & Tekupharum methodus demonſtrat. Munſterus citat ex R. Naaſſon hæc verba. *Noueris*, inquit Naaſſon, *quod principium Computationis gentium eſt eſt a ſuſpenſione crucifixi. Is crucifixus eſt anno mundi 3740. anno* XVI. *Cycli* CXCVII. Aliud dicit, aliud cogitat

Ioſephus Antiquit. l.14. c.28. & l.20. c. 8. & bello Iudaico l. 1. c. 13.

Sebaſtianus Munſterus in computo Hebræor. p. 7.

Digitized by Google

impius Naaſſon. Quod dicere voluit, hoc eſt, Chriſtum natum anno æræ mundi Iudaicæ 3760, currente Cyclo Lunæ Iudaico XVI. cum præterijſſent Cycli Lunares 197. Ita cenſebat Chriſtum natum anno V.C.752. Cyclo Lunæ Iudaico XVI. Romano XIX. Sed recepta Chriſti æra initium ducit ab anno V.C.754. Cyclo Lunę Iudaico XVIII. Romano II. Paſſio autem Chriſti nullo modo conferri poteſt in Cyclum Lunę Iudaicum XVI. Romanum XIX.

II. IV.

A. M. 240. ANTE DOminum 3760. Sethi CXI.

PRimus Niſan Computi Iudaici initium ducit annis Iulianis 3759. diebus 274. ante Æram Chriſti, Aprilis ſecundo, feriâ quartâ. Sed propter Canonem Ba DV Niſan inchoatur Aprilis tertio, feriâ quintâ, ita tamen vt eius character ſit 4. 9. 642. Conditoris mens fuit, vt inter primum Adami, & primum Herodis Niſan interijceret integram Periodum Iudaicam annorũ 3724. Sciebat is Lunæ motum accuratè. Præceſſionem Æquinoctiorum neſciebat. Itaq. Præceſſionis Æquinoctiorum nullam omnino rationem habet in ſuo Computo. Nec dum enim deprehenſa fuerat Herodis ſeculo. Rurſus ſub Herode, pridem ante, & diu poſt multi putabant Æquinoctia & Solſtitia fieri in octauis partibus ſignorum. Arietis octauus Herodis ſeculo conueniebat Martij penultimo. Itaque Autor Computi Iudaici procul dubio ſtatuebat lucem creatam Martij XXXI, feriâ primâ, Arietis, vt putabat, octauo. Sidera verò Aprilis ſecundo, feriâ quartâ. Rabbi verò Ioſue & R. Samuel cum mallent lucis creationem Martij XXIII. Arietis, vt putabant, primo aſſignare fabellam finxerunt Iudaico more. *Lux*, inquiunt, *creata eſt Adar XIX. feriâ primâ. Luminaria ſuſpenſa ſunt Adar XXII. feriâ quartâ. Pacificè decurrerunt horas nouem, momenta 642. Sed Luna Soli inuidens rixari cœpit, ideoque a Deo increpita ſeptiduum latere iuſſa eſt, iuxta iudicium illud, ſi pater ſpuiſſet in faciem eius, annon confunderetur dies ſeptem?* Hac fabellâ cauſam reddere voluit R. Ioſue, cur lucem creatam putet Martij XXIII, cùm Nouilunium ſecundo demum Aprilis contigerit. Longius a vero abſceſſit R. Eliezer eumque ſecutus R. Meir, quem R. Schelomoh Iarchi in Oſeam VI. 9. vocat שלוח צבור *legatum vniuerſitatis.* Hi fingunt *lucem creatam Elul XXIV.* Septembris XXI. *feriâ primâ, Solem Elul XXVII. Septembris XXIV. Libræ*, vt putabant, *primo. Sed propter increpationem Lunæ Nouilunium dilatum in Septempris XXVI. feriam ſextam, Tiſri cœpiſſe Septembris XXVII. Sabbatho, ita tamen vt eius character ſit 6. 14. 0.* idque annis Iulianis 3759. diebus 96. ante æram Chriſti. De toto Iudæorum Computo fuſiùs alias faciente Deo dicturi ſumus. Ad conciliandam autem Iudaicam mundi æram cum noſtrâ vide quæ notamus. A. M. 1652. & 3651.

R. Meir de ſemitis fidei l. I. c. 4.

XIII. IV.

A. M. 392. Annis ante Dn. 3628.
Sethi CCLXIII.

Geneſ. 5. 12 מהללאל

KAinan ſeptuageſimum annum agens filium gignit. Is a patre dictus eſt *Mahalaleel*, i. Dei laudator, vt vel audito nomine officij ſui admoneretur. Ad fauſtum hoc, piumque nomen indendun, vel hinc inuitari potuit Kainan, quod currente anno Sabbathico natus poſt decem annorum hebdomadas filium genuit ineunte anno Sabbathico, eoque Iubileo. Is erat octauus Iubileus ab orbe condito. Omnino enim vt ſacrificiorum vſus, vt animalium mundorum ab immundis diſtinctio, ſic annorum per hebdomadas & hebdomadum hebdomadas diſtributio aliqua eſſe potuit inde a primis Adami temporibus.

Scriptores omnes paſſim annum inchoatum pro abſoluto accipiunt. Hoc in Scriptura frequentiſſimum eſſe docebit Iudicum & Regum hiſtoria. Torniellus aliquot exempla congerit ad A. M. 1659. §. 3. Maximè autem id fit in numeris rotundatis, quales ij ſunt, qui in denarium vel quinarium deſinunt. Hinc, cùm plerique partus vitales naſcantur ineunte decimo menſe, non poſt decem menſium geſtationem, tamen ſcriptores ſæpius decem quàm nouem menſes puerpetio tribuunt. Virgilius Eologis, *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.* Ambroſius, *Ergone & pater corporali vtero portauit filium, decem menſium curriculo onus vexit?*

Ambroſ. de fide ad Gratianũ l. 1. c. 5.

Hæc cauſa eſt cur quatuor primarum Sethi, Enoſi, Kanianis, Mahalaleelis generationum annos in numeros rotundatos deſinentes accipiam pro decurtatis, vt & nunc & deinceps ſemper anni mundi per ſeptem & quadraginta nouem diuiſi dent hebdomadum & Iubileorum annos ineuntes ab Autumno. Hæc, inquam, cauſſa eſt, cur cùm plerique Mahalaleelis natiuitatem conferant in annum mundi 396. ego natum dicam anno mundi 392. ineunte octauo Iubileo.

XXII. XII.

A. M. 457. Ante Dn. 3543.
Sethi CCCXXVIII.

MAhalaleeli ſexaginta quinque annos nato naſcitur *Jared* dominator. q. d. cùm mundi dominium a Deo acceperit homo, non debet eſſe peccati mancipium, ſed excuſſo Satanę iugo Deo ſeruire. Nam is demum verè dominator eſt qui ſibi imperat, vt Deo pareat.

Geneſ. 5. 15. ירד.

XXII. X.

A. M. 512. Ante Dn. 3488.
Sethi CCCLXXXIII.

IN *minore Hebræorum Chronico Veſpaſianus dicitur euertiſſe templum Hieroſolymitanum anno mundi 3558. Ita author huius Chronici putabat mundum conditum annis 3488. ante æram Chriſti. Ne enim mendoſum locum putes, eodem modo legunt Munſterus, Genebrardus & autor libri, qui inſcribitur* Sepher Emana.

Seder holam zutha editum a Munſtero, a Genebrardo

XVI. III.

A. M. 619. Ante Dn. 3382.

Sethi CCCCXC.

Genes. 5. 18. IAredo annos centum ſexaginta duos nato naſcitur *Enoch*. h.c. *μεμυημένος*, *initiatus*, vel *initiandus* ſacris. חנוך Nominis ſui documento obſecutus Enoch a Deo adſcitus eſt, non tantum vt fidelis, ſed etiam vt Propheta. Prophetiam eius laudat B. Iudas Apoſtolus. Eam hodie intercidiſſe certum eſt: neque tamen inde ſequitur ſacri canonis partem intercidiſſe. Nec enim omnis prophetia ideò reuelata, enunciata, ſcripta eſt, vt canonis partem efficeret. Ante Moſem Patriarchis nec ἄγραφα nec ἔγγραφα documenta ſacra deerant. Canon tamen authoritate diuinâ ſancitus nullus adhuc erat.

XXV. XI.

A. M. 684. Ante Dn. 3316.

Sethi DLV.

Genes. 5. 21. מתו שלח HEnocho, cùm annos ſexaginta quinque vixiſſet, naſcitur *Matuſala*, ſiue *Metuſchelach*, i. homo miſſus, quaſi Apoſtolum dicas: 5. 25. *Et ambulauit Enoch coram Deo poſtquam genuit Matuſalam, annos trecentos: genuitque filios & filias.* Hinc Procopius Gazæus ſcriptor Græcus colligit ante Matuſalæ natiuitatem improbum fuiſſe Henochum. Improbum πλάσμα & falſum. At hinc rectè colligas neque vitam coniugalem, neque τεκνογονίαν obſtare, quò minus coram Deo ambulemus. Hebr. 11. 5. h.e. quo minus Deo placeamus. Ita enim interpretatur Apoſtolus. Duo iſti homines Adam & Matuſale implent totum interuallum, quod fluxit a creatione vſque ad Diluuium, ita quidem vt Matuſale cum Adamo vixerit annos trecentos quadraginta ſex, ab eoque potuerit tam præſentis quàm futuræ vitæ documenta multa accipere, quæ ipſe poſteris traderet. Sem viciſſim annos ferè centum Matuſalæ diſcipulus eſſe potuit, & ſalutis doctrinam ab eo acceptam propagare vſque ad quingenteſimum poſt Diluuium annum, Iſaaki quinquageſimum. Poſtea verò, cùm paulatim decreſceret hominum longæuitas, Deus alia Eccleſiæ ſubſidia comparauit, ſcripto conſignatis ſalutaris doctrinæ preceptis annis circiter trecentis quinquaginta poſt obitum Semi.

BIBLIOTECA NAZ. R. DI A. VITTORIO EMANUELE

XVII. VIII.

A. M. 871. Ante Dn. 3129.

Sethi DCCXLII.

MAthuſalæ, cum vixiſſet annos centum octoginta ſeptem naſcitur *Lamech*. q. d. ad humilitatem, deiectionem, depreſſionem comparatus. *Quippe homo ad laborem naſcitur, vt ſcintilla ad volatum.* Genes. 5. 25. למך Iob. 5. 7.

XIX. X.

A. M. 930. Ante Dn. 3070.

Sethi DCCCI.

ADam anno ætatis nongenteſimo triceſimo excunte moritur. B. Irenæus vult Adamum feriâ Genes. 5. 5. Iren. l. 5. c. 23.

Digitized by Google

ſextâ, vt creatum, ſic & lapſum ac mortuum. Si obijt feriâ ſextâ, quæ exitum anni Patriarchalis nongenteſimi triceſimi proximè anteceſſit, incidet id in Auguſti XXIX, cùm vixiſſet Adam annos Ægyptiacos 929. & dies 360.

XVI. VI.

A. M. 983. Ante Dn. 3017.

Sethi DCCCXXXIV.

Geneſ. 5. 24. Hebr. 11. 5. HEnoch, cùm fide Deo placuiſſet & ſecundum Deum ambulaſſet, anno ætatis CCCLXV. ne guſtata quidem morte transfertur. 4. Reg. 2. 11. Quò potius, quàm in cœlum? De Elia certè diſertè id dicitur.

XIX. VIII.

A. M. 1042. Ante Dn. 2958.

Sethi DCCCCXII.

Geneſ. 5. 8. SEth Adami filius nongenteſimo duodecimo ætatis anno moritur.

II. XIX.

A. M. 1053. Ante Dn. 2047.

Noæ I.

Geneſ. 5. 28 נח LAmecho, cum vixiſſet annos centum octoginta duo, naſcitur *Noe*, i. quietus, & quietem dans. Futurum videlicet vaticinabatur Lamec, vt tranquillo filij ingenio oblectatus Deus in illo terræ Diluuio perdendæ quietem redditurus eſſet. *Iſte*, inquit Lamech, *conſolabitur nos ab operibus noſtris, & a labore manuum noſtrarum, a terrâ cui maledixit Dominus*. h. e. a maledictione, quam terræ inflixit, & inflicturus eſt Deus.

IV. IX.

A. M. 1138. Ante Dn. 2862.

Noæ LXXXVI.

ENos anno ætatis nongenteſimo quinto obit. Geneſ. 5. 11.

III. VIII.

A. M. 1232. Ante Dn. 2768.

Noæ CLXXX.

KAinan anno ætatis nongenteſimo decimo patribus ſuis aggregatur. Geneſ. 5. 14.

XI. V.

A. M. 1286. Ante Dn. 2714.

Noæ CCXXXIV.

MAhalaleel anno ætatis octingéteſimo nonageſimo quinto, fato fungitur. Gen. 5. 17.

IV. IV.

A. M. 1418. Ante Dn. 2582.

Noæ CCCLXVI.

IAred anno ætatis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo vitam cum morte commutat. Gen. 5. 20.

XVII. VIII.

A. M. 1460. Ante Dn. 1540.

Noæ CCCCVIII.

SEcunda periodus Sothiaca initium ducit anno mundi Ægyptiaco 1461. Iuliano 1460. Aprilis XXI. Sabbatho. Hoc quid ſit, fuſius explicandum. Longa experientia docuit annum Julianum

Digitized by Google

eſſe minutis aliquot longiorem Tropico, ſiue Solari, breuiorem Aſtrico. Veteres hos tres annos pro vno accipiebant, putabantque Solis ſiue ab Æquinoctio ad Æquinoctium, ſiue a datâ ſtellâ, ad eandem, puta a Caniculâ ad Caniculam conuerſionem fieri diebus 365. horis ſex.

Cum ergo annus Ægyptiacus ſit tantum dierum 365. putabant annos Ægyptiacos 1460, conficere Solares, ſiue Tropicos 1459. totidemque Aſtricos, ſiue Sidereos. Hanc periodum vocabant annum Sothiacum ſiue Cynicum, quia, quæ ſtella Græcis dicitur κύων, nobis Canicula ea Ægyptijs dicebatur Syrius, vel Sothis. Itaque putabant Solem primo Thoth Meridie Caniculæ Sydus ingreſſum poſt annos demum 1460. Ægyptiacos, Iulianos 1459. eâdem horâ Meredianâ reſtitui caniculæ ſideri primo die Thoth.

Cenſorinus. Ad Ægyptiorum verò annum magnum Luna non pertinet, quem Græcè κυνικὸν, Latinè canicularem annum vocamus propterea quod initium illius ſumitur, cùm primo die eius menſis, quem Ægyptij Θὼθ vocant, caniculæ ſidus exoritur. Nam eorum annus ciuilis ſolos habet dies trecentos ſexaginta quinque, ſine vllo intercalari. Itaque quadriennium apud eos vno circiter die minus eſt, quàm naturale quadriennium, eoque fit vt anno bis milleſimo (*expungendum illud* bis *ac legendum* anno milleſimo) quadringenteſimo ſexageſimo primo ad idem reuoluatur principium. Hic annus etiam Heliacus a quibuſdam dicitur, & ab alijs Θεῦ ἐνιαυτός.

Georgius medicus Chryſococci. Εἰς τὸν ͵αυξ χρόνον εἷς χρόνος γίνεται περιττὸς, καὶ ὁ πρῶτος μὴν ὁ φαρβαδὶν εἰς τὸν ἴδιον τόπον εὑρίσκεται· καὶ ἡ εἰσέλευσις τοῦ ἡλίου εἰς τὸν κριὸν εἰς τὴν α. τοῦ φαρβαδὶν γίνεται. *h. e.* Annis 1460. vnus annus eſt ſuperfluus. Et primus menſis Pharbadin (*melius* Phrurdin *dixeris*) in proprium locum reuerſus inuenitur, & ingreſſus Solis in Arietem fit primo die Phrurdin. *Falluntur tam Ægyptij, quàm Perſæ. Sanè 1460. anni Ægyptiaci, Perſici, Armeniaci conficiunt præciſe Iulianos 1459. Itaque cùm Solem creatum dixerimus Aprilis XXI. Arietis primo, primo item die Meſori Ægyptiaci, Adarmei Perſici, & Marchats Armeniaci, poſt annos Iulianos 1459. Meſori quidem, Marchats & Adarmei reuerſi comperiuntur in Aprilis XXI. At tum Aprilis XXI. non eſt amplius Arietis primus, ſed vndecimus. Vt vt ſit, cùm primam periodum Sothiacam inchoauerimus Aprilis XXI. feriâ quartâ, ſeries docet ſecundam inchoandam anno mundi Ægyptiaco 1461, Iuliano 1460. Aprilis XXI. Sabbatho. De tertiâ dicturi ſumus ſuo loco, A. M. 2919. Quarta initium ducit Anno mundi Ægyptiaco 4381, Iuliano 4378. qui conuenit cum anno Chriſti 379.*

Georgius hic MS. extat in Bibliothecâ Regiâ.

Ab A. D. 379. ad A. D. 631. quo Iezdegird rex Perſarum regnare cœpit, fluxerunt anni 252, qui dant retroceſſionis dies 63. Ii ab Aprilis XXI. ducti deſinunt in Februarij XVI. Itaque A. D. 631. vltimus dies menſis Aben incidit in Februarij decimum Muſteraka, ſiue dies intercalares incipere debuerunt ab vndecimo Februarij. Adarmei a Februarij XVI; Di ſiue Dema Martij XVIII, & quia Æquinoctium vernum eo anno incidit in Martij XVIII, ideò

Iezdegird voluit Demam eſſe primum menſium. Hæc cum Scaligeri Chronologiam labefactent, meam ſtabiliant, & hypotheſes quas ſupra iam multis argumentis muniuimus, confirment, non erit,

Supra pag. 7.

opinor, ſuſpectum Scaligeri hac de re teſtimonium. Iezdegirde, *inquit*, victo & interfecto, Sarraceno victori

Scaliger de emend. Temporũ lib. 3. p. 200.

Othmano, filio Ophan ceſſit imperium Perſicum, eo ipſo anno, quem ſcribit Haiton Armenius, Chriſti 632, Iunij die XVI, Cyclo ſolis XXV, Lunæ VI. Is erat annus ſecundus imperij Iezdegird. Muſteraka erant in fine Aban menſis, cum is Iezdegird acceſſit ad imperium, vt ſcripſit mihi Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir linguæ Perſicæ peritiſſimus, Ipſe tranſtulit ipſa in XXIII. (*mendum eſt typographi. Scaliger ſcribere voluit XIII*) Martij, vt Adar incideret in XVIII. Martij, in quo die conficiebatur illo tempore Æquinoctij ſidus, & hinc inciperet magna periodus Neuruz Iezdegirdici. Sed Muhammedici ſoluerunt illam periodum, quod annis decem antea fecerant in cyclo Arabico. Quare Muſteraka tranſlata in finem Aſphandar, vt neomenia Phrurdin eſſet primus dies anni, quia is fuit primus imperij Saracenici in Perſide. *Multa alia magnus ille vir de Perſis Armenijs, Indis, non expreſſis authoribus aut monumentis, ex quibus ea deprompſit. In his fides penes ipſum Scaligerum eſto. At hic teſtes ſuos laudat, eoſque locupletiſſimos Haitonem Armenium & Ignatium Antiochenum. Ex his duo diſcimus, quæ hypotheſibus noſtris apprimè conueniunt. Primo, Menſem Adarmei fuiſſe caput anni Perſici vſque ad Iezdegirdem, qui principatum illum dedit A. D. 631, menſi Di, ſiue Dema. Anno verò ſequente 632. primatum illum ab Othmane datum menſi Phrurdin. Secundò, Anno Chriſti 631. menſem Di ſiue Dema cœpiſſe Martij XVIII. Arietis primo, & A. D. 632. menſem Phrurdin cœpiſſe Junij XVI, & conſequenter A. D. 632. menſem Aben deſijſſe in Februarij decimo. Quæ autem Scaliger ait de menſis vnius apud Perſas intercalatione, ſic intelligenda cenſeo. Sol creatus eſt Arietis primo, primo item menſis Adarmei, Aprilis XXI. Poſt annos 120, Aprilis XXI, incidit in primum diem menſis Di, ſiue Dema. Tum igitur Dema erat caput anni non ciuilis, ſed cœleſtis, vſque ad annum 241, quo principatum obtinebit Behemen, & ſic deinceps.*

Dixerit aliquis Ignatium, Georgium, Cenſorinum nuperos homines eſſe. Quanquam Cenſorinus A. D. 238. ſcribebat. Audiamus antiquiores. Q. Curtius, ſub Auguſto quidem, ſed Alexandri res ſcribens, Magi, *inquit*, proximè patrium carmen canebant. Magos trecenti ſexaginta quinque iuuenes ſequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero. *Polyænus ait Herculem Pandameæ filiæ dediſſe 365. Indiæ pagos ſecundum anni dies.*

Curtius l. 3.

Polyænus ſtratagem. l. 1.

Diodorus de Thebis Ægyptijs loquens, Dicunt, *inquit*, ſe eſſe vetuſtiſſimos hominum, *h. e. habere ſe vetuſtiſſima antiquitatis monimenta*; Vtuntur menſibus tricenûm dierum, & quinque dies καὶ τὸ τέταρτον (*hæ voces omnino ſunt adiectitiæ*) addunt duodecim menſibus atque ita circulum annum

Diod Siculus lib. 1. p. 32. editionis Græcæ Henrici Stephani.

abſoluunt.

abſoluunt. Embolimos verò menſes non addunt, nec dies detrahunt vt plerique Græci. *Quadrantis adiectionem biſſextilem Ægyptij non admiſerunt ante annum V. C. 725. Romani non ante annum V. C. 709. nec quiſquam ante Cæſarem dicitur eam inſtituiſſe.*

p. 29. & 30. *Diodorus autem Ægyptum luſtrabat Olympiade clxxx, vt ipſe bis affirmat. h. e. anno V. C. 694. Itaque docet Ægyptios anno dediſſe dies 365. ſine vlla menſis aut diei detractione vel adiectione. Itaque Oſymandyas vetuſtiſſimus Ægypti rex ſepulchro ſuo inſculpſit circulum aureum cubitorum 365, ac cuique cubito dies anni inſcripſit. Oſiridis (is*

p. 13. *eſt Miſraim Chami filius) tumulo inferebantur χόες 360. Intercalares autem dies quinque peculiariter erant ſacri to-*

p. 9. *tidem Dijs Oſiridi, Iſidi, Typhoni, Apollini, Aphroditæ ſiue Veneri, vt qui crederentur ijs diebus nati. Denique, vt omnia euoluas, nullam anni formam inuenies antiquiorem Ægyptiacâ, nullam, quæ diutius & pluribus populis fuerit in vſu.*

VI. IV.

A. M. 1532. Ante Dn. 2468.

Noæ CCCCLXXX.

Gen. 6. 3. DEus videns omnes homines nullo inter fideles & infideles, nullo inter Sethi & Caini poſteros diſcrimine, quaſi in facinus iuraſſe, denuntiat ſe intra centum ac viginti annos perditurum genus humanum. Hunc eſſe ſenſum comminationis diuinæ meritò contendit Torniellus, probatq. authoritate Chryſoſtomi, Hieronymi, Auguſtini, Bedæ. His addantur tres Paraphraſes Chaldaicæ & R. Schelomoh Iarchi. Alioqui pluſquam quadringentis poſt Diluuium annis omnes Abrahami maiores vixerunt plures annis ducentis.

XXVI. V.

A. M. 1552. Ante Dn. 2448.

Noæ D.

NOe quingenteſimo ætatis anno gignit Semum, Chamum, Gen. 5. 32.
Iaphetum, non ſimul omnes. Sed vnum aliquem hoc anno. Is autem videtur eſſe Iaphet, vt ex Geneſ. xi. 12. colligunt Hebræi, LXX, Lyranus, יפת Abulenſis, Genebrardus. Itaque Geneſ. xi. 21. vertunt. *Hic quoque natus eſt Semo patri omnium filiorum Heberis, fratri Iapheti natu maximi,* non *maximo*, vel *maiore*, vt vertit vetus Interpres *Iaphet* autem eſt πειθήνιος, fidelis, obſequens. Vnde & paronomaſticum illud Noę oraculum. Geneſ. 9. 27.
Blandè pelliciat & ad fidem alliciat Deus Japhetum. Latini Iapetum dixerunt. Sed vt Arabes, ſic LXX. Hebræorum P pronuntiant vt F. יפת אלהים ליפת

I. VIII.

A. M. 1555. Ante Dn. 2445.

Noæ DIII.

NOe gignit Semum anno centeſimo ante Arphaxadi natiuitatem, quæ contigit biennio poſt diluuium. Gen. 11. 12.
Eſt autem Sem ὁ ὀνομαστὸς, vel ὁ ὀνομάζων ὄνομα κυρίου. Hic non tantum patris & aui Lamechi, ſed etiam שם

proaui ſui Matuſalæ, qui plus quam trecentos quadraginta annos Adamum audiuerat, diſcipulus, fuit poſtea cœleſtis doctrinæ conſeruator fidus ac propagator vſque ad Iſaaci tempora, vt licet inter Adamum & Iſaacum ſint viginti generationes, tamen Iſaac poſſit dici quaſi quartus ab Adamo.

IX. V.

A. M. 1647. Ante Dn. 2353.

Noæ DXCV.

Gen 5.31. LAmech anno ætatis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo e vitâ migrat currente primo hebdomadis anno. Vixit annorum hebdomadas vndecim & centum.

DILVVIVM.

XIV. X.

A. M. 1652. Ante Dn. 2348.

Noæ DC.

PRimus anni Ægyptiaci 1653. menſis cœpit anno mundi Iuliano 1652. Martij quarto, feriâ quartâ. Eo menſe vel paulò ante hominem exuit Mathuſale anno ætatis DCCCCLXIX. Secundus menſis cœpit Aprilis tertio, feriâ ſextâ.

Deus præfractam mundi impietatem ac iniuſtitiam vniuerſali diluuio puniturus pro ſuâ miſericordiâ ſemen aliquod reſeruat, ex quo rurſus genus humanum & Eccleſiam propaget ſelectâ ad eam rem pij Noæ familiâ.

Noe igitur Dei iuſſu conſtructâ a. Geneſ. 6.14.
arcâ ex lignis [a] *Gopher*, h. e. cedrinis,
vt explicant tres Paraphraſes Chaldaicæ, cuiuſuis [b] generis animalia, ex b. Geneſ. c.7.v.2.7.14.
immundis quidem bina, ex mundis
vero bis ſeptena congregat, & in arcam immittit ſecundi menſis die [c] c. Gen. 7. 10.
decimo, Aprilis duodecimo, Arietis quarto, ſiue triduo poſt Æquinoctium vernum, Lunâ XXI.

Eccleſia pauculis, ſecundum electionem gratiæ, hominibus conſtans, aduerſis rerum immerſabilis vndis, vniuerſali hominum exitio eripitur in aquis & per aquas, quæ eandem vexant, vectant, probant, expurgant.

Cauſſa diluuij, fuit hominum in Geneſ. c. 6.v.2.12.13.
homines violenta iniquitas, & defectio à Deo, quod etiam ij, qui filij Dei. i. fideles audiebant, cum filiabus hominum. i. infidelium ἑτεροζυγοῦντες illicita matrimonia conſociantes diuina profanis miſcuiſſent. Sed quia B. Iudas Apoſtolus Enochi prophetiæ, quæ iam non extat, meminit, extemplo planus aliquis procudit libellum, Enochi nomine inſcriptum, in quo filios Dei interpretatur Angelos, quaſi mulierum amor Angelis lapſus cauſſa fuerit, quod ſane puerile eſt & ἀθεολόγητον. & tamen impoſtor ille fidem inuenit apud Ioſephum hiſtoricum, & Tertullianum libro de velandis virginibus, & alios, quos refellit B. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. decimo quinto cap. 23. *Pluuiæ cœperunt ſecundi menſis die XVII.* Aprilis vndeuiceſimo, Arietis vndecimo, biduo ante Gen. 7.11.
Nouilunium. *Pluit dies quadraginta.* 7.12.

Diebus vero 110. noui aquarum fontes vndique ebullierunt. *Aquæ inualuerunt dies centum quinquaginta, vſque ad menſis ſeptimi diem ſeptimum decimum* incluſis videlicet diebus quadraginta imbris continui: quod cùm non animaduertiſſent LXX. temerariâ prudentiâ Moſis contextum non corrigere, ſed deprauare auſi legerunt XXVII. pro XVII. quem errorem licet ſequatur etiam vetus interpres Latinus, tamen reprehendere non dubitauit Sixtus Senenſis. *Neq. enim*, inquit, *credere par eſt Hebræos codices eſſe corruptos, quando is numerus conſentit cum 150, diebus, quibus terras labefactauit diluuium, & Chaldaica editio idem atteſtatur.* Pluuiæ igitur deſierunt Maj XXIX. Nouæ ſcaturigines ebullire ceſſarunt Septembris XVI. Virginis quinto. Aquæ, inquam, inde ab Aprilis XIX. ſemper creuerunt. Septembris demum XVI. decreſcere cœperunt.

7. 24. & 8. 4.

Sixtus Bibl. ſanct. l. 5. p. 562.

Cacumina montium apparere cœperunt decimi menſis die primo. Nouembris penultimo, Scorpij XVIII. Aquæ ſuperabant quindecim cubitis altiſſimos montium vertices. His exſiccandis dati ſunt dies ſeptuaginta quatuor. Supererat altitudo montium, cui exſiccandę dati ſunt dies nonaginta quinque. Dixeris. Conuenitne vt incrementa aquarum tribuantur æſtati, decrementa hyemi? Apprimè conueniebat, vt eò luculentiùs conſtaret Noæ, non eſſe hoc opus naturæ, ſed iræ diuinæ. Rurſus. *Homines*, inquit R. Ioſue, *vias ſuas peruerterant. Deus viciſſim creationis*, i. naturę *ordinem inuertit.*

Gen. 8. 5.

R. Ioſue citatus in Seder Olā c. 4.

XV. XI.

ANNO MVNDI 1653.

Ante Dominum 2347.

Noæ DCI. Semi XCIX.

NOe expectatis poſt conſpecta montium cacumina diebus quadraginta emittit coruum vndecimi menſis vndecimo die, Ianuarij octauo. Coruus longè latèque volitãdo peruenit ad aridas terræ partes. Gen. 8. 6.

Ab emiſſione corui ad primam emiſſionem columbæ, quot dies expectarit Noe, non exprimit Moſes. Ex Geneſeos tamen c. 8. v. 10. colligi videtur Noam expectaſſe dies ſeptem. Sed ſi ita eſſet, annus quo vtebatur Noe, conſtaret tantum menſibus vndecim, diebus trecentis triginta. Atque hæc cauſſa eſſe poteſt, cur, cùm ab Adami creatione ad Exodum ſint anni 2503. vel circiter, tamen Exodus incidat in annum æræ mundi Iudaicæ 2263. Omnino enim anni Iuliani 2262. conficiunt annos dierum trecenûm ac tricenûm 2503. Conſtat autem Exodum contigiſſe annis 1497. ante Chriſtum, ac proinde conuenire cum anno æræ mundi Iudaicæ 2263. Sed quis credat Patriarchas tam abnormi anno vndenûm tantum menſium, vſos fuiſſe? Igitur vero propius eſt, quod magnus Scaliger obſeruauit Noam bis quadragenos, totieſque ſeptenos dies expectaſſe. Atque ita conſtabit anno Patriarcharum numerus dierum 365, quæ anni forma eſt omnium ſimpliciſſima, elegantiſſima,

antiquiſſima, & Orienti toti vſitatiſſima.

Noe igitur quadraginta diebus poſt corui emiſſionem columbam emittit duodecimi menſis die XXI. Februarij XVII. Columba, cum non poſſet, ad eos vſque montes, ad quos coruus auolarat, eniti, nec haberet, vbi pedem figeret, ad Noam redit.

Gē.8. 10. *Noe cum expectaſſet adhuc ſeptem dies alios, perrexit emittere columbam ex arca.* Ex his verbis non magis neceſſariò ſequitur Noam antehac ſeptem dies expectaſſe, quàm ex Matthæi primo B. Mariam habuiſſe filios aliquos poſt Chriſtum. Neutrum, inquam, neceſſariò ſequitur. Neutrum vero conſentaneum eſt. Quin potius vtrumque aduerſatur, illud quidem rationi, hoc pietati & reuerentiæ, quam debemus CHRISTO & huius ſanctiſſimæ matri ac τῇ μακαριωτάτῃ θεοτόκῳ. Columba ad Noam reuertitur ramum virentis oliuæ præferens, Septiduoque poſt, Noe tertiò columbam emittit, ἐπαγομένων ſiue intercalarium dierum quinq. die vltimo, Martij tertio. Columba iam ſecurè per extantia arbuſta volitans & in ipſa humo habens vbi pedem poneret, ad Noam non reuertitur.

Ita Noe ineunte ſexcenteſimo primo ſuæ ætatis anno, Martij quarto comperit ſiccatas eſſe diluuij aquas. *Terra*, inquit Moſes *charebah* Onke-
חרבה los *Naguebah* h.e. *ſicca erat*, non ſta-
נגבה gnans. Quia tamen vdum adhuc erat & cœnoſum ſolum, Noe expe-
יבשה ctauit inſuper dies quinquaginta ſeptem, ac tum *terra*, inquit Moſes & Onkelus, IABESCHAH *arida erat*.

Atque ita ſecundi demum menſis die XXVII. Aprilis XXIX. ex arca egreſſus eſt, currente vltra medium anno Sabbathico, cuius proprium erat, vt terra etiam nullo labore exculta, nullâ ſatione inuitata, tamen vltrò fruges aliquot proferret. Itaque, vt creationi, ſic inſtaurationi mundi conueniebat gratuita anni Sabbathici meſſis.

Sequente Autumno Noe ſerere incipit, ineunte primo ducenteſimæ triceſimæ ſeptimæ hebdomadis anno. Ob hanc, & alias, quas paſſim notamus, cauſas, cùm alij ab Orbe condito ad Diluuij finem numerent annos 1657. nos numeramus tantum annos Ægyptiacos 1653. dies 57. annos Iulianos 1652. dies octo, a Solis inquam, creatione, ad eam diem, quâ Noe ex arcâ egreſſus eſt.


Locus, vbi ſtetit arca in Cordijs Armeniæ montibus ἀποβατήριον dictus eſt, mons ipſe Baris.

Arcæ reliquiæ oſtentabantur adhuc poſt Alexandri tempora Beroſi *Ioſephus*
Chaldæi ætate, vt ipſe teſtatur apud *Antiq. l.*
Ioſephum. Diluuij meminerunt *1. c. 4.*
etiam Hieronymus Ægyptius & Mnaſeas Beroſo forſan antiquiores.

Atque adeò nationes omnes huius diluuij memoriam aliquam conſeruarunt, ſed fabulis obſcuratam, vt in Ouidij maximè Metamorphoſibus videre eſt.

Et ſicubi diluuium aliquod particulare contigit, protinus illud cum vniuerſali confundebant, vt Ægyptij Ogygium, Græci Deucalioneum, de quibus dicturi ſumus A. M. 2239. & 2487.

Digitized by Google



A D. Semipes Pariſinus, quem Galli regium vocant, in digitos octo, & particulas quadraginta diſtributus.

A B. Semipes veterum Romanorum, qualis hodieque Romæ aſſeruatur in Capitolio & in hortis Colotianis. Huius menſuram typis ediderunt Vigenerus in Liuium, Iacobus Boſſius & Sebaſtianus Serlius Antiquitatum Romanarum lib. 3. p. 6. 110. & 126. Hic ſemipes capit ſeptem digitos Pariſinos & quintam digiti partem.

A C. Semipes Atticus conſtans digitis Pariſinis ſeptem cum ſemiſſe, vel, ſi mauis pollicibus Romanis duodecim cum ſemiſſe. Id colligimus, ex eo quod veteres omnes Stadio dederunt pedes Atticos ſexcentos, Romanos ſexcentos viginti quinque

A E. Semipes Patriarcharum Hebræorum, Ægyptiorum, Perſarum conſtans digitis Pariſinis nouem.

Quia typi æneidicæ el arte imprimuntur, quæ poſtea ſe plus vel minus côtrahit, ideò typographi vix præciſè poſſunt delineationes huiuſmodi aſſequi, Sed pedis Pariſ. menſuram adeptus facile mentem noſtram aſſequeris, comperieſque ni fallor, nos de pede Romano, Attico, Hebraico vera vel vero proxima dixiſſe.

ARCA NOÆ.

De arcæ amplitudine multa Buteo, Temporarius, Arias Montanus, Pererius, Torniellus dixerunt. De veterum menſuris & ponderibus multò plures : De vtroque argumento nos quoque ſcripſimus ante ſexennium. Sed neque, quæ apud alios legimus, neque, quæ nos ipſi ſcripſimus, nobis ſatisfaciunt. Origenes. *Apud Geometras*, inquit, *ſecundum eam rationem, quæ apud eos virtus vocatur, ex ſolido & quadrato, vel in ſex cubitos vnus deputatur, ſi generaliter vel trecentos, ſi minutatim deducatur.* Hîc Origenem exagitant Buteo, Torniellus, alij. Sed priùs erat emendandus, quàm reprehendendus. Ego puto Origenem ſcripſiſſe, *in ſex pedes cubitus vnus deputatur, qui generabit ducentos vel trecentos, ſi minutatim deducatur.*

Origenes de arcâ Noe homil. 2.

Vox Moſis *Amma*, quam cubitum vertimus, non vnius eſt ſignificationis. Fatetur Arias Montanus aliquando cubitum vocari palmos quinque, pollices quindecim, digitos viginti, denique pedem cum quadrante. Græcis diſtinctionis causâ πυγὼν dicitur. Sæpiùs accipitur proſeſquipedali menſurâ palmorum ſex, pollicum octodecim, digitorum viginti quatuor. Sed ex Origene colligo tertium inſuper eſſe Cubitum vel *Ammam*, Geometricum, primarium, axillarem, dictum. Is Nu- אמה

2. Chron. 3. 2.
Ezech. 41. 8.

Digitized by Google

merorum xxxv. 4. paſſus a vetere interprete dicitur. Paſſum Geometricum plerique volunt eſſe pedum quinque. Quinque pedes Hebræorum æquant longitudinem ſex pedum Atticorum. Hinc eſt, quod Origenes putat ***cubitum vnum deputandum in ſex***, non cubitos, ſed pedes. Iam ſi conficias duo vaſa cubica, priùs ex cubito, qualem definit Origenes, alterum ex pede Attico, maius capiet, ex Origenis ſententiâ, minora ducenta vel trecenta. Re verâ maius vas capiet præciſè minora ducenta & ſexdecim. Sed profectò non eſt veriſimile vllum fuiſſe cubitum, vel *Ammam* quinque pedum. Quam enim rationem aut ſimilitudinem habere poſſunt quinque pedes cum cubito? Sed πυγὼν porrigitur ἀπ' ἀγκῶνος, à cubito ad extremam manus in pugnum contractæ partem. Πῆχυς, cubitus propriè dictus porrigitur ἀπ' ἀγκῶνος, a cubito ad extremam manus explicatæ, ſiue ad mediam pectoris partem. Cubitus Geometricus porrigitur a mediâ pectoris parte ad extremam manus, ſi brachium extendas, partem. Membrorum autem corporis humani ſymmetria poſtulat, vt minor cubitus ſit quadrante longior pede, vt medius cubitus ac propriè dictus ſit ſeſquipedalis, tertius verò cubitus ſit ſecundo duplo maior, ac proinde non quinque, vt putauit Origenes, ſed trium pedum. Id docet Moſes ipſe. Nam cum Numer. xxxv. v. 4. aſſignaſſet ſuburbijs Leuitarum millenos vndique extra vrbem cubitos maiores, quos vetus interpres, paſſus vertit, ſequente verſu pro millenis cubitis dicit bis millenos, ſeſquipedales ſcilicet. Sic 1. Regum vii. 15. primarijs templi Salomonici columnis dantur cubiti octodecim. Iiſdem 2. Chron. c. 3. v. 15. dantur cubiti triginta quinque, quibus, ſi cubitum vnum addas, quem ſtylobatæ aſſignes, fient cubiti triginta ſex, vt cubitus Geometricus ſit præciſè duplo longior ſeſquipedali, quemadmodum ſiclus ſacer duplo grauior eſt ſiclo ciuili. Poſſunt in eam rem & alia dici. Sed nolumus hîc integrum opus de menſuris ſcribere. Tantum libet obiter, ὡς ἐν ἀνακεφαλαιώσεως λόγῳ, aut retractationis inſtar, δευτέρας φροντίδας ponere. Vtinam σοφωτέρας.

Vt anni forma, quâ vſi ſunt Patriarchæ, manſit apud Abrahami poſteros vſque ad Moſis tempora, & apud Ægyptios, Perſas, Armenios etiam multò poſt Moſem, vt ſupra p. 8. 9. 10.
probauimus, ſic menſura pedis, quâ & A. M.
vtebantur Patriarchæ in dimenſio- 1460.
nibus, manſit apud Perſas, Ægyptios, Hebræos, forſan & alios. Atque adeò, pes Romanus, pes Atticus analogâ mutatione videntur ab Hebræorum pede propagati. Siquidem pes Hebræorum eſt πυγὼν Romanorum & πυγὼν Hebræorum eſt ſeſquipedalis Athenienſium cubitus.

Ne videamur hæc fingere, paucis confirmanda ſunt. Ex ijs quæ A. M. 2941. de Pyramidibus dicimus, colligere eſt, quatuor pedes Ægyptiacos vel Memphiticos æquare longitudinem quinque pedum Romanorum. Herodotus Babylonis muros deſcribens ait eorum craſſitudinem

Digitized by Google

fuiſſe cubitorum regiorum quinquaginta, altitudinem ducentorum cubitorum. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μείζων τρισὶ δακτύλοισι. Rex apud Herodotum, Thucydidem, Xenophontem eſt Perſa. Regius cubitus eſt Perſicus. Herodotus igitur innuit cubitum Perſicum Attico longiorem eſſe tribus pollicibus Perſicis. Digitum enim pro pollice ſumit.

Diodorus Siculus lib. 2.

Diodori de eâ re loquentis locus eſt mendoſus, ſed ex Herodoto reſtitui poteſt. τὸ δὲ ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούσιν, ὥς φησι Κτησίας ὁ Κνίδιος. ὡς δὲ Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν, πεντήκοντα ἑξήκοντα καὶ πέντε (pro καὶ πέντε legendum ποδῶν.) Altitudo murorum erat cubitorum Perſicorum ducentorum, Atticorum 240, pedum Perſicorum trecentorum, Atticorum 360. Rurſus, τὸ μὲν ὕψος, ὥς φησι Κτησίας, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δὲ &c. lege τὸ δὲ πλάτος ὡς ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν, πηχῶν πεντήκοντα. Hic poteſt eſſe error Diodori. Error tamen eſt. Quinquaginta enim cubiti ad craſſitudinem, quinquaginta orguiæ, i. trecenti pedes Perſici ad altitudinem murorum ſunt referendi.

Babylonij pedes nouem Perſicos decem, Babylonij tres Atticos quatuor conficiebant. Itaque, cùm Herodotus tribuit lõgitudini murorum Babyloniorum centum vinginti ſtadia, perinde eſt ac ſi dixiſſet ſeptuaginta duo millia pedum Atticorum. Cùm Diodorus tribuit ambitui Babylonis trecenta ſexaginta ſtadia, perinde eſt ac ſi dixiſſet ducenta ſexdecim pedum Babyloniorum millia. Stadium enim vocat ſexcentos pedes ſiue Babylonios, ſiue Perſicos, cùm propriè ſit ſexcentorum pedum Atticorum. Plinius vero cùm ambitum Babylonis dicit complecti ſexaginta paſſuum millia, perinde eſt ac ſi dicat, trecenta pedum Romanorum millia. Igitur Babylon quadrata habebat vndique pedem Babyloniorum LIVM, Perſicorum LXM, Atticorum LXXIIM, Romanorum LXXVM.

Plin. l. 6. c. 26.

Græci ex nominibus peregrinis deſinentibus in N formant accuſatiuos ſuos, vt à Ionatan, Ἰωνάθης, Ἰωνάθην.

Sic ab Hin fit χοῦς, χοῦν, vnde Latinum Congius, non ob æqualitatem ſed ob analogiam harum menſurarum. Ita quoduis vas ex quouis ſemipede cubico confectum dici poteſt congius. Viciſſim ex quouis pede confectum vas cubicum dici poteſt quadrantal, Cubicum, inquam, aut cubico æquale. Eâdem analogiâ vas cubicum ex quouis palmo confectum dici poteſt cotyla. Videas enim pleroſque populos habere vaſa confecta ex ſuo pede, ſemipede, palmo, vel menſuras reſpondentes huiuſmodi vaſis. Verbi cauſa, ex palmo Sedanenſi cõficito vas cubicum, capiet ſemiſextarium Sedanẽſem. Ex ſemipede Sedanenſi confectum vas cubicum, capiet id, quod vulgò dicitur, *vn Pot*. Ex pede Pariſino confectum vas cubicum capit Semimedimnum, qui vulgò dicitur, *Minot*.

Ex ſemipede Pariſino confectum vas cubicum capit Sextarios Pariſinos (*chopinas* vulgò vocant) nouem.

Ex palmo Romano confectum vas cubicum capit ſeſquiheminam Romanam capientem vini quindecim vncias Romanas.

Ex ſemipede Rom. confectum vas cubicum capit congium Rom. pendentem vini decem libras Rom. olei nouem, ſiue mauis, vncias olei Romanas octo & centum, Pariſinas nonaginta quatuor cum ſemiſſe.

Ex pede Romano confectum quadrantal dicitur Amphora capiens Romanas vrnas duas, modios tres, congios octo, ſextarios duodequinquaginta, libras tritici Romanas ſexaginta, vt docent Voluſius, Fannius, Galenus, Cleopatra.

Ex palmo Attico confectum vas cubicum dicitur cotyla Georgica, capiens mellis vncias Rom. viginti duas & ſemis, Ex ſemipede Attico confectum vas dicitur chus capiens mellis libras Rom. quindecim, Ex pede Attico confectum vas dicitur Ceramium capiens mellis libras Rom. centum viginti, teſte Dioſcoride, vnde colligere eſt Cotylam Georgicam capere quindecim olei vncias Romanas, Congium libras decem, Ceramium octoginta. Tritico verò plenum Ceramium pendebat vncias Romanas octingentas, Pariſinas ſeptingentas.

Eadem analogiâ vas cubicum ex Hebræorum palmo confectum capit ſeſquilogum, Vas ex ſemipede Hebræorum confectum dicitur
הין Hin
Hin, capiens Logos duodecim, Kabos tres. Quadrantal ex Hebræorum
סלע Sela.
pede confectum dicitur Sela, capiens ſata quatuor, Hines octo, Kabos 24, vt conſtanter docent R. Dauid Kimchi, R. Natan, alij. Sa- סאה Sea.
tum autem eſt modius Hebræorum & Athenienſium capiens ſeſquimodium Romanum, Logos viginti quatuor, ſextarios Romanos totidem, Sextarios Atticos vigintiduos, vt docent Epiphanius, Hieronymus in Matthæum cap. XIII. Ioſephus Antiquit. lib. IX. cap. 2. Ex ſeſquipedali Hebræorum cubito confectum vas cubicum capit Ephas, ſiue Bathos quatuor & ſemis, vel, vt vult Moſes Gerundenſis, nouem cubiti cubici capiunt Batos quadraginta. Docent id λουτῆρες, lauacra Salomonis, quorum diameter erat cubitorum quatuor, non ſeſquipedalium, ſed πυγόνων. Axis, inquam, habebat pedes Hebr. quinque, circunferentia quidecim, amplitudo ſiue capacitas pedes Hebr. triginta tres, cubitos vero ſeſquipedales Hebr. nouem, vt rectè docent Iudæi. Ex huiuſmodi menſurarum Hebraicarum, Atticarum, Romanarum collatione colligimus vt Perſicos, & Memphiticos, ſic Hebraicos pedes octo capere Pariſinos nouem, Romanos decem. Sententiam noſtram confirmant Georgica Iudæorum præcepta, quæ magnâ diligentiâ collegit Benedictus Atias Montanus Hiſpalenſis ex Talmude. Sed ea luce & limâ indigent. Elias dicitur canales fodiſſe, quantum ſoli caperent duo ſata ſeminis. Hîc R. Dauid Kimchi. *Latitudo*, inquit, *canalis erat circiter locus ſationis duorum ſatorum. h. e. erant circiter quinquaginta cubiti ſuper quinquaginta cubitos.* legendum *ſuper centum*

1. Reg. 7.

Montanus in Tubal Kain.

1. Reg. 18. 32.

rum cubitos, vt conſtat ex Talmudis
libro de pignoribus c. 1. §. 10. & cap.
v. §. 2. 6. in commentarijs. Arias
Montanus de menſuris ſacris. pag. 9. Montanus. *In Geometricis*, inquit,
rationibus adnotatum eſt agrum coro tri-
tici ſerendum non minorem eſſe oportere, A
quàm cubitorum ſeptingentorum trigin-
ta millium. quæ ratio in lib. Miſnaioth
pag. 7. *ſubducta eſt tract. de Nezikin cap. 3. §.*
1. in Comment. legendum. *Cubitorum*
ſeptuaginta trium millium. Idem. *Aſ-*
ſignant, inquit, *veteres aruum cubitis* B
quadraginta quadratum ad ſementem
Sati faciendam tractatu de chelaim cap.
2. §. 2. in Commentarijs, eodemq. loco
§. 6. docemur tres ſulcos facere duos cu-
אמה *Cubitus.* *bitos. Preterea in tractatu de ſebua c. 1.*
§. 8. ſcribitur 4. Emah occupare loci ſpa- C
tium, quod capere poßit par boum cum
iugo: idemque legimus in tractatu de ha-
rubim c. 1. §. 1. in Comment. Prior de-
finitio eſt intelligenda de ſeſquipeda-
li cubito trium pedum, vt dicas par
boum cum iugo, temone, rheda oc- D
cupare ſpatium vnius cubiti maioris
ſiue trium pedum in latitudinem,
quatuor verò cubitorum in longitu-
p. 8. dinem. h. e. pedum duodecim. Idem.
Seminatur tritici Kabus vnus in arui cu-
bitis decem cum dimidio quadratis, vt E
definitur in Miſnaioth de Angulo cap.
3. §. 6. & cap. 8. §. 5. De Kabo verum
hoc eſſe non poteſt, de Logo poteſt.
Ager, inquam, Logi ſementem ca-
piens habet denos vndecunque lati-
tudinis cubitos, Kabus implere po- F
teſt agrum vicenos vndique cubitos
habentem. Satum ſufficit ſerendo a-
gro quinquagenos, vel potius, vnde-
quinquagenos, vndique cubitos ha-
benti. Corus conſerit agrum haben-
tem vndique cubitos 264. vel 270.
In vniuerſum verò Logus implet cu-
bitos centum, Kabus quadringen-
tos, Satum duo millia quadringen-
tos, Corus ſeptuaginta duo vel tria
A millia.

Atque hæc ita demum vera com-
peries, ſi intelligas ea de ſeſquipeda-
libus Hebræorum cubitis. Nam ſi de
minoribus cubitis agas, puta de At-
ticis, qui conſtant Atticis quidem
B pollicibus octodecim, Hebraicis
verò quindecim, longe alia ratio erit
ineunda. Nam ager Logi ſementem
capiens habebit duodenos vndique
cubitos Atticos, in vniuerſum 144.
Kabus, implebit agrum habentem
C vndique vicenos quaternos cubitos
Atticos, in vniuerſum 576. Satum
conſeret agrum habentem duode-
ſexagenos vndique cubitos, in vni-
uerſum 3256. Corus ſufficiet conſe-
rendo agro habenti vndique cubi-
D tos Atticos 322. in vniuerſum
103684. Quippe quinque lineales
Hebręorum cubiti dant Atticos ſex,
at viginti quinque quadrati Hebręo-
rum cubiti dant Atticos triginta ſex.
Vt vt ſit illa, quæ tam ſedulò collegit
E doctiſſimus Montanus Hebræorum
præcepta, ne ſpeciem quidem veri
haberent, niſi inter pedem Hebræo-
rum, Athenienſium, Romanorum
ea eſſet proportio, quam depinxi-
mus, quantum quidem nos ex Geo-
F metricarum proportionum & *συνα-*
ληθάς legibus colligere poſſumus.

Quemadmodum autem Moſes ra-
rò diſtinguit, de tetradrachmali, an
de didrachmali Hebræorum ſiclo
agat, de ſacro, an de ciuili, ſed id

li

aut incertum manet, aut ex rei, de qua agitur, naturâ colligendum. Sic, etiam ſi non dicat, de minore, an de maiore cubito loquatur, de ſeſquipedali, an de duplo longiore, tamen vt Numer. xxxv. 4. Sic Geneſ. vi. 15. videtur Moſes intelligere cubitum maiorem, Ita arcę hęc dimenſio erit.

ARCÆ DIMENSIO.

Quid ſi cubitus primarius fuit duplo maior non ſeſquipedali Hebræorũ, ſed pygone Athenienſium? Vide A. M. 2983.

	Cubiti.	*Hebr.*	*P E D E S.* *Pariſ.*	*Attici.*	*Romani.*
Altitudo	30.	90.	101.	108.	112.
Latitudo	50.	150.	169.	180.	187.
Longitudo	300.	900.	1012.	1080.	1125.
Amplitudo.	450000.	12150000.		20995200.	

Hæc dimenſio facit arcam octuplo capaciorem, quam ſi verba Moſis de ſeſquipedalibus Hebræorum cubitis intelligas. Quanta cunque fuerit arcæ longitudo & latitudo, haud multum intereſſe puto ad operis difficultatem. Præcipua difficultas eſt in altitudine, cui damus duos circiter & centũ pedes Pariſinos. Immane id videtur. Sed cogita Noam ante annos cẽtum & viginti de futuro diluuiuo monitum, & ante annos circiter centum de arcâ fabricandâ mandatum accepiſſe, ſpeciali numinis auxilio ſubnixum, & cœleſti ſapientiâ præditum fuiſſe.

XVI. XII.

A. M. 1654. Ante Dn. 2346.
Noæ DCII. Semi C.

Geneſ. 11. 10.

SEmo centeſimum annum agenti naſcitur Arphaxad biennio poſt Diluuium inchoatum, ſiue mauis, ſecundo anno poſt diluuium finitum. Hunc ego primogenitum eſſe puto Semi filium. Sed quia Geneſ. x. 22. Elam & Aſſur nominantur ante Arphaxadum, Torniellus agnoſcit quidem eos natos &

C conceptos eſſe poſt Diluuium. Et meritò. *Pauca* enim, *hoc eſt*, *octo animæ per aquas ſeruatæ ſunt.* Sed *Elam*, inquit, *natus eſt decem*, *Aſſur viginti*, *Arphaxad triginta menſibus poſt finitum diluuium.* At tum neque nutrix vlla, *1. Petr. 3. 20.*

D nec lactis pecuini copia, ſuppetebat. Itaque non eſt credibile centenarium Semum, vix dum è ſepulchro erutum in Venerem adeò præcipitem fuiſſe, vt ne annum quidem filiorum alimonię largiretur, vix menſem vnum puerperæ purificationi.

E Igitur vero propius eſt Arphaxadum eſſe primogenitum. Sed ſcripturam in genealogijs contexendis non ſemper ordinem natiuitatis ſequi patet Gen. v. 32. x. 22. xi. 26.

F

XVI. II.

A. M. 1682. Ante Dn. 2318.
Noæ DCXXX.

D*iodorus Ægyptiorum antiquitatem ſuam prædicantium gloria-* *Diod. Sicul. lib. 1.*

tionem ſuſpectam meritò habens. Quidam, *inquit*, eorum, μυθολογοῦσι fabulantur in Ægypto regnaſſe Deos & Heroas paulo minus octodecim annorum millibus, Deorum vltimum regnaſſe Orum Iſidis filium. Ab hominibus verò regnatam aiunt ἀπὸ μυριάδος βραχὺ λείποντα τῶν πεντακισχιλίων (*videtur legendum* πεντακοσίων) annos circiter nouem millia quingentos, vſque ad *clxxx.* Olympiadem, quâ in Ægyptum appulimus. *Hi anni ſunt dierum tricenum. Diodor. in Ægyptum venit A.M.3940.V.C.694. Regnauerãt in eâ mortales menſes 9500, annos Iulianos 780. Heroes verò & Dij menſes XVIII M. h. e. annos Julianos 1478. Colliguntur anni 2258, qui de A.M. 3940. deducti deſinunt in A. M. 1682. circa quem naſci potuit Miſraim, ſiue Oſiris famigeratus Ægyptiorum Deus. Orus verò naſci potuit circa A. M. 1778.*

XXIII. IX.

A. M. 1689. Ante Dn. 2311.

Noæ DCXXXVII. Semi CXXXV.

Geneſ. 11.12. ARphaxad, annos triginta quinque natus, generat filium. Quæritur, ſitne Sala, an Kainan. Torniellus vult filium hunc eſſe Kainanem; A Kainane autem, cum eſſet annorum triginta, ortum eſſe Salam. Sanè Lucæ tertio legimus τοῦ Σαλὰ, τοῦ Καϊνᾶν, τοῦ Ἀρφαξάδ. h. e. *filij Sala, filij Kainan, filij Arphaxad.*

Ita habent omnia, quotquot extant, exemplaria Græca, Latina, Syriaca. Beza tamen ait in ſuo vetuſtiſſimo codice Græco defuiſſe vocem illam τοῦ Καϊνάν. Omnes quoque codices Græcæ Geneſeos editionis, quæ tribuitur LXX. intepretibus, conſtanter Genealogiam Arphaxadi ita contexunt. Sed in ijſdem codi- A cibus Græcis conſtanter dicitur Arphaxad genuiſſe Kainanem cum vixiſſet annos centum triginta quinque, Kainan genuiſſe Salam, cum vixiſſet annos centum triginta, cùm hîc Torniellus Hebraicam verita- B tem deſerat, vt editioni Græcæ accedat, quo iure Græcæ editionis epilogiſmo ducentos annos detrahit?

Cùm videamus, inquit, *omnes probatos S. Lucæ codices, & qui communiter in Eccleſiâ leguntur, ponere genera-* Torniel. Annal. A. M. 1694. §. 2. C *tionem Cainan, profectò non tam facile ab his recedere debemus.* Profectò non facile recedendum a lectione omnium, quotquot extare videmus, codicum. Fieri tamen poteſt, vt ſint quædam mendæ tam vetuſtæ indo- D lis, vt nullius codicis authoritate poſſint tolli. Hoc quotidie in omnis generis ſcriptoribus experiuntur Critici. Etiam in ijs codicibus, qui communiter in Eccleſiâ leguntur, quidam huiuſmodi errores occur- E runt. Inſtat Torniellus.

Arphaxad, inquit, *dicitur Geneſ. XI.12. in vulgata editione genuiſſe Sale, quia genuit Kainanem, in cuius lumbis erat Sale, vt Matthæi c. 1. v. 8. Joram dicitur genuiſſe Oziam.* Non eadem §. 1. F eſt ratio. Matthæus genealogiæ epitomen tradit in τεσσαρεσκαιδεκάδας methodi causâ diſtributam. Ideò ſatis erat, ſi intento digito veri fontes indicaret, & præcipua capita adnotaret. Moſes autem non remittit nos

ad alias tabulas. Sed ipſe Deus vult has Moſis tabulas eſſe Archetypas, & authenticas, quæ confirmantur & I. Chron. c. I. v. 23. & Geneſ. x. 24. In quibus tribus locis conueniunt omnes codices Hebræi, & verſiones omnes præter Græcam LXX. interpretum.

Sed quò minus mirum videatur quod Lucæ 3. 36. dicimus adiectas a librarijs duas voces *τοῦ Καϊνὰν*, iuuat hîc proponere exempla aliquot huiuſmodi gloſſematum, quæ in Græcam LXX. interpretum, & in Latinam vulgatam verſiones, librariorum culpâ, pridem irrepſerunt. Leuit. XXIII. 28. & Num. XXIX. 7. *omne opus ſeruile non facietis in eo*. Fr. Ribera Ieſuita contendit delendam vocem *ſeruile*, meritò: cùm nec in Græco, nec in Hebræo extet, ne in Chaldæo quidem Leuit. XXIII. Num. XXIX. Fateor tamen ſubintelligi poſſe: nec eſt, quod eius vocis expreſſionem tantopere flagitet Torniellus, quaſi Sabbatho iubeantur Iudęi ceſſare *ab omni opere*, Tiſri vero decimo *ab omni opere ſeruili*. Nam ne Sabbatho quidem alia opera vetantur, niſi ſeruilia. quanquam Iudæorum ſuperſtitio, vt fieri amat, iugum ſuum auxit.

Tor. A. M. 1545. §. 40.

Eccleſiaſtici XVIII. 6. *cum quieuerit operabitur*. Legendum *aporiabitur*.

Ioſuæ XI. 19. *non fuit ciuitas, quæ ſe non traderet filijs Iſrael præter Heuæum, qui habitabat Gabaone*. Torniellus agnoſcit delēdam particulam *NON*, deletam Romæ A. D. 1593. Tamen reſtituerunt Lugdunenſes A. D. 1600. & quidem *ad exemplaria*, inquiunt, *vetuſtiſſima, nunc rectè caſtigata, Romaque reuiſa*.

Eccleſiaſtici XXXII. 27. *in omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ*. duo hæc vocabula *crede ex* adiectitia ſunt. Aliquis vocem *fide* explicauerat per *crede*. A deinde, vox *crede* cum appendice *ex* irrepſit in contextum.

Ibid. XLII. 1. *Αἰσχύνεσθε ἀπὸ λόγου ἀκοῆς, λόγων κρυφίων* hęc verba *λόγων κρυφίων* videntur adiecta ad explicandum quid ſit *ἀπὸ λόγου ἀκοῆς*.

B Apoſtolus Romanorum tertio ad probandam generis humani prauitatem multa teſtimonia congerit ex Pſalmis, ac primum ex Pſalmo XIV. Aliquis, (quod & Bellarminus in hunc Pſalmum agnoſcit) putans C omnia illa teſtimonia ex vno Pſalmo XIV. petita eſſe, adiecit ea ſuo Pſalterio ad marginem, vnde poſtea in textum admiſſa ſunt, & ab Arabico Interprete tranſlacta pro more, vt qui ex vulgatâ verſione La- D tinâ, non autem ex Hebręo ſuam Paraphraſin adornarit.

Pſalmo XXIX. 1. LXX. & vetus interpres rectè verterunt. *Afferte Domino filij Dei, Afferte Domino gloriam* &c. Sciolus aliquis ad marginem E notauit vertendum. *Afferte Domino filios arietum*. Id poſtea in textum inſertum eſt, vt iam vnius verſiculi duas habeamus verſiones in Græcâ editione, vulgatâ verſione, & Arabicâ paraphraſi, quæ eſt *ἀμυδρ. εἰκὼν* F *εἰκόνος τῆς εἰκόνος*.

Rurſus, ne cui *ξένον, ἀλλόκοτον*, irreligioſum videatur, quod dicimus omnia, aut pleraque, quæ hodie extant S. Lucæ exemplaria Græca, Latina, Syriaca habere duas voces ſu-

perfluas, nempe τὸ Καϊνάν, idque non Euangeliſtæ, ſed librariorum vitio, non erit ab inſtituto alienum, ſi pro-
Luca 3.36. ponamus aliquot ſcripturæ ἄπορα, ſiue loca, quæ magnis, eruditis, prudentibus viris viſa ſunt mendoſa, quorum tamen pleraque paſſim in hiſtoriâ meâ conor a mendi ſuſpicione liberare.

LOCA QVÆDAM noui Teſtamenti, in quibus videtur pridem irrepſiſſe mendum aliquod in Græcum contextum.

MAtth. I. 11. *Ioſias autem genuit Jechoniam & fratres eius.* Ioh. Maldonatus Ieſuita in hunc locum. *Duæ res,* inquit, *non tantum perſuadent ſed etiam impellunt vt credam, legendum eſſe hoc loco, Joſias autem genuit Ioakin & fratres eius. Nam cùm plerique confiteantur corruptum eſſe locum vnamque generationem deſiderari, prudentiæ ſimul & religionis eſſe arbitror, nomina ad corrigendum locum non fingere, ſed ex ſacris literis accipere.* Deinde poſt exquiſitam hac de re diſquiſitionem, & Epiphanio ſuæ ſententiæ authore laudato ſic concludit. *Itaque ſic totum locum reſtituendum puto.* Ioſias autem genuit Ioakin & & fratres eius in tranſmigratione Babylonis (*quemadmodum Stapulenſis affirmat ſe in antiquo quodam Græco codice legiſſe.*) Ioakin autem genuit Iechoniam. Ego ſic malim. *Ioſias genuit Joakimum & fratres eius. Ioakim genuit Iechoniam in tranſportatione*

Babylonicâ. Correctionis huius tria
ſunt fundamenta. 1. quod Iechonias
nullos fratres habuit. 2. quod omni-
no deeſt vna generatio explendæ ſe-
cundæ teſſera decadi. 3. quod Iecho-
A nias natus eſt ſub ipſum deportatio-
nis tempus. Vide A. M. 3392.

Matthæi XXVII. 9. διὰ Ἱερεμίου τοῦ προ-
φήτου. *per Jeremiam prophetam.* Cùm
Syrus interpres habeat tantum *per*
prophetam & quæ citat Matthæus
B apud Zacariam, non apud Ieremiam
legantur, meritò ſuſpicatur Beza vo-
cem Ieremiæ eſſe gloſſema ex margi-
ne in contextum illapſum.

Certè id malim, quàm quod Eu-
ſeb. de præp. Euang. lib. 10. & Aug.
C de conſenſu Euangel. l. 3. c. 7. pu-
tant Matthæum memoriâ lapſum.

Actorum VII. 14. pro ἑβδομήκον-
τα πέντε. Cornelius Bertramus & poſt
eum Theodorus Beza putat legen-
dum πάντες. Sed ita fiet ſolœciſmus
D aut certè σολοικοφανές. Malim ergo le-
gere πάντως. Ex hoc mendo ſanè ve-
tuſtiſſimo profluxerunt alia. 1. Exo-
di c. 1. v. 5. Cùm Hebraicus & Chal-
daicus contextus ac vetus interpres
Iacobo tribuant tantum ſeptuagin-
E ta poſteros cum ipſo in Ægyptum
ingreſſos, in Græco legitur πέντε καὶ
ἑβδομήκοντα.

Dein Geneſeos XLVI. 21. enume-
rantur in Græcâ editione poſteri
Manaſſis & Ephraimi ſeptem, qui
F nondum nati erant. & v. 27. tri-
buuntur Ioſepho animæ nouem.
Iacobo ſeptuaginta quinque contra
fidem codicum Hebræorum, Chal-
daicorum & Latinorum. Atque adeo
Deuteronom. X. 22. non tantum he-

braici, Chaldaici, Latini codices, ſed & Græci tribuunt Iacobo tantum animas ſeptuaginta. Vide A. M. 2293.

Actor. XIII. 20. καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις omnino legendum videtur ὡς ἔτεσί τε τριακοσίοις: vt conſtat ex. 1. Reg. 6. 1. Si vulgatam verſionem ſequaris, pro vno apice tria vocabula delenda erunt, nempe καὶ μετὰ ταῦτα. Vide A. M. 2899.

Bar. A. D. 58. §. 144. & 59. §. 1. 2. Timoth. IV. 20. pro ἐν Μιλήτῳ Baronius & Beza cenſent legendum ἐν Μελίτῃ, idque ex hiſtoriæ ſacræ ſerie confirmant. Nec temere hoc ab illis affirmatum docebimus, ſi Deus dederit vt eò vſque hiſtoriam noſtram deducamus.

LOCA VETERIS *Teſtamenti, in quibus quidam contendunt codices Hebræorum eſſe mendoſos.*

Bellar. de verbo Dei l. 2. c. 2. BEllarminus quinque admodum veteris Teſtamenti loca notat, in quibus vult mendoſos eſſe codices Hebræorum.

I. Exodi II. 22. vult in Hebræo deeſſe verſiculum. Quantò rectiùs dixeris in Latino intereſſe?

II. Eſaiæ IX. 5. contendit legendum eſſe יקרא *vocabitur*, non vt legitur יקרא *vocabit*.

III. Ierem. XXIII. 6. contendit legendum יקראוהו *vocabunt eum* non vt vulgo יקראו *vocabit eum*. Sed nihil neceſſe eſt ſolicitare receptam lectionem, cùm apud Hebræos paſſim verbum perſonale nominatiuo deſtitutum per imperſonale ſit vertendum. Itaque Galli commodiſſimè vertent hæc loca *on l'appellera*. Re- Vide Bellarminum in ipſum eius Synt. axo. Hebr. c. 4. § 7.
A cte quoque R. Dauid Kimchi explicat. *Et hoc eſt nomen, quo* Iſrael *vocabit eum*, repetendo vocem Iſrael ab antecedente hemiſtichio.

IV. Pſalmo XIX. 8. contendit legendum non vt vulgo קום *linea il-*
B *lorum* ſed קולם vt legerunt LXX, & Apoſtolus Rom. x.

Sed ne hic quidem vllâ mutatione eſt opus. Vox enim קו non tantum *lineam*, ſed & præceptum ſignificat, vt patet Eſaiæ XXVIII. 10. 13. Ita
C non neceſſe eſt LXX, vel Apoſtolum legiſſe *Kolam*. Sed meritò potuit vox *Kauuam*, h. e. *delineatio* explicari per *Kolam*, h. e. ſonus. Delineatio enim præceptoris diſcipulum docentis non fit ſine ſono.

D V. Pſalmo XXII. 17. *Nemo eſt, Chriſtianorum*, inquit, *qui non legat* כרו *foderunt manus meas. Textus verò Hebraici legunt* כארי *ſicut leo*. Addit. *In Maſſoreth, quem poſt Hieronymi tempora ſcripſerunt, monent Rabbini legen-*
E *dum*, כארו. Non igitur mendoſi ſunt omnes, ſed recentiores Hebræi codices. Sed ne lectio quidem vulgò recepta, כארי, *ſicut leo*, quidquam falſi continet. Auguſtinus Epiſcopus Nebienſis. *Conſtructio*, inquit, *eſt de-*
F *fectiua, ſubaudiendumque* perforauerunt, *hoc modo. Impij tanquam leo perforauerunt manus meas* &c.

Thomas de Vio Cardinalis Caietanus ſuis in Vetus Teſtamentum commentarijs loca aliquot notat, in

quibus putat omnes codices Hebraicos, Chaldaicos, Græcos Latinos eſſe mendoſos.

I. 2. Chron. xv. v. vlti & xvi. 1. pro xv. & xvi. contendit legendum xxv. & xxvi. Perperam. Vide A. M. 3053.

II. 2. Chron. xxii. 2. ait pro xlii. legendum xxii. vt 2. Reg. viii. 26. Vide A. M. 3085. Sententiam Caietani confirmat Torniellus authoritate codicis Græci, qui nuper Romæ prodijt A. D. 1588. Sed antiquiores editiones, vt complutenſis legebant xlii. non xx. nec xxii.

Galat. de arcanis Catholicæ veritatis lib. 1. c. 8.

Petrus Galatinus A. D. 1518. Romæ auſus eſt omnes veteris Teſtamenti codices Hebræos, Chaldęos, Græcos, & Latinos in mendi ſuſpicionem vocare multis in locis, idque Talmudis authoritate. At quis pius huic epichiremati ſubſcribat *Bonum factum*? Itane totius Eccleſiæ, tot codicum, tot ſeculorum conſenſui licebit opponere putidiſſimas fæculentiæ Iudaicæ lacunas? Quid, quod vtrouis modo legas loca illa, quæ corrupta clamitat Galatinus, nullus occurrit ſenſus niſi verus, probus, pius?

Ioſephus Scaliger aduerſus Pareum Elencho primo commotiùs ſcribens non tantum *Ἄπορα* Scripturæ coaceruat, cùm honeſtius ſit nodos ſoluere, quàm nectere, ſed & affirmat loca non pauca in Hebræo contextu eſſe mendoſa.

I. 2. Reg. viii. 16. verba illa & *Ioſaphat regis Iuda* a lxx. omiſſa vult in Hebræo redundare. Vide. A. M. 3109.

II. 2. Chron. xxxvi. 9. contendit denarij numeri notam deſiderari, & pro viii. legendum xviii. vt 2. Reg. xxiv. 8. Vide A. M. 3399.

III. 1. Sam. xiii. 1. *Filius anni erat Saul*
A ait deeſſe notam numeralem, ideoque quoſdam codices Græcos legere *ὑιὸς τριάκοντα ἐτῶν*. Vide A. M. 2920.

IV. *Eſdræ II. aut Nehem. vii.* vult ex compendioſa numerorum ſcribendi ratione, multa menda irrepſiſſe.
B *Quod niſi*, inquit, *concedamus, quomodo tot varietates & diſcrimina numerorum excuſemus, non video. Qui ad antiquarios & librarios hanc diſcrepantiam non retulerit, in perplexos argumentorum caſſes ſeſe induat neceſſe eſt.* Ego
C non is ſinu qui horum omnium nodorum & *ἀπόρων* ſolutionem pollicear. Sed omnia priùs tentãda puto, modo ſobriè & cum iudicio, quàm remedium iſtud ipſo morbo propemodum periculoſius.

D Quod ſi quis locus his coniecturis dandus, crediderim priores libros a Prophetis ſcriptos, a prophetis confirmatos & a librariorum mendis Eſdræ opera expurgatos quàm caſtigatiſſimos ad nos perueniſſe. Vlti-
E mos verò, quales libri Chronic. Eſdræ & Nehemiæ, deficientibus iam Prophetis, fortaſſe minus correctos eſſe, non authorum vllâ, ſed librariorum culpâ. Vt vt ſit, nec in nouo nec in vetere Teſtamento paſſus eſt
F Deus ſacros veritatis fontes mendis vllis infici, neque malitiâ, neque negligentiâ hominum, aut iniuriâ temporum, in ijs quæ fidem mores ve ſpectant.

Nos igitur Kainanem ſuppoſiti-

tium ex albo eradimus, freti authoritate. 1. omnium, quotquot extant, codicum Hebræorum, Paraphaſeon Chaldaicarum, & Chronologiarum a Iudæis ſcriptarum. 2. Nitimur authoritate vulgatæ verſionis, quam Concilium Tridentinum iubet haberi pro authentica, & omnium verſionum Pentateuchi præter Græcam.

A

3. Accedit authoritas Euſebij, quem ſequitur Eccleſia Romana in ſuo Martyrologio Decemb. xxv.

B

4. Theophilus quoque ad Autolycum lib. 3. numerat à Diluuio ad natum Iſaacum annos mille triginta ſex, vnde liquidò conſtat vt Euſebium ſic & Theophilum expungere hunc Kainanem adiectitium. Alioqui à diluuio ad Iſaacum natum numerandi erant ex LXX. interpretum ſententiâ anni 1166. vel 1172.

C

5. Ex Ioſephi quoque hiſtorici epilogiſmis non ſemel colligere eſt hunc Kainanem ab eo non agnoſci. Sed quia Cardinalis Baronius contendit Ioſephum Græcæ potiùs editioni quàm Hebraicę veritati fauere, res alias erit nobis accuratiùs examinanda.

D

Baron. in Martyrol. Roman. Decemb. 25.

E

6. Beroſus quoque Chaldæus LXX. interpretibus antiquior apud Ioſephum & Euſebium, *Decima*, inquit, *generatione poſt diluuium apud Chaldæos vir quidam erat iuſtus, magnus* &c. perinde eſt ac ſi dicat Abrahamum eſſe decimum a Semo, qui ex diluuio euaſit, vel inter Noam & Abrahamum eſſe decem generationes. Vtrumuis modum eligas, tibi Kainan hic eſt excludendus.

F

Euſeb. de præparat. Euangel. lib. 9.

7. Epiphanius quoque etiamſi in Ancorato huic Kainani locum det, tamen idem excludit in hæreſi Melchiſedekianorum, & ita quidem vt id librariorum culpæ non poſſit imputari.

PATRIARCHÆ poſt diluuium.

XXIII. IX.

A. M. 1689. A. D. 2311.

Noæ DCXXXVII.

Arphaxad annos triginta quinque natus genuit Schelachum ſiue Salam, h. e. *miſſum*. Quippe, quum perſenticerent homines breuiorem deinceps ſibi quàm olim futuram vitam, maturiùs operam liberis dare cœperunt, quàm ipſorum maiores, idque eâ ætate, quæ nunc quoque cenſetur aptiſſima, circa trigeſimum annum, ſiue quintam ætatis hebdomadem.

Gen. 11. 12. שלח

A. M. 1719. A. D. 2281.

Noæ DCLXVII.

Schelach ſiue Sala annos triginta natus gignit Heberum, a quo dicti Hebræi & Hebræa lingua, propterea quod quum anno mundi 1753. linguarum confuſionem & terrarum diuiſionem induxiſſet Deus, linguæ primitiuæ ac linguarum omnium matricis vſus in Heberi familiâ remanſit. Linguam igitur illam, quâ vſi ſunt Heberi nepotes Abraham, Moſes, Prophetæ, eſſe illam ipſam,

Gen. 11. 14.

ipſam, quâ Heberi maiores Adam. Noe, Sem &c. vſi ſunt, abunde docent nomina maiorum Heberi, quæ ſunt pura puta Hebraica, & a nobis eam ob cauſam ſuis locis expoſita. Adam ipſe terrenum ſignificat. *Eua ſiue Chavvah* dicitur viuida. Vegeta, ſed nec ſola nec tota Heberi proſapia matricem linguam retinuit. Nam Nachoris filij Syriacè, Chananæi, Phœniceſque Hebraicè loquebantur. Vide A. M. 1753. & 2183.

A

Mirum, quî factum, vt Ioſephus, qui teſtatur ſe ex ipſis fontibus ſuas narrationes hauſiſſe, tamen in explicandis nominibus Hebraicis non ſemel hallucinatus ſit.

p. 3. *Adam*, inquit, *ſignificat rufum.* Imo Edom, vnde Eſau Edom dictus. אדום At אדמה Adama terra forſan a rufo colore, vnde Adam homo ab humo commode dictus. Autor carminum quæ falſò Sibyllina dicuntur, ioculariter dictum ait Adamum quod complectatur.

B C D

Ἀντολίην, δύσιν τε μεσημβρίαν τε καὶ ἄρκτον. Neque eſt quod quis dicat etiam bruta a terra originem habere, ideoque hominem ab *ὁμοῦ* potiùs dictum, quod ſit ad ſocietatem à naturâ comparatus. Nam & bruta morti ſunt obnoxia, & tamen *βροτὸς, θνητὸς*, mortalis non pecudem, ſed hominem deſignant. Quippe documenta iſta non brutis, ſed homini neceſſaria ſunt. Quamobrem lingua ſancta nobiliſſimis quibuſque rebus vilia nomina indit. Nam & hominem Enos ab infirmitate nuncupat & Solem *Semes* a ſeruiendo, & Angelum *Maleac* a miniſtrando.

E F

אנוש
שמש
מלאך

Fallitur quoque Ioſephus, cùm Abelem putat à luctu dictum. Verum dixerat, ſi nomen illud ſcriberetur per Aleph, vt in *Abel Mitſraim* luctus Ægyptiorum. *Abel Mecholah* & alijs. At Adami filius ſecundus dicitur *Hebel*. i. vanitas, nempe eâ mente, quâ Latini dicunt *Homo bulla*, & Pindarus. *τί δέ τις, τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος.* p. 5.

Euphrates, inquit, *σκεδασμὸν ἢ ἄνθος σημαίνει.* Sane Syris *Parat*, Hebræis *paraſch* eſt diſpergere, *Perach*, flos. Sed Euphrates videtur *καρποφορείας παρώνυμος* eſſe, quod exundatione ſuâ agros fœcundet, vt Nilus, quæ eſt Philonis ſententia. 1719. b. p. 4.

Phalec Hebræi diuiſionem vocant, legendum *Phaleg*, Nam *Phalec* colum ſignificat. p. 12.

Mo Ægyptijs eſt aqua, VSES erepti ex aquis. Quàm verè id dictum ſit, viderit Ioſephus. Hebræis certè Moſche, non eſt vox compoſita, ſed ſimplex, ſignificatque eductum, ereptum, liberatum vel potius liberatorem non ſine myſterio, cum fuerit typus Chriſti. p. 49.

Man in noſtra dialecto, interrogationem ſignificat. Certe in Syriacâ dialecto, quâ Iudæi Apoſtolorum & Ioſephi tempore vtebantur. Hebræis verò *Man* potius ſignificat *praeparatum* cibum. p. 64.

Pentecoſten Hebræi ἀσαρθὰ (imò Hatſarta) vocant. ſignificatque id pentecoſten. Atqui, neque ea vox, quinquaginta, aut quidpiam ſimile ſignificat, neque Pentecoſtes tantum feſtum deſignat, ſed & octauam Scenopegiæ, ſiue Tabernaculorum p. 82.

diem. aliquando & ſeptimam azy- A morum, vt conſtat ex Leuit. xxiii. p. 121. 36. Num xxix. 35. Neh. viii. 18. *Galgal ſignificat libertatem*, imò aceruum. Sic Philo in ſuo de nominibus Hebraicis libro. *Filiſtim cadentes*, vel *ruina populi aut cadentes potione, aut ruina duplex cadentes duo*. Nihil horum. *Palaſch* B enim ſiue *Phalas* inuoluere; non cadere ſignificat. *Rodim deſcendentes viſio iudicij, vel patruus iudicans*. Hæc qualia ſint vide. *patruus iudicans* eſt. *Dodanim, non Rhodim*. Quanquam *Dodanim*, Iudicum delicias potiùs ſignificat, *Rhodim* dominari, non deſ- C cendere, nedum viſionem iudicij. Nam id ridiculum eſt. *Sodoma pecus ſilens*. Quiſquis hanc interpretationem protulit, appoſuit eam voci, quàm Græcè legebat, cùm oblitus eſſet, quomodo Hebraicè ſcriberetur, ideoque ita explicauit, ac ſi D ſcriberetur ea vox *Tſon doma*, per Tſade, non autem, *Sedoma, per Samec*.

Idem. *Cades, ſancta, ſiue mutata, Canaan, negotiator, humilis vel motus eorum. Eua, vita, vel calamitas, Enos, homo, vel violentus. Eſau, factura, vel rubeus, aceruus lapidum. Rachel, ouis* E *vel videns Deum*. In his, cùm prior interpretatio ſit vera, quid opus erat falſas adiungere?

Iſrael videre Deum ſiue vir, aut mens Deum videns. Atqui Moſes ipſe docet etymon vocis a dominando, non a videndo dictæ.

Sale pax, vel reddens. Neutrum. F Pax eſt *Salem*. *Sale* vel *Shelach* eſt miſſus vel miſſile. Hæc paucula ſufficiant confirmandæ ſententiæ magni Scaligeri monentis, vt Iudæorum Helleniſtarum ſcripta caute legamus. Sunt enim illi duo Ioſephus & Philo Helleniſtarum omnium facile principes, ſi dictionis elegantiam, ſi ingenij amœnitatem, ſi lectionis varietatem ſpectes. Et tamen in ſuæ gentis originibus, & Hebraicæ linguæ myſterijs non eam ἀκρίβειαν præſtant, quam pollicentur, ſed ſæpe turpiter hallucinantur.

III. XVI.

A.M. 1753. Ante Dn. 2247.

Noæ DCCI.

ANnos triginta quatuor cùm vixiſſet Heber, illi *Phaleg naſcitur ita dictus, quia in diebus eius diuiſa eſt terra*. h. e. quia terrarum & linguarum diuiſio contigit eo anno, quo Hebero natus eſt filius, ideò Heber filium ſuum *Phaleg* dici voluit. i. diuiſionem. Iudæi verò volunt propheticè nomen id filio ab Hebero impoſitum, quia præuidebat futurum, vt diuiſio linguarum contingeret eo, quo moriturus erat anno, ideoque diuiſionem conferunt in annum mundi 1996. quo Phalegum mortuum eſſe putant. Sic & Hieronymus. *Heber vaticinio quodam filio ſuo Phaleg nomen impoſuit, quod in diebus eius linguæ in Babylone diuiſæ ſunt*. Sed quidni potiùs Phaleg eo tempore natus ſit, quo fiebat illa diuiſio? Ita vaticinio opus non erit. Neque verò neceſſe eſt, vt tum natos dicamus eos omnes qui memorantur Geneſ. x. Et annis poſt Diluuium centum multum creuerat iam hominum numerus.

Gen 11. 16. & 20. 25. פלג

Hier. in Gen.

Terrarum diuiſioni occaſionem dedit, linguarum diuerſitas, Linguarum confuſioni turris Babel extructio.

Huius Hiſtoriæ meminerunt inter exoticos ſcriptores Abydenus, Heſtiæus, & Sibylla apud Euſebium de præparatione Euangelica, lib. IX.

Eam verò Poëtæ ſuis de Titanum Theogigantomachiâ fabulis conſpurcarunt.

Cùm igitur pro vnâ linguâ multæ exortæ eſſent, primitiuæ vſus aliquis manſit circa turrim Babel, ſed corruptus in idioma, quod a loco dictum eſt Babylonicum, a gente Chaldaicum. Purus verò eius vſus in Phœnicia & Palæſtinâ a Chananæis potiſſimum retentus eſt, & ab Heberi poſteris ſi non omnibus ſaltem pleriſque, puta ab Abrahamo, Iſaaco, Iacobo & Iſraelitis vſque ad captiuitatem Babylonicam. Hebræa autem dicta eſt non tantum lingua ſed & terra Chananæorum, etiam tum cum Iacob vix quidquam adhuc poſſidebat, vt patet ex Geneſ. XL. 15. Vide A. M. 2183.

Hæc patriæ ac primitiuæ linguæ obliuio non facta eſt ſine multarum aliarum rerum, puta ſcientiarum & artium huic vitæ neceſſariarum obliuione. Itaque de primis, non poſt creationem, ſed poſt diſſipationem hanc hominibus, nec de omnibus, ſed de quibuſdam intelligendum, quod Diodor. narrat. *Primi*, inquit, *homines nondum inuentis rebus ad vitam neceſſarijs ærumnoſam vitam ægrè trahebant, nudi ſine tecto, ſine foco, ſine cibo paulo lautiore. Multi victus penuriâ,* (*Diod. Siculus l. 1.*)

A *multi frigore perierunt. Ex illo paulatim experientiâ edocti ad luſtra confugerunt* &c. Hinc eſt, quod Græci à Triptolemo inuentas fruges opinati ſunt, quarum vſus ante annorum tria fere milia inter Adami filios quotidianus erat. Hinc eſt, quod omnes fere po-

B puli contendebant ſe αὐτόχθονας, Aborigenes eſſe, quia, quo quiſque loco primum ſedit poſt vertiginoſam hanc diſiectionem, eo poſtea maiores ſuos natos putarunt.

XXVIII. III.

C A. M. 1778. Ante Dn. 2222.

Noæ DCCXXVI.

Hoc anno vernum Æquinoctium in Nouilunium incidit Aprilis nono, Paophi octauo. Hic concurſus inuitare potuit Oſiridem Ægypti conditorem ad condendam nouam æram.

D *Annis poſt 1889. A. M. 3667. anno 333. ante Chriſti æram Nouembris XIV. init annus Nabonaſſari 417, quo currente Alexander Ægypti potens factus eſt. Medium interuallum eſt menſium τριακονθημέρων 22996. dierum 15. Hinc eſt,*

E *quod Ægyptij apud Diodorum gloriantur.* Ab Oſiride & Iſide, vſque ad regnum Alexandri, qui Alexandriam in Ægypto condidit, fluxiſſe, plus quàm decem millia annorum, vel, vt quidam ſcribunt, paulò minus viginti tribus annorum millibus. (*Diod. Siculus lib. 1. p. 13. & 15.*)

F *Paulò poſt totidem h. e. XXIII M. annorum numerat Diodorus ab Oro Oſiridis filio vſque ad Alexandrum.*

Et forſan Orus ipſo Æquinoctij in Nouilunium incidentis die natus eſt, qui concurſus fecit, vt natalis Ori dies dili-

gentiùs notaretur. Poterat autem Ori pater Oſiris tum nonaginta ſex circiter annos eſſe natus, Oſiridis vero pater Cham fere ducentos & ſexaginta, quod mirum videri non debet, cùm Chami pater Noe viueret adhuc, & vixerit inſuper annos 225. Cham, damnatus, quod pudenda patris infami digito oſtentaſſet, vt videretur id non deridendi, ſed venerandi animo feciſſe, & patri, & ſibi, & filio, & cuius genitali membro diuinitatis opinionem affinxit. Patrem dixit Cronum *vel* Saturnum *h. e. dominatorem noſtrum, ſe* Δία, *A.* Dai Deum, *pudendum*, φαλλὸν, *i.* θαυμαστόν τι χρῆμα, *opus mirabile nuncupauit. Vrbem, quem in Arabiâ condidit,* Nyſan *dixit, i. vexillum, vel Aſylum. Filius in eâ natus primò dictus eſt* Mitſraim, *Miſri, Meſori, & detractâ per aphæreſim ſeruili literâ, Oſiris, deinde patris, & patriæ iuncto nomine, Dionyſius. Arabiâ relictâ naui in Ægyptum traiicit, atque inibi Thebas condidit a naui, qua Hebræis dicitur Theba, dein aliam vrbem, quam de ſuo nomine Chemmi dixit, ipſe a poſteris Deus, Zeus, Iuppiter Hammon indigetatus.*

Margin: *Geneſ. 9. 22.* — *Diodorus Sicul. l. 1.* — ברזשטר די פלא נס נוס — מצרים — תבה — חם

Ægyptiorum æmulatione Cretenſes habere voluerunt ſuum Cronum, ſuum Dia, ſiue Iouem, quorum vitam deſcripſit Euemerus cuius hiſtoriam falſi inſimulat Plutarchus. Sed demus, Plutarche, mentiri Euemerum & Panchotim in vtopiâ eſſe. Vero tamen fundamento mendacia ſua ſuperſtruxerit Euemerus. Nam plerique Deorum, quos adoras homines fuerunt. Hoc eſt, *inquis,* ἀθεότητι κλισιάδας ἀνοίγειν impietati valuas aperire. *Imò, hoc eſt impietatem debellare. Nam* πολυθεότης & ἀθεότης *eodem*

Margin: *De Euemero vide A. M. 2039.* — *Plutarchus de Iſide & Oſiride.*

A *recidunt. Vera autem pietas ea eſt, quæ Deum vnum eo, quem ipſe præſcripſit, modo adorat.* Nec homines *inquis,* nec Dij fuerunt, ſed Dæmones, quorum alij boni, alij mali. *Proximè a vero abes. Vis ſcire cur tam multa* ἄτοπα, *tot* ἀπόρρητα *in Ægyptiorum ſacris occurrant?* B *Qui bruta colebant, quidni & homines?* Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens Ægyptus portenta colat? *Canes, lupos, feles, crocodilos, ibim, accipitrem, allia, & quid non? Quanto magis conditores ſuos Ammonem, & Oſiridem. i. Chamum & Miſraim?*

Margin: *Iuuenal. Satyra 15.*

C *Igitur, cum homines pro dijs haberent, nec vero Deo acceptus eſſe poſſet ille cultus, eum ſibi vendicauit Satan. Itaque eorum, quæ Oſiridi, Iſidi &c. tribuuntur alia Deo, alia homini, alia cacodæmoni conueniunt, quædam blandiente mentiendi pellaciâ pura puta ſunt* D *mendacia.*

IIII. VII.

A. M. 1782. Ante Dn. 2218.

Noæ DCCXXX.

N*Imrod Cuſi filius, a ciuibus Belus dictus* primus cœpit in terra eſ- E ſe *Gibbor* potens, *Dynaſta. Prima eius Dynaſtia fuit Babylone annis circiter mille quadringentis ante Sardanapali mortem. Vide A. M. 1822.*

Margin: *Geneſ. 10. 8. Diodorus Siculus lib. 2.* — בעל גבור

V. VIII.

F A. M. 1783. A. D. 2217.

Noæ DCCXXXI.

PHaleg Heberi filius natus annos triginta gignit Rehu ſiue Ragau, h. e. paſtorem, vel amicum

Margin: *Geneſ. 11. 18.* — רעו

Digitized by Google

intimum. Vtrumque homini apprimè neceſſarium. Nam ſi paſcendi pecora induſtriam homini adimas, & victum & veſtem illi detrahes. Amicitiam verò ſi tollas, Solem ipſum è mundo tolles. LXX. dicunt Ragau, quia literam haijn nonnunquam in G. mutant, vt in his vocibus Gomorrah, Gomor, Goroniel, Gairad. Plerumque tamen, vt illi, ſic & nos literam illam, vel prorſus omittimus, vel in *h* commutamus.

Cicero de amicitia.

IX. II.

A. M. 1815. Ante Dn. 2185.

Noæ DCCLXIII.

Rehu ſiue Ragau natus annos XXXII. gignit Sarugum: Serug eſt ramus, propago, non tantum quia homo ab homine propagatur, ſed & quia homo eſt arbor inuerſa.

Geneſ. 11. 20. שרוג

XVI. IX.

A. M. 1822. Ante Dn. 2178.

Noæ DCCLXX.

Circa hoc tempus condita videtur Niniue. Imperij Aſſyriorum duratio variè ſcribitur. Velleius Paterculus cum ſcriberet A. D. 30. V. C. 783. Imperium, *inquit*, Aſiaticum ab Aſſyrijs, qui id obtinuerant annis MLXX tranſlatum eſt ad Medos ab hinc annos ferme DCCLXX. *Mendoſi ſunt hi numeri, Paterculus ſcripſiſſe videtur* MCCCLXX. *vel* MCCCLX. *&* DCCCXLIX. *Auguſt. Aſſyrijs tribuit annos* MCCCV. *à primo Beli anno, Euſebius mille trecentos, Trogus apud Iuſtinum totidem annos Aſſyrijs tribuit, ſed non exprimit vnde eos inchoet. Diodorus modo mille trecen-*

Diodorus

A *tos ſexaginta, modo mille quadringentos Aſſyriorum imperio tribuit, Scaliger mille quadringentos ſexaginta ex Georgij Syncelli, qui Africanum authorem præfert, ſententiâ. Herodotus quingentos viginti. Sed omnino omiſſa videtur millenarij nota. Hæc ego ſic concilianda* B *puto, vt dicamus mille trecentos annos numerandos ab obitu Beli, ſexaginta annos, quos Euſebius Belo tribuit, inchoandos à conditu Niniues, annos Diodori mille quadringentos ab erecto Babylone imperio (Prius enim Babylone, quam Niniuæ regnauit Belus) Herodoti deni-* C *que mille quingentos viginti annos à Cuſi natiuitate. Sardanapalus Euſebio teſte perijt annis 818, ante aram Chriſti. Ita Cus Chami filius natus ſit annis 2338. ante Chriſtum, circa. A. M. 1662. decennio circiter poſt diluuium. Cuſi filius Nimrod, ſiue Belus Babylone* D *regnare cœperit A. M. 1781, Niniuæ A. M. 1821, perierit A. M. 1881, octennio poſt natum Tharam, relicto ſucceſſore Nino. LXX. numerant annos duos & mille à Diluuio ad Thara natiuitatem. Hinc eſt, quod Auguſtinus ait.* Poſt diluuium anni non multò am- E pliùs quàm mille tráſierant, quando Ninus Aſiam totam exceptâ Indiâ ſubiugauit, *Rurſus Diodorus.* Teutamo in Aſiâ regnante, qui eſt viceſimus à Ninyâ Semiramidis filio aiunt Græcos cum Agamemnone Troiam oppugnaſſe, cùm iam Aſſyrij in F Aſiâ imperium tenuiſſent annos amplius mille. *Hic Tornellus.* Ab initio Monarchiæ Aſſyriorum ad obitum Teutami non plures annis octingentis ſexaginta quinque inueniuntur, vt ex tabulis patet. *Quid? tabli-*

Siculus l. 2. p. 77. & 81.

Herod. l. 1.

Geneſ. 10. 8.

Aug. de ciuitate Dei l. 18. c. 22.

Diod. Sicul. l. 2.

Torniel. A. M. 2849. §. 2.

num iſtud Prætorium, an Aſtronomicum fallax eſſe non poteſt? At Euſebius numerat annos 943.

Licebitne mihi tabulis meis teſtimonium deferre? Tabulæ meæ ponunt inter Niniues conditum & excidium Troiæ annos Iulianos 995, qui dant annos Aſiaticos ſeptem & mille. Si quidem Cleobulus Lindius Aſiæ minoris incola tribuit tantum anno dies trecentos ſexaginta. Igitur hoc circiter anno Niniuem condidit de filij ſui nomine dictam Belus, quem Moſis Nimrodum eſſe meritò cenſent Euſebius, Hieronymus, Auguſtinus. Diodorus ſexcentos pedes quoſuis ſtadium vocat. Igitur, cùm ait latitudinem Niniues fuiſſe ſtadiorum nonaginta, longitudinem 150, ambitum 480, ego puto perinde eſſe, ac ſi dixiſſet latitudinem fuiſſe pedum Perſicorum LIVM. longitudinem XCM, ambitũ CCLXXXVIIIM.

Hieron in Oſeam, c. 2. — Aug. de ciuit. l. 18. c. 17. — Diod. Sic. l. 2.

XI. XIII.

A. M. 1845. Ante Dn. 2155.

Noæ DCCXCIII.

Geneſ. 11. 22. — נחור

SArug natus annos triginta gignit *Nachorem*, h. e. aridum, quod exareſcentem quotidie videret hominis ſuccum, & quaſi deficiſcentem naturam. Et ſanè decreſcebat in dies hominum viuacitas, vigor, forſan & proceritas, donec Moſis ſeculo Deus hunc quaſi ruentis naturæ impetum ſiſtere, & humanæ vitæ annos iuſſit eſſe circiter ſeptuaginta vel octoginta.

Pſal. 90.

XII. IV.

A. M. 1874. Ante Dn. 2126.

Noæ DCCCXII.

Geneſ. 11. 24. — תרח

NAchor Sarugi filius annos vndetriginta natus filium gignit,

A qui Terach, ſiue Thare dictus eſt à reſpirando. Sanè boni filij parentibus ſunt reſpirationis inſtar. Sed plures expirandi, quam reſpirandi cauſam parentibus præbent.

XIX. XI.

B A. M. 1881. Ante Dn. 2119.

Noæ DCCCXXIX.

BElus Aſſyrius, cùm regnaſſet annos ſexaginta, perit relicto ſucceſſore filio Nino. Quia autem Belus, ſiue Nimrod à poſteris pro Deo potiùs, quam C *pro Rege habitus eſt, hinc factum, vt Caſtor apud Euſebium, Trogus Pompeius apud Iuſtinum Aſſyriorum imperio tribuant tantum annos mille trecentos, quos Euſebius ab initio Beli inchoat, qui potiùs à Beli obitu inchoandi erant. Sed longè grauiorem errorem admittunt* D *Diodorus, Trogus, alij, quod Nini poſterorum hiſtoriam, cùm minus cognitam haberent, nobiliſſima quæque eorum facta in vnum Ninum, eiuſque vxorem Semiramidem conferunt, eodem congeſtis etiam Nimrodi ſiue Beli facinoribus. Ægyptij verò, ne Græcis cede-* E *rent, plura & ampliora ſuo Oſiridi & Iſidi affinxerunt, quàm Græci Nino & Semiramidi, cùm tamen illorum tempore maximam partem vacuus orbis in cunis adhuc vagiret.*

XXI. III.

F A. M. 1911. Ante Dn. 2089.

Noæ DCCCLIX.

CAſtor Chronographus apud Euſebium. Reges, *inquit*, Sicyoniorum ab Ægialeo vſque ad Zeu-

Euſ. Chrō. — Aug. de ciuit. Dei l. 18. c. 19.

Digitized by Google

xippum regnauerunt annis nongentis LXII. *vel* LXI. *pro quo Auguſtinus legit* LIX. *Secundum Euſebium autem defecit regnum illud numero Euſebiano 888. h. e. annis ante Chriſtum 1128. Ita cœpit Sicyniorum regnum annis ante Dominum 2089. Regnauit autem Ægialeus annos duos & quinquaginta.*

XIII. IV.

A. M. 1931. Ante Chriſtum 2069.

Noæ DCCCLXXVIII.

Diodorus Siculus lib. 1.

D*Iodorus celeberrimos Ægypti reges laudibus proſecutus vſque ad tertium Olympiadis* lxiii. *annum, quo Cambyſes Ægyptum inuaſit, Ægyptiorum quoque leges celebraturus ait eos gloriari ſibi leges optimas eſſe.* καὶ τούτων μεγίστην ἀπόδειξιν εἶναι φασὶν τὸ τῆς Αἰγύπτου πλείω τῶν ἑπτακοσίων καὶ τετρακισχιλίων ἐτῶν βασιλεῦσαι τοὺς πλείους ἐγγενεῖς. Aiunt hoc eſſe maximum optimæ adminiſtrationis argumentum, quod annis quatuor millibus & ſeptingentis plerique reges indigenæ fuerunt. *Cùm poſt Cambyſen Ægyptiis imperarint alienigenæ, Perſæ, Macedones, videntur dicere ante Cambyſem ſe annos 4700. reges habuiſſe indigenas.*

Hoc ita demum verum eſſe poterit, ſi id interpreteris de quadrimeſtribus annis dierum 120, qui conficiunt annos Iulianos 1544, qui de A. M. 3475, quo Cambyſes Ægyptum occupauit, annis ante Chriſtum 525. deducti deſinunt in A. M. 1931. Ante Chriſti æram 2069. circa quod tempus mori potuit Oſiris, ſiue Miſraim, vel filius eius Orus, quem deorum vltimum eſſe aiebant, vt ibi reges

A *incipiant, vbi deſinunt dij. Vide conſimilem de annis quadrimeſtribus homonymiam fallacium Ægyptiorum A. M. 2941. Cæterum præclaræ illæ leges, quas maioribus ſuis affingunt Ægyptij apud Diodorum, ſimiles ſunt Cyripadiæ Xenophontis, qui docet non*
B *qualis fuerit, ſed qualis eſſe debuerit Cyrus, vt talis euaderet Cyrus minor, qualem deſcribebat atauum eius Cyrum maiorem. Videre mihi videor Memphitæ labellum digito comprimentis grauitatem in hæc fere verba erumpentem.* Non eſt, Diodore, quod de maiori-
C bus noſtris ex præſenti rerum ſtatu iudicium facias. Quingenteſimus fere agitur annus, ex quo nobis imperant alienigenæ, Macedones, Perſæ. Poſtquam Tigris in Nilum influxit, Ægypti mores inquinarunt Perſicæ deliciæ, dein Græcæ. Olim,
D cùm ſuis moribus viueret Ægyptus, & ab indigenis regeretur, prouinciarum omnium felicitatem multis paraſangis pręcurrebat. Beatis illis ac verè aureis ſeculis non regum arbitria pro legibus erant, ſed ſola legum præſcripta regibus placebant. *At-*
E *que ita* φρεσιμάτως *Memphita pridem obliuione ſepultorum regum ritus, leges, res geſtas pro arbitrio deſcribebat. Et Diodorus quidem Bibliothecam ſuam inſtructurus ea ſeligebat, quæ putabat vero ſimillima. Sed vt Herodoto, ſic Diodoro ſæpe os oblitum non eſt dubium.*
F *Enimuerò potuit impune Chemmis totos viginti annos triginta ſex hominum myriadas vexare, vt vnum vanitatis vaniſſimæ cippum erigeret, non licuit illi turdum guſtare, non leporem, non vllam aliam carnem præter vitulinam aut an-*

ſerinam: fas illi non fuit, niſi præſcripto die & horâ vxorem attingere. Ita ſolent homines præſentia faſtidire, vetera falſis, inutilibus, ineptis præconijs amplificare. Atque hæc a nobis, non carpendi ſtudio notantur, ſed ne cui fucum faciant Ægyptiacæ næniæ, cùm hiſtoriæ ſacræ aduerſantur, vtq. memineris tam fallaces eſſe Ægyptios, quàm veraces ſunt ſacri ſcriptores.

XV. VI.

A. M. 1933. Ante Dn. 2067.

Noæ DCCC LXXX.

Euſebius. N*Inus ſecundus Aſſyriorum rex, cum regnaſſet annos quinquaginta duos, filium Ninyam impuberem relinquit. Semiramis Nini vidua tutricis nomine regiam potentiam adepta retinuit eam annos duo & quadraginta virili animo, forſan & virilibus armis nonnunquam inſtructa, vnde & ſexum mentita dicitur. De ea multa fabuloſa narrantur.*

*Dea, inquiunt, Derceto, cùm Veneris offenſionem incurriſſet, Cupidinis telo percuſſa ardet amore iuuenis. Ab eo compreſſa parit filiam forma præſtantem. Tum flagitij pudore confuſa ſuum amaſium confodit, filiolam in loca deſerta abijci iubet, ipſa paludem inſiliens a*trum deſinit in piſcem mulier formoſa supernè. *Iacentem in deſertis infantem columbæ nutriunt ſurrepto à paſtoribus primùm lacte, dein caſeo. Tandem re deprehenſa ad Simmam deducta eſt, qui cum illiberis eſſet, filiolam adoptauit. Ea nupſit primum Menoni, deinde Nino. Rerum à Semiramide geſtarum magnitudo fecit, vt pro dijs in Syria ha-*

A *berentur primò piſces, dein & columbæ, à quibus & nomen accepit Semiramis. Hæc Diodorus. Et conſimilia ferre narrat Ouidius in Metamorphoſibus. Atqui, vt alia omittam Semiramis, tam Syris, quàm Hebræis ſignificat, non columbam*, ſed nomine inclytam *vel* nomen meum eſt altum. שמי רם
B *Babylonem, quam coctilibus muris cinxiſſe dicitur, Semiramis, ſic deſcribit Hieronymus.* Babylonem in campeſtribus per quadrum ſitam ab angulo vſque ad angulum muri ſedecim millia paſſuum, & ſimul per circuitum quadringen- *Hieron. in Eſaiam. c. 14.*
C ta octoginta ſtadia refert Herodotus, & multi alij, qui Græcas hiſtorias ſcripſerunt. *Ambitus complectebatur ſtadia Attica 480, Babylonia 360. h. e. pedum Atticorum cclxxxVIII M. Babyloniorum ccxvI M. Romanorum trecenta millia. Latus igitur erat pedum Romanorum ſexaginta millium, paſſuum* *Vide ſupra pag. 30.*
D *quindecim millium, non ſexdecim.*

XXVI. XVII.

A. M. 1944. Ante Dn. 2056.

Noæ DCCCXCII.

E T*Hare, cum vixiſſet annos ſeptuaginta, gignit Abrahamum, Nachorem & Haranem.* h. e. liberos gignere cœpit, cum iam ſeptuagenarius eſſet. Filios autem tres habuit. Nominantur ij ordine retrogrado; quia Abraham nouiſſimus omnium *Geneſ. 11. 26.*
F illuſtriſſimus euaſit. Haran autem primogenitus inceſtæ ſobolis a Lotho ortę odio vltimum apud pios locum obtinuit. Sic paſſim Deo ita volente *primi fiunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi*

XVI.

Digitized by Google

XVI. XVI.

A. M. 1692. Ante Dn. 2038.

Noæ DCCCCX.

Diodor. Sicul. lib. 1.

IN confeſſo eſt apud omnes, *inquit Diodor.* Herculem Ægyptium dijs aduerſus Gigantes opem tuliſſe. Gigantum autem ex terrâ ortum aiunt non conuenire ætati Herculis Bœotij, vnâ ante res Troianas generatione, ſed potiùs, vt Ægyptij dicunt primæ natiuitati hominum. Ab eâ numerari pluſquam decem annorum millia, à bello Troiano verò minus mille ducentis annis. *Et mox* Alcmenæ verò filium pluſquam decem millibus annorum natum aiunt poſt Ægyptium. *Sane à bello Troiano ad Diodorum, ſiue ad Julij Cæſaris obitum non plures ſunt annis Solaribus 1140. Ab Herculis autem Bœotij obitu, ſiue ab A. M. 2783. deducti anni Lunares, vel potiùs menſes τριακονθήμεροι decies mille, ſiue mauis anni Iuliani 831. dies 130. deſinunt in A. M. 1962. circa quem naſci vel mori potuit Hercules Ægyptius, quem Gigantum debellatorem gloriantur.*

XVII. XVII.

A. M. 1963. Ante Dn. 2037.

Tharæ XC. Noæ DCCCCXI.

Euſeb.

EUrops ſecundus Sicyoniorum rex regnat annos 45. Videtur autem is eſſe Ægialei filius, Telchinis pater.

I. X.

A. M. 1975. Ante Dn. 2025.

Noæ DCCCCXXIII.

Euſeb. Iuſtinus.

NInyas ſiue Zameys indignatus Aſſyriorum regnum à Semiramide

A *matre tutela nomine ante annos quadraginta duos occupatum ſibi non reſtitui, vt odium illi conciliaret, finxit rem minime credibilem mulierem ſexagenariâ maiorem filij concubitum expoſtulaſſe. Atque hoc prætextu regnum ſimul & vitam matri eripit, atque ita excuſſâ* B *durâ matris cuſtodiâ reliquos vitæ dies in delicijs agit, cuius exemplum imitati ſucceſſores plerique βιώσαντες ἰλλάδον, vt nobis nihil ſuperſit præter nudam, incertam, mendoſam nominum ſeriem. Eam ex Euſebio repetat, qui volet. Nos eam* C *hic contexere non putauimus operæ pretium.*

Diodor. Siculus.

X. XIX.

A.M.1984.N.E.I.A.D.2016.

Noæ DCCCCXXXII.

D *NUmeros Euſebianos, hoc eſt, quos Scaliger Euſebij Chronico appoſuit, annalibus noſtris inſerere placuit, vt Euſebij Chronicon cum noſtro facilius conferre poſſis. Horum autem initium conſurgit annis 2016. ante Dionyſianam Christi æram ab eo anno, quo Euſebius* E *putat Abrahamum eſſe natum, cum tamen Abraham ex noſtrâ quidem ſententiâ viceſimo demum Euſebianæ huius æræ anno natus ſit. Vſus huius æræ hic eſt. Cum legis apud Euſebium. Contigit hoc tali anno in Græcia. Perinde eſt,* F *ac ſi dicat. Hoc contigit tot annis ante Chriſtum ſiue ante primam Olympiadem. Nam res Græcorum nobis ordine retrogrado ſunt indagandæ. Vide A. M. 2008. & 2028.*

G

XVIII. VIII. A

A. M. 1992. Num. Euſ. 9.
A. D. 2008.

Noæ DCCCCXL.

PHaleg Heberis filius cum annos ducentos vnde quadraginta vi- B xiſſet, moritur, maiorum quidem ſuorum omnium ὀλιγοχρονιώτατος, poſterorum vero ſuorum μακροβιώτατος, niſi quod filius eius Rehu præcisè patrios annos æquauit.

XVIIII. IX.

A. M. 1993. N. E. 10. C
A. D. 2007.

Noæ DCCCCXLI.

Gen. 11. 25. NAchor, cùm vixiſſet annos centum & duodequinquaginta ſupremum diem obit, anno vno vel altero poſt ſepultum proauum ſuum D Phalegum, ipſe ſuperſtites relinquens patrem, auum, abauum, atauum, tritauum, & tritaui ſui patrem & auum.

XXVIII. XIIX.

A. M. 2002. N. E. 19. Ante E
Dn. 1998.

Noæ DCCCCL.

NOe ſupremum diem obit nongenteſimo quinquageſimo ætatis anno, cùm videret iam totum fere orbem in ſuperſtitionem & F idololatriam ruentem. Vix dum à diluuio prætericrant anni trecenti quinquaginta, & iam in ipſam Semi, Hebcrique familiam irrepreſerat δεισιδαιμονία & deorum cultus.

I. XIX.

A. M. 2003. N. E. 20. Ante
Dn. 1997.

Abrahami I.

CIrcunfertur apud Talmudi- *Talmud. to. 4. l. 2. cap. 11.*
B ſtas ſcitum nomine domus Eliç his verbis. *Sex millia annorum durabit mundus, & ſequente millenario deſtruetur. Duo millia annorum TOHV. Duo millia LEX. Duo millia CHRISTVS.* Scitum hoc verò proximum erit, ſi τοῦ TOHV. i. inanis finem ac
C legis initium in Abrahami credentium patris natiuitatem conferas.

De Abrahami natiuitate ſic Annalium conditor Auguſtinus Torniellus. *Quod Abraham*, inquit, *natus ſit anno vitæ patris ſui centeſimo trigeſimo, ſentiunt Theodoretus à Lipo-* *Torniel. A. M. 2039.*
D *mano in ſua catena in Geneſim relatus, item Caietanus in Geneſ. c. 12. Lyranus ibidem & Jacobus Naclantus in libro Arcanorum Chriſti.* Idem ſentiunt Matthæus Beroaldus, Franciſcus Iunius, Dauid Parens, Iohannes Deodatius, Iohannes Temporarius. Ita
E quoq. ſenſit Ludouicus Capellus patruus ante annos quidem XXVII. in Domino defunctus, ſed cuius pietas, eloquentia, perſpicacitas ingenij viuit adhuc in multorum animis.

Contrà multi ſententiam hanc impugnant maximè Abulenſis, Be-
F nedictus Pererius, Ioſ. Scaliger, Sethus Caluiſius. Horum argumentis copioſè & ſolidè reſpondet Torniellus. Pergit tamen & perſtat Theobaldus Meuſchius. *Moſes*, inquit, *in hoc catalogo intendit natales annos electo-* *Meuſchius Chron. l. 1. c. 5.*

Digitized by Google

rum patrum, ex quibus deſcendit Chriſtus, tradere. Quod ſi in hoc catalogo non traditur natalis Abrahæ, nuſquam à Moſe traditur, & ſic Chronologia Moſis eſſet manca, quod eſt longè abſurdiſſimum. Nuſquam quidem id diſertè dicit Moſes, quod flagitat Meuſchius. At ſufficit, quod id ex ipſius Moſis verbis colligi poteſt.

VI. V.

A. M. 2008. N. E. 25. Ante Dn. 1992.

Abrahami VI.

Euſeb. Pauſan. *Telchin Europis filius, Aegialei nepos, Sicyoniorum rex tertius regnare incipit ex Euſebij ſententiâ numero Euſebiano xxv. Numerus hic Euſebio eſt annus Abrahami xxv. nobis ſextus. Vter rectiùs ſentiat, lectoris eſto iudicium. Vt vt ſit, Numerus Euſebij xxv. antecedit aram Chriſti Euſebianam annis 1991. Dionyſianam verò ſiue receptam annis 1992. Telchin igitur, regnare cœpit ſecundum Euſebium annis 1992. ante aram Chriſti receptam apud omnes Chriſtianas nationes. Idem iudicium eſto de reliquis hiſtoriæ Exoticæ epochis, quas ex Euſebio mutuamur. Regnauit autem Telchin annos viginti.*

XI. X.

A. M. 2013. N. E. 30. Ante Dn. 1887.

Abrahami XI.

Geneſ. 11. 29. 13. 8. 17. 17. 20. 12. Sara decennio poſt Abrahamum naſcitur. Haran ſexaginta annis ante Abrahamum natus proculdubio ex aliâ matre natus eſt, quàm Abraham. Haran genuit Lothum, Ieſcham, & Melcham. Ieſcha videtur eadem eſſe cum Sarâ Abrahamo patruo ſuo nuptâ, quo modo & Melcha Nachori itidem patruo. Abraham autem Saram ſororem vocat, quomodo & Lothum fratrem.

XX. XIX.

A. M. 2022. N. E. 39. Ante Dn. 1978.

Abrahami XX.

Reһu ſiue Ragau Phalegi filius obit, cum vixiſſet annos ducentos vnde quadraginta relictis ſuperſtitibus auo, proauo, abauo, atauo. Geneſ. 11.

XXVI. VI.

A. M. 2028. N. E. 45. Ante Dn. 1972.

Abrahami XXVI.

Telchini defuncto ſuccedit filius Apis quartus Sicyoniorum rex, regnatque annos viginti quinque. Cœpit, inquam, hic Apis regnare numero Euſebiano XLV. *h. e. annis 1972. ante receptam Chriſti aram.* Euſeb. Pauſan.

IX. XVII.

A. M. 2039. N. E. 56. Ante Dn. 1961.

Tharæ CLXVII.

Circa hoc tempus vixiſſe videtur Iuppiter Cretenſis, apud Cretam primus regnaſſe creditur Cres indigena, à quo Creta appellata eſt. Hûc aiunt fuiſſe vnum Curetarum, à qui- Euſeb.

Digitized by Google

bus Iuppiter abſconditus & nutritus, & Cnoſſos ciuitas condita, & Cybeles matris templum. *Hæc Euſebius, cui conſentanea dicit Arrianus apud Euſtathium in Dionyſium. Poſtea verò repetit id Euſebius ex aliorum ſententia numero 129. Cretum quoque meminit numero 471.*

Euemerus Meſſenius ait ſe ἐν Πάγχαιᾳ *in Panchæâ in fano Iouis Triphyllij vidiſſe columnam auream quam ab ipſo Ioue poſitam titulus indicabat, in quâ res à ſe ſuiſque geſtas deſcribebat. Et hanc tabulam ſe deſcripſiſſe. Huius Euemeri librum latinitate donauit Ennius Poëta & hiſtoriam ſacram nuncupauit; laudaturque à M. Tullio Cicerone de natura deorum libro primo extremo, & ab Arnobio lib. IV. (vbi Euemerum perperam Acragantinum vocat) & à Lactantio de falsâ religione lib. I. c. 14. & de Irâ Dei cap. XI. Sed Plutarchus contendit has Euemeri vel Euhemeri narrationes meros eſſe* φενακισμοὺς, *meras impoſturas. Panchotim illam, ac Panchæos & Triphyllios nuſquam gentium eſſe, columnam illam à nemine viſam.*

Plut. de Iſide & Oſiride.

Plutarcho, quamuis foro & dijs ſuis ſeruienti crederem, niſi Diodorus & ipſe deorum ſuperſtitioſiſſimus cultor Panchæam inſulam nobis copioſiſſimè deſcripſiſſet. Ait Diodorus è regione Cedroſiæ duas eſſe inſulas quarum altera ſacra dicitur, in quâ mortuum ſepelire nefas cùm ſit, in alteram ſtadijs admodum ſeptem inde diſtantem tranſportantur cadauera. Sacram hanc inſulam incolunt Panchæi. Ita vocantur indigenæ. Alienigenæ verò Triphyllij, quod ex tribus nationibus ſint mixti, Indi, Scythæ, Cre-

Diod. Sicul. lib. 5. p. 219.

A tenſes. Metropolis Panara dicitur, libera & ſoli Ioui Triphyllio addicta. Sacerdotes fabulantur ſe ex Cretâ oriundos, adductos in Panchæam à Ioue, cùm inter homines verſans orbi imperaret. Oſtendunt inſcriptiones, quas aiunt à Ioue factas, B cùm Panaræ templum extrueret. Maximè verò columna proſtat aurea, literas habens ſacras ab Ægyptijs nuncupatas, quibus continentur res geſtæ οὐρανοῦ καὶ Διὸς, Vrani & Iouis, tum Artemidis & Apollinis à Mercurio deſcriptæ. *Videtur is eſſe Mercu-* C *rius Triſmegiſtus vulgò dictus, qui potuit maiorum ſuorum hiſtoriam fabuloſis* τερατολογίαις *inuoluere. Euemerus verò & Ennius videntur narrationes illas bonâ fide interpretati.*

Hæc inſula non admodum procul ſita eſt ab vrbe Arabiæ Nyſâ, in quâ natum D *diximus Oſiridem. Itaque, quæ Ægyptij de ſui Oſiridis maioribus & poſteris fabulabantur, eadem ſed pro arbitrio interpolata narrabant Panchæi de ſuo Ioue. Cumque inſulam hanc incolerent Indi, Scythæ, Cretenſes, non mirum, ſi fabulæ illæ ad Indos, Scythas & Creten-* E *ſes vſque promonarint, & ab his atque Ægyptijs in totam Europam, Aſiam & Africam. Quotquot hominibus diuinitas afficta eſt, horum res geſtæ cum veterum fabulis permixtæ inextricabiles fictionum labyrinthos nobis pepererunt.*

F

XV. IV.

A.M. 2045. N.E. 62. Ante Dn. 1955. Abrahami XLIII.

Sarug Rehu filius natus annos ducentos triginta moritur ante Geneſ. 11. 23.

proauum, abauum, atauum, tritauum.

XXIII. XII.

A. M. 2053. N. E. 70. Ante Dn. 1947. Abrahami LI.

Euſebius. Pauſan.

Apidi defuncto ſuccedit Thelxion filius quintus. Sicyoniorum rex, regnatque annos duos & quinquaginta.

PROMISSIONES.

XV. XIII.

A. M. 2073. Prom. I. N. E. 90. Ante Dn. 1927.

Abrahami LXXVI.

CVr promiſſionem annis 430. ante legem factam hinc inchoem, malo Ludouici Capelli patrui mei verbis docere, quam meis. *Si facimus*, inquit, *primum fœdus initum cùm euocatus eſt Abraham ex Vre Chaldæorum, vt videtur ſenſiſſe Stephanus Act.* VII. *1. potuerit id eueniſſe anno ipſius vitæ* LXX. *& annis quinque hæſiſſe Charris, vt ita à prima illa profectione ad natum Iſaacum ſint anni triginta præciſè. Hinc ad exitum anni quadringenti. Ita à primâ profectione, cui promiſsio etiam fuit adiuncta ad legem erunt anni præciſè 430. Galat. 3. v. 17. Sic omnia quadrabunt. Et fuerint Iſraelitæ in Ægypto annis tantum 210. vt omnes Rabbini tradunt. Hæc ſententia doctiſsimo Bezæ placet in Act. 7. 6. & Tremellio Gen.* XI. *31. &* XV. *15. & Bibliandro libro de ratione temporum.* Hæc patruus piç memoriç vir. Idem docent Naclantus de arcanis Chriſti, Ioh. Temporarius in Chronico, Auguſtinus Torniellus in Annalibus. At fœderis tum nulla mentio. Certè fœderis vocem non habemus. Rem habemus. Fœdus eſt promiſſio cum reſtipulatione. Nunquid Abraham patriam reliquit iniuſſu Dei? num mandatum hoc accepit ſine repromiſſione? Promittit Abrahamo Deus benedictionem ſuam, & hæreditatem auitâ meliorem. Stipulatur obſequium, abnegationem patriæ & corruptelarum, quibus in patriâ imbutus fuerat. Abraham Deo credit & paret. En fœdus pleniſſimum, atque adeò Euangelicum, ſæpe quidem iteratum, confirmatum, ſancitum, ſed nunquam immutatum à Deo. Apoſtolus autem annos 430. inchoat ἀπὸ διαθήκης προκεκυρωμένης, non ἀπὸ κυρώσεως τῆς διαθήκης, vt rectè obſeruat Meuſchius ſuam ipſe ſententiam euertens. *Galat. 3. 17.*

XX. XVIII.

A. M. 2078. Prom. 6. N. E. 95. Ante Dn. 1922.

Abrahami LXXVI.

THare ſiue Therach Abrahami pater, cùm vixiſſet annos quinque & ducétos, Charanę ſiue Charris moritur in Meſopotamia. Tum è veſtigio eo defuncto Abraham LXXV. annos natus inchoatum iter perficit & in Chananæam venit, quę & ipſa Idololatriæ toto orbe longè, latéque regnantis corruptelis inquinatiſſima erat. Sed, cùm ſuos quæque gens Deos coleret, faciliùs fuit Abrahamo peregrinanti ac in tento- *Act. 7. 4. Geneſ. c. 11. 32. & 12. 4.*

rijs agenti ab exterorum, quos adibat, quàm à contribulium ſuorum erroribus abſtinere.

Res autem ab Abrahamo poſt patris obitum vſq;ad congreſſum cum ancillâ geſta videntur eiuſmodi eſſe, vt ſingula fere capita ſingulis annis commodè poſſint adſcribi.

Prima vrbs Chananęæ in quâ ſedem aliquandiu fixit Abram, fuit Sichem, atque inibi promiſſionem ſuam repetijt Deus, quæ poteſt dici prima earum, quas in Chananæâ fecit, ſicut & ibidem primum altare Domino ſtruxit Abraham.

XXI. XVIIII.
A. M. 2079. Prom. 7. N. E. 96. Ante Dn. 1921.
Abrahami LXXVII.

Geneſ. 12. 8. ABraham Sichimis egreſſus tentorium figit inter Betelem & D Haium conſtructo altari, vt qui pietati, quàm rei familiari priùs & ſtudioſiùs conſuleret. Betel autem hîc *Geneſ.* 28. 19. vocatur Luz prolepticé. Luz enim poſt annos demum 162. à Iacobo anno ætatis LXXIX Betelis nomen accepit. Luz autem eſt corylus. A vi- E cino igitur coryleto dicta eſt vrbs Luz, non vt LXX. verterunt *Vlamlaus.* Homines iſti dum feneſtinantiùs quàm accuratiùs munere ſuo defungerentur, ex aduerbio *Vlam* & nomine proprio confinxerunt portentoſum vocabulum *Vlamlaus.* F

XXII. I.
A. M. 2080. Prom. 8. N. E. 97. Ante Dn. 1920.
Abrahami LXXVIII.

A ABraham fame cogente Betele egreſſus in Ægyptum venit, vbi vitę potiùs quàm honeſtati conſulens diſſimulato nomine vxorio Saram ſororem tantum. i. agnatam vocabat. Sara ex compacto fratrem quoque Abramum vocans ad Pha- B raonem deducitur vxor eius futura ob inſignem & miraculoſam in muliere ferè ſeptuagenariâ pulchritudinem. Deus flagellis in regis domum immiſſis etiam in ſomnis monitum Pharaonem vetat Saram attingere. Pharao Abramo increpito vxorem C reddit, & munera addit. Ita in filiorum ſuorum gratiam etiam reges nonnunquam increpat *Regum imperator, æternûm morum ſator.* *Geneſ.* 12. 10. *Pſal.* 105. 14. *Pacuuius Periboea v.* 100.

XXIII. II.
A.M.2081. Prom. 9. N. E. 98. Ante Dn. 1919.
Abrahami LXXIX.

ABraham ex Ægypto in Chananæam redit inter Betelem & Haium. *Geneſ.* 13. 1.

XXIV. III.
A. M. 3082. Prom. 10. N. E. 99. Ante Dn. 1918.
Abrahami LXXX.

CVm ampliores eſſent Abrahami & Lothi opes, quàm vt ſimul commodè & pacificè habitare poſſent, Loth Sodomam ſecedit, Deus Abtahamo promiſſiones renouat. *Geneſ.* 13. 6.

XXV. IV.
A. M. 2083. Prom. 11. N. E. 100. Ante Dn. 1917.
Abrahami LXXXI.

Digitized by Google

Gen. 13. 16. Abraham perluſtrat Chananæam, quam ſemini ſuo à Deo promitti audiebat, & tamen ne tum quidem Deus in ea vllam illi dedit hæreditatem, οὐδὲ βῆμα ποδὸς ante natum Iſaakum, ſed duodequadrageſimo demum poſt Iſaaki natiuitatem anno licuit Abrahamo poſſeſſionem acquirere, eamque ſepulchralem, vt ſciret non habitandi domicilium, ſed commorandi diuerſorium nobis in terrâ datum, permanentem ciuitatem in cœlo quærendam, in quo eſt municipatus noſter. *Act. 7. 5.*

XXVI. V.

A. M. 2084. Prom. 12. N. E. 101. Ante Dn. 1916.

Abrahami LXXXII.

Gen. 13. 16. Abraham perluſtratâ Chananæâ ad Chebronis querceta altari ſtructo tentoria figit.

XXVII. VI.

A. M. 2085. Prom. 13. N. E. 102. Ante Dn. 1915.

Abrahami LXXXIII.

Gen. 14. 1. Erant circa & vltra Euphratem quatuor reges fœderati Amraphel Singaris, Arioc Ellaſaris, Codorlahomor helami, & Tidhal Gentilium. Ad ripam verò Iardenis quinque Berah Sodomæ, Birſchah Gomorræ, Schineab Admæ, Schemeber Tſeboimorum, & quintus Belah. Hi reges quinque cum annos duodecim Codor lahomori ſeruiiſſent, hoc circiter anno rebellant, & ſolitum tributum negant.

XXVIII. VII.

A. M. 2086. Prom. 14. N. E. 103. Ante Dn. 1914.

Abrahami LXXXIII.

Gen. 14. 6. Codorlahomer cum ſuis fœderatis Sodomitarum perduellium factioni bellum infert, prouinciiſque eorum peruaſtatis quinque regibus profligatis eorum familiam, ſupellectilem, opes & Lothum abducit. Abraham eo audito trecentos duodeuiginti vernas armat, aſſumptiſque ex viciniâ ſocijs aliquot iuxta Chamat victores aſſequitur, eoſque nec opinantes aggreſſus profligat, omnibuſque, quæ adſportabant, recuperatis magnam inſuper ſpoliorum copiam reportat.

Heb. 7. 1. Redeunti obuiam venit Melchitſedek, qui ideò ab Apoſtolo dicitur ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, &c. quia, cùm reliquor. omnium pietate præſtantium, quorum meminit Moſes, genus ipſe doceat, huius vnius neq. genus, neque natalem, nec obitum memorat. Non eſt igitur is Sem, vt Iudæi ſibi & Chriſtianis multis perſuaſerunt. 1. quia Semi genealogiam ortum, & obitum ſcimus. 2. quia Melchitſedek nihil habebat commune cum genere Leuitico. Leuitæ autem oriundi erant à Semo. 3. quia iurauit Abraham ne filum quidem è Sodomiticæ factionis opibus in domum ſuam tranſiturum. Num etiam iurauerat ſe ex tritaui ſui auo nihil prorſus hæreditatis accepturum? Melchitſedek igitur rex Salem. h.e. pacis ac iuſtitiæ rex & Domini Sacerdos, quatenus rex Abrahamum

epulo excipit, quatenus Sacerdos victoriæ & familiæ ipſius benedicit. Abraham viciſſim Spoliorum ſuorũ decimas illi donat. Ecquid verò mirum & myſticum in eo eſſet, ſi pater filio victori gratulaturus obuiam veniſſet, eiq; benedixiſſet, ac viciſſim filius patri, aui, inquam, tritauo annos DXXXII. nato honorem habuiſſet? Meritò igitur Benedict. Pererius Ieſuita pernegat Melchiſedekum eſſe Semum: fateturq; Torniellus Pererij argumenta admodum vrgere; Sed quia multi veteres aliter ſenſerunt, Pererij rationes eludit Torniellus, argutiùs quam ſolidiùs. Nuperum eſt hoc Iudæorum commentũm alteri paulò antiquiori, ſed multò abſurdiori ſubſtitutum. Quippe circa A. D. 378. dicebant Melchiſedekum eſſe Angelum. Ambroſius. *Nam & illum Melchiſedech, per quem Abraham ſuas hoſtias obtulit, non Angelum vtique ſecundum Iudaica ludibria intelligit Eccleſia, ſed virum ſanctum, ac Sacerdotem Dei.* Quis ille vir eſſet, meritò non definiebat Eccleſia. Falli quoque videtur R. Schelomo Iarchi, & poſt eum Torniellus, qui Salem vrbem Melchiſedeki putat fuiſſe Ieruſalem. Lotho enim ex Paneade regione cum Abrahamo patruo Sodomam redeunti occurrit Salem ad Iordanis ripam ſita iuxta quam Iohannes baptizabat, non autem Ieruſalem.

Ambroſ. de fide ad Gratianũ l. 3. c. 5.

I. VIII.

A. M. 2087. Prom. 15. N. E. 103. Ante Dn. 1913. Abrahami LXXXV.

A DEus Abrahamo promiſſiones ſuas luculentius quàm antehac enarrat & confirmat. Pollicetur ſe ipſum futurum illi clypei ac mercedis ampliſſimæ loco, quo ne Angeli quidem ipſi quidquam maius conſequi, nec optare poſſunt. Huic ſu- *Gen. 15. 1.*
B percœleſtis beatitudinis promiſſioni pignoris inſtar apponit terrenas benedictiones. *Ego ſum*, inquit, *Iehoua, qui eduxi te Vre Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc in hæreditatem.* q. d. Hoc eſt illud, quod promiſi tibi, cum eduxi te Vre Chaldæorum, nem- *v. 7.*
C pe me daturum tibi terram hanc & futurum tibi Iehouam. Addit futurum, 1. vt prolem conſequatur in immenſum excreturam. 2. vt ſemen eius aliquandiu quidem oberret, & ſeruitute duriſſimâ prematur, quadringenteſimo tamen poſt anno li-
D berali manu aſſeratur, & grauiſſimas ab oppreſſoribus ſuis pœnas repoſcat. 3. vt ipſe interim quietâ ac proſperâ canitie fruatur. Abraham hoſtias ſuas *δίπλυχας ποιήσας*, Deo offert, quem ritum etiam Ethnici ſecuti ſunt. *Homerus Iliad. 1. v. 461.*
E

II. IX.

A. M. 2088. Prom. 16. N. E. 105. Ante Dn. 1912. Abrahami LXXXVI.

SAra videns ſe non magis poſt, quàm ante ſolennem promiſſio-
F nis diuinæ confirmationem ex Abrahamo concipere, marito perſuadet, vt cum ancillâ Ægyptiâ congrediatur. Ab hac dicti Hagareni populi Saracenorum in Arabiâ vicini. Saraceni autem ipſi non à Sara, Sed à Sarak, *Gen. 16. 1.*

Sarak, vt eruditè Scaliger monet. Quia autem ambo hi populi primi in Mahommedis verba iurarunt, hinc Muhammedani omnes Hagareni, & Saraceni dicti.

III. X.

A. M. 2089. Prom. 17. N. E. 106. Ante Dn. 1911. Abrahami LXXXVII.

Gen. 16. 3. ABrahamo ex Hagare ancillâ naſcitur Iſmael vndecim annis poſtquam in Chananæam aduenerat.

VI. XIII.

A. M. 2092. Prom. 20. N. E. 109. Ante Dn. 1908. Abrahami XC.

Gen. 11. 13. ARphaxad cum vixiſſet annos quadringentos duodequadraginta moritur relinquens Semum patrem ſuperſtitem.

XVI. IV.

A. M. 2102. Prom. 30. N. E. 119. Ante Dn. 1898. Abrahami C.

Gen. 17. Euſeb. de præp. l. 9. p. 246. QVi prius dicebatur *Ab-ram*. i. pater excelſus, is Dei iuſſu vocatur *Abraham*. q. d. *Ab-rab-hamon*. i. pater magnę multitudinis. Melon apud Euſebium exponit *Ab-racham* patris amicum. Duriùs Philo, pater videns populum, ac ſi ſcriberetur *Ab-roe-ham*. Durè quoque Chryſoſtomus ait *Abram* ſignificare tranſitum. Abraham nonaginta nouem, Gen. 17. 9.
A Iſmael tredecim annos nati circunciduntur. Erat hic ritus ſymbolum natiuæ corruptionis noſtræ, tum gratiæ Dei, per quam circuncisis cordibus noſtris regeneramur, & per fidem in Chriſtum iuſtificamur. Deus pollicetur Abrahamo filium
B ex Sara. Rident ambo. Sed Sara ſeueriùs quum increpetur, hinc liquet riſum Abrahami potiùs ab admiratione, riſum Saræ à diffidentiâ profectum.

Cauſſa autem admirationis & diffidentiæ erat non tam ſenium, quàm
C effœtæ ſupra ſeculi illius longæuitatem vires Abrahami, & maxime Saræ, quæ nec liberos vnquam genuerat, & iam deſierat habere menſtrua. Alioqui viuebant adhuc Abrahami atauus, tritauus, & tritaui auus. hoc eſt Heber. Sala, & Sem.

D Antequam Sodomam & vicinas vrbes euerteret Deus, voluit impietatem incolarum illuſtri documento teſtatam facere. Sed tanta eſt hominum contumacia, vt ne tam horrendo quidem iudicio abſterreantur ab hoc piaculo, quin & pleræque na-
E tiones id inter adiaphora recenſerent, & Cretenſes inter virtutis inſignia numerarent, & inter ipſos, qui Chriſtiani audiunt, noſtro quoque ſeculo quidam verſibus & picturis cohoneſtaſſe dicuntur tam infandum ἄγος. Geneſ. 19. 1.

F Lothum hoſpitalem, ſed præ ſocordiâ cunctantem & veluti reluctantem publico incendio eripit Dei miſericordia, & in Abraham clementia.

Lothi vxorem diffidentia & per-

ditæ rei familiaris impatiens deſiderium in ſtatuam ſalis commutat.

Hanc hiſtoriam Poëtæ ſuis de Niobe commentis inquinarunt.

Belam Sedomitici agri minimam vrbem, vnde & Segor dicta eſt, cum reliquis vrbibus exitium commeritam Lothi precibus donat Dei benignitas. Loth tamen in eâ ſubſiſtere non auſus in proximum montem ſecedit.

Loth in populo tam impuro ſuam integritatem, filiæ eius virginitatem illibatam, tanquam piſces in mari ſalſo dulcedinem, conſeruauerant. Sed tum eas tantus ex pauore ſtupor dementauit, vt quaſi toto genere humano extincto ſemen ex patre per fraudem inebriato ſeruandum putarent. Ex tam inceſto concubitu nati ſunt Moab & Hammon.

Geneſ.20. Abraham quaſi Sedomitici agri viciniam exhorreſcens Gerarum ſecedit. Atque inibi eamdem culpam apud Abimelecum admittit, quam nuper apud Pharahonem, & quidem eodem euentu. Deo ſui prophetæ licet titubantis honori & Saræ nondum grauidæ caſtitati proſpiciente.

XVII. V.
A. M. 2103. Prom. 31. N. E. 120. Ante Dn. 1897.
Abrahami CI.

Gen. 21. 5. ABrahamo centum & Sarę nonaginta annos natis ac iam effœtis naſcitur Iſaak exacto præciſè poſt promiſſionem anno, annis quadringentis ante Exodum, vt Iudæi in ſuo Kalendario & Seder holam, Naclantus, Ioh. Temporarius, alij pe-

A ritè colligunt ex Gen. xv. 13. xxi. 13.

XIX. VII.
A. M. 2105. Prom. 33. N. E. 122. Ante Dn. 1895.
Abrahami CIII.

THelxioni defuncto ſuccedit filius Ægyrus vel potiùs Ægydrus Sicyoniorum rex, regnatque annos 33. *Euſeb.*

B

Iſaakum, vt credere par eſt, bimulum ablactat Sara. Ea occaſione conuiuium magnum facit Abraham. In eo Iſmael Iſaakum cum riſu inſectatur. Videri poterat puerilis ïocus. Sed, qui nos intus & in cute nouit καρδιογνώστης Deus, vidit vipereum eſſe cachinnum hunc. Itaq; non maternâ in Iſaakum indulgentiâ, aut nouercali in Iſmaelem ſimultate, ſed Sancti Spiritus impulſu cõmota Sara dicit Abrahamo. *Eijce ancillam hanc & filium eius. Filius enim huius ancillæ cum Iſaako hæres non erit.* Diſplicuit hoc Abrahamo, tamen Dei iuſſu Saræ obſequitur, & vix vno pane & aquę vrnâ onuſtam ancillam ablegat. Lugentem ſolatur Angelus, tum indicato fonte, tum promiſſâ numeroſâ ſobole. Huiuſmodi frequentes viſiones fecerunt, vt Ægyptij dicerent Deos, maximè quinque, totidem dierum intercalarium præſides orbem perambulare varijs aſſumptis figuris, præſertim humanis, quod & innuit Homerus, *Geneſ.21. 8. Galat. 4. 29. Diod. Siculus l. 1.*

C D E F

Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας,
Ἀνθρώπων ὕβειν τε καὶ εὐνομίην ἐσορῶντες.

At mirum illud, tantam Iſmaëlitarum authoritatem fuiſſe, vt circun-

Digitized by Google

ciſionis vſum non tantum in totam Ægyptum, ſed & in Troglodyticam vſque propagarint. Diodorus. *Pudenda circuncidunt omnes Troglodytæ, quemadmodum & Ægyptij, exceptis ÿs, qui à mutilatione vocantur Colobi Troglodytæ.* *Diodorus Siculus lib. 3.*

VIII. V.

A. M. 2122. Prom. 50. N. E. 139. Ante Dn. 1878. Abrahami CXX.

Gen. 11. 15. SChelach, vulgo Sala Arphaxadi filius cum vixiſſet annos 433. naturæ tributum expendit relicto Semo auo ſuo ſuperſtite.

XXV. III.

A. M. 2139. Prom. 67. N. E. 156. Ante Dn. 1861. Abrahami CXXXVII.

Euſeb. P.æuſ. ÆGydro defuncto ſuccedit filius Thurimachus ſeptimus Sicyoniorum rex, regnatque annos XLV.

Seder Olam c. 1. Iudæi in ſuo Chronico maiore. *Iſiak*, inquit, *Pater noſter, quando ligatus eſt ſuper altare, agebat annum* XXXVII.

Ioſeph. Antiq. l. 1. c. 14. Ioſephus vult Iſaakum fuiſſe annorum XXV. Aben Ezra decem, vel duodecim annorum. quod minus veriſimile eſt, cùm iam haberet Iſaak ſatis virium ad baiulanda ligna ſacrificio deſtinata.

Rectè autem Abraham, qui Dei mandato, quantumuis durum videretur, non obmurmurauit, ſed ſtatim morem geſſit. Sed quàm admiranda eſt Abrahami fides & obedientia, tam deteſtabilis eſt Ethnicorum immanitas, qui cæcâ Abra-
A hami cacozeliâ filios ſuos quantumuis iniuſſi ſacrificarent. Hic eſt autem ἐθελοθρησκείας genius, vt quò furioſiùs in impietatem ruit, eò altiùs ſe conſcendere putet ad ſummum pietatis faſtigium.

XXVI. IV.

B A. M. 2140. Prom. 68. N. E. 157. Ante Dn. 1860. Abrahami CXXXVIII.

SAra decennio iunior Abrahamo cùm vixiſſet annos 127. diem ſupremum obit Chebrone, quæ prius *Geneſ. c. 17. 17 & c. 23. 1.*
C *Kiriath arbe* dicebatur. Prima poſſeſſio, quam Abraham ſibi in Chananæâ comparauit, fuit ſepulchralis, ad ſepeliendam Saram empta, cùm hactenus οὐδὲ βῆμα ποδὸς poſſediſſet, & in tentorijs habitaret. *Act. 7. 5.* Abrahami exemplum ſtolidè æmulati Ægyptij,
D cùm cadaueribus condendis inſanas ſubſtructionum moles excitarent, viuos homines vilibus tectis excipiebant, quod dicerent nobis diutiùs iacendum, quàm ſtandum. Nos meminerimus cadauera, tam bene ceſpite, quàm marmore condi, viuen-
E tes tam benè culmo, quàm auro tegi.

Iuuat tamen audire, quàm pulchrâ rationes ſuas inſtituãt Ægyptij apud Diodorum. οἱ ἐγχώριοι, inquit, τὸν μὲν ἐν τῷ ζῆν χρόνον εὐτελῆ παντελῶς εἶναι νομίζουσι, τὸν δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν δι' ἀρετὴν μνη- *Diodorus Siculus lib. 1.*
F μονευθησόμενον περὶ πλείστου ποιοῦνται. Καὶ τὰς μὲν τῶν ζώντων οἰκήσεις καταλύσεις ὀνομάζουσιν, ὡς ὀλίγον χρόνον ἐν ταύταις οἰκούντων ἡμῶν. Τοὺς δὲ τῶν τετελευτηκότων τάφους, ἀϊδίους οἴκους προσαγορεύουσιν, ὡς ἐν ᾅδου διατελούντων τὸν ἄπειρον αἰῶνα, διόπερ τῶν μὲν κατὰ τὰς

Digitized by Google

οἰκίας κατασκευῶν ἧττον φροντίζουσι, περὶ δὲ τὰς ταφὰς ὑπερϐολὴν οὐκ ἀπολείπουσι φιλοτιμίας. Homines iſti pulchra documenta primùm falſo, deinde inepto poriſmate ſepeliebant. Falſum eſt illud, quod æmulatus eſt laſciuus Poëta,

Soles occidere & redire poſſunt,
Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.

Sanè æterna nox manet prophanos illos, quos Apoſtolus vocat, *Atheos in mundo, ſpem non habentes.* (Epheſ. 2. 12.) Nobis verò, qui in Chriſto ſpem habemus, tam ſepulchra, quàm tecta noſtra ſunt inſtar diuerſoriorum, vt pote *πρόσκαιρα*, pene dixerim, momentanea. Deinde, non ſi pluſculum temporis ſepulchris quàm domibus debetur, ideò anguſtè, & incommodè habitandum; vt laxè & ſuperbè iaceamus.

I. VII.

A. M. 2143. Prom. 71. N. E. 160. Ante Dn. 1857. Abrahami CXLI.

Iſaak annos quadraginta natus ducit vxorem Rebekam, patruelis ſui Batuelis filiam, Nachoris neptim, Tharæ proneptim. (Geneſ. c. 24. 24. & c. 25. v. 20.) Ipſe Iſaak Tharæ nepos erat, Abrahami filius. Iudæi volunt Rebekam fuiſſe tum annorum quatuordecim. (Seder Olam c. 1.)

II. IIX.

A. M. 2144. Num. Euſ. 161. Prom. 72. Ante Dn. 1856. Abrahami CXLII.

A *Primus Argiuorum rex Inachus hoc fere tempore regnare incipit, regnatque annos quinquaginta. A primo Inachi ad vltimum Stenelantis annum vetus Chronographus Caſtor numerabat annos CCCLXXXIIII. Hic Inachus Oceani & Thetyis filius ex Meliſſâ ſorore ſuâ* (Euſeb.)

B *genuiſſe dicitur Phoroneum, Ægialeum, & Io. ſed primam. De ſecunda dicemus A. M. 2464.* (Apollodorus.)

XII. XIIX.

A. M. 2154. Num. Euſ. 171. Prom. 82. Ante Dn. 1846. Abrahami CLI.

C Sem moritur anno ætatis ſexcenteſimo ſecundo, annis quingentis poſt natum Arphaxadum, & quidem, vt credere par eſt, in Aſiâ, quam plerique poſterorum eius incoluerunt. (Geneſ. 11. 11.) *Elam* iuxta Perſidem, *Aſſur* in

D Aſſyriâ, *Lud* in Lydiâ, in Syriâ, *Aram.* Semi fratres Iaphet & Cham, quando obierint, non conſtat. Iapheti filius *Madai* Mediam à ſe dixit, *Iauan* alter Iapheti filius longè antiquior eſt Ione de quo A. M. 2665. Huius filij ſunt Eliſa, Tarſis, Cittim,

E Dodanim, à quibus dicti Æoles in Aſiâ minore. Tarſis Ciliciæ vrbs, Macedones & Dodona ſylua in Europâ. Et ſanè Europæis notum fuiſſe Iapetum conſtat ex Poetarum fabulis, qui eius ſæpe meminerunt.

F Tertius Noæ filius Cham maledictus in Paleſtinâ & Africâ ſedem quæſiuit, quæ licet multis locis culta & fertilis, tamen maximâ ſui parte manifeſta præ ſe fert, hodieque maledictionis Dei veſtigia. (Vide A. M. 1778.)

XXI. IIX.

A.M. 2163. Prom. 91. Num. Euſ. 180. Ante Dn. 1837.

Abrahami CLXI. Iacobi. I.

Geneſ. 25. 26. ISaako annos ſexaginta nato naſcuntur Iacob & Heſau, huiſquàm diſſimiles corpore, animo, vitæ inſtituto, ac fine, cum tamen vterque ex Rachele eodem partu natus ſit, illuſtri documento, quo inſanientis Genethliacorum ſapientiæ vanitatem agnoſcamus. Maximè verò, vt ſciamus *propoſitum electionis, firmitatem ſuam obtinere non ab operibus ſed à vocante, antequam nati eſſent, antequam quidquam boni vel mali feciſſent, dictum eſt, Maior ſeruiet minori.* Seruiunt autem ſeruitute propriè dictâ electis non alij electi, ſed reprobi. Hi ſoli ſeruitutem eamque miſerrimam ſeruient fidelium pedibus cum ſuo principe Satana ſubijciendi.

Rom. 9. 11. — Rom. 16. 20.

Eſau autem eſt δραστικὸς, δραστήριος. *Sehir* villoſus. *Iahakob*, ὑποσκελίζων, talum tenens, vnde Heſau fratrem à fraude dictum volebat, quia fraudem quoque ſignificat ea vox, certe *Hokba*, quod eſt eiuſdem originis, non quod vlla fraus per ſe ſit pia & fideli digna, ſed etiam cum angelo colluctatur Iacob, quia regnum cælorum tepidos vomit, & à violentis rapi vult.

Geneſ. 27. 36. עשו שעיר יעקב

VII. III.

A. M. 2177. Prom. 105. N. E. 194. Ante Dn. 1823. Abrahami CLXXV. Iacobi XV.

Gen. 25. 8. ABraham annum CLXXV. agens ſatur dierum obit. Pauci ſobriam αὐτάρκειαν, pauciores fidem Abrahami imitantur.

Inde fit, vt rarò, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Surgat, vti conuiua ſatur, reperire queamus.

Horat. lib. 1. Sat. 1.

XIII. IX.

A. M. 2183. Prom. 111. N. E. 200. Ante Dn. 1817. Iacobi XXI.

HEber Salæ filius cum vixiſſet annos 464. moritur, idque, vt videtur, in Abrahami trinepotis ſui domo, in Iſaaci & Iacobi ſinu. Quæ cauſſa eſſe potuit, cur Abrahami, maxime vero Iacobi filij Hebræi dicerentur, vt videre eſt Geneſeos XXXIX. 14.

Gen. 11. 17. — Vide A. M. 1719. & 1753.

XIV. X.

A. M. 2184. N. E. 201. Ante Dn. 1816. Iacobi XXII.

THurimacho defuncto ſuccedit filius Leucippus octauus Sicyoniorum rex, regnatque annos LIII.

Euſ. Pauſ.

XXIV. I.

A. M. 2194. Prom. 122. N. E. 211. Ante Dn. 1806. Iacobi XXXII.

SEcundus Argiuorum rex PHORONEVS *Inachi filius regnat annos* LX. *Hic* PHORONEVS *ex Laodice Nymphâ Niobem & Abyn procreaſſe dicitur. Niobe prima eſt earum mulierum quas Iuppiter amaſſe fertur, & ex ea Argum genuiſſe, vltima vero Iouis meretrix*

Euſ. — Apollodorus l. 2.

Alcmena dicitur. Sed Niobem reuera potuit Iuppiter comprimere. Tempus enim conuenit. Reliqua, quæ memorantur eius ſcorta, ſunt Poetarum figmenta, certè pleraque. Poetis enim, atque adeo etiam alÿs Ethnicis tralatitium hoc fuit, vt quoſuis ſpurios aut ignoto patre natos Iouis aut Dei cuiuſpiam filios dicerent. Eodem referendum, quod Inachus Oceani filius eſſe & ex Oceani filia Phoroneum genuiſſe perhibetur. Duplex hæc eſt fabula, primùm, quod mare vel Oceanum fingunt eſſe Deum. Secundò quod cõmentitium illum Deum ſcortari fabulantur, niſi forte mortalis quiſpiam Oceanus dictus eſt, eamque ob cauſſam Oceani ſiue maris Deus habitus. Prius malim. Præclare Seneca. Non eſt quod te iſti decipiant, cùm maiores ſuos recenſent, vbicumque defecit nomen illuſtre, illico Deum fingunt.

Seneca de benef. 1. 3. c. 28.

V. X.

A. M. 2203. Num. Euſ. 220. Prom. 131. Ante Dn. 1797. Iacobi XLI.

AFRICANVS *chronologiæ ſuæ lib.* III. *numerat annos* MCCXXXVII. *vel* MCCXXXI. *à primo Ogygis anno quo condidit Eleuſinem vſque ad Olympiadem* LV, *ſiue primum Cyri annum: Ita ex huius epilogiſmo Ogygis primus annus erit adſcribendus annis ante Chriſtum* 1797. *Rurſus apud Euſebium ex Hellanico, Philochoro, Caſtore, Thallo, Diodoro Siculo Iulius Africanus numerat annos mille viginti ab Ogygis diluuio vſque ad primam Olympiadem. Ita rurſus incidet hoc diluuium annis ante Chriſtum 1797.*

Euſ. de præparatione Euangelical. 10. c. 3.

A Eſau quadraginta annos natus nuptijs animum adijcere incipit. Vt autem Abram ſuum & vxoris nomen immutauerat, idem æmulatus eſt & Eſau. Siquidem & ipſe nomine mutato Edom dictus eſt. Vna eaque forte prima eius vxor dicebatur B Aholibama. Hanc ille in gratiam vt videtur fratris poſt reconciliationem de filij eius nomine vocauit *Iuditham*. Erat autem Beeri Chettæi filia, Tſibhonis Cheuuæi Choritæ ex Hana filiâ neptis. Secunda dicebatur *Hadah* Elonis Chettæi filia. Tertia C *Mahalat* Iſmaelis Abrahamidæ filia. Harum vtramque dixit *Baſmat*, q. d. εὔοσμον, merum aroma fragrantem. Hac obſeruatione adhibitâ commodè conciliari poſſunt tria Moſis loca in ſpeciem pugnantia Geneſ. XXVI. 34. XXVIII. 8. & XXXVI. 2. Sæpe autem D Moſes rebus indit nomina προληπτικῶς.

Geneſ. c. 26. 34. & 28. 8. & 36. v. 2. 10. 25.

XIV. XIX.

A. M. 2212. Num. Euſ. 229. Prom. 140. Ante Dn. 1788. Iacobi L.

E *TElchines & Caryatæ aduerſus Phoroneum & Parrhaſios inſtituunt bellum. Hoc Euſebius refert numero 229. Paulus Oroſius ait id contigiſſe annis* MLXX. *ante Romæ conditum, quod conuenit numero Euſebiano 194. Diſcrimen eſt annorum* XXXV. *Cauſſa eſſe potuit, quod Oroſius confundit annum, cir-* F *ca quem natus eſt Phoroneus cum anno circa quem pugnauit cum Caryatis.*

Euſeb.

A. M. 2226. Num. Euſ. 243. Prom. 154. Ante Dn. 1774. Iacobi. LXIV.

Digitized by Google

Gen. 25. 17. ISmael Abrahami filius, fato fungitur, anno ætatis CXXXVII. A

XI. VI.

A. M. 2237. Num. Euſ. 254. Prom. 165. Ante Dn. 1763. Iacobi LXXV.

Euſ. *LEucippo defuncto ſuccedit nepos Peratus, Chaladiæ filius ex Neptuno ſcilicet. i. Mœcho. Huius tutor fuiſſe videtur is quem Euſebius Meſapum vocat. Auguſtinus verò de ciuit. lib.* XVIII. *cap.* IV. *à quibuſdam Cephiſum vocari ait. Is regnat annos* XLVII.

XIII. IIX.

A. M. 2239. Num. Euſ. 256. Prom. 167. Ante Dn. 1761. Iacobi LXXVII.

VEtus Chronologus apud Cedrenum, ait Diluuium in Græcia ſub Ogyge contigiſſe annis CCXLVIII. *ante diluuium Deucalionis. Hoc conuenit huic anno N.E.256. Euſebius vero quadriennio vel quinquennio ſeriùs id refert circa numerum 260. vel 261. apud Oroſium fortaſſe legendum*, Ante annos vrbis conditæ MX. (pro MXL.) in Achaia ſæuum diluuium &c. *vt dicas Catonianam V. C. æram initium ducere à milleſimo, ac decimo anno poſt diluuium Ogygis. Ita cum Oroſio paria faciet Cedrenus. Anni vero* MXL. *vel* MXLIV. *numerandi ſunt à primo Ogygis anno ad Romæ conditum. Sed facile fuit primum Ogygis annum cum Ogygis diluuio confundere.* Vide A. M. 2103.

XV. X.

A. M. 2241. Num. Euſ. 258. Prom. 169. Ante Dn. 1759. Iacobi LXXIX.

ISaak annos 138. natus iubet Eſauum venatum ire & ex prædâ venatu captâ cupedias ſibi conficere, non tam vt nauſeantem ſtomachum reficeret, quàm vt hoc obſequio prouocatus filio benediceret. Dum venatur Eſau, Rebeka duobus hœdis mactatis cõficit cupedias, quales ab Iſaako amari ſciebat, Iacobum Eſaui veſtibus induit, manus & collum pellibus hœdinis operit, iubetque cupedias à ſe paratas ad patrem ferre. Iſaak caligantibus oculis iubet Iacobum propiùs accedere, manus eius palpat. *Vox*, inquit, *vox eſt Iacobi, manus autem ſunt manus Eſaui.* Ita Iacobo, tanquam primogenito benedicit. *Eſto*, inquit, *Dominus fratrum tuorum. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus compleatur.* Hoc eſt Dei filiorum elogium, quo Iacobi benedictio ſuperat eam, quæ poſtea Eſauo data eſt. Hoc Iſaaki errore & fraude Rebekæ vſus eſt Deus ad teſtificandum non prophanum Eſauum ſed Iacobum hæredem conſtitui promiſſionis Abrahamo factę, ſimul & typo docuit nos benedictionum cœleſtium compotes fieri non poſſe, niſi primogeniti noſtri veſte indutos. Deus quidem neque fraude, neque vi vult nos vti aduerſus fratres, ſed ſibi quodammodo vim ac fraudem fieri gaudet, vt benedictio- Geneſ. 28. 1. B C D E F

nes cœleſtes ab eo conſequamur. Cùm interim Eſau fratris fraudi, quàm impietati ſuæ mallet imputare ſuum ὑστέρημα, Rachel iubet Iacobum declinandæ fratris iræ ad Labanem ſe recipere. In itinere, cùm ſub dio pernoctaret, ſcalam in ſomnis videt cœlum attingentem, benedictionis diuinę confirmationem accipit. Labani ſeruit gratis menſem dierum. h. e. integrum, vel menſem vltimum anni cum appendice dierum quinque, quorum exitus hoc anno incidit in Octobris ſeptimum. Tum ineunte nouo, eoque primo hebdomadis anno pollicetur ſe integram annorum hebdomadem pro Rachele ſeruiturum. A primo Adami Autumno ad hunc fluxerunt annorum hebdomades 320.

Geneſ. 29. 1.

A B C

XXII. XVII.

A. M. 2248. Num. Euſ. 265. Prom. 176. Ante Dn. 1752. Iacobi LXXXVI.

D

Geneſ. 29. 20.

Iacob expleto ſeruitij ſui ſeptennio Rachelem poſtulat. Verbis annuit fraudulentus Laban. Re vera Rachelis loco Leam natu maiorem ſubſtituit. Cùm indignaretur Iacob ſe turpiter & iniquè deceptum. Laban etiam Rachelem illi dat eâ lege, vt alterum ſeptennium ſeruiat. Ita duplici eoque inceſto duarum ſororum coniugio implicatus intra paucos dies Iacob rixas experitur Polygamiæ comites indiuiduas, cùm Rachelem amaret, ex Leâ liberos conciperet, & altera alteri inuideret, in tantum efferbuit æmulatio, vt primo Rachel, dein & Lea ſuam quæque ancillam Iacobo daret, vt ex eâ liberos ſuſciperent adeò prolis, tum, quàm libidinis maius erat deſiderium. Ita Iacob intra ſeptennium ex Lea ſeptem liberos, ex ancillis quatuor, ex Rachele vnum habuit. Qui potuit? inquies. Potuit modo agnoſcas 1. aliquos ex his partibus ſeptimeſtres fuiſſe. 2. Danem quidem poſt Iudam, Iſſacarem poſt Aſerem, Ioſephum poſt Dinam natos fuiſſe, ſed ſufficere, vt vel vno aut altero die alter alterum anteceſſerit. Nuptiæ factæ videntur ineunte anno mundi Ægyptiaco 2249. Octobris ſexto, ineunte & primo hebdomadis anno.

E F

Series Iacobi τεκνογονιῶν hæc fere eſſe potuit.

ANNO Mundi.			Vixerunt annos.	Obierāt A. M.
2248.	Octob. 6.	Nuptiæ factæ.		
Ex Lea naſcuntur.				
2249.	Maj 7.	Ruben	114	2373.
2250.	Martij 7.	Simeon	120	2370.
2251.	Ianuar. 7.	Leui	137	2388.
	Octobris 7.	Iuda	119	2370.
Ex Bilhâ Rachelis ancillâ.				
	Octob. 8.	Dan	127	2378.
2252.	Auguſti 8.	Nephtali.		
Ex Zilpha Leæ ancillâ.				
2253.	Maj 8.	Gad		
2254.	Febr. 9.	Aſer	126	2380.
Ex Leâ rurſus.				
	Febr. 10.	Iſſacar	122	2376.
	Decēb. 10.	Zabulon	124	2378.
2255.	Octob. 1.	Dina		
Ex Rachele	Octob. 2.	Ioſeph.	110	2365.

Quot vixerint annos Ioſeph & Leui, Scriptura docet. De cæteris tacet. Ne Iudæi quidem tradunt quandiu vixerint Nephtali, Gad, Dina.

Dina. Rubenis autem, Simeonis A &c. annos vnde habeant, ipſi viderint. Nos illorum in minore chronico fidem ſecuti ſumus.

I. V.

A. M. 2255. Num. Euſ. 272. Prom. 183. Ante Dn. 1745. Iacobi XCIII. Ioſephi I.

Gen. 30. 21. DEus tandem Rachelis preces exaudit, vimque concipiendi illi largitur. Itaque hoc anno naſcuntur Leæ quidem Dina. Racheli verò Ioſeph exeunte ſeptimo anno, eoque Sabbathico, & Iubileo, cum, inquam, Iacob iam quatuordecim annos ſocero Labani ſeruijſſet. Rectè igitur Euſebius Petauij V. C. notat. *Primo anno Joſephi Iacob erat nonaginta duorum annorum*, & quidem abſolutorum, cum iniret annum XCIII. Æra Ioſephi per ſeptem aut 49. diuiſa, dat hebdomadicos annos & Iubileos. Paulò poſt Ioſephi natiuitatem ineunte anno mundi Ægyptiaco 2256. Octobris quarto, ineunte quoque primo hebdomadis CCCXXVI. Iubilei verò XLVII. anno Iacob incipit ſeruire ἐπὶ μισθῷ eâ lege, vt modo nigræ, modo maculis grandioribus interſtinctæ, modo quaſi grandine conſperſæ pecudes ſint Iacobi. Quoties Laban Iacobum circumſcribere cogitat, mutatâ mercedis formâ, toties experitur non eſſe conſilium aduerſus Dominum.

Apis tertius Argiuorum rex regnat annos XXXIV. *Huius non frater, vt vult Euſebius, ſed patruus erat Ægialeus, ſi modo Apollodoro credimus.* *Euſeb. Chron.*

VII. XI.

A. M. 2261. Num. Euſ. 278. Prom. 189. Ante Dn. 1739. Iacobi XCIX. Ioſephi VII.

IAcob in patriam redit ſexennio *Geneſ. c. 31. v. 38. & 41.* B poſt natum Ioſephum, cum annos ſolidos viginti Labani ſeruijſſet, ineunte anno Sabbathico.

In itinere cum Angelo luctatus, à fratris Eſaui furioſo impetu liberatus in Chananæum delatus non procul à Sichimis *Succoth*. i. tuguriola excita- C uit, vnde nomen loco factum. Et quia verum cælorum Deum adorabat, ideò forſan ab imperitis ipſe ὑψουράνιος dictus eſt. Euſebius. εἶτά φησι Philo Byblienſis τὸν ὑψουράνιον οἰκῆσαι Τύρον, καλύβας τε ἐπινοῆσαι ἀπὸ καλάμων, καὶ θρύων, καὶ παπύρων. στασιάσαι δὲ πρὸς τὸν *Euſeb. de preparat. Euág. l. 1. p. 23.* D ἀδελφὸν Οὔσωον. Mox alia ſubijcit Philo multò fabuloſiora.

VIII. XII.

A. M. 2262. Num. Euſ. 279. Prom. 190. Ante Dn. 1738. Iacobi C. Ioſephi VIII.

E MEmphis in Ægypto ab Ape condita: *Hæc Euſebius. Sed ſuſpecta ſunt, quia cum tres fuerint hoc nomine, Apis Argiuus, Apis Ægyptius, Apis Sicyonius, plerique ex tribus vnum faciunt, Euſebius certè Apim* F *Argiuum cùm Ægyptio confundit. Apollodorus verò, vult Apim quidem Argiuum in Græcia mortuum, & ob Tyrannidem occiſum. Memphim vero in Ægypto conditam ab huius Apis patrueli Epapho eius filio.* *Apollodorus l. 2.*

Digitized by Google

IX. XIII.

A. M. 2263. Num. Euſ. 280.
Prom. 191. Ante Dn. 1737.
Iacobi CI. Ioſephi IX.

Gene. 38. IVdæ decimum tertium annum
agenti naſci potuit Her, anniſque B
proximè ſequentibus. Onan & Sela.

XV. XIX.

A. M. 2269. Num. Euſ. 286.
Prom. 197. Ante Dn. 1731.
Iacobi CVII. Ioſephi XV. C

R*Egum Ægypti ſeries labyrinthis*
inextricabilibus ſcatet. Nam &
mendaciorum loquaciſsimus fuit Mane-
tho. Et qui hunc ſequi ſe profitentur Io-
ſephus, Africanus, Euſebius, Georgius
Taraſij Patriarchæ Conſtantinopoli-
tani Syncellus, Scaliger ſeriem hanc ali- D
ter atque aliter contexunt: Cambyſes
Ægyptum inuaſit quinto ſui regni anno,
annis 525. Ante Chriſti æram. Hanc
Dynaſtiam Euſebius XXVII. *vocat, duo-*
deuiceſimam vero inchoat annis 1197.
ante ſeptimam & viceſimam, ac proin-
de annis ante Chriſti æram 1722. E

Nos tamen nouem annis prius eam in-
choamus, tum vt Ioſepho, tum maximè
vt hiſtoriæ ſacræ ſeriem hanc aptemus.
Omiſsis ergo primis, ijſque fabuloſis ſe-
ptemdecim Ægyptiorum Dynaſtijs, qui-
bus annorum fere quatuor millia tribue-
bat nugiuendulus Canopi verna, duo- F
deuiceſima Ægyptiorum Dynaſtia non
incommodè inchoari peterit annis circi-
ter 1731. ante Chriſti æram. Huius prin-
ceps Amoi annos XXV. *regnaſſe dicitur.*
נכה *Quemadmodum autem à* Necoh *Græci*

A *dicunt* Necos, *ſic* Amos *ductum vide-* אמה
tur ab Amoh, *quæ vox Hebræis famu-*
litium ſignificat, forſan affectato humili-
tatu vocabulo. Certe ſignificationes vo-
cum Ægyptiacarum diuinare non poſſu-
mus, niſi quâ Hebraicis cohærent origi-
nibus.

XVII. II.

A. M. 2271. Num. Euſ. 288.
Prom. 199. Ante Dn. 1729.
Iacobi CIX. Ioſephi XVII.

DEmetrius apud Euſebium. *Cum* *Euſeb. de*
C *Dina,* inquit, *nata eſſet annos ſex-* *præparat.*
decim & menſes quatuor, rapitur. Ali- *Euãg. l. 9.*
quantóque poſt natus eſt Beniamin ex *Gen. 34.*
Rachele, quae ex partus dolore obijt, quum *2.*
marito conuixiſſet annos XXIII. Hæc
ſanè videntur verò propiora ijs, quæ
Iudæi ſentiunt, nec euertunt ea quæ
D de Iudæ genealogiâ diximus.

Nec obſtat huic ſententiæ, quod
Beniamin in Ægyptum cum patre
viceſimo tertio poſt anno deſcen-
dens iam habebat filios decem, cùm
eo tempore vigeret polygamia, &
Iacobi filij maturè admodum liberis
E operam dare inciperent. Cæterum
Iudæi volunt Dinam poſtea nupſiſ-
ſe Iobo, primariumque Iobi amico-
rum Eliphazum eſſe primogenitum
Heſaui filium, cuius fit mentio Ge-
neſeos XXXVI. 4. vel potiùs Elipha-
zi nepotem, Temanis filium, quip-
F pe Iobum ipſum volunt eſſe Zera-
chi filium, Rehuelis nepotem, Eſa-
ui pronepotem, Iſaaci abnepotem,
quintum ab Abrahamo.

Rachelis amiſſæ deſiderium auxit *Geneſ. 37.*
Iacobi in filios eius amorem, maxi- *1.*

Digitized by Google

mè in Ioſephum, cuius mores & A ſomnia mira pollicebantur. Hinc fratrum inuidia, tam ferox, vt Ioſephum Dotane ipſos inuiſentem, vix XVII. annum agentem vendiderint Iſmaelitis. Hi Ioſephum in Ægyptum adductum vendunt Putiphari. B

XXI. VI.

A. M. 2275. Num. Euſ. 292.
Prom. 203. Ante Dn. 1725.
Iacobi CXIII. Ioſephi XXI.

Gen. c. 38. v. 5. HOc anno Her duodecim annos natus ducere potuit vxorem Thamarem, ſed quia malignus erat, à Deo occiditur. Eodem, vel ſequente anno Onani nubere potuit Thamar. Sed Onam, cùm videret hanc vxorem ſibi dari, vt ſemen fratri ſuſcitaret. h. e. vt primogenitum ſuum, non ſibi, ſed fratri defuncto D adſcriberet, priùs in terram effundebat ſemen, antequam cùm vxore conſueſceret. Quamobrem & hic iuſto Dei iudicio immatura morte præripitur. Horum pater Iuda, primò quidem in animo habuit, etiam tertium filium eidem vxori dare. Mox metu, ne fato quodam Thamar E omnes maritos abſumeret, conſilium mutauit, cùm tamen neque mentem ſuam nurui aperiret, nec facultatem ei concederet, alteri cuipiam nubendi, ſed eam vanâ tertij coniugij ſpe lactaret.

Quidam crimen Onanis, quod F multi per laſciuiam imitantur, *μαλακίαν* ab Apoſtolo vocari putant. 1. Corinth. VI. 9. Vt vt ſit, ſpurcities eſt, dicique poteſt ad rei deteſtationem. *Fingit Onam dignum Thebano ænigmate monſtrum, Vt mœchus, meretrix, leno ſit ipſe ſui.* Etiam cùm dormientibus excidit *ἐξονειρωγμός*, qui קרי Hebræis dicitur Keri, *συμϐεϐηκός*, pollutionem id vocant Scholaſtici ſumpto vocabulo ex lege Moſaicâ Deut. XXIII. 10.

XXIV. IX.

A. M. 2278. Num. Euſ. 295.
Prom. 206. Ante Dn. 1722.
Iacobi CXVI. Ioſephi XXIV.

C THamar videns tertium Iudæ filium ſibi non dari, vt promiſſum fuerat, meretricem mentita coram Iuda ſe ſiſtit, & ab eo compreſſa, anno ſequente geminos Pharezum & Zaram parit. Quam vxorem poſtea duxerit tertius Iudæ filius Sela, Scriptura non docet. Sed hoc tantum, Iudam errore agnito deinceps à nurus contactu abſtinuiſſe, tum Selam primogenito ſuo primogeniti ſui fratris Her nomen impoſuiſſe. Geneſ. 38. 12. 1. Chron. 4. 21.

XXVII. XII.

A. M. 2281. Num. Euſ. 298.
Prom. 209. Ante Dn. 1719.
Iacobi CXIX. Ioſephi XXVII.

IOſeph ab vxore Putipharis, per calumniam accuſatus, in carcerem conijcitur, aliquantoque poſt puta anno ſequente explicat ſomnia aulicis. Iudæi vero volunt Ioſephum ante nouennium in carcerem coniectum, inibique duodecim annos egiſſe quod nobis minus veriſi- Gen. c. 39. v. 10.

mile videtur, licet idem dicat Demetrius apud Euſebium de præparatione Euangelicâ lib. IX. A

XXVIII. XIII.

A. M. 2282. Num. Euſ. 299.
Prom. 210. Ante Dn. 1718.
Iacobi CXX. Ioſephi XXIIX.

Gen. 35. 28. ISaak centum & octoginta natus annos, vel agens annum CLXXX, placidâ compoſitus pace quieſcit. idque vno aut altero anno ante Iacobi in Ægyptum profectionem, vt rectè notat Demetrius apud Euſebium. *Euſeb. de præparat. Euãgelica l. 9.* C Per idem tempus, cùm Pharaonis pincerna & cocus ob culpam aliquam iuſſu regis in carcerem coniecti ſomniaſſent ſomnia vera, *Geneſ. 40. 1.* cùm Ægyptus auguribus, ὀνειροπόλοις, & id genus vermibus ſcateret, vnus ea potuit explicare Ioſephus non D humanitùs inuentâ, ſed cœlitùs infuſâ ſcientiâ. Iam tunc voluit Deus teſtatum, illam, quam profitentur homines, μαντικὴν eſſe mentiendi potiùs quàm vaticinandi artem, quod & Ethnici paſſim agnoſcunt.

Ennius.

Non habeo denique nauci Marſum augurem, E
Non vicanos aruſpices, non de circo aſtrologos,
Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomniûm,
*Non * enim ſunt ij aut ſcientiâ, aut arte diuini,*
Sed ſuperſtitioſi vates, impudenteſque harioli. F
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat.
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab ijs drachmam ipſi petunt.
De his diuitijs dracmam ſibi deducant, reddant cætera.

*Non ſunt enim diuini arte aut ſcientia.

Pacuuius Chryſe c. 63.

Nam iſtis, qui linguam auium intelligunt,
Pluſque ex alieno iecore ſapiunt, quàm ex ſuo, B
Magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo.

II. XV.

A. M. 2284. Num. Euſ. 301.
Prom. 212. Ante Dn. 1716.
Iacobi CXXII. Ioſephi XXX.

IOſeph triceſimum annum agens biennio poſt explicata aulicorum ſomnia coram ipſo Pharahone ſiſtitur, ſomnium eius explicat, docet inſtare ſeptem fertilitatis annos, ac deinde totidem ſterilitatis. Maturè proſpiciendum Reip. Pharaho credens eo neminem huic muneri aptiorem eſſe, Ioſephum Ægypto tori præficit. Factum id paulò ante eam meſſem, quæ fuit fertilium prima currente primo Hebdomadis anno. Ab orbe condito ad antecedentem autumnum, quo ſatio facta fuerat, fluxerunt hebdomades annorum CCCXXVI. hebdomas vero treceteſima viceſima ſeptima fuit hebdomas fertilitatis. *Gen. 41. 46.*

Eodem anno Meſapo, qui hactenus tutoris nomine regnum Sicyoniorum vſurpauerat, defuncto ſuccedit Eratus vel Peratus Chalcidiæ ex ſtupro filius eoque Neptuni ſoboles dictus, Leucippi nepos, Thurimachi pronepos decimus Si- *Euſeb. Pauſ.*

Sycioniorum rex, regnatque annos XLVI.

III. XVI.

A. M. 2285. Num. Euſ. 302. Prom. 213. Ante Dn. 1715.

Iacobi CXXIII.

Ioſephi XXXI.

Gen. 42. 45. IOſepho vxorem pro arbitrio ſuo dederat Pharao. Ea erat Aſnat filia Putipherahi Sacerdotis On ſiue Heliopoleos. In vulgatâ verſione tam ſocer, quàm dominus Ioſephi, de quo diximus A. M. 2271. dicitur Putiphar. Ideò Torniellus anxiè diſquirit, ſintne duo. Res perſpicua eſt ijs qui Hebraicè ſciunt. Qui Ioſephum emit, eſt Potiphar ſiue Putiphar. Ioſephi ſocer eſt Potipherah, ſiue Putipherah, cum haijn in fine ille erat *Sarus*, quæ vox non tantum Eunuchum, ſed quemuis aulicum ſignificat. Hic erat *Cohen*. i. Sacerdos vel Præfectus Heliopoleos. Ex huius filiâ Ioſepho naſcitur Manaſſe hoc circiter anno, Ephraim ſequente. Vide A. M. 2454. Ioſephi genealogiam vſque ad Ioſuam.

פוטיפר
פוטיפרע

Euſeb. de preparat. Euāg. l. 9. *Leui*, inquit Demetrius apud Euſebium, *annos natus ſexaginta gignit Caathum*. Vero propiùs Epiphanius ait Leui tum fuiſſe natum annos 34. Crediderim Demetrium ſcripſiſſe *ſex & triginta*. Igitur Cahat non LX. Sed XXXVI. ſui patris anno naſcitur.

VII. I.

A. M. 2289. Num. Euſ. 306. Prom. 217. Ante Dn. 1711.

Iacobi CXXVII.

Ioſephi XXXV.

A *APidi defuncto ſuccedit ſororis filius Argus, regnatq. annos* LXX. *Iupiter, ut diximus, Cretenſis regulus, primam mulierum iniuit Niobem Phoronei filiam, Apidis ſororem. Ex Ioue & Niobe naſcitur Argus, qui Peloponneſum à ſe Argos dici voluit. Is Euadnem* Euſeb. Apollodor. l. 2.
B *Strymonis & Neæræ filiam ducit, ex eaque gignit Iaſum. Piranthum, Epidaurum & Criaſum. Ex Iaſo naſcitur alter Argus πανόπτης dictus.*

VIII. II.

C

A. M. 2290. Num. Euſ. 307. Prom. 218. Ante Dn. 1710.

Iacobi CXXVIII.

Ioſephi XXXVI.

ÆGyptij poſt ſeptem fertilitatis extraordinariæ meſſes à Ioſepho moniti neque colunt neque Geneſ. 41. 47.
D ferunt ſeptem annos continuos, quorum initium ab huius anni autumno.

IX. III.

A. M. 2291. Prom. 219. N. E. 308. Ante Dn. 1709.

E

Iacobi CXXIX.

Ioſephi XXXVII.

PHarez Iudæ filius tredecim annos natus videtur cœpiſſe liberos gignere. Primogenitus eius fuit Ezrom, Arami & Segubi pater, Ami- Gen. 46. 11. Matth. 1. 3.
F nadabi, & Iairis auus, Naaſſonis proauus. Naaſſon erat princeps eorum qui egreſſi ſunt ex Ægypto, Iair ſexaginta pagos debellauit vltra Iordanum. Adeò multis modis verum eſt quod dicitur Geneſ. xv. 16. *Quartâ* Num. 1. 7.

generatione reuertentur huc. De Iaire vide A. M. 2350.

X. IV.

A. M. 2292. Prom. 220. N. E. 309. Ante Dn. 1708. Iacobi CXXX. Ioſephi XXXVIII.

CHamul ſecundus filius Pharezi, Iudæ nepos hoc anno naſci potuit, cùm pater annos quatuordecim natus eſſet. Mirum hoc, non incredibile tamen. Scaligerum audi. *Meâ memoriâ*, inquit, *in ciuitate Lectoratenſi Nouempopulaniæ puer minor annorum duodecim genuit ex puellâ conſobrinâ ſuâ, quæ nondum decimum annum expleuerat. Rem notam narro, & cuius memoria adhuc recens eſt in Aquitaniâ. Pater hoc ipſe de ſe patri meo teſtatus eſt, quod alioqui tunc ne pueri quidem ignorabant.*

Scalig. in Pareo orat. 1.

ISRAELITÆ IN ÆGYPTO.

XI. V.

A. M. 2293. Prom. 221. N. E. 310. Ante Dn. 1707. Iacobi CXXXI. Ioſephi XXXIX.

Gen 47. 9. & c. 44. & 6. 11.

IAcob annos ſolidos centum & triginta natus deſcendit in Ægyptum, cùm iam æſtates duæ tranſiiſſent ſine meſſe, & ſupereſſent quinque ſterilitatis anni. Iſraelitarum in Ægypto commorationi Demetrius apud Euſebium de præparat. Euang.
A l. 9. Euſebius, & alij quamplurimi tribuunt annos ducentos & quindecim. Nobis tamen verior videtur ſententia eorum qui ducentos tantum & decem annos huic commorationi tribuunt. Ita Iudæi conſtanter in vtroque Chronico, in Kalen-
B dario & in Canticum Canticorum. Ita Paraphraſtes Chaldæus in Exod. XII. 40. Ita Lyranus, Caietanus in Geneſim XV. & Exodi XII. Torniellus, alij, prout monebamus A. M. 2073.

Iacobi poſteri, qui cum illo deſcenderunt, ita numerantur. *Hi ſunt* *Geneſ. 46. 15.*
C *filij Leæ, quos genuit in Meſopotamiâ.* Ita vetus interpres & LXX. Forte meliùs dixeris, *ἥτις ἐτεκνογόνησε, quæ liberos genuit* &c. Vt vt ſit, à maiori parte ſæpe denominatur totum. Sequentia ſic verterim. *Porro cum Dinâ filiâ eius omnes animæ filiorum eius & filiarum*
D *eius ſunt triginta tres*. Leâ ſcilicet & Dinâ numeratis. Sequuntur animæ ſexdecim ea Zilpâ Leæ ancillâ, numeratâ ſcilicet vnâ filiâ, Sarâ, ſiue Serachâ, quatuordecim ex Rachele, ſeptem ex Bilhâ Rachelis ancillâ. Colliguntur fœminæ tres, mares ſeptem
E & ſexaginta præter Iacobum. Moſes ait in vniuerſum animas LXX. cum Iacobo deſcendiſſe Geneſ. XLVI. 26. Exod. 1. 5. Deut. X. 22. Ita conſtanter habent omnes codices Hebraici, Chaldaici, Latini, quin & Græci Deut. X. 22. Hieronymo teſte in Ge-
F neſim, & hodieq; in editione Complutenſi, & Plantinianâ. Quod igitur Act. VII. 14. leguntur LXXV, crediderim eſſe vetus librariorum mendum, & Lucam pro πέντε ſcripſiſſe πάντως.

Vide A. M. 1689. p. 37. C.

Sunt quibus incredibile videatur, quod ex viris circiter LXX. poſt annos decem ac ducentos prodierint ſexcenta virorum annis viginti maiorum millia. At ſi des, vt quis anno trigeſimo liberos habere incipiat, & decem liberos habeat, & liberi, poſterique idem faciant, ille vnus, antequam ducenteſimus accedat annus, habebit trinepotum decies centena millia, adnepotum centum millia, abnepotum decem millia, pronepotes mille, nepotes centum, filios decem.

Ægyptus, Danaus, Priamus, Darius dicuntur habuiſſe quinquagenos liberos. *Eutychem* refert Plinius lib. VII. 3. *triginta partus enixam Trallibus à viginti liberis rogo illatam*. Artaxerxem refert Iuſtinus habuiſſe liberos centum & quindecim, Hierotimum ſexcentos. Scriptura docet Abdonem habuiſſe filios quadraginta, Abeſanem triginta, filias totidem, Gedeonem filios ſeptuaginta, Achabum totidem. In abauiæ meæ tumulo legitur. *Hîc ſita eſt Iolanda Bailli Dionyſij Capelli vidua, quæ obijt A.D. 1514. anno ætatis* LXXXVIII. *viduitatis* XLII, *quæ vidit aut vidiſſe potuit ante obitum ducentos nonaginta quinque liberos ex ſe ortos.* Tamen ipſa octo tantum pepererat.

Extat tumulus Lutetiæ ad S. Innocentij.

XII. VI.

A. M. 2294. Prom. 222. N. E. 311. Ante Dn. 1706. Iacobi CXXXII. Ioſephi XL.

A Amos primus XVIII. Ægyptiorum Dynaſtiæ rex moritur cum regnaſſet annos XXV. eique ſuccedit *Chebros* forſan à ſodalitate, ſiue à ſociali familiaritate ita dictus. Is regnat annos tredecim. Dixeris. Ex quo Ioſeph regni habenis admotus, B eſt vſque ad Iacobi mortem nullius regis in Ægypto mors memoratur. Sed nec vſque ad Ioſephi mortem, qui annos octoginta Ægyptijs præfuit. Nempe, non id propoſitum fuit Moſi, vt cuiuſquam regni πολιτείαν, aut regum ſeriem, ſed vt Eccle- C ſiæ cônſtitutionem & Patriarcharum ſeriem deſcriberet ab Adamo ad ſua vſque tempora.

Euſebius.

חברה

Toto fertilitatis ſeptennio Ioſeph frumenta vndecunque pretio comparauerat. Huius prouidentiæ beneficio ſibi quidem nec iugerum agri D vendicauit, Regi verò totam Ægyptum acquiſiuit, nummos, pecudes, agros, homines: Sed agros Ægyptijs reſtituit Ioſeph, eâ lege vt quintam prouentus partem regi penderent. Soli Sacerdotum agri immunes remanſêre. Quippe, vt Dio- E dorus docet, Sacerdotium certis quibuſdam familijs addictum erat, quarum tanta erat veneratio, *vt non tantum eſſent omnes* ἀτελεῖς, καὶ δευτερεύοντες μετὰ τὸν βασιλέα ταῖς τε δόξαις, καὶ ταῖς ἐξουσίαις, *immunes, vno minores rege, ſiue dignitatem, ſiue potentiam ſpectes, ſed etiam* F *trientem prouentuum regiorum acciperent. Hinc ſacrificia peragebant, hinc ſeruos alebant, hinc* τὰς ἰδίας χρείας ἐχορήγουν *proprijs neceſſitatibus conſulebant.*

Geneſ. 47.

Diod. Sicul. lib. I.

A

XV. IX.

A. M. 2297. Num. Euſ. 314. Prom. 225. Ante Dn. 1703. Iacobi CXXXV. Ioſephi XLIII.

Geneſ. 47. 18. Æ Gyptij poſt ſterilitatis ſeptennium à Ioſepho frumentum obtinent, vnde ſe nutriant & agros ſerant ineunte trecenteſimâ vndetrigeſimâ hebdomade ab orbe condito. Diodorus, cùm Ægyptum luſtraret annis circiter poſt hunc mille ſexcentis quadraginta, gloriabantur Ægyptij ſe *ambitioſiſsimè obſeruaſſe cuiuſq. ſyderis virtutes, ſæpe ſe prædixiſſe, quæ hominibus erant euentura, nec rarò ſterilitates agrorum, epidemicos morbos &c. aſſeruare ſe deſcriptiones illas inde ab annis multitudine incredibilibus.* Nempe tralatitium illis erat ex menſibus, ex diebus annos concinnare, & ſemper diſſimulare, quoties mentita eſſet illorum μαντική. Quæ fertilitas, quæ ſterilitas vnquam contigit huic comparanda, quam nullus hariolus diuinauit, ſed ſolus Ioſephus ab ipſo Deo edoctus?

Diod. Siculus, l. 1.

XXV. XIX.

A. M. 2307. Num. Euſ. 324. Prom. 235. Ante Dn. 1693. Iacobi CXLV. Ioſephi LIII.

Euſeb. C Hebroh cùm regnaſſet annos tredecim, obijt, Succedit tertius Ægyptiorum rex Amenophus, forſan quaſi Amoh-Noph. i. ſeruus, famulus Memphis. Is regnat annos vnum & viginti.

אמוה ונף

XXVIII. III.

A. M. 2310. Num. Euſ. 327. Prom. 238. Ante Dn. 1690. Ioſephi. LVI.

B I *Acob annos ſeptemdecim in Ægypto moratus, cùm vixiſſet annos* CXLVII, *de poſterorum ſtatu, de Chriſto multa vaticinatus animam ſuam Deo commendat his verbis*, Salutem tuam expecto Domine. Geneſ. 47. 28. 49. 18.

Cæterum, quia Joſeph ſecundus à rege erat, ideò Ægyptij Iacobum honoribus regijs proſequuntur in funeris apparatu, ac luctu dierum ſeptuaginta, qui numerus eſt rotundatus pro 72. Certè Diodorus luctus regum ait fuiſſe dierum 72. Quippe, vt quintam partem prouentuum ſuorum regibus viuentibus dabant ex Joſephi præſcripto, ſic regibus defunctis quintam anni partem luctui dabant. Nam quinque epagomenas, anni non partem, ſed appendicem eſſe ſtatuebant. Itaque quæ intercalaribus diebus fiebant, ea ὅτε ἐν μηνὶ, ὅτε ἐν ἐνιαυτῷ *fieri dicebant.* Geneſ. c. 41. 40. c. 50. 3. Diodor. Sicul. lib. 1. Geneſ. 47. 24.

C D

E *Jmmodicus eſt, dixeris, iſte luctus, & ſtrepera illa triſtitia imitamenta plus habent ambitionis, quàm pietatis, plus falſi, quàm veri. Fateor. Sed morem illum non inuexit Ioſeph. Jnuectum peculiares ob cauſas vſurpari paſſus eſt, vt eò damnabiliores eſſent ij, qui poſteros inſontes vexaturi erant, quorum parentem regijs honoribus affecerant. Sed &* F *regibus ac optimatibus debetur aliquid, quo à vulgi fæce internoſcantur.*

Jn defunctorum exequijs ridere Thracum eſt. Et præpoſtera, ambitionis eſt illud Ennij, Nemo me lachrymis decoret,

coret, nec funera planctus Faxit.

Illud verò vix credas, certè non laudei, quod Ægyptij narrant apud Diodorum licuiſſe poſt dierum 72. planctum populo cateruatim coeunti de rege defuncto ſententiam ferre, vt cùm Sacerdos in mortui laudem multa dixiſſet, populus exclamaret, hoc quidem & illud rectè: at hoc male, illud peſſimè. Sanè etiam apud Iſraelitas legimus quibuſdam regibus Senatusconſulto, vel Plebiſcito ſepulturam regiam negatam. At confuſaneos turbæ modo ſuccinentis, modo obſtrepentis regis defuncti laudibus clamores ab hæredibus regni toleratos admiratione quàm laude dignius eſt.

Illud memorandum, quod poſt mortem beatas cum pijs ſedes optabant & ſperabant Ægyptij, Æthiopes, Græci. Quid ſtupidius eſt Iudæis noſtri temporis? Tamen quid ſperent, ſtatim initio ſui ritualis profitentur. Domine ſeculorum, *inquiunt*, prodeat beneuolentia à conſpectu tuo, quandoquidem dediſti mihi partem in domibus Synagogarum, & in domibus orationum, & non dediſti mihi partem in domibus Charcheſiorum (*ita Chriſtianorum Synaxes ſugillant*) nec in domibus Theatralibus Cuthæorum. *i. Samaritanorum.* Laborant quidem illi. Ego quoque laboro. Ego laboro in vitam ſeculi venturi. Illi verò laborant in puteum perditionis. *Ita nos traducunt impuri. Sic impius Elias Euangelium vocat* Euen guillaion, volumen vanitatis. *Viderint librorum cenſores.*

Sepher. Tephillot Venetijs editus A. D. 1570.

קרקסאית

טטראות

Elias in Tisbi.

XVIII. II.

A. M. 2328. N. E. 345. Prom. 256. Ante Dn. 1672. Ioſephi LXXIV.

A *AMenophis tertius Ægyptiorum rex moritur. Huic ab Euſebio ſubſtituitur Mephres. Sed Ioſephus ex Manethone ſubſtituit Amerſem eique tribuit annos duos & viginti.*

Ioſephus in Appionem l. 1.

XXI. V.

B A. M. 2331. Num. Euſ. 348. Prom. 259. Ante Dn. 1669. Ioſephi LXXVII.

ERato defuncto ſuccedit filius Plenæus, vel Plemnæus vndecimus Sicyoniorum rex, regnatque annos XLVIII. C *Hic cùm filios aliquot genuiſſet nec alere potuiſſet, tandem, quod educauit Orthopolin, id acceptum tulit Demetri ſiue Cereri.*

Euſeb. Pauſan.

VII. XVIIII.

D A. M. 2345. Num. Euſ. 362. Prom. 273. Ante Dn. 1655. Ioſephi XCIV. Amrami I.

DEmetrius apud Euſebium. *Cahath*, inquit, *annos natus quadraginta* (lege *ſexaginta*) *genuit Am-* E *ramum. Amram natus annos ſeptuaginta octo genuit Moſem.*

Euſeb. de præparat. Euãg. l. 9.

XII V.

A. M. 2350. Num. Euſ. 367. Prom. 278. Ante Dn. F 1650. Ioſephi XCIX. Amrami VI.

M*Ephres quintus Ægyptiorum rex regnat annos duodecim* Ezron Pharezi filius, Iudæ nepos ducit filiam Machiris, neptim Manaſſis,

Euſeb.

1. Chron. 2. 21.

Num. 32. 41. Deut. 3. 14. proneptim Ioſephi. Agebat, inquam, Ezron ſexageſimum annum, cum filiam illam duxit, ex quâ poſt aliquot annos filium ſuſcepit. Is eſt Segub pater Iairis, qui in Galaaditide poſſedit vrbes viginti, vicos ſexaginta, idque 192. poſt hunc annis.

XXI. XIIII.

A. M. 2359. Num. Euſ. 376. Prom. 287. Ante Dn. 1641. Ioſephi CV. Hamrami XV.

Euſeb. *ARGO defuncto ſuccedit Criaſus quintus Argiuorum rex, regnatque annos* LIV. *Argis autem, prima ſacerdotio functa eſt Callithya, quanquam Apollodorus vult Ionem primam hoc ſacerdotio decoratam. Callithyam, alij Callitheam, alij Callithoam dicunt, videlicet à præſtantia ſacrificiorum, forma, vel curſus.*

XXIV. XVII.

A. M. 2362. Num. Euſ. 379. Prom. 290. Ante Dn. 1628. Ioſephi CVIII. Amrami XVIII.

Euſeb. *MEphra muthoſis ſextus Ægyptiorum rex regnat annos viginti ſex. Atlas Iapeti filius, Deucalionis patruus, quod Aſtrologia ſtudioſus eſſet, dicitur cælum baiulare.*

XXVII. I.

A. M. 2365. N. E. 382. Prom. 293. Ante Dn. 1635. Hamrami XXI.

A IOſeph cum annos centum ac decem vixiſſet, ſupremum diem obit, fratres ad concordiam cohortatus, deque illorum afflictionibus, ac liberatione vaticinatus, addito fidei ſuæ ſymbolo, velle ſe oſſa ſua aſſeruari, vt liberationis, quam prævidebat, tempore in Chananęam deferrentur, & in Sichemitarum agro à patre empto conderentur, quod & poſtea prę ſtitum eſt. Gen. 50. 26. Hebr. 11. 22.

B

IV. VI.

A. M. 2370. N. E. 387. Prom. 298. Ante Dn. 1630. Amrami XXVI.

C *ÆQuinoctium vernum hoc anno contigit Aprilis quarto, feriâ primâ, Phamenoth primo, Nouilunio. Concurſus hic videtur inuitaſſe Babylonios ad conſignandam faſtis ſuis Æquinoctij huius obſeruationem. Alexander traiecit in Aſiam tertio Olympiadis* CXI. *anno, qui cœpit Iulij* XIII, *Hecatombæonis primo. Medium interuallum eſt annorum 1295. dierum centum, in vniuerſum dierum quadringentorum ſeptuaginta trium millium. Totidem annorum obſeruationes ſe habere gloriabantur Chaldæi ante Alexandri in Aſiam traiectum teſte Diodoro Siculo lib. 2. Totidem fere annos numerant Cicero de Diuinatione lib. 1. Martianus Capella, Lactantius lib.* VII. *cap.* XIV.

D E F

Eâdem fraude deludebant Græcos, cùm dicebant ſe habere in Pantibiblis ſuis nomina decem regum, qui circa Euphratem regnauerant ante diluuium ſpatio Sarorum centum & viginti. Sarum autem complecti an- Euſeb. Chron. Græc.

Digitized by Google

nos tria millia ſexcentos, Nirum ſexcentos, Soſum ſexaginta. *Hæc Abydenus Beroſus, Apollodorus, Alexander Polyhiſtor ex Chaldæorum ſententiâ apud Euſebium. Theophilus Alexandriæ Epiſcopus ſedere cæpit A. D. 385. Huius tempore Anianus & Panodorus Euſebium reprehendebant, quod non animaduertiſſet hos annos re verâ dies eſſe. Taraſius Patriarcha præſidebat Synodo ſeptimæ, quæ habita eſt A. D. 787. Taraſij Syncellus Georgius apud* Scalig. in Euſeb. p. 240. *Scaligerum horum Alexandrinorum reprehenſionem ſugillat. Ego contemnendam non puto.*

Hic turbat Suidas. Σάροι μέτρον καὶ ἀριθμὸς παρὰ χαλδαίοις. *Hoc ab Heſychio habet. Sequentia turpiter mendoſa ſunt,* ὁ γὰρ ͵γκ´ σάροι ποιοῦσιν ἐνιαυτοὺς ͵βσμβ´, οἱ γίνονται ιη ἐνιαυτοὶ, μῆνες ἕξ. *Anianus & Panodorus iubent me legere,* ὁ γὰρ β´ σάροι ποιοῦσιν ἐνιαυτοὺς, *h. e. dies* ζσ´, νεῦρες ιβ´, οἱ γίνονται ἐνιαυτοὶ ιθ´, μῆνες θ´. *Annum impoſtores illi vocabant modo triginta dies, modo centum viginti dies, modo vnum* νυχθήμερον. *Ita Soſus erit dierum ſexaginta, Nirus ſexcentorum, Sarus 3600. Sari centum & viginti conficiunt annos Iulianos 1182. qui de anno diluuij deducti deſinunt in A. M. 470. circa quem regnum auſpicari potuit Alorus quem primum omnium regnaſſe ferunt Chaldæi.*

XXII. V.

A. M. 2388. N. E. 405. Prom. 316. Ante Dn. 1612.

Amrami XLIV.

Exod. 6. 16. Leui, cùm vixiſſet annos centum triginta ſeptem, moritur. Eodemque anno Mephramuthoſis A Ægyptiorum rex ſextus, cui ſuccedit Thuthmoſis, regnatque annos nouem. Thuthmoſi ſucceſſit Amenophis, qui in Faſtis Siculis dicitur Palmanothis. Is regnat annos vnum & triginta. Manetho perperam confundit hunc Amenophim cum ſecundo, cui ſucceſſit Sethos. Amenophis filia, quæ Moſem aluit, in Faſtis Siculis vocatur Merris. Vt vt ſit, cum Leui viginti tribus poſt Ioſephum annis obierit, non mirum, ſi qui poſt Leui mortem regnare cœperunt, Ioſephum ignorarint. Nihil procliuiùs obliuiſcimur, quàm accepta beneficia. Euſeb. Ioſeph in App. lib. 1.

XVIII. X.

A. M. 2412. N. E. 429. Prom. 340. Ante Dn. 1588.

Hamrami LXVIII.

Epidaurus Argolidis ciuitas, condita ab Epidauro Argi filio. Veriſimile eſt vrbem hanc aliquantò antiquiorem eſſe. Sed quia hic annus eſt vltimus, aut penultimus Criaſi Argiuorum regis, ſub quo frater eius Epidaurus vrbem hanc condidit, ideò, antequam ad Phorbantis tempora tranſires Euſebius, Epidauri conditum notare voluit. Euſeb.

XIX. XI.

A. M. 2413. Num. Euſ. 430. Prom. 341. Ante Dn. 1587.

Amrami LXIX.

Criaſo defuncto ſuccedit filius Phorbas ſextus Argiuorum rex, regnatque annos XXXV. *vt docent Euſebius & Auguſtinus de ciuitate Dei lib.*

Digitized by Google

Euſebius Chron. Græc. XVIII. *cap.* VIII. cùm florerent Atlas, Prometheus, Epimetheus, *qui dicuntur Iapeti filij* & Argus ὁ πανόπτης. *i. qui vndique videbat, vt pote toto corpore oculatus. Hunc Apollodorus dicit eſſe filium Agenoris, Iaſi nepotem.* A

XXIII. XV.

A. M. 2417. Num. Euſ. 434. Prom. 345. Ante Dn. 1583. Amrami LXXIII.

Exod. 6. 18. 1. 6. CAhat Leui filius centeſimo tertio ætatis anno moritur vltimus eorum, qui cùm Iacobo in Ægyptum deſcenderant. Hoc obice rupto exundat Diluuium perſecutionis ab Amenophi excitatę. *Seder Olam.* Quamobrem, cùm paulò poſt Cahati filio Amramo filia nata eſſet, ſeptimo ante natiuitatem Moſis anno, vt rectè Iudæi notant, pater filiam à calamitatis amaritudine Mariam dixit. Faſti Siculi Mariam poſt Moſem natam volunt.

I. II.

A. M. 2423. Num. Euſ. 440. Prom. 451. Ante Dn. 1577. Moſis I. Amrami LXXIX.

Exod. 7. 7. AMram Cahati filius annos duodeoctoginta natus, vt docet Demetrius apud Euſebium de præparat. Euangelicâ lib. IX. gignit Moſem, idque annis octoginta ante migratam Ægyptum. Moſem Iudæi natum volunt Adar ſeptimo. Is hoc anno incidit in biſſextum, vel in Martij XXIV.

III. IV.

A. M. 2425. N. E. 442. Prom. 353. Ante Dn. 1575. Moſis III.

B HErcules, *inquit Euſebius numero 442.* primus fertur Antęum luctæ viciſſe certamine. *Tempus non male conuenit. Antæus enim Atlantis filius dicitur. Atlas Deucalionis patruus, cuius Diluuium contigit N. E. 504. annis.* LXII. *poſt Antæi cum Hercule certamen. Antæus igitur erat Deucalionis* σύγγονος *&* *patruelis. Huius Antæi debellator Hercules is eſt, quem Euſebius ſecundum vocat, & pertigiſſe vult vſque ad numerum 498. De primo Hercule diximus A. M. 1962. Turbant autem Poetæ, qui ambos cum tertio Alcmenæ filio confundunt. Diodorus Siculus lib.* V. *fatetur multos fuiſſe Hercules, cùm tamen ipſe lib.* IV. *omnium res geſtas vni Alcmenæ filio tribuat. Atque adeò poteſt eſſe tam epithetum, quàm nomen proprium. Nam* ἠρ. καλὸς *ſignificat :* ἠρκεῖν, ἐπίκουρα φέρειν, *opem ferre.* *Euſeb.* *Heſychius.*

C D E

VI. VII.

A. M. 2428. N. E. 445. Prom. 356. Ante Dn. 1572. Moſis VI.

F AMenophi defuncto ſuccedit Orus ſiue Horus nonus Ægyptiorum rex, regnatque annos duodequadraginta. *Hic Orus procul dubio alius eſt ab Oſiridis & Iſidis filio, quem floruiſſe diximus circa A. M. 1778.* *Euſeb.*

Digitized by Google

VIII. IX.

A. M. 2430. Num. Euſ. 447. Prom. 358. Ante Dn. 1570. Moſis VIII.

Euſebius Tert. de ſpect. c. 9.

TRochilus primus fertur iunxiſſe quadrigam idque in honorem Iunonis Argiuæ Argiuus ipſe. Poſtea propter inimicitias, quas cum Agenore Argiuo, Iaſi filio, Argi nepote gerebat, relictis Argis, Eleuſina ſe contulit, ibiq. ductâ vxore, ex eâ duos filios ſuſcepit. Eubulum & Triptolemum. Hæc, inquit Pauſanias, Argiui narrant. Ipſi vero Athenienſes Triptolemum ſuum frugum inuentorem Celei filium dicebant.

Pauſanias p. 13.

XIX. I.

A. M. 2441. Num. Euſ. 458. Prom. 369. Ante. Dn. 1559. Moſis XIX.

ORthopolidi defuncto ſine filio ſuccedere debuerat nepos Coronus ex Chryſorthâ filiâ. Sed inter Coratem Coroni filium & Orthopolidem. Euſebius ponit duos Marathos, & vnum Echyreum: quam rectè ipſe viderit. Maratho I. tribuit annos triginta. Maratho II. annos viginti, Echyreo, qui fortaſſe Coronus eſt, annos LV. Colliguntur anni centum & quinque ab Orthopolidis obitu ad primum annum Coracis.

XXII. IV.

A. M. 2444. Num. Euſ. 461. Prom. 372. Ante Dn. 1556. Moſis XXII.

Euſebius Chron.

CEcrops ὁ διφυὴς dictus, quia cùm Aegyptius eſſet, ita Græcos mores A ac linguam addidicerat, vt Græcus videretur, primus in Atticâ, quæ tunc Acte dicebatur, regnare incipit annis plus minus CCCLXXIII. vel CCCLXXV. ante Ilij excidium. Ipſe autem regnat annos quinquaginta. Fertur hic primus Iouem pro Deo coluiſſe: ſiue bouem ei B primus immolarit, ſiue vt vult Pauſanias ab animatis abſtinens lagana ipſi obtulerit. Primus quoque Mineruam coluit & Ἀθηνᾶν dixit, ab eaque vrbem ſuam Athenas. Hæc autem vox poteſt eſſe Originis Hebraicæ & Dominam ſignificat. Cùm autem Ægyptius eſſet Cecrops, C non mirum, ſi quæ de ſuo Ioue Hammone, & Oſiride fabulabantur Ægyptij, à Græcis interpolata ſint. Quanquam Euſebius ſexageſimo demum poſt hunc anno ſub Amphictyone refert ſacra Cereris Iſiacis planè gemella Athenienſibus tradita.

Lat. & Græc.

אדוני

D XXVI. VIII.

A. M. 2448. Num. Euſ. 465. Prom. 376. Ante Dn. 1552. Moſis XXVI.

PHorbanti defuncto ſuccedit filius Triopas ſeptimus Argiuorum rex, E regnatque annos XLVI.

Euſeb. Pauſan.

IV. XIV.

A. M. 2454. Num. Euſ. 471. Prom. 382. Ante Dn. 1546. Moſis XXXII.

F CVretes Cretæ populi & Corybantes vrbem Cnoſſon condunt & ἔῤῥυθμον ἐν ὅπλοις ὄρχησιν, cuiuſmodi fuit Pyrrichia ſaltatio dicta, comminiſcuntur, vt hoc ſaltationis modulato ſtrepitu inſaniæ quoddam genus κορυβαντιασμὸν

Euſeb.

dictum ſanarent, cùm ipſi dum inſanos A
agerent, aut inſanorum curationem pro-
fiterentur, re vera inſanirent, Satanico
furore acti. Sed & procerum potiùs
quam populorum nomina videntur hæc
deducta ab Hebræo Car, *vnde & Græ-*
כר princeps — *cum κύριος, κύειος, & Latinum* Cura.
בן intelligens. — *Erant igitur quaſi curatores rerum pu-* B
blicarum, tum ciuilium, tum ſacrarum.
Ita, cùm Cybele, de qua A. M. 2593,
dicitur Corybantas genuiſſe, Iuppiter à
Corybantibus educatus, perinde eſt, ac
ſi principes & intelligentes dicas.

Ioſ. 24. 29. — *Ioſue Nunis filius natus videtur hoc*
anno, qui eſt centeſimus decimus ante C
eum, quo defunctum putamus, annum.
Obſtare videtur Ephraimi genealogia,
quæ habetur 1. Chron. VII. 21. Sed po-
teſt locus ita verti Cęterùm Schutela-
chum filium eius *Ephraimi*, & Heze-
rum, & Elhadadum occiderunt viri
Gathi *&c. Ita clades illa contigiſſe po-* D
tuit aliquantò poſt natum Beredum
Schutelachi filium, Ephraimi nepotem,
& ſic quoque neceſſe eſt Joſuæ maiores
omnes vſque ad Ephraimum natos eſſe
circa ſeptimum decimum, vel XVI. *pa-*
tris annum. Quantum vni addes, tan-
tum alteri detrahes. Genealogiæ ſeries E
hæc erit.

Anno promiſſionis	*Naſcuntur*		
183.	Ioſeph		
213.	Ephraim	309.	Ladan
229.	Schutelach	325.	Ammihud
245.	Bered	340.	Eliſama
246.	Beria Ephraimi filius	356.	Nun
262.	Rephach	382.	Ioſua
278.	Telach		
294.	Tachon		

A *Joſephum diximus obiiſſe anno pro-* בני
miſſionis 293. Dicitur vidiſſe Bene שלשים
Schilleſchim. *Geneſ.* L. 23. filios ter-
tianorum. *h. e pronepotum. Sanè vi-*
dit Telachum abnepotem ſuum. Adne-
potem Tachonem non vidit.

IX. XIX.

B
A. M. 2459. Num. Euſ. 476. Prom. 387. Ante Dn. 1541. Moſis XXXVIII.

Deucalion circa Parnaſſum re-
gnare incipit numero 476. *te-*
C *ſte Euſebio, qui & Antæi huius pa-*
truelis meminit, numero 442. Tempora
conueniunt. Quod autem Deucalion Pro-
methei filius, Iapeti nepos dicitur, par-
tim hiſtoricum, partim mythicum aut
myſticum videtur. Ab Iapeto enim vel
Japheto, oriundum rectè dixerunt ve-
D *teres hiſtorici. Prouidentiæ autem filium*
dixerunt vates, quòd ſingulari numinis
prouidentiâ ex Diluuio ſeruatus ſit,
quomodo & hominem ex luto à Prome-
theo formatum fabulantur poetæ, quia
homo terrenum quidem animal eſt, ſed
ſingulare diuinæ prouidentiæ δημιούργη-
E *μα.*

XIII. IV.

A. M. 2463. Num. Euſ. 480. Prom. 391. Ante Dn. 1537. Moſis XLII.

F *Moſes annos quadraginta natus,* Exod. 2.
fugere cogitur in deſertum apud 15.
Madianitarum Antiſtitem Jetro, qui
& filiam Sephoram ipſi collocauit.
Ioſephus autem multa de Moſe narrat Ioſeph.
præter Scripturæ fidem, ex Iudæorum Antiq. l. 2. c. 5.

Helleniſtar. Iacunis petita, qualia ſunt A *illa quæ refert Artapanus apud Euſebium de præparatione Euangelicâ lib.* IX. *calidiſſimis & putidiſſimis mendacijs plena.*

Hebr. 11. 26. *Moſes interim ſit nobis exemplo, vt meliores diuitias arbitremur probrum* CHRISTI, *quàm Theſauros Ægypti.* B *Si ſerio reputemus, quantò nobilius ſit Dei, quàm Pharaonis filium dici, nunquam dubitabimus in opilionum tuguriolis algere & ſudare cum Moſe potiùs quàm in impiorum aulæis deliciari.*

XIV. V. C

A. M. 2464. Num. Euſ. 481. Prom. 392. Ante Dn. 1536. Moſis XLII.

Euſeb. Apollodor. Pauſanias à Vvechelo editus A. D. 1583.

I*O, quàm ſecundam diximus, à Ioue compreſſa Zelotypiâ Iunonis in furo-* D *rem, &, ſi dijs placet, in vaccam verſa freto Thracio traiecto Boſporo nomen fecit, & in Aegyptum profecta, humanaque formæ reſtituta, etiã Dea facta eſt, & Iſis dicta. Huius filius Epaphus eſt. Fuit autem, vt dixim⁹, duplex Io, altera filia, altera adneptis Inachi. Iaſi inquam filia,* E *Argi neptis. Niobes proneptis, Phoronei abneptis, Inachi adneptis. Iſidem plerique volunt eſſe filiam Inachi. Sed fortè patrem vocant qui potius atauus dicendus fuerat. Iam ante annos* CCLXX. *perierat Inachus, cui interuallo explen-* F *do ſeptem vel quinque generationes non incommodè tribuuntur. Vide & infra N. E. 525.*

Pauſanias Ius ſtemma ita texit. p. 58. Inachus. Phoroneus Niobe. Argus Phorbas, Triopas, Iaſus, Io. Itaque Inachus fuerit tritauus Iaſi, ex quo nata eſt Io.

XVI. VII.

A. M. 2466. Num. Euſ. 483. Prom. 394. Ante Dn. 1534. Moſis XLIV.

O*Ro defuncto ſuccedit decimus Ægyptiorum rex Acherres, ſiue Acenceres, regnatque annos duodecim, & poſt Acencerem Achoris annos ſeptem.*

III. III.

A. M. 2481. Num. Euſ. 498. Prom. 409. Ante Dn. 1519. Moſis LIX.

Vide Euſ. & Scaligerum in Euſeb.

HErcules ſecundus, inquit Euſebius, cognomẽto Deſanans in Phœnice clarus habetur. *Hoc nomen ignotũ eſt, & varie legitur.* Dorſanes, Doſanaus, Delphinas, Diodas. *Philo vero Byblienſis Herculem ait in Phœniciâ* Μέλκαρτον *dici.* Melcartſus *eſt rex terræ linguâ Punicâ. Hic Hercules poteſt is eſſe, de quo N. E. 442. diximus. Tum quoque Corinthus quæ olim Ephyra dicebatur, conditur, vt & templum Apollinis in Delo inſula, idque Eryſichthone Cecropis filio.*

Exod. 6. 20. Amram Cahathi filius, Moſis pater obijt anno ætatis centeſimo trigeſimo ſeptimo. Amrami næuos detegere non verecundatur filius, quod Iocabedam amitam vxorem duxerit: Laudes eius nuſquam prædicat, vt qui, non ſibi, ſed Eccleſiæ, nec ſuo, ſed Dei Spiritu ſcriberet. At Paulus ab Amramo non oriun- *Hebr. 11. 23.*

Digitized by Google

dus fidem eius laudat, quod ſæua Pharaonis mandata non extimuerit, non executus ſit.

VII. VII.

A. M. 2485. Num. Euſ. 502. Prom. 413. Ante Dn. 1515. Moſis LXIII.

Euſeb. DVm Moſes apud Madianitas latitat, perierunt Ægypti reges quatuor Amenophis, Orus, Acenceres, Achoris. His ſuccedit omnium peſſimus Cenchres duodecimus Ægyptiorum rex, regnatque annos duodeuiginti vſque ad Exodum videlicet, cuius tempore perijt. Sequentium Ægypti regum ſeriem contexere non eſt operæ pretium, cùm nihil commune habeant cum hiſtoriâ Sacrâ, neque quidquam certum aut relatu dignum, de ijs compertum habeamus.

IX. IX.

A. M. 2487. Num. Euſ. 504. Prom. 415. Ante Dn. 1513. Moſis LXV.

Diluuium, Deucalione regnante, in Theſſaliâ contigit annis ſexdecim ante Exodum. Ita veriſimile eſt, vetuſtum aliquem & optimæ notæ Chronologum notaſſe. Cum ergo Euſebius Exodum conferat cum numero DVI. *hac cauſſa eſt, cur Diluuium Deucalionis contulerit cum numero* CCCCXC. *Nos id potiùs conuenire numero* DIIII. *cum Scaligero colligimus, ex optimo Chronico, cuius fragmentum aliquod extat apud Clementem Alexandrinum Stromat*

A *lib. 1. Ex eo autore conſtat hoc diluuium contigiſſe annis* DCCXXXVII. *ante primam Olympiadem. Dum Theſſalia diluuio ſubmergitur, Æthiopia incendio conflagrat ſub Phaetonte: Selegit autem Clemens ex optimo illo Chronologo circiter viginti duas epochas, quibus & de ſuo,*
B *duas treſue adnectis vſq. ad A. D. 192. v. c. 945. Per id quoque tempus Athenis in pago Martis dicto conſtitutum eſt* Euſeb. Chron. Græc.
Synedrium cauſarum capitalium, quod à loco Areopagitarum conſilium ſiue δικαστήριον dictum eſt.

C XVII. XVII.

A. M. 2495. Num. Euſ. 512. Prom. 423. Ante Dn. 1506. Moſis LXXIII.

Hellen & Amphictyon Deucalionis filij in Græciâ principatum ob- Euſeb. Apollodor.
D *tinent, octo circiter annis poſt Diluuium Deucalioneum. totidem annis ante Exodum. Sed quia Diluuium Deucalionis alieno loco collocarat Euſebius, idem in his contigiſſe mirum non eſt. at de Crotopo Argiuorum & Cranao Athenienſium regibus quid dicemus? Ambos ſi-*
E *mul regnaſſe vult Euſebius numero* DXI. *Crotopum quidem* XXI. *Cranaum vero* IX. *annis. Tamen Tatianus & Clemens ſub Crotopo non ſub Triopa Argiuo contigiſſe Diluuium Deucalioneum cenſent. Paulus Oroſius ſub Amphictyone Cecropis nepote, nedum ſub Cecrope, vt vult*
F *Euſebius. Vbi verò hæc cùm hiſtoria ſacra componunt veteres, multo fœdius inter ſe diſſentiunt. Nimirum hoc illud eſt ſeculum quod Varro ἄδηλον vocat. Sed & erroris cauſſam vide infra N. E. 520. Hunc Crotopum Agenoris Argiui filium,*

Triopæ

Triopæ nepotem, Phorbantis pronepotem vocat Pauſanias p. 58. aitque ſucceßiſſe Iaſo patruo, Agenoris fratri. Euſebius Jaſi non meminit. Ego crediderim circa hunc annum Athenis regnare cœpiſſe Euſeb. *Cranaum, Cecropis filium. A Cranai filiâ Atthide, quæ priùs Acte dicebatur, Attica dicta.*

EXODVS.

XXIV. V.

A. M. 2502. Num. Euſ. 519. Prom. 430. Ante Dn. 1498. Moſis LXXX.

DEus, cui glorioſum eſt mundi faſtum crucis probro debellare, carni ridiculam balbutientis Moſis infantiam populi ſui liberationi deputat, vt in vaſe teſtaceo manifeſtiùs, internoſcatur coruſcans maieſtatis diuinæ fulgor. Moſis apud Pharaonem Cenchrem legatio fuit (Exod. 5. 7.) menſium circiter vndecim, à fine meſſis vſque ad initium ſequentis. Meſſis in Ægypto exitus incidit in decimum anni, quo vtebantur Ægyptij, menſem, qui Majo noſtro reſpondebat.

Sequentis Auguſti menſis die tertio, feriâ tertiâ initium duxit annus mundi Ægyptiacus 2504, Meſori primo, præciſè menſibus octo ante Neomeniam primi Niſan. Temporarius (Ioh. Temp. Chron. l. 1. c. 10.) à mundi creatione ad hanc Moſis legationem numerat annos 2507. Nos ſexennio tantum, vel quinquennio pauciores, idque, vt Characteriſmos, hiſtoriæ neruos, ſartos tectos retineamus. Idem ab
A hac legatione ad æram Chriſti numerat annos 1515, in quo ſeptemdecim annis fallitur ob eam, quam A. M. 3375. notamus, cauſſam.

XXV. VI.

A. M. 2503. Num. Euſ. 520.
B
Prom. 431. Ante Dn. 1497. Moſis LXXXI.

INeunte menſe Ægyptiaco Pharmuthi, Arietis itidem primo, Aprilis ſecundo, feriâ quintâ, Nouilunio, Deus Moſi dicit. *Hic menſis* (Exod. 12. 2.)
C *vobis erit principium menſium. Princeps hic vobis erit menſium anni.* Priſcum menſium ordinem, & numerum immutat Deus, dierum non item. Nec enim iubet primum diem dici, qui priùs dicebatur decimus puta vel viceſimus currentis menſis dies, ſed
D tãtum primum vocari menſem, qui Ægyptijs dicebatur nonus. A creatione Solis ad hunc diem fluxerunt præciſè Solares anni 2502. Ægyptiaci 2503, & menſes octo. Ægyptij priſtinam æquabilis anni formam retinuerunt, vt & Armenij, Perſæ. Iu-
E dæi Dei iuſſu annos æquabiles Lunaribus quibus hodieque vtuntur, commutarunt. Lunaribus quoque menſibus vtuntur Samaritani. Ieroboam decem tribus à Roboami obſequio ſubduxit, & regnum, quod poſtea Samaritanum dictum eſt, ere-
F xit ante annos fere bis mille ſexcentos, annis 476. poſt mortem Moſis. Ab eo tempore Iudęi cum Samaritanis nihil habuerunt commune. Meritò igitur vtriq; dicunt ſe ſuam anni formam à Moſe accepiſſe.

Digitized by Google

Menſis primi, qui poſtea Niſan
dictus eſt, die decimo, Aprilis vnde-
cimo, Sabbatho Iſraelitæ ſeligunt
agnum immaculatum, qui ſacrificio
Paſchali deſtinetur figuram futu-
rum Christi, qui cum ſimpliciter
immaculatus ac perfectus eſſet, pro
nobis immolatus eſt.

Niſan xiv. Aprilis xv. feriâ quar-
tâ ſub veſperam immolatur agnus,
igni torretur, manducatur ab Iſraeli-
tis feſtinantibus & velut in procin-
ctu ſtantibus, quod huic cœnæ pe-
culiare fuiſſe docet exemplum Chri-
ſti comedentis agnum in menſâ.

Sequente mediâ nocte ab Ange-
lo deſtructore morti traduntur om-
nes Ægyptiorum primogeniti. Tum
Pharao qui hactenus aduerſus Dei
minas & mandata ceruicem obfir-
mauerat, obtorto collo pertrahitur
ad obſequium. Ita qui ad pauculos
dies pernegauerat Iſraelitis ab Ægy-
pto profectionem, is iubet eos con-
feſtim emigrare, quin & precibus
Iſraelitas demulcent, ac donis one-
rant Ægyptij.

Exod. c. 7. 7. c. 12. 40. Gen. 15. 15. Gal. 3. 17. Iudæor. Chron. & Kalend.

Factum id, cùm Moſet eſſet anno-
rum octoginta, annis quadringen-
tis poſt natum Iſaakum, quadrin-
gentis triginta poſt migratam pri-
mùm Chaldęam & primam promiſ-
ſionem Abrahamo factam, annis
denique, vt Iudæi agnoſcunt, quin-
gentis poſt natum Abrahamum.
Itaque Exodi xii. 40. duplex eſt ſy-
necdoche, prima, quod Iſraelis fi-
liorum nomine comprehenditur
etiam Iſrael ipſe eiuſque pater &
auus.

Secunda, quod per commora-
A tionem in Ægypto complectitur
Moſes totam Iſraelitarum ſiue ma-
uis Terachidarum *ξενιτείαν*. i. peregri-
nationem in terrâ non ſuâ, cuius ma-
xima pars in Ægypto tranſacta eſt.
Sæpe autem à maiori parte denomi-
natur totum. Hæc ita intelligenda
B diſces non modo ex Apoſtolo Gal.
iii. 17. ſed ex ipſo Moſe, ſi conferas
Geneſeos xv. 15. & xlvi. 11. cum
Exodi vi. 16. & vii. 7.

Niſan xv. Aprilis xvi. Iſraelitæ *Exod. 12. 37.*
Succoth veniunt, atque ibi feſtum סכות
Paſchatis ſub tuguriolis (Iudæi *Suc-*
C *coth* vocant) celebrant. Iudæi ve-
teres notarant primum Paſcha inci-
diſſe in feriam quintam. Rectè. Sed
Niſan xv. intelligebant, non Niſan
xiv, vt interpretatur Seder Olam.

Niſan xvi. Aprilis xvii. Iſraelitæ *Exod. 13. 20.*
veniunt in *Etam*. i. robuſtum. Sic
D aliquando vocantur aſpera loca, איתם
deſerta & inhoſpita teſqua. Deus
enim à breui, & tritâ viâ populum
abduxit in inuiam, ne Ægypti allia
adhuc ſpirans in ergaſtulum vltrò
rediret.

Patres Synodi in Palæſtinâ habi-
E tæ circa ducenteſimum Chriſti an-
num putant mare fiſſum feriâ pri-
mâ. Ea incidit in Niſan xviii. Sed
non eſt veriſimile tam multa tam
breui tempore confecta. Igitur ve-
ro propiùs Iudæi putant id factum
nocte, quæ media fuit inter Niſan
F xxi. & xxii. Igitur Niſan xvii, Sab-
batho crediderim populum quie-
uiſſe.

Niſan xviii. Aprilis xix. Iſraelitæ *Exod. 14. 2.*
veniunt in *Pi-hachirot ἀντιφραστικῶς*
dictum *os libertatis*, cùm potiùs eſſet פי החירות

os carceris. Igitur incluſos putans Pharao currus ſexcentos, totum equitatum Ægypti, pedites aliquor armat.

Niſan XXI. Aprilis XXII. Iſraelitæ celebrant vltimum feſti Azymorum diem, ſequenti nocte, fiſſo mari rubro, Iſraelitæ pertranſeunt incolumes. Ægyptij Iſraelitas inſequi auſi redeuntibus in alueum ſuum aquis obruti ſunt.

ISRAELITÆ
IN DESERTO.

Num. 33. 8. Exod. 15. 21. מרה NIſan XXIV. Aprilis XXV. Iſraelitæ tridui iter emenſi perueniunt in *Mara* locum ab aquarum amaritudine ita dictum. Eas iniecto ligno ſanat Moſes, in typum crucis Chriſti, cuius vnius vi ac merito ſanantur aquæ lethiferæ.

אילים Niſan XXV. Aprilis XXVI. veniunt in *Elim* locum irriguum, ita dictum, quod paſcendis *arietibus* eſſet aptus. Ibi enim erant fontes duodecim, palmæ ſeptuaginta. Inibi videntur aliquot dies ſubſtitiſſe, tum quaſi

Num. 33. 10. ים סוף Exodi 16. 1. regredientes ad littus *maris rubri* (χλοερὸν vocat Diodorus l. 3.) verbatim *algoſi*. Atque inde veniunt in deſertum Sin, ſub veſperam, exeunte Maj XVI. ineunte Iiar XV.

Iiar XVI. Maj XVII. feriâ primâ Man colligere incipiunt, vſque ad Iiar XXII. Maj XXIII. quo Sabbathum obſeruare iuſſi ſunt, vnde Ioſephus Scaliger, & Sethus Caluiſius rectè colligunt Sabbathum hoc obſeruatum annis Iulianis 1496. die-

A bus 223. ante Ianuarias æræ Chriſti Kalendas.

Sivvan ſexto, Iunij quinto, die Pentecoſtes, feriâ ſextâ, non ſeptimâ, vt vult Seder Olam & Torniellus, Deus legem ſuam decem præceptis comprehenſam cœlitus in-

B tonat.

Sivvan ſeptimo, Iunij ſexto Moſes accipit aliquot leges, quæ eſſent Decalogi velut explanationes & appendices, tum Iudiciales, tum Ceremoniales, eaſque ſcripto conſignat. Scriptum hoc vocat, *librum fœ-* Exodi c. 20. v. 22. & c. 21. 22. 23.

C *deris*.

Sivvan octauo, Iunij ſeptimo Moſes extructo altari ſacrificat holocauſta, & pacifica, h. e. tam expiatoria, quàm Euchariſtica Sacrificia, *librum fœderis*, circunſtanti & audienti populo legit, Dei iuſſu cum Exod. 24. 1.

D ſenioribus ad radicem montis accedit, reliquis manentibus conſcendit primùm vſque ad eam montis partem, quam nubes obtegebat.

Sivvan XIV. Iunij XIII. Moſes ſextiduum intra nebuloſam montis partem moratus iubetur altiùs ad Exod. 24. 16.

E igneum vſq; montis faſtigium conſcendere. Aſcendentem comitabatur nubes quaſi propugnaculi inſtar aduerſus circunſtantes flammas. *Et fuit Moſes in mõte dies quadraginta, & quadraginta noctes*. Hinc Torniellus colligit Moſem deſcendiſſe è mon- 24. 19. Torniell. A. M. 2544. §. 49.

F te die Tamuz XXV. quaſi fuerit dies 40. in igneâ, ſex in nebuloſâ montis parte, cùm in vniuerſum conſtiterit tantum dies quadraginta in monte, ac proinde ſolos 34. dies in igneo faſtigio.

Tamuz XVI. Iulij. XV. Aaron populi precibus vitulum aureum Apidi Ægyptiorum non abſimilem erigit, & populo oſtentat quaſi præſentis numinis ſignum aſpectabile, in poſterum diem Iehouæ feſtum, Encænia vituli indicit.

Exod. 32. 5.

Tamuz XVII. Iulij XVI. Moſes poſt quadraginta dierum abſentiam ad populum redit, videt aurei vituli Encænia celebrantem, ac proteruè vitulantem.

Deut. 9. 9. Exod. 32. 16.

Iuſto zelo correptus, ac Dei inſpirantis vi impulſus fœderis tabulas lapideas, quibus Decalogus inſcriptus erat, abijcit, confringit, vitulum in ignem abiectum in cineres redigit, in profluentem conijcit, iubet populum aquam cineribus iſtis conſperſam bibere. Quin & Leuitas gladijs accinctos iubet caſtra tranſcurrere & obuios quoſq; trucidare. Occiſa ſunt hominum viginti tria millia. Has ob cauſas inſtitutum ieiunium, quod hodieque Iudæi obſeruant Tamuz XVII. Inſtitutum autem ob eam, quam dixi, cauſſam prẹter Iudẹos monent Hieronymus in Zacar. c. 8. Rupertus, Torniellus. *Facit hoc*, inquit, *ad comprobandam noſtram hanc temporum ſeriem*. Imò euertit. Nam ieiunium conuenit Tamuz XVII. non XXV. Videlicet meliùs ſcit Torniellus, cui Tamuz diei conueniat ieiunium, quàm Iudæi, qui ante tria annorum millia quot annis illud celebrant.

Kalendarium Iudæorum.

Torniell. A. M. 2544. §. 49. & 2545. §. 42.

Tamuz XVIII. Iulij XVII. Moſes populum acriter increpat, montem iterum conſcendit Deum pro populo deprecaturus. *Procidi*, inquit,

Exod. 32. 30.

A *ante Dominum ſicuti prius quadraginta diebus & noctibus panem non comedens & aquam non bibens propter omnia peccata veſtra*, &c.

Deut. c. 9. v. 18. & 25.

Ab XXVIII. Auguſti XXV. Moſes, cùm iam octogeſimum diem ſiue cibo ageret, quadrageſimo ſecundi in B montem itineris die redit ad populum, duas tabulas lapideas prioribus ſimiles dolat, arcam ligneam conficit, h. e. confici iubet cum toto Tabernaculi inſtrumento, ſecundum typum quem in monte viderat.

Deut. 10. 1.

Ab XXIX. Auguſti XXVI. Moſes ter- C tiò montem conſcendit lapideas in manibus tabulas habens, quibus Deus Decalogum inſcripſit iuxta id quod priùs ſcripſerat. *Ego autem*, inquit, *ſteti in monte, ſicut priùs, quadraginta diebus & noctibus, exaudiuitque me Dominus etiam hac vice & te per-* D *dere noluit*. h. e. Iterum pro te quadragenario ieiunio deprecatus ſum. Deus viciſſim iterùm ſuam in tè miſericordiam confirmauit, pollicitus iterùm ſe nolle te perdere.

Deut. c. 10. v. 3. *v. 10.*

Tiſri nono, Octobris quarto, quadrageſimo tertiæ in monte com- E morationis die Moſes ad populum redit, tabulas Arcæ inſerit, ieiunium in poſterum diem indicit, quod nunc quoque obſeruant Iudæi Tiſri decimo. Ita Moſes ſolidos centum viginti dies omni cibo abſtinuit, illuſtri documento in poſterum, ne F quiſquam putet Dei vim cibo alligatam, neue ſomniemus Chriſtum, quod quadraginta dies ieiunarit, verum hominem non fuiſſe.

Kalendarium Iudæorum.

Torniellus rectè quidem ait tabulas à Moſe dolatas Ab ſiue menſis

Torniell. A. M.

Digitized by Google

2544. §. 52. & 2545. §. 27. 28. &c. quinti die XXVIII. Sequenti die Ab xxix. in montem conſcendiſſe. Sed male aduerſus Iudæos & illuſtres Eccleſiæ Doctores contendit fuiſſe hanc ſecundam, non tertiam quadrageſimam, & hunc eſſe diem vltimum menſis Ab. Quamobrem menſes ita ordinat Niſan 29. Iiar 30. Sivvam 29. Tamuz 30. &c. contra quàm Iudæi, qui conſtanter ita ordinandos, ita ſemper ordinatos docent Niſan 30. Iiar 29. Sivvam 30. Tamuz 29. &c. Torniellus perinde agit, ac ſiquis Iudæus nobis inuitis contendat Auguſtum conſtare tantum diebus triginta, Septembrem vno & triginta &c.

Ex huiuſmodi familiaribus Dei cum Moſe colloquijs Ethnici conſimilia fingendi occaſionem ſumpſerunt. Siquidem apud Getas Zamolxis dicebat ſe leges ſuas accepiſſe à Veſta, Zathrauſtres apud Arimaſpos à bono Dæmone, Mneues apud Ægyptios à Mercurio, Minos apud Cretenſes à Ioue, Lycurgus apud Lacedæmonios ab Apolline. His Diodorus annectit Moſem, quaſi & ille commentus ſit ſe colloqui cum *Jao*. At Moſes ſuæ cùm Deo communicationis teſtimonia habuit innumera miracula, quæ totos quadraginta annos ad eius rei confirmationem toto præſente populo fiebant. Quid ſimile proferre poſſunt Minos, Lycurgus &c. aut Numa cum Egeriâ Nymphâ, Mahometes cum Angelo ſocietatem arcanam ſibi eſſe comminiſcentes?

Diodor. Sicul. lib. 1.

יה *Iah.*

Diſerti hominis & periti interpretis eſt ſingula ſuis nominibus nuncupare. Alioqui, in ἀκυρολογίας, incides vitioſas. Tabernaculi opera confecta dicit Vetus Interpres modo *plumario*, modo, *polymito opere*. Torniellus contendit has eſſe non duas artes, ſed vnam: vel duas tam ſimiles, vt altera pro alterâ facile vſurpetur. Ab vtraque autem valde differre Phrygionicam. Illas texturâ, hanc acu perfici, Moſes duo vocabula vſurpat *Mahaſeh Choſcheb* & *Mahaſeh Rokem*. R. Dauid Kimchi putat Rokem tam de acu, quàm de texturâ dici. LXX. priorem vocem, vt plurimùm vertunt ἔργον ὑφαντοῦ, poſteriorem ἔργον ποικιλτοῦ. Semel poſteriorem vertunt ἔργον ῥαφιδευτοῦ Exod. XXVII. 16. R. Eliezer & poſt eum R. Natan contendunt *Rokem εἶναι ἔργον ῥαφιδευτοῦ καὶ διὰ τοῦτο πρόσωπον ἓν ἔχειν acu fieri, ideòque faciem vnicam habere. Choſcheb εἶναι ἔργον ὑφαντοῦ καὶ διὰ τοῦτο δύο πρόσωπα ἔχειν eſſe opus textile atque ideò duas facies habere.* Neque dubium eſt quin Italica vox *recamar* ſit originis Hebraicæ. De ijs autem dicitur, quæ acu fiunt. Vetus Interpres vtramuis vocem modo *plumarium* promiſcuè, modo *polymitum opus* vocat. Has voces vix apud alium ſcriptorem inuenias. Eſt mihi gloſſarium vetus MSS. Eius verba hîc referre non pigebit. *Plumario opere, inquit, in modum plumarum. Polimita, veſtis multi coloris. Polimitum enim eſt textum multorum colorum. Iſid. Polimita à rotunditate dicitur, quod eſt polus, Polimitarius, artifex veſtimentorum holoſericorum.* Hic autor errore conſtanti pro *poly* ſcribit *poli*. Vnde natus error Iſidori à πόλος. i. à rotun-

Torniel. A.M. 2544 §. 62.

מעשה חושב מעשה רוקם

ditate, non à πολὺς à multitudine deducentis. Μίτος autem Heſychio eſt τάξις, ordo.

Lexicon Græcolatinum vetus, Μίτος. *Licia, Licium, Filum.*

Maris à Moſe diffiſſi fama quædam ad Ichthuophages vſque perB uaſit, quam figmentis inuolutam ita refert Diodorus. *Apud vicinum Arabico ſinui littus incolentes Ichthuophagos diſſeminatus eſt ſermo à maioribus acceptam famam retinens; quod magno quodam refluxu exiccatus eſt totus huius ſinus locus, habens loci viridem* C *aſpectum, cum mare retroceſſiſſet in aduerſam partem. Cum autem apparuiſſet terra quæ eſt in fundo, redeuntem aduerſum fluxum reſtituiſſe locum in priorem ſtatum.* Vide, quàm callidè ſuum decus, infortunia ſua diſſimulare ſoliti ſint Ægyptij, vt de ſinus Arabici D exſiccatione nihil ab illis acceperit Diodorus, cum illis diu verſatus, ſed tantum ab ijs qui in Ichthuophagorum regionem nauigauerant.

Diod. Siculus, l. 3. ὅτι μεγάλης τινὸς γινομένης ἀμπώτεως ἐγένηθη τοῦ κόλπου ξηρὸς πᾶς ὁ τόπος, ὁ τὴν χλωρὰν ἔχων τοῦ τόπου πρόσοψιν.

Euſebius Dionyſij bis ſub Moſe meminit. Numero 505. vocat illum Semeles filium, Numero 520. monet non eſſe Semeles filium & meri- E tò. Hic igitur Dionyſius filio Semeles antiquior dicitur numero 520. in Atticam veniſſe, & à Semachi filiabus exceptus ſub traditione caprinæ pellis illas docuiſſe Cereris myſteria ſanè capriciosa. Tertullianus. *Quod* F *tacent pudor eſt. Tota illa in adytis diuinitas, tot ſi paria portarum* (vel *ſuſpiria epoptarum*, vt legit Scaliger) *totum ſignaculum linguæ ſimulachrum membri virilis oſtentatur.* Pudendum hunc ritum à Chamo pudendorum oſten-

Tert. aduerſ. Valentin. c. 1.

A tatore inſtitutum diximus, A. M. 1778.

Eodem anno Amphictyon Deucalionis filius, pulſo Cranao regnum Athenarum inuadit, regnatque annos decem. *Euſebius.*

Ab hoc Amphictyone Theopompus apud Harpacrationem dictos vult Am- B *phictyonas illos, qui ſummum in Græciâ Synedrium ad Thermopylas habebant, cui duodecim populi reſpondebant Iones, Dorienſes, Perrebi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Phthiotæ, Melienſes, Dolopes, Ænianes, Delphi, Phocenſes.*

C XXVI. VII.

A. M. 2504. Num. Euſ. 521. Prom. 432. Ante Dn. 1496. Moſis LXXXII.

SEcundo anno à migratâ Ægypto, Moſes erigit Tabernacu- *Exod. 40. 2.* D lum primi menſis, primo die. h. e. Martij XXII. feriâ tertiâ. Eo menſe geſta ſunt ea, quæ narrantur in Leuitico.

Menſis ſecundi neomeniâ numerantur Iſraelitæ Aprilis XXII. feriâ quintâ. Eiuſdem menſis die XX. Maj *Num. c. 1. 1.* *c. 10. 11.* E XI. feriâ tertiâ diſcedunt è Sinai deſerto, euntque in deſertum Pharan. Aliquantò poſt vindemiæ tempore *c. 13. 2.* mittuntur duodecim exploratores, qui terram Chananæorum perluſtrent, inter quos Ioſue Nunis filius, *Ioſ. cap. 14. 7.* & Chaleb filius Iephunnæ, annos F quadraginta natus, & quia Iſraelitæ decem Sycophantis, quàm duobus *Num. 14. 33.* fidis teſtibus & Deo fidem adhibere maluerunt, ideò denuntiat Deus futurum, vt in deſerto maneant adhuc annos quadraginta, imperfectos ſci-

Digitized by Google

liceт. h. e. futurum vt quadrageſimo | A demum poſt anno Iardenem traijciant.

Ioſ. l. 2. p. 60. Cùm igitur Ioſephus hos Iſraelitas vocat, *ἀρχαίους ἀνθρώπους καὶ πονηρίας ἀπείρους, antiquum ſapientes & malitiæ expertes*, næ ille ſciens maioribus ſuis blanditur. Quid enim fuit aliud B præfracta illa aduerſus Deum & Moſem contumacia, rebellio, infidelitas, quàm mala mens, malus animus?

Epheſ. 1. 4. Videlicet, non nos Deum, ſed Deus nos eligit, non quod ſimus, ſed vt fiamus ſancti, inculpati.

Iudæi volunt exploratores miſſos C Ab, ſiue quinto menſe, teſte Hieronymo in Zacariæ VIII. Menſis Ab neomenia incidit in Iulij XIX. Res à Moſe ſequentibus annis in deſerto geſtas, cùm certis annis non poſſimus aſſignare, non eſt, quod à nobis expectes. Meliùs eas ab ipſo Moſe D diſces.

II. XI.

A. M. 2508. Num. Euſ. 525.
Prom. 436. Ante Dn. 1492.
Moſis LXXXVI.

E

EPaphus Ionis ſecundæ, *inquit Euſebius*, filius Memphin in Ægypto condit: *Huius loci cum innumeris alijs correctionem & illuſtrationem debemus Ioſ. Scaligero piæ memoriæ viro immortali laude digniſſimo. Prima Io eſt Inachi filia. Secunda Ius atauus eſt idem Inachus. Has perperam* F *plerique confundunt, vt ſupra monuimus N. E. 481. Hunc Epaphum quidam Apin eſſe dicunt, Apin, inquam, Aegyptium. Sed & fallitur Euſebius, qui Ionem cum Iſide confundit. Nam ne Inachi quidem filia poteſt eſſe Iſis Inacho multo antiquior, nedum hæc ſecunda Io Inacho multo poſterior.*

VII. XVI.

A. M. 2513. Num. Euſ. 530.
Prom. 441. Ante Dn. 1487.
Moſis XCI.

AMphictyon, *cùm decem aut duodecim regnaſſet annos, pellitur ab Erichthonio, qui & Erechtheus dicitur. Hic, quia ſpurius erat, meritò terræ filius dictus eſt. Hinc nata occaſio fabulæ* C *de Vulcani Mineruam inire cupientis ſemine in terram delapſo. Regnauit autem Erechtheus annos quinquaginta. Lacedamon ex Meſſeniâ oriundus condit vrbem Lacedæmonem. Is autem Taygetæ vel Electræ ex Ioue filius dicitur, Atlantis nepos. vt hæc cauſſa ſit, quod de nomi*- D *ne matris Taygetum montem Spartæ imminentem nuncuparit.* *Euſebius. Apollodor. l. 3. Homerus Iliad. 2.*

VIIII. XVIII.

A. M. 2515. Num. Euſ. 582.
Prom. 443. Ante Dn. 1485.
Moſis XCIII.

E

CRotopo *defuncto ſuccedit filius Sthenelus nonus Argiuorum rex, regnatque annos XI. dicitur & Sthenelas. Arcas Caliſtûs ex ſtupro filius, eòque Ioui adſcriptus Nyctimi, ſub quo diluuium Deucalsoneum contigit, filius, Lycaonis nepos, Pelaſgorum potens factus* F *Arcadiam à ſe nominat.* *Euſebius. Pauſanias. Apollodorus.*

XI. I.

A. M. 2517. Num. Euſ. 534.
Prom. 445. Ante Dn. 1483.
Moſis XCV.

Digitized by Google

Euſebius. *Quæ prius Mitſraim & Aeria dicta fuerat, deinceps indigetari cœpit Ægyptus à rege ſuo, cui Seſoſtris, Rameſes, & Ægyptus nomen fuit. Hieronymus in Geneſim ait ſuo quoque tempore etiam* Cham *dici ſolitam à Chamo ſcilicet Noæ filio, Mitſraijmi patre. Scaliger.* Seſothis Ioſephi eſt Seſoſtris Herodoti, & Seſooſis Diodori. Seſoſtris quoque dicitur Africano ex Manethonis Tomo ſecundo tertius rex Dioſpolitarum XII. Dynaſtiæ. Vt autem hæc omnia ad Argiuorum tempora accommodaret Euſebius, à XVIII. Dynaſtiæ regibus, ad illos transfuga ſe contulit, quos Ioſephus ex alio tomo Manethonis collegit. *Vel hinc collige, cur Regum Ægypti ſeriem non contexuerimus. Quid enim in eâ certi, cùm Manetho, cuius authoritate Euſebium emendare conatur Scaliger, ſit ipſe fide indigniſſimus?*

Scal. in Euſeb. p. 33.

XV. V.

A. M. 2521. Num. Euſ. 538. Prom. 449. Ante Dn. 1479. Moſis XCIX.

Euſeb. Tatian. *Dardanus Dardaniam à ſe dictam vrbibus inſtruit ſub Sthenelo Argiuorum rege.*

XX. X.

A. M. 2526. Num. Euſ. 543. Prom. 454. Ante Dn. 1474. Moſis CIV.

Euſeb. Pauſan. *Stenelo defuncto ſuccedit filius Gelanor, decimus Argiuorum rex. Hunc regno pellit Danaus, qui & ipſe ex Ægypto pulſus fuerat, idque ab*

A *Ægypto fratre, ideoque numeratur Danaus decimus Argiuorum rex, regnatque annos quinquaginta. Hic Danaus cum Ægypto fratre reconciliatione ſimulatâ, quinquaginta filias ſuas collocat totidem Ægypti filijs, addito clam mandato, vt ſingulæ ſuos maritos iugu-*

B *larent quod & præſtiterunt omnes exceptâ Hypermneſtrâ, quæ Lynceo patrueli & marito ſuo pepercit.*

Phlegon à Scaligero laudatus. Hippoſtratus, *inquit*, in libro quem de Mino ſcripſit, teſtatur Ægyptum ex vnâ Euryopâ Nili filiâ quinquaginta filios genuiſſe. *Scalig. in Euſeb.*

C

XXIII. XIII.

A. M. 2529. Num. Euſ. 546. Prom. 457. Ante Dn. 1471. Moſis CVII.

D

Cvm deos humanis hoſtijs placandos crederent Ægyptij, peregrinorum, quàm popularium ſuorum ſanguinem fundere malebant. Hinc infames illaudati Buſiridis aræ. Is erat Lybiæ ex ſtupro filius, eoque Neptuno adſcriptus, *Euſeb. Apollod.*

E *Epaphi nepos, Iûs pronepos, Agenoris frater, Phœnicis & Cadmi patruus.*

V. IV.

A. M. 2539. Num. Euſ. 556. Prom. 467. Ante Dn. 1461. Moſis CXVII.

F

TAt, *inquit Euſebius*, Hermetis Triſmegiſti filius his temporibus floruiſſe creditur. *Alijs Hermes ipſe dicitur Taautus, Thouth, Thoth.*

CHANA-

Digitized by Google

CHANANÆA CONQVIRITVR.

VIII. VII.

A. M. 2542. Num. Euſ. 559. Prom. 470. Ante Dn. 1458. Moſis CXX.

Numer. c. 20. 1 & 33. 8. Deut. 2. 14. ברקם בקדם

INeunte quadrageſimo anno ab Exodo, menſe primo Iſraelitæ veniunt in deſertum Tſinis, & commorantur in Kades. Mirum, quî fiat C vt in Venetâ, Complutenſi, Plantinianâ, Onkeli editione legatur *Birkam*, cum legendum videatur *Bekades*. Inibi moritur Maria ſoror Moſis annum CXXVI. agens, idque inquit Ioſephus, *μηνὸς Ξανθικοῦ νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην*, i. menſis Xanthici neo- D meniâ, nouilunio, Martij XXIII. feriâ primâ. Paulò poſt, Iſraelitæ murmurant, quod iam deficeret eos aqua, quæ eos hactenus ſecuta fuerat, vt etiam Apoſtolus indicat 1. Cor. x. 4. Moſes ipſe diffidentiâ perculſus petram tangere iuſſus bis E tangit. Quam ob cauſam Deus illi denuntiat futurum, vt Iordanum non tranſeat. Tum legatos Iſraelitæ mittunt ad Idumæos, rogaturi, vt liceret illis per Idumæam tranſire. Renuentibus Idumæis Iſraelitæ deflectunt in montem Hor, in quo F mortuus eſt Aaron annos CXXIII. natus, idque, inquit Ioſephus, *Nouilunio, Neomeniâ menſis, qui Athenienſibus dicitur Hecatombæon, Macedonibus Lous, Hebræis Sabba*. Legendum

Ioſephus Antiquit. l. 14. c. 4.

A *Ab*. Conuenit tempus cum Iulij XIX. Sabbatho. Reliqua pars anni conſumpta eſt in debellandâ Chananeæ parte trans Iordanum ſitâ, in quâ regnabant Og Baſanis, & Seon Eſebonis reges.

B IX. VIII.

A. M. 2543. Num. Euſ. 560. Prom. 471. Ante Dn. 1457. Ioſue I.

EXeunte *quadrageſimo anno ab Exodo, menſis undecimi*, ſiue C Schebat *die primo*, Ianuarij duodecimo, feriâ ſecundâ Moſes Deuteronomum pronuntiat. Commemoratis recapitulationis inſtar Dei in Iſraelitas beneficijs & mandatis, cùm adhuc corpore & animo vegetus eſſet, ſenſibus integris, tamen ſentiens D ſibi paucas poſt horas moriendum eſſe, vltimum vale populo dicit, *Ego*, inquit, *hodie ſum natus annos centum & viginti*, &c. Iudæi volunt Moſem & natum & mortuum Adar ſeptimo. Hic annus fuit embolimæus. Prioris Adar ſeptimus dies incidit in Februarij XVII. poſterioris E in Martij XVIII. Deuteronomi caput XXXIV. non à Moſe, ſed vt videtur, à Ioſuâ, vel Eleazaro Aaronis filio, ſummo Sacerdote ſcriptum eſt. Iſraelitæ Moſem lugent dies triginta. Iudæi volunt exploratores interim F Iericuntem miſſos, luctum finitum Niſan ſeptimo. Eo die, Aprilis XVI. Ioſue populo dicit, *Intra triduum traiecturi eſtis*. Traijciunt ſiccatis fluuij aquis Niſan decimo, Aprilis XIX. feriâ ſecundâ. Poſtridie circunci-

Deut. 1. 3. 31. 2. Deut. 34. 8. Ioſua 1. 11. 3. 2. 4. 19. 5. 2.

Digitized by Google

duntur omnes Iſraelitæ. Nam, in A deſerto, cùm incertus ſemper eſſet profectionis dies, nemo circunciſus fuerat, ſiue impetratâ à Deo veniâ, ſiue pro cæterâ populi contumaciâ. Sed omnes iſti rebelles in deſerto perierant. Huius nouæ generationis obedientiam, & numinis prouiden- B tiam vide. Simeon & Leui circunciſos Sichemitas contrucidauerant. Circunſtabant hoſtes. Et tamen neque quiſquam circuncidi renuit, neque cuiquam id fraudi fuit. Triduo poſt, Niſan XIV. Aprilis XXIII. Paſchalis agnus mactatur. Niſan verò C XV. Aprilis XXIV. Sabbatho feſtum Paſchale celebratur. Poſtridie, Niſan XVI. Aprilis XXV. nouarum frugum manipulus ex præſcripto Legis offertur Deo. Cùm ergò iam liceret Iſraelitis caneſcentes ariſtas demetere, ceſſat Man quadrageſimo, poſt- D quam primò datum fuerat, anno exeunte. Tota cis Iardenem Chananæa ſexennio debellatur. R. Ioſe vult Ierichuntem obſideri, & circuiri cæptam Niſan XXII. Sabbatho. Rectè. Conuenit id Kal. Maj. At quod Solem iuſſu Ioſuæ ſtetiſſe vult E Tamuz tertio, die Solſtitij, vero proximum erit, ſi per Solſtitium intelligas octauum Cancri. Veteres putabant Æquinoctia & Solſtitia fieri in octauis partibus ſignorum. *Hinc*, inquit author Seder Olam, *colligimus Niſan huius anni cæpiſſe ab* F *Æquinoctio*. Niſan huius anni cœpit Aprilis decimo, Arietis octauo, Sabbatho.

Exod. 16. 35.

Ioſue 6. 3. 10, 12.

XI. X.

A. M. 2545. Num. Euſ. 562. Prom. 473. Ante Dn. 1455. Ioſuæ III.

Phœnix & Cadmus Agenoris filij, Lybiæ nepotes, Epaphi pronepotes, Iûs abnepotes, Buſiridis patrui odio an metu Thebas Ægyptias relinquunt, & in Syriam profecti circa Tyrum & Sidonem regnum aliquod obtinent abductâ ſecum Europâ ſorore. Literam P, alij blæſiùs; alij firmiùs pronuntiant. Hinc eſt, quod vox Pinchaz *variè torquetur. Alijs Phineez, alijs Phœnix, alijs Pœnus dicitur. Hinc Phœnicia prouincia, Punica lingua, & pridem famoſa Punica fides.* *Euſeb. Apollod.*

Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis. *Pinchaz eſt confidens, vultum in manu habens, quæ poſſunt quidem in bonam partem accipi. Sæpiùs tamen in malam accipiuntur.* פנחז

XII. XI.

A. M. 2546. Num. Euſ. 563. Ante Dn. 1454. Ioſuæ IV.

Echyreo vel ſi mauis Corono defuncto ſuccedit Corax XVI. Sicyoniorum rex, Coroni filius, Chryſorthes nepos, Orthopolidis (quem diximus obijſſe N. E. 458.) pronepos, regnatque annos triginta. Obſcura ſunt hæc nomina, non tantum ob antiquitatem, ſed etiam ob exiguitatem regnorum, quibus fruebantur iſti reguli. Quippe per hæc tempora, ſi non vltra, certè cis Euphratem ſingulis propemodum vrbibus ſinguli reges imperabant. Diodorus de ſuâ Siciliâ lo- *Euſeb. Pauſ.* *Diod. l. 5.*

Digitized by Google

quens. Olim, *inquit*, Sicani *κωμηδὸν* A
vicatim habitabant, in minutiſſi-
mis collibus oppida extruentes pro-
pter latrones. Nec enim vni regi ſub-
iecta erat tota inſula, ſed in ſingulis
vrbib. vnus erat Dynaſta. Hæc ille.
Sic in eâ Chananææ parte perexi-
guâ, ſed perquam opimâ, quam de- B
Ioſue. 12. 9. bellauit Ioſue, cis Iordanum, vide-
mus vnum & triginta reges numera-
ri, quemque à ſuâ, cui dominabatur,
vrbe deſignatum.

CAPVT
IVBILEORVM.
XV. XIIII.
A. M. 2549. [a] Cler. I. Num. Euſ. 566. Ante Dn. 1451.
Ioſuæ VII.

a Cler. b. e. Cleruchia Κληρουχία, κληρονομία, κληροδοσία.

CLeruchia, i. ſortitò facta Cha-
nanææ ante annos 476. pro-
miſſæ diſtributio tanti momenti no-
bis viſa eſt, vt eius annos notare non
piguerit. Tempus eius ſic colligi-
Num. 10. 11. tur. Anno ſecundo ab Exodo Mo-
ſes miſerat duodecim exploratores E
in Chananæam, atque inter cæteros
Ioſue cap. 14. *v.* 7. *v.* 10. Calebum Iephunnæ filium quadra-
geſimum annum agentem. Decem
iuſto Dei iudicio perierant. *At*, in-
quit Caleb, *conſeruauit me Deus hos
annos quadraginta quinque. Et nunc,
cùm agam octogeſimum quintum an-* F
num, adhuc robuſtus ſum. Dixerat au-
Leuit. c. 25. *v.* 1. rem Deus, *Cum veneritis in illam ter-
ram* &c. h. e. Cum in eius poſſeſſio-
v. 2. nem miſſi fueritis. *Sex annos ſeres
agrum tuum.* At hactenus Iſraelitis
bello occupatis ſerere non licuerat.
Sed fruges ab incolis ſatas ipſi de-
cerpebant, tumultuariâ diſtribu-
tione, vt ſolet præda bello parta.
Numerationis igitur initium ab eo
Autumno arceſſendum, qui terræ
ſortitionem proximè ſecutus eſt.
Ita Tiſri, ſiue September huius an-
ni nobis erit caput Hebdomadum
& Iubileorum, non autem, vt olim
cum Torniello putauimus, ſepti-
mus ante hunc Autumnus, cùm
necdum quidquam poſſiderent Iſ-
raelitæ cis Iardenem. Forte nec trans
C Iardenem agrorum diſtributio ſa-
tis certa erat inter familias: licet duę
tribus iam ſuos haberent limites.

Peractâ igitur agrorum diſtribu-
tione ſuum quiſque agrum debuit
colere, ſerere, metere ſex continuos
annos. *Septimo verò anno σάββατα ἀνά-* *v.* 4.
D *παυσις ἔσται τῇ γῇ* vertunt LXX. Meliùs
dixeris, *σάββατον ἀναπαύσεως* vel *ἀνά-
παυσις σαββατώδης, Sabbathum ceſſatio-
nis*, vel *ceſſatio Sabbathica erit terræ.
Sabbathum*, inquam, *Domino. Agrum
tuum non ſeres: vineam tuam non am-
putabis.* Τὸ αὐτόματον τοῦ θερισμοῦ σου οὐκ ἐκ- *v.* 5.
E *θερίσεις. Spõte naſcentia meßis tua non me-
tes* &c. *Tum numerabis tibi ſeptem Sab-* *v.* 8.
*batha annorũ, annos quadraginta nouem
Et tranſmittes* [a] *buccinatorem iubilatio-* a *bucinam*
nis menſis ſeptimi die decimo; die propi- i. *Septi-*
tiationum tranſmittes buccinatorem per *manas.*
totam terram veſtram, anno XLIX. Fa- *v.* 9.
F ctum id hoc anno, Tiſri x. Octobris
nono, Sabbatho. *Et Sanctificabitis* *v.* 10.
[b] *annũ quiquageſimi anni. Et proclama-* b. *Pleo-*
bitis libertatem in terrâ omnibus incolis *naſmus.*
eius. IOBEL *hic eſto vobis. Et redibi-
tis quiſque ad poſſeßionem ſuam. Quod ſi*

v. 20. *dicatis. Quid comedemus anno ſeptimo,*
cum neque ſatûri ſimus, neque collectû-
v. 21. *ri prouentum noſtrum? Imperabo bene-*
dictioni meæ veſtrâ causâ anno ſexto, vt
edat prouentum in tertium annum vel
in tres annos. Nam annus inchoatus
ſæpe numeratur pro abſoluto. Vides
ſingulis ſeptennijs vnicum annum
quieti deſtinari, nempe ſeptimum,
de vno tantum anno ſollicitum eſ-
ſe populum: vni tantum anno, nem-
pe ſexto promitti duplicem pro-
uentum. Quinquageſimus ergo an-
nus vocatur Iubileus, quia ab vno
Iubileo ad alterum ſunt anni quin-
quaginta incluſo vtroque termino.

Arabs Pſalterij interpres, quoties
arietis vox occurrit, retinet voces
Hebræas כבש & איל. Sed ſecundo
Iod ſi punctulum ſubducas, tum vi-
deri poterit vox deducta à *Iobel.* Vt
vt ſit, R. Akiba apud R. Dauid Kim-
chi. *Cum*, inquit, *in Arabiâ eſſem au-*
שופר *diui arietem vocari Iobel.* Et paſſim
יובל Chaldæus Parapraſtes *buccinam Iobel*
שפרא vertit *buccinam dakra*, h. e. arietinam.
דקרא Hinc annus ἀποκαταστάσεως, reſtitu-
tionis agrorum dictus eſt IOBEL,
quia ſanctificatio eius indicebatur
buccinæ arietinæ clangore.

Sed quemadmodum Sabbathum
propriè quietem ſignificat, eoque
diem vel annum ſeptimum, quieti
Matthæi 28. 1. Marc. 16. 9. vel ceſſationi deſtinatum: Synecdo-
chicè verò ſeptiduum aut ſepten-
nium integrum. vt Leuitic. xxv. 8.
vnde ortæ illæ phraſes *primâ, ſecundâ*
Sabbathi, i. ſeptimanæ. Sic IOBEL,
cum propriè ſit annus reſtitutionis,
ſæpe ſumitur pro toto interuallo an-
norum, quod intercedit ab vnâ re-
ſtitutione ad alteram. Hoc ſpatium
propriè eſt ſeptem hedomadum, an-
norum 49. Sed ad numeri rotunda-
tionem Iubileo ὁλοσχερῶς & ἀκυρολόγως
ſumpto tribuuntur anni quinqua-
ginta.

Ita Euſebius ab Adamo ad Abraha-
mum numerat annos 1950. Iubileos
39. & ſic deinceps vſque ad Moſem.

Vbi autem non de compendiariâ
per πεντηκοντάδας annorum numera-
tione, ſed de reali Iubileorum obſer-
uatione agitur, Euſebius ipſe Iubi-
leis tribuit tantum annos vnde-
quinquaginta ab A. D. 205. vſque
ad A. D. 303. Hæc minus cautè ob-
ſeruata impoſuerunt non tantum
Chriſtianis multis, ſed & Iudæis
quibuſdam, ex quo Iubileos obſer-
uare deſierunt. Hinc eſt, quod R.
Schelomoh Iarchi, qui poſt milleſi-
mum Chriſti annum vixit, ſcribit
celebrandum fuiſſe, primùm remiſ-
ſionis, tum reſtitutionis annum. At-
que ita fuiſſe duos Sabbathiſmos
continuos. Hęc ſi fuiſſet Legis mens,
profectò res tanti momenti mereba-
tur, diſertum verbis expreſſis man-
datum de duobus continuis annis
Sabbathiſino deſtinandis & ſpecia-
lem promiſſionem de triplici pro-
uentu dando anno XLVIII. qui du-
plicem Sabbathiſmum anteceſſurus
erat. Horum nihil. Omnino igitur
mens legis hæc eſt. Deus creato ſex Geneſ. 2. 3.
diebus toto orbe, die ſeptimo quie- Exod. 20. 11.
uit. Eam ob cauſſam ſeptenarium
numerum ſacrum & ſolennem eſſe
voluit, ſeptimum diem hominum
quieti, ſeptimum annum agrorum
ceſſationi, ſepties ſeptimum annum

non tantum ceſſationi agrorum, debitorum remiſſioni, ſed etiam poſſeſſionum omnium alienatarum reſtitutioni deſtinauit. Sententiam noſtram confirmanr, quæ notamus A. M. 2811. 3399. 3409.

Ante Ioſuam & Moſem, neque dierum, neque annorum Sabbathiſmus obſeruabatur: Fuiſſe tamen aliquam & dierum & annorum per hebdomadas diſtributionem probabiliter colligitur ex Iacobi apud Labanem ſeruitute per annorum hebdomadas deſignatâ, & ex duobus illis ſeptennijs fertilitatis & ſterilitatis, de quibus in hiſtoriâ Ioſephi egimus. *Vide A. M. 2241. 2248. 2284. 2290. 2297.*

Sed vt homines ceſſarint, Deo ſunt omnia præſentia. Is horas, dies, annos in numerato habet. Omnino igitur rationi conſenraneum eſt, Deum pro ſuâ prouidentiâ proſpexiſſe, vt Sabbathiſmus dierum, qui primùm in deſerto obſeruatus eſt, incideret in diem ſeptimum non tantum à Mannæ collectione, ſed etiam à primâ lucis creatione.

Sic etiam conſentaneum videtur, vt Dei prouidentiâ ita digerente primus remiſſionis, primus reſtitutionis annus, ſiue primus Sabbathiſmus, primus Iubileus in eum incideret annum, qui eſſet ſeptimus, ſepties ſeptimus non tantum à ſortitione terræ, ſed & à primâ mundi creatione. Igitur peritus Chronologus poſt ὁλοσχερῆ annorum aggregationem cùm paſſim annus inchoatus pro abſoluto ſumatur, rotundatus pro decurtato, tollendis his dubitationibꝰ ſuas rationes ita inſtituet, vt anni A mundi, quibus vtitur, per ſeptem, per quadraginta nouem diuiſi dent annum Hebdomadis & Iubilei currentem. Hoc Scaliger, Caluiſius, Meuſchius, hoc & nos obſeruauimus. Vide A. M. 392.

Tiſri autem xv. Octobris xiv. fe- B riâ quintâ, Tabernaculorum primo, exeunte remiſſionis anno inchoatur ex Moſis præſcripto Pentateuchi lectio publica, toto populo πανδημεὶ circunſtante, & audiente. Adſtantibus, inquam, tam viris, quàm mulieribus, tam Iſraelitis, quàm pere- C grinis, & pueris, vt ſimul omnes Dei miracula recognoſcant, Dei præcepta intelligant, Dei timorem addiſcant. Factum id annis ſex, menſibus ſeptem, poſtquam id præceperat Moſes. Peracto tabernaculorum feſto, Tiſri xxii. Octobris xxi. feriâ D quintâ iniit primus Hebdomadis & Iubilei annus. *Deut. 31. 10.*

Torniellus hîc mulra peccat. 1. ait Iubileos à trãſiru Iardenis inchoandos. 2. complecti ſpatium quinquaginta annorum. 3. vult annis 350. conuenire quinquaginta ſex Sabba- E thiſmos. 4. Nunquam, aut fere nunquam obſeruatos etiam ante Babylonicam captiuitatẽ. 5. Auerno, non Autumnali tempore inchoandos. *Torniell. A. M. 2584. §. 2. & ſeqq.*

De duobus primis iam egimus. Ad tertium, *Iubilei actu celebrati*, inquit, *nuſquam mentio fit. Ergo fere* F *nunquam celebrati*. Quorſum illud FERE? Dicamus ſimplicirer, *Ergo nunquam obſeruati*, vel potiùs. Cùm nuſquam prorſus omiſſos exprobret Scriptura, ſequitur ſemper obſeruatos, ſaltem cortice tenus. Sed *§. 3.*

Digitized by Google

2.Chron. c.vlt.v. 21. quia ἀφοσιώσεως ἕνεκα & infidè res fiebat, ideò Sabbathiſmos continuos annorum LXX. immiſit Deus.

Ad IV. *Sabbathiſmi*, inquit, *& Iubilei ad rem diuinam pertinent. Ergo à Niſan incipiunt*. Rectiùs dixeris. Quâ res diuinas ſpectant, à Niſan initium ducunt. Quâ Culturam & B reſtitutionem agrorum ſpectant, à ſequente Autumno incipiunt. In Iudæa enim Autumnus tam culturam, quàm ſationem inchoabat. Sationem certè etiam apud nos inchoat. Poſſunt tamen etiam ab antecedente Niſan initium ducere Hebdomades & Iubilei, C

Euſeb. *Templum Apollinis à Phlegiâ inceditur*, inquit Euſeb. numero 566. Phlegyam autem Ixionis patrem aut fratrem fuiſſe volunt.

XXI. I.
A. M. 2555. Cler. 7. N. E. 572. D Ante Dn. 1945. Ioſuæ XIII.

Euſeb. Appollod. *Asterius, vel, vt alij vocant, Xanthus Cretenſis regulus aut latro myoparone, cuius inſigne erat Taurus, in Phœniciam delatus, Europam Agenoris filiam, Cadmi ſororem rapit,* E

Auguſt. de ciuit. l. 18. c. 12. *& in Cretam abducit, ex eâque Minoem I. Rhadamantum & Sarpedonem gignit. Hinc nata fabula Europam à Ioue in Taurum mutato raptam. Hinc & occaſio capta confundendi huius Tauri cum Tauro Minois II. notario.* F

XXVI. VI.
A. M. 2560. Cler. 12. Num. Euſ. 577. Ante Dn. 1440. Ioſuæ XVIII.

A *Idæ incendium contigit annis XXIV. post Deucalionis Diluuium. Huius autem incendij beneficio dicuntur Idæi ferri fodinas inueniſſe, & excoquendi ferri artem addidiciſſe. Euſebius hos Idæos annis XXII. ſerius collocat numero 599.* Clem. Strom. l. 1.

XXVIII. VIII.
A. M. 2562. Cler. 14. Num. Euſ. 579. Ante Dn. 1438. Ioſuæ XX.

Rhadamanthus & Sarpedon in Lyciâ regnãt. *Huius Rhadamanthi incorrupta auſteritas in cauſſa fuit, vt Poetæ fingerent eum in inferis quoque iudicis partes agere. Diodorus autem ait Minoem fratribus ſuis inuidiâ an ſuſpicionis oeſtro infenſum procul à ſuâ Cretâ eos ablegaſſe per ſpeciem honoris, quaſi ad ampliores & meliores ſedes quærendas.* Sed hęc paulò ſeriùs contigerunt. Euſeb. Diod. Sicul. lib. 5.

I. IX.
A. M. 2563. Cler. 15. Num. Euſ. 580. Ante Dn. 1437. Seniorum I.

Ioſue, inquit autor Seder holam, *cum Iſraelitis celebrauit primum annum Schemithah, i. remiſſionis, ſecundum abſoluere non potuit, quia mortuus eſt, antequam abſolueretur*. Hoc à veteribus Iudæis rectè dictum, perperam, vt multa alia, accepit author maiuſculi Hebręorum Chronici, qui hinc ineptè colligit Ioſuam rexiſſe Iſraelem annos XXVIII. Saltem dixiſſet XXVII, vt alij Iudæi, quos ſequi ſe profitetur Euſeb. Sed שמטה Vide A. M. 3382. & 2549.

Digitized by Google

&illi errant, quos ſequitur Euſebius. Cauſam erroris aperit Seder Olam. *Iſraelitæ*, inquit, *cōſederunt in terrâ ſuâ annis octingentis quinquaginta. Quarto decimo poſt Hieroſolymorum excidium anno, deportationis Jechoniæ* xxv. *factum eſt verbum Domini ad Ezekielem, quod ipſi dictum eſt initio Jubilei.* Hinc Iudæi colligunt caput Iubileorum non ante quatuordecim à tranſitu Iardenis annos arceſſendum, & conſequenter Ioſuam obijſſe xxvii. annis poſt Moſem. Et vtraque præmiſſarum, & vtraque concluſio falſa eſt. Illud verò, cur reſpuam non video, quod vetuſtiores Iudæi dixerunt, nempe Ioſuam obijſſe currente ſecundo remiſſionis anno. Scriptura docet eum centum & decem annos vixiſſe. *Iſraelitæ perſtiterunt in Dei cultu toto Joſuæ tempore & Seniorum, qui poſt eum produxerunt dies, qui cognouerant omnia Dei opera*, h. e. qui paulò poſt Exodum, vel paulò ante nati fuerant. Nam eorum, qui ante Exodum nati fuerant, aut certè, qui primâ recenſione numerati fuerant, qui tempore Exodi maiores erant annorum viginti, nemo Iordanum traiecit prȩter Ioſuam & Chalebum.

Ioſ. 24. v. 29.

v. 31.

Iudic. 2. 7.

Pandion quintus Athenienſium rex, Erichthonij filius, Pater Procnæ & Philomelæ, regnat annos quadraginta. Huius Pandionis ſororem Creuſam Erichthonij filiam duxit Xuthus. Hellenis filius, Deucalionis nepos. Ex Xutho & Creuſa naſcitur Jon. Is cum auunculo ſuo Pandione, vel cum cognato ſuo Erechtheo tantam Athenis authoritatem obtinuit, vt Athenienſes de nomine ſuo Ionas nuncuparit, forſan, quia vtrique A *ſuperſtes ad ſummam ſenectutem peruenit. Jtaque Euſebius numero demum* 682. *ponit hæc verba*, Ion vir fortis ex ſuo vocabulo Athenienſes Iones vocauit.

Euſeb.

Apollodorus.

II. X.

B

A. M. 2564. Cler. 16. Num. Euſ. 581. Ante Dn. 1436.

Seniorum II.

Hygenus.

QVia ex quinquaginta Danaidibus vna Hypermneſtra, humanitatem exuere noluit, ideò Poeta reliquas C *quidē ad inferos detruſas dixerūt. Hanc verò Iunonis beneficio in cœtum heroum admiſſam & in illius honorem* ἡρῷον *extructum. Hæc Hygenus. Euſebius verò Iunonis ſacerdotio functam: quod minus veriſimile eſt. Nam huiuſmodi ſacerdotes fere aut virgines aut cœlibes erant.* D *Lynceus autem Hypermneſtræ maritus adhuc in viuis erat.*

XI. XIX.

A. M. 2573. Cler. 25. Num. Euſ. 590. Ante Dn. 1427.

Anarchiæ I.

E

QViaScriptura non docet, quot annos vixerit Ioſue, Iudæi ſuas rationes ita inſtituerunt. Ab Exodo ad conditum templi numerantur anni 480. 1. Reg. vi. 1. ac proinde 440, ab obitu Moſis. Igitur à quar- F to Salomonis anno, quo templum conditum eſt, retrò numerarunt annos Dauidis, Saulis, Samuelis, Heli & cæterorum Iudicum, ac compererunt excluſis omnium tyrannorum annis ſupereſſe tantum annos

Digitized by Google

xxvii. vel xxviii. vſque ad obitum Moſis. Hinc collegerunt neque Tyranni vllius, nec ἀναρχίας, nec Seniorum annos eſſe numerandos, ſed Ioſuæ dandos annos 27. vel 28. Nec aliter profectò rationes inire poterit, quiſquis fatebitur Ahodem annos octoginta præfuiſſe, & ſolos 480. annos fluxiſſe ab Exodo ad conditum templi.

Africanus contrà contendebat annorum, quos Scriptura Tyrannis tribuit, eſſe habendam rationem, ſed cùm ex Actorum xiii. 20. colligeret annos 450. numerandos ἀπὸ κληρουχίας, i. à diſtributione Chananææ ſortitò factâ ad primum Samuelis annum, ſic diſtribuit tempus quod fluxit à morte Moſis ad primum Otonielis, vt refert Georgius Taraſij Patriarchæ Syncellus apud Scaligerum. Tribuit Ioſuæ annos 27. Senioribus triginta, Anarchiæ quadraginta, paci triginta.

Scalig. in Euſeb. p. 35.

De Pauli verbis Actorum xiii. 20. vide A. M. 2899. Ibi, vt & ſupra pag. 38. docemus nobis videri legendum ὡς ἔτεσί τε τριακοσίοις πεντήκοντα, nec plures annis 350. fluxiſſe à Ioſuæ ſeptimo ad Samuelis primum. Sed ne ſic quidem exhauriuntur omnes difficultates. Nam quo iure, inquient Africanus, Georgius, alij, nullam rationem habebimus annorum, quos Scriptura diſertè tribuit [a] Chuſani, [b] Egloni, [c] Iabini, & [d] Madianitis? Hi conficiunt annos quinquaginta tres.

Annos quadraginta [e] Philiſtinorum non eſſe numerandos ſeparatim perſpicuum eſt, quia Samſon non primo, ſed vltimo demum [f] anno ſui principatus Iſraelitis libertatem morte ſuâ repræſentauit. Ammonitæ quoque non dominati ſunt annos octodecim, ſed vexarunt Iſraelitas [g] *anno octodecimo* Iubilei ſcilicet. Superſunt illi quinquaginta tres anni Chuſanis, Eglonis, Iabinis & Madianitarum, quos, cur non numeremus, non video. Rurſus, quæ cauſſa eſt, cur nec [h] Iſraelitarum obedientiæ poſt Ioſuam, nec Iſraelitarum [i] licentiæ poſt obitum ſeniorum, qui Ioſuę ſuperſtites fuerunt, nullum tempus aſſignemus?

a *Iudic.* 3. 8.
b 3. 14.
c 4. 3.
d 6. 1.
e 13. 1.
f 15. 11.
g 10. 8.
h 2. 7.
i 18. 31. & 21. 25.

Vt hunc nodum planè Gordium ſoluam, puto Ahodi per hypallagen numeri tribui poſſe tantum annos octo, non octoginta, quod propriè ſignificat vox Hebræa. Ita poterimus & Chuſani, Egloni, Iabini, Madianitis annos quinquaginta tres tribuere, & habere reſiduos annos circiter quadraginta, quos Ioſuæ, Senioribus, & Anarchiæ quomodocunque diſtribuamus. Et Ioſuę quidem ex veterum Iudæorum ſententiâ tribuimus annos viginti. Senioribus vt tribuam decennium ſuadet Africanus, qui forſan ex veterum ſententiâ perperam intellectâ tribuit Senioribus annos triginta. Nos dicimus Seniores illos vitam produxiſſe triginta circiter annos poſt mortem, non Ioſuæ, vt interpretatur Africanus, ſed Moſis. Ita ſuperſunt anni decem Anarchiæ tribuendi.

A. M.

XIV. III.

A. M. 2576. Cler. 28. N. E. 593. Ante Dn. 1424.

Ἀναρχίας IV.

Euſebius. *CHorace ſine liberis defuncto, regnum inuadit Theſſalus.* Epopeus decimus ſeptimus Sicyoniorum rex regnat annos triginta quinque.

Lynceus vero vndecimus Argiuorum rex regnat annos vnum & quadraginta.

C *Hic erat Ægypti filius, Hypermneſtræ maritus, Danai gener, Abantis pater, Acriſij auus.*

XVI. V.

A. M. 2578. Cler. 30. N. E. 595. Ante Dn. 1422.

Ἀναρχίας VI.

Euſebius. *PHœnix Agenoris filius Cadmi frater Coloniam in Bithyniam mittit, quæ prius Mariandyna dicebatur.*

Africanus, vt modo dicebamus, vult Iſraelitas annorum triginta pace potitos antequam à Chuſane vexarentur. Hoc potuit à vetuſtis & probæ notæ ſcriptoribus hauſiſſe. Sed quo iure ante Chuſanem numerat poſt mortem Moſis annos 27. 30. 40. 30. quos Ioſuæ ſenioribus, Anarchiæ & paci tribuat? Igitur vero propius eſt hos triginta pacis annos numerandos à debellatis Chananæis vſque ad ciuile bel-
A lum, quod inter Beniamitas & reliquos Iſraelitas exarſit. Annos vero quadraginta tribuendos, non Anarchiæ, ſed interuallo, quod fluxit ab vltimo Moſis ad primum Chuſanis annum. Itaque triceſimo circiter à debellatâ Chananææ anno videtur Iudicum c.
B exortum bellum ciuile, quo tribus 19. 20. & 21. Beniamin ſceleris horrendi propugnatrix ita attrita eſt, vt ſoli ſexcenti mares euaſerint.

XXI. X.

A. M. 2583. Cler. 35. Num. Euſ. 600. Ante Dn. 1417. Chuſanis I.

CVm primò domatim, vt in Micæ familiâ, dein gregatim, vt Iudic. 3. 6. in tribu Dan publicè vigeret Idololatria, Deus Iſraelitas caſtigat annos
D octo per Chuſanem Riſchataimorum regem. Iudæi, Euſebius, & hos ſecuti plerique annorum, quos tyrannis Scriptura tribuit, rationem nullam habent, non ſenioribus, non ἀναρχίᾳ tempus vllum tribuunt. Nec aliter rationes inire poterit, quiſquis
E Ahodi tribuet annos octoginta, 3. 30. quod propriè ſonat vox Hebræa. Sed ſi figuratè ſumas, & Ahodi tribuas tantum annos octo, tum & tyrannis & ſenioribus, & Anarchiæ poteris ſuos annos reſtituere. Vide A.M. 2573. & 2657. Igitur Iſraeli-
F tæ vix hebdomadas quinque poſt κληρουχίαν Chananæâ potiti ſextam hebdomadem ſeriunt.

Digitized by Google

IVDICES ISRAELIS.

I. XVIII.

A. M. 2591. Cler. 43. Num. Euſ. 608. Ante Dn. 1409. Othonielis I.

Euſeb. Apollod.

Corinthum, quæ prius Ephyra dicebatur, condit Siſyphus, non ille latro, qui dicitur Anticliam, cùm ad Laertem deduceretur, compreßiſſe: vnde Vlyſſes modo Laertis, modo Siſyphi filius dicitur. Sed Vlyſſe, ducentis circiter annis antiquior. Igitur Siſyphus Æoli filius, Hellenis nepos, Deucalionis pronepos, quia Ephyram forte nouo murorum ambitu & ornatu auctam Corinthum dici voluit, ideo Corinthum condidiſſe creditus eſt, de cuius conditu iam ex Euſebio diximus N. E. 498.

Iudic. 3.11.

Iſraelitæ poſt ſeruitutis ſub Cuſane toleratæ octennium ad Deum ſuſpirant. Deus Othonielem liberatorem immittit. Is populum liberali manu aſſerit ineunte primo ſeptimę hebdomadis anno. Iudęa ſub Othoniele quieſcit annos quadraginta.

III. I.

A. M. 2593. Cler. 45. Num. Euſ. 610. Ante Dn. 1407. Othonielis III.

Apollod. Euſeb. chron. & preparat.

Harmonia à Cadmo rapta, & mox Thebarum arx Cadmea ab eodem cõdita. *Alij nuptias in ipſâ Cadmeâ celebratas volunt, proſtantibus* A *Deorum omnium, qui tum à Græcis colebantur, imaginibus, vnde nata fabula Deos cælo relicto huic epulo interfuiſſe. Cadmus ex Harmoniâ genuit Polydorum. Antonoen, Inonem, Semelem, Agauen. Ex Semele & Ioue ſcilicet natus dicitur Bacchus, ex Agaue Pen-* B *theus. Polydori ſtemma vide N.E. 797. Sed N. E. 610. vel 612. Cadmum obijſſe, & in Cadmeâ conditum potius, quàm vxorem duxiſſe, aut Cadmeam condidiſſe crediderim, quia circa N.E. 627. iam Labdacus Polydori filius, Cadmi & Harmoniæ nepos à Nycteo tutore educa-* C *batur. Cadmus videtur eſſe patriæ, potiùs quàm viri nomen proprium. Orientem enim ſignificat vox kedem. Ab Oriente circa Phœniciam naui in Græciam aduectus vrbi ſuæ nauis nomen impoſuit, vt olim cham circa A.M. 1778.*

Euang. l. 1. Diod. l. 3. & 4.

קדם

תבה

Diodorus aliam cauſam adfert, nem, e D *Cadmum Thebis in Ægypto natum patriæ ſuæ nomen indidiſſe vrbi, quam condidit in Bœotiâ. Literarum quoque, quas in Phœniciâ didicerat, vſum Græcis tradidiſſe teſtatur Dionyſius hiſtoriæ antiquæ ſcriptor apud Diodorum. Har-* E *monia Cadmi vxor, dicitur Electræ filia, Atlantis neptis, ſoror Iaſionis & Dardani, qui Dardanum vrbem condidit, & regiam, iuxta quam poſtea Troja condita eſt. Idem dicitur Dardanios, qui ſupra Thraciam ſiti ſunt, condidiſſe. Iaſioni vero nupta Cybele, quæ Corybantas aliquot genuit, non tantum dijs an-* F *numerata, ſed & deorum mater dicta, eorum ſcilicet, quos Phrygij commenti ſunt, qui cum Cretenſibus, & Ægyptijs mixti denſas hiſtoriæ tenebras offundunt.*

Diod Siculus l. 1. lib. 3. lib. 5.

Digitized by Google

A

IV. II.

A. M. 2594. Cler. 46. N. E. 611. Ante Dn. 1406.

Othonielis IV.

Euſeb. MInos Europæ filius, regnat in Creta. *Hunc primum omnium legiſlatorem fuiſſe credebant Græci, quod ita verum eſſe poterit, ſi de Græciâ ſolâ aut etiam Cretâ loquaris, vt autem legibus ſuis pondus adderet, Spurius cùm eſſet, Iouis filium eſſe ſe dixit & à Ioue patre ſuas leges accepiſſe.* B *Hunc ſub Lynceo Argiuorum rege floruiſſe memorant Clemens & Tatianus. Hic autem erat Lyncei annus vndeuiceſimus.* C

V. III.

A. M. 2595. Cler. 47. N. E. 612. Ante Dn. 1405.

Othonielis V.

D

XXIII. Pandionis anno, *inquit Euſebius*, Eleuſine Celeus regnauit, coæuus Triptolemo, quem Philochorus ait longa naui ad vrbes accedentem diſtribuiſſe frumenta, & ob id dediſſe ſuſpiciones E quod nauis eius ſerpens pennatus fuerit. *Quid ſi nauis παράσημον fuit ſerpens? Triptolemum Argiui Trochili, Athenienſes Celei filium prædicabant. Ego duos Triptolemos fuiſſe credo primum Trochili filium, de quo N.E. 447. alterum Celei, qui ſub Pandione quidem* F *vixit, teſte Euſebio, & Apollodoro, ſed, ni fallor, ſub Pandione ſecundo, potius quàm ſub primo, vt illi volunt. Vide N.E. 720*

VIII. VI. Iubileus II.

A. M. 2598. Cler. 50. N. E. 615. Ante Dn. 1402.

Othonielis VIII.

SEcundi Iubilei, ſiue ſecundæ annorum Pentecoſtes primus annus iniijt Tiſri decimo, octobris ſexto, feriâ ſecundâ, vel Tiſri XXII. Octobris XVIII. cum primus Iubileus pro reſtitutionis anno ſumptus initium duxiſſet ab antecedẽtis Tiſri decimo, Octobris XVII. vel à Tiſri XXII. Octobris XXIX.

XII. X.

A. M. 2602. Cler. 54. N. E. 619. Ante Dn. 1398.

Othonielis XII.

IN Achaiâ vrbes extruit Acheus, *Ionis frater, Xuthi ex Creusâ Erechthei filiâ filius, Hellenis nepos, Deucalionis pronepos. Alteram Erechthei filiam Orithyam rapuiſſe dicitur Thraciæ regulus, Aſtræi filius, nomine Boreas, quem ventum fuiſſe fabulantur Poetæ. Vt Achaia ab Achæo, ſic Ionia ab Ione eius fratre dicta putatur, quia Græci nullum Ionem norant antiquiorem Xuthi filio. Sed Ioniæ vocabulum Xutho antiquius eſt. Quin potius, cùm olim pleriſque Græciæ populi dicerentur Iones à Iauan Iapeti filio, Noæ nepote, poſtea quidam Hellenes ab Hellene Deucalionis filio, quidam Achæi ab Achæo Hellenis nepote dicti ſunt. Quidam vetus nomen retinuerunt.* Euſeb. Apollod.

XIII. XI.

A. M. 2603. Cler. 55. N. E. 620. Ante Dn. 1397.
Othonielis XIII.

Euſebius. *PAndioni defuncto ſuccedit filius Erechtheus ſextus Athenienſium rex, regnatque annos quinquaginta.*

XX. XVIII.

A. M. 2610. Cler. 62. N. E. 627. Ante Dn. 1390.
Othonielis XX.

Pauſanias p. 49. Scholia Apollonij. *SIcyonij hactenus perpetuò, inde ab Ægialei temporibus, pace potiti bello vexantur à Nycteo Thebanorum regulo. Belli cauſſa hæc fuit. Antiope Nyctei ſoror, Aſopi filia, ex ſtupro grauida, patris iram metuens, ad Epopeum fugit. Is Antiopes pulchritudine captus benignè eam excipit. Nycteus ſororem repetit, pernegat Epopeus. Hinc bellum, quo victus quidem eſt Nycteus. Sed Epopeus lethaliter ſauciatus, vulnus, quod leniculum videbatur, negligenter curans, tandem in morbum incidit, & non multo poſt obijt. Nycteus & ipſe vulneratus Thebas reuerſus, vltionem fratri Lyco* *Apollod.* *commendat & Labdaci tutelam. Hic Labdacus eſt Polydori filius, Cadmi nepos.*

XXI. XIX.

A. M. 2611. Cler. 63. N. E. 628. Ante Dn. 1389.
Othonielis XXI.

Euſeb. Pauſan. *LAomedon vel Lamedon Coroni filius, Chryſorthes nepos, Orthopoli-*

A *dis pronepos, Coracis frater, Epopeo defuncto regnum auitum recuperat regnatque annos* XL. *Is vt tranquillius regno frueretur, Antiopem Lyco fratri reſtituit. Dum Thebas reducitur Antiope, Amphionem & Zethum parit* ἐπ' Ἐλευθερῶνι, *h. e. ad ripas Eleutheronis fluuij.*
B *Eodem circiter anno* natus eſt Dionyſius Semeles Filius, Cadmi nepos, *vt rectè notat Euſebius. Cùm Ægyptij dicunt apud Diodorum, ſuum Dionyſium, h. e, Oſiridem antiquiorem eſſe Alexandro pluſquam decem annorum millibus, vel paulò minus viginti tribus* *Diodor. Sicul. lib. 1. p. 13.*
C *annorum millibus, omnino defectus eſt locus. Ægyptij dicebant ſuum Dionyſium eſſe antiquiorem Semeles filio pluſquam decem annorum millibus, Alexandro verò fere viginti tribus annorum millibus.*

Et Oſiridem quidem natum diximus
D *A. M. 1778. vel filium eius Orum, annis fere h. e. menſibus tricenûm dierum* XXIIIM. *ante annum Nabonaſſari 417. quo Alexander Ægypti potens factus eſt. Dionyſius vero Semeles filius natus eſt poſt Oſiridem vel Orum plus quam annis 1. menſibus* τριακονθημέροις *decies*
E *mille. Quod ſi Dionyſius Semeles filius hoc anno præcisè natus eſt, medium interuallum erit annorum 833. menſium decem millium & octingentorum octoginta.*

XXIV. III.

F A. M. 2614. Cler. 66. N. E. 631. Ante Dn. 1386.
Othonielis XXIV.

EXpulſo, *inquit Euſebius*, Cadmo, Amphion & Zetus regna-

Digitized by Google

uerunt. *Plurimum deceptus eſt is, quo
authore Euſebius id in hunc annum re-
tulit. Vero propiùs is, quo autore idem
Euſebius eandem epochan duodeſexa-
ginta poſt annis refert. Qui enim pote-
rant regnum alienum inuadere, qui vix
à lacte depulſi erant? Hoc igitur anno
non Amphion, ſed eius pro auunculus
Lycus nomine tutoris Labdaci regnum
Thebanum ſibi vendicare potuit, pulſo
non Cadmo, qui viceſimo circiter ante
hunc anno perijt, ſed aliquo ex Cadmi
ſtirpe.*

XXVII. VI.

A. M. 2617. Cler. 69. N. E. 634. Ante Dn. 1383. Othonielis XXVII.

Euſeb. Apollod. Diod. Siculus l. 4.

PHryxus & Helle Athamantis li-
beri, nouercales inſidias fugientes
Colchidem petunt naui, cuius inſigne
erat aries. Erat autem Athamas filius
Æoli, Hellenus nepos, Deucalionis pro-
nepos. Lynceo defuncto ſuccedit filius
Abas, duodecimus Argiuorum rex,
regnatque annos XXIII. Hic videtur à
Pauſania dici Bias, cum ait Talaum
Biantis Argiuorum regis filium duxiſſe
vxorem, Lyſianaſſam, Polybi filiam, Si-
cyonis neptim.. Polybus autem regnare
cœpit N. E. 713.*

VII. XIV.

A. M. 2625. Cler. 77. N. E. 642. Ante Dn. 1375. Othonielis XXXV.

Clem. Stro. l. 1.

GAnymedes Trois filius, Erich-
thonij nepos, Dardani pronepos à
Tantalo Phrygiæ regulo rapitur annis
A LXV. poſt Idæ incendium. Euſebius hanc
Epocham duodecim annis ſerius, quam
par erat, ponit numero 654. Nos Cle-
mentis chronologum ſequimur. Hinc au-
tem ortum bellum inter Troem Gany-
medis patrem & Tantalum, vnde præ-
lij locus à multorum ruina Peßinuntis
B nomen accepit. Quod ſi Tantalus circa
hunc annum regnare cœpit; regnarit an-
nos circiter quinquaginta quatuor, qui-
bus exactis Tantali filius Pelops ex Phry-
gia in inſulam, quam de ſuo nomine Pe-
loponneſum dixit, delatus regnum obti-
nuit.*

C

XII. XIX.

A. M. 2630. Cler. 82. N. E. 647. Ante Dn. 1370. Othonielis XL.

Euſeb. Scholis. Sophoclis. Scalig. in Euſeb. Tatianus.

ELeuſinij ab Erechtheo Athenien-
D ſium rege bello petiti Eumolpum
Thraciæ regulum arceſſunt. Eumolpus
volentibus Eleuſinijs propulſato Erech-
theo Eleuſine manſit, & ab eo orti poſte-
ri Eumolpidæ dicti, quorum hoc fere
ſtemma eſt. Eumolpus I. Thrax, Ceryx,
Eumolpus II. Antiphemus, Muſæus
E poëta, Eumolpus III. myſteriorum Eleu-
ſiniæ Cereris inuentor, vnde & eius po-
ſteri ſacrorum illorum Hierophantæ fue-
rint. Plerique tertium hunc Eumolpum
cum primo confundunt. Sed Scaliger me-
ritò contendit tertio potiùs quàm primo
Eumolpo tribuendam ſacrorum Cereris
F in Atticam introductionem, an inter-
polationem. Iam enim A. M. 2503.
Dionyſius quidam in Atticam inuexe-
rat hæc ſacerrima ſacra, Eleuſinia dicta,
quod peregre aduecta eſſent, nempe ex
Ægypto, vt Ægyptij contendunt apud*

Digitized by Google

Diodorum Siculum lib. 4.

XIII. I.

A. M. 2631. Cler. 83. N. E. 648. Ante Dn. 1369.

Eglonis I.

Euſeb. M*Elampus vates innoteſcit. Fertur is Proeti qui nouennio poſt Argis regnauit, filias à furore curaſſe.* B

Iudic. 3. 14. Othonicle poſt annorum quadraginta principatum defuncto redeunt ad Idololatriam Iſraelitæ. Immiſſus in hos Eglon Moabitarum rex tyrannidem exercet annos duo- C deuiginti.

XIV. II.

A. M. 2632. Cler. 84. N. E. 649. Ante Dn. 1368.

Eglonis II.

D

Euſeb. I*N Dardania regnant Tros & Ilus, à quibus Troes, Troas, Troia, & Ilium. Horum autem ſtemma eſt. Dardanus Electræ ex ſtrupro filius, Jouem patrem & Atlantem auum venditabat. Et ſane Electra dicitur Atlantis filia. Sed Atlas antiquior eſt, quam vt* E *potuerit eſſe Dardani auus: Atauus forſan aut tritauus fuit.* Apollod. Diodor. l. 4. *Vt vt ſit, Dardanus Samothrace relictâ in Aſiam traijcit, Bateam Teucri filiam ducit, Dardanum vrbem condit, Teucro defuncto Dardaniam prouinciam vocat, Ilum &* F *Erichthonium filios ſuſcipit, Erichthonius Troem. Tros Cleopatram, Ilus Aſſaracum & Ganymedem. Itaque hoc anno regnare cœpit, Ilus potiùs quàm pater eius Tros. Ili filius Laomedon Tithonum & Priamum genuit. Vide A. M.* A *2757. Aſſaracus Capyn genuit Anchiſæ patrem, auum Æneæ, qui A. M. 2824. obijt.*

XV. III.

A. M. 2633. Cler. 85. N. E. 650. Ante Dn. 1367.

Eglonis III.

PHemonoe prima verſibus Heroicis vaticinata dicitur. Euſeb. *Etiamſi autem ſub Abante eam collocet Euſebius, tamen quia nec ipſe, nec filius eius Proetus diu regnarunt, potuit ad Acri-* C *ſij vſque tempora vixiſſe, vt vult Clemens.*

XVII. V.

A. M. 2635. Cler. 87. N. E. 652. Ante Dn. 1365.

Eglonis V.

PHrygas, qui prius Mæones dicebantur, regit Tantalus, Euſeb. *Hic cum Jouis filius dicatur*, aut paſtor fuit, aut illud quod dicerere nolo. *Videtur autem regnare cœpiſſe decennio ante hunc annum. Tantali æquales era-* E *tit Tityus, & Latona Apollinis & Phœbes mater. Vnde & Tantalus fingitur conuiua deorum; eoq́ detruſus ad inferos, quod hac cum dijs familiaritate abuſus ſit. Auari quoque typus* Tantalus à labris Sitiens fugientia captat Flumina.

F

XXII. X.

A. M. 2640. Cler. 92. N. E. 657. Ante Dn. 1360.

Eglonis X.

Digitized by Google

Euſeb. Apollod. Clem. Strom. l. 1. Pindari Scholia.

A Rgiuorum XIII. rex PROETVS, regnat annos ſeptemdecim. *Js erat Abantis filius, Acriſij frater. Eodem anno celebrata ſunt Glauci Iſthmia annis quindecim poſt raptum Ganymedis. Hic Glaucus erat Siſyphi filius, Æoli nepos, Hellenis pronepos, Deucalionis abnepos, Bellerophontis pater, quem occidit Perſeus Acriſij ex Danae filia nepos. Ludos autem illos fecit Glaucus in honorem patruelis ſui Melicertæ, qui ex Athamante Siſyphi fratre & Inone natus eſt. Euſebius hos ludos quadriennio ſerius ponit, quàm Clementis Chronologus, quem ſequimur.*

I. XVII. Iubileus III.

A. M. 2647. Cler. 99. N. E. 664. Ante Dn. 1353.
Eglonis XVII.

TErtius ἀπὸ κληρουχίας Iubileus, ſiue tertia annorum πεντηκοστὺς incipiens ab Autumno.

III. XVIIII.

A. M. 2649. Cler. 101. N. E. 666. Ante Dn. 1351.
Ahodis I.

Iudic. 3. 15.

ISraelitæ poſt annorum duodeuiginti ſeruitutem ad Deum confugiunt. Is Ahodum ſcæuolam ſuſcitat, qui percuſſo Eglone, profligatis Moabitis pacem Iſraelitis peperit.

V. II.

A. M. 2651. Cler. 103. N. E. 668. Ante Dn. 1349.
Ahodis III.

A *LAmedonti defuncto ſuccedit gener Sicyon ex Attica oriundus, a quo vrbs & regio, quæ prius ab Ægialeo Ægiale dicebatur, Sicyonia indigetata eſt. Hic ergo numerari poteſt primus & XIX. Sicyoniorum rex, regnauit autem annos XLV. Sicyonem alij Marathonis fi-*
B *lium, Epopei nepotem, alij Metionis filium, Erechthei nepotem eſſe dicunt.* *Euſeb. Pauſan.*

VI. III.

A. M. 2652. Cler. 104. N. E. 669. Ante Dn. 1348.
Ahodis IV.

C

ERechtheo defuncto ſuccedit filius Cecrops II. ſeptimus Athenienſium rex, regnatque annos XL. Is ex Metiadaſa Eupalami filia Pandionem genuit. *Euſeb.*

D

XI. VIII.

A. M. 2657. Cler. 109. N. E. 674. Ante Dn. 1343.
Iabinis I.

POſtquam Ahod Eglonem occidit, *terra*, inquit Scriptura, *quie-* *Iudic. 3. 30.*
E *uit Schemonim Schanah*. Omnes interpretantur *annos octoginta*. Et ſanè hoc propriè ſonant hæc verba. Et rectè, ſi nullius tyranni annos numeres.

Sed licebit cum Scripturâ Tyrannorum annos numerare, dum ad-
F mittas hîc enallagem numeri, vt dicas *Schemonim Schanah*, poni pro *Schemoneh Schanim*. Eſt hæc in Hebraiſmo mutua numeri hypallage. Eſt autem in omnibus linguis frequentiſſimum, vt numerus ſingula-

שמינים
שנה
שמינה
שנים

Digitized by Google

ris pro plurali ponatur & viciſſim. A
Ita dicetur Ahod iudicaſſe tantum
annos octo, ſolus videlicet, quomo-
do & Othoniel ſolus regnauit an-
nos quadraginta non adnumeratis
Iudic. c. 4. v. 1. & 3. tyrannorum annis. Vt vt ſit, Ahode
defuncto Iſrael ad ingenium redit.
Deus excitat Iabinem Chananæo- B
rum regem. Is mittit Præfectum Si-
ſaram, qui Iſraelitas ſubegit & ſerui-
Vide A. M. 3206. tuti addixit annos viginti. Vt Iudi-
cum, ſic Regum tribus Iuda ſeries
poteſt duobus modis cōnecti, quo-
rum alter ὁλοσχερὴς, alter ἀκριβὴς dici
poteſt. Vterque ex ſcripturâ colligi- C
tur. Plerique ſequuntur τὸν ὁλοσχερῆ
epilogiſmum, nos eum, qui nobis
viſus eſt ἀκριβέστερος & hiſtoriæ ac-
commodatior.

Euſeb. *Acriſius* XIV. *& vltimus Argiuo-
rum rex regnat annos* XXXI. *Hic erat
Proeti frater, Abantis filius, pater Da-* D
naes, Perſei auus.

XXIII. I.

A. M. 2669. Cler. 121. N. E. 686. Ante Dn. 1331. Iabinis XIII.

Euſeb. *Dionyſius qui & Liber Pater, ad-
uerſus Indos dimicans, iuxta In-
dum fluuium Nyſſam vrbem condit. Po-
terat tum Dionyſius Semeles filius, Cad-
mi nepos eſſe ſexagenarius.*

XXVI. IV.

A. M. 2672. Cler. 124. N. E. 689. Ante Dn. 1328. Iabinis XVI.

Amphion, *inquit Euſebius*, The-
bis regnauit, quem ferunt
cantu citharæ ſaxa mouiſſe. *An tunc
denique regnare cœperit Amphion, vi-
derit Euſebius. Certe hoc anno ſexagena-
rio maior erat. Vide quæ de eo diximus,
N. E. 627. 628. 631.*

XXVIII. VI.

A. M. 2674. Cler. 126. N. E. 691. Ante Dn. 1326. Iabinis XVIII.

Troia, *inquit Clemens*, condi- *Clem. Strom. l. 1.*
tur, *h. e. nouis muris munitur &
augetur*, annis triginta quatuor poſt
Glauci Iſthmia. *Euſebius ſeptennio ſe-
rius id refert.*

III. IX.

A. M. 2677. Cler. 129. N. E. 694. Ante Dn. 1327. Deboræ I.

Iſraelitæ poſt viginti ſeruitutis *Iudic. 4. 4.*
annos ad Deum conuertuntur.
Is ad populi liberationem excitat
E Deboram Propheteſſam ex Iſſaca-
ris tribu oriundam. Illa Barakum
Nephtalitam ad hoc opus animat.
Barak Dei auſpicijs, Deboræ ductu
Siſaram Iabinis Chananæorum re-
gis Præfectum debellat. Fugit Si-
ſara ſolus in ædes Iahelis, quam te-
merè amicam putabat. Illa labore
F feſſum ſuo tentorio excipit, lac pro-
pinat. Dormientis cerebrum pax-
illo tranſfigit. Iudæa pace fruitur an- *5. 31.*
norum quadraginta ſub Deboræ
principatu.

PELO-

Digitized by Google

PELOPONNESVS.

V. XI.

A. M. 2679. Cler. 131. N. E. 696. Ante Dn. 1321. Deboræ III.

Euſeb. Diod. Sicul. lib. 4. p. 191.

PElops Tantali filius, Phrygiæ regulus Jlium aggreditur, à Dardano vel potius Ilo victus in Græciam fugere cogitur. Erat in peninſulâ, quæ tum Argos, hodie Morea dicitur, circa Piſam & Elidem regulus Oenomaus Arpinæ Aſopi filiæ & Sacerdotis cuiuſpiam filius, eoque Marti adſcriptus. Js vnicam filiam Hippodamiam habebat.

Oenomaum monuerant vates Hippodamiæ nuptijs haud diu ſuperſtitem futurum. Quam ob cauſam procis Hippodamiam ambientibus pollicebatur ſe daturum eam, modo curru victores eſſe poſſint. Sin autem, temeritatis pœnam capite luituros. Cùm equos perniciſſimos, aurigam peritiſſimum haberet, nemo audebat, vel impune poterat aleam ſubire. Pelops paterno regno ſpoliatus Hippodamiam ambit, aurigam auro corruptum, curſu ſuperat, Hippodamiam obtinet ex pacto. Oenomaus, dum putat ſe periiſſe, præ metu perit. Pelops Piſæ potens factus totam peninſulam de ſuo nomine Peloponneſum dicit. Commodum accidit, vt Solſtitium in Hecatombæonis Neomeniam incideret Julij quarto. Jgitur Hecatombæonis XV. *Cancri* XV. *Iulij* XVIII. *Plenilunio inter Piſam & Elidem Agonem inſtituit Pelops in Iouis Olympici, quaſi ab eo ſeruatus eſſet, honorem. Ab eo tempore regnat annos 58. Per idem ſe-*

A *re tempus Æſculapius medicinam profitebatur.*

XIV. I.

A. M. 2688. Cler. 140. N. E. 705. Ante Dn. 1312. Deboræ XII.

B

Euſeb.

ACriſium Argiuorum regem imprudens occidit nepos ex Danae Perſeus. Deinceps regnum Mycenas tranſlatum. Stetit Argiuorum regnum annis 544. Mycenarum regnum inchoat Perſeus, regnatque annos octo & quin-
C *quaginta, quos cur omiſerit Euſebius dicemus N. E. 754. Ferunt Acriſium, antequam Perſeus naſceretur, monitum caueret ſibi, futurum vt à nepote occideretur. Acriſium omnibus modis operam dediſſe, ne nepotem haberet, ſed fruſtra fuiſſe. Videlicet hoc volebant Poetæ nul-*
D *lâ humanâ prudentiâ numinis prouidentiam irritam fieri poſſe, nihil eſſe tam munitum, quod non expugnet largitio. Hæc vt doceant, vide, quàm pulchrè deos ſuos traducant.*

Horat. lib. 3. Oda 16.

Incluſam Danaen turris ahenea
Robuſtæque fores, & vigilum
E canum
Triſtes excubiæ munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris.
Si non Acriſium virginis abditæ
Cuſtodem pauidum Iuppiter &
Venus
Riſiſſent. Fore enim tutum iter &
F patens
Conuerſo in pretium Deo, *h. e. Ioue in imbrem aureum mutato.*
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrum pere amat ſaxa, potentius Ictu fulmineo.

Digitized by Google

XIX. VI.

A. M. 2693. Cler. 145. N. E. 710. Ante Dn. 1307. Deboræ XVII.

Euſeb. *Pandion II. octauus Athenienſium rex Cecropis II. filius, regnat annos* XXV.

XXII. IX. Quartus Iubileus.

A. M. 2696. Cler. 148. N. E. 713. Ante Dn. 1304. Deboræ XX.

Euſeb. Apollod. *Sicyoni defuncto ſuccedit nepos Polybus ex Chthonophyle filiâ viceſimus Sicyoniorum rex, regnatque annos* XL.

XXIII. X.

A. M. 2697. Cler. 149. N. E. 714. Ante Dn. 1303. Deboræ XXI.

Euſeb. Apollod. *Laius Labdaci filius, Polydori nepos, Cadmi pronepos, Chryſippum Pelopis ex Antiochâ concubinâ filium rapit amoris infamis œſtro percitus potius, quàm vt Atreo & Thyeſtæ gratificaretur,* Tzetzes. *qui forte nondum nati erant, niſi Atreo miram longæuitatem tribuere velimus. Ob hunc raptum ei reſpondit oraculum, futurum, vt à filio occideretur, quod & fecit Oedipus imprudens poſt aliquot annos.*

XV. XI.

A. M. 2717. Cler. 269. Num. E. 734. Ante Dn. 1283. Madianitarum I.

A *Deborâ poſt annorum quadraginta principatum defunctâ rurſus in Idololatriam ruunt Iſraelitæ, quibus caſtigandis immittit Deus Madianitas, Ammonitas, & alios Orientis populos, qui toto ſeptennio quot annis ſata deuaſtent, pecudes abigant, obuia quæque rapiant.* B *Fuit hæc viceſima quinta, eaque miſerrimæ, ſed iuſtiſſimæ ſeruitutis hebdomas, quod non tantum verum Deum ſub imagine, ſed & Baalem colerent, obliti pœnæ maioribus ſuis irrogatæ, cùm Moſe viuente ab ijs adoratus eſt* Baal peor. *Eſt autem* Baal, Beel, Bel, *Dominus:* C *Diſtinctionis cauſâ addebant epitheta, quædam magnifica, vt* Beelſam es *Dominus cœli Philone Byblienſi teſte apud Euſebium, quædam ridicula, vt* Baal peor ὁ περδεὺς *interprete Hieronymo. Paar in genere ſignificat aperire. Beelzebub Dominus muſcarum, quomodo* D *& Elienſes Ioui ἀπομυίῳ & Romani Herculi ἀπομυίῳ ſacrificabant teſte Clemente. Huiuſmodi cognomina deorum ridicula occurrunt non pauca. Quippe apud eundem Clementem Argiui, & Lacones adorabant Venerem τυμβωρύχον, Spartani Venerem χελύτιδα. Eſt autem* E *χελύττειν βήττειν tuſsire. Arcades Ἄρτεμιν ἀπαγχομένην, Dianam ſtrangulatam, Lacones Artemin Podagram.* Πολέμων δὲ κεχηνότος Ἀπόλλωνος οἶδεν ἄγαλμα. Polemo nouit idolum Apollinis hiantis, ὀψοφάγου, obſonantis, *Argiui Iouem caluum, Syracuſani Venerem καλ-* F *λίπυγον, aut vt Nicander vocat, καλλίγλουτον, Alij Dionyſium χοιροψάλαν, inſtar porci canentem colebant.*

בעל פער זבוב

Clemens Alexand. προτρεπτικῷ.

XVI. XII.

A.M. 2718. Cler. 170. N.E. 735. Ante Dn. 1282. Madianitarum II.

Digitized by Google

Euſeb. Apollod. ÆGeus Pandionis II. filius nonus Athenienſium rex, regnat annos XLVIII. vel LVIII. idque patre adhuc viuente & à Metionis filijs vel nepotibus pulſo. Pandion Megaram fugit, & à Pyla benignè excipitur, homine alioqui inhumano. Siquidem Pylas occiſo Patruo Biante filiam ſuam Peliam iamdudum nubilem Pandioni dat, & ipſum Megaræ regnum. Ipſe in Peloponneſum profectus Pylum vrbem condit. Philammon Delphius floret, qui primus apud Pythios choreas inſtituit. Ita Hieronymus, ὁ πρῶτος στήσας Πυθοῖ χορόν. Scaliger vertit, qui primus Delphis chorum inſtituit Stephanus. Πυθώ, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος πόλις. Sic apud Clementem paſſim Πυθοῖ, Interpres vertit Pythone. Melius vertiſſet, Delphis.

IVDICES ISRAELITARVM.

XXII. XVIII.

A. M. 2724. Cler. 176. N. E. 741. Ante Dn. 1276. Gedeonis I.

Iudic. c. 6. 8. DEus populi ſui miſertus, Angelum mittit, qui primum Iſraelitas increpet, deinde Gedeonem excitet ad arma contra Madianitas ſumenda. c. 7. 7. Gedehon mirificam liberationem, per trecentos homines obtinet aduerſus Madianitarum innumerabilem multitudinem, regnum c. 8. 21. oblatum recuſat, ſed, vt reliqui, iu- c. 8. 28. dicis nomine populo præeſt annos c. 6. 27. quadraginta. At, qui Bahalis Idolum A & lucum euerterat, ipſe ex Madianitarum ſpolijs ſculptile cõficit, quod c. 8. 27. ipſi & populo fuit offendiculo, licet in ſpeciem nomini Iehouæ conſecratum. Alioqui & ſtrenuus & prudens, & ſeuerus fuit Gedeon. Ephraimitas vrebat, quod non primi ad B prælium vocati fuiſſent, indignantes oratione prudenti placat. *Quantulum*, c. 8. 2. inquit, *præ vobis egi? An non racematio Ephraimitarum melior eſt Abiezeris vindemiâ?* At cùm à Succotæis 8. 6. ac Penueliris cibum exercitui reficiendo peteret, *An*, inquiunt, C *Zebachi & Tſalmunæi volam manu prehendis, vt exercitui tuo victum præbeamus?* Hi erant præcipui exercitus duces. Iam enim alios duces Orebum & Zeebum confoderat Gedeon. 7. 25.

Hæc certè erat ὕβρις & quidem in- D dignissima. Atqui aiebat ille, *Patior facile iniuriam, ſi eſt vacua à contumeliâ.* Pacuuius v. 190. Igitur, *Vbi Deus*, inquit Gedeon, *Zebachum & Tſalmunam in manus dederit, tum & carnes veſtras ſpinis commolam,* Iudic. 8. 7. *& turrim veſtram deijciam.* Et minas euentu firmauit.

E

XXIV. I.

A. M. 2726. Cler. 178. N. E. 743. Ante Dn. 1274. Gedeonis III

CYzicus in Aſiâ vrbem de nomine ſuo condit, Euſeb. Pompon. Mela. F *& aliquantò poſt à Minyis imprudẽtibus, cum Colchos peterent, orta de repentino altercatione, bello petitus, acie fuſus & occiſus eſt annis ſolidis 34. vel 35. poſt Ilij conditum. Troiam autem conditam vult Euſebius,*

numero 698. vel 699. Rectius forſan dixiſſet numero 691. ac proinde & Cyzici conditum forte melius adſcripſeris numero 725.

XXVI. III.

A. M. 2728. Cler. 180. N. E. 745. Ante Dn. 1272. Gedeonis V.

R. *Abraham Leuita Dauidis filius ſibi perſuadet Moſem defunctum anno æræ mundi Iudaicæ 2489. Adar ſeptimo, Sabbatho. Id perinde eſt ac ſi dixiſſet defunctum ante chriſti æram annis Iulianis 1271. diebus 294. Martij* XIII.

VI. XI.

A. M. 2736. Cler. 188. N. E. 753. Ante Dn. 1264. Gedeonis XIII.

Euſeb. Pauſ.

P*olybo defuncto ſuccedit Inachus vel potiùs Ianiſcus* XXI. *Sicyoniorum rex* ἀπόγονος I. *nepos vel pronepos Clytij Laomedontis generi, regnatque annos* XLII. *Inter Polybum & Ianiſcum, Adraſtum, memorat Pauſanias, qui tamen mox Sicyone relictâ Argos ſe contulit, & ibi regnum Argiuorum, ante annos circiter quinquaginta collapſum vtrumque inſtaurauit. Erat hic Talai filius ex Lyſimachâ Abantis filiâ. Abas rex Argiuorum obijt, N. E. 657. Adraſtus Alceſtida Peliæ filiam vxorem duxit. Tempus conuenit.*

Appollod.

VII. XII.

A. M. 2737. Cler. 189. N. E. 754. Ante Dn. 1263. Gedeonis XIV.

Euſeb. Apollodorus.

A P*Elops Tantali filius, quum regnaſſet annis duodeſexaginta penetrat ſe ad plures, eique ſuccedunt Atreus & Thyeſtes filij, quorum capitalibus & cruentis odijs plenæ ſunt poetarũ fabulæ. Thyeſti tandem ſuperſtes fuit Atreus, & regnauit omnino, ſiue cum fratre, ſiue*
B *ſolus annos* LXV. *Quia autem, quidam annos Atrei à Pelopis obitu, quidam ab Euryſthei demum morte, inchoant, quia tum denique cœpit totam Peloponneſum obtinere, ideò putauit Euſebius Euryſtheum numero 754. vel 755. mortuum, in quo certe plurimum fallitur.*

C

ARGONAVTICA.

VIII. XIII.

A. M. 2738. Cler. 190. N. E. 755. Ante Dn. 1262. Gedeonis XV.

D

Clem. Strom. l. I.

A*B Argonautis in Cholcidem expeditio ſuſcipitur annis* LXIV. *poſt Ilij conditum, annis vero* LXXIX. *ante Ilij excidium. Euſebius* IX. *vel* XI. *annis*
E *priùs id refert numero 744. & 746. Nos Clementis Chronologum ſecuti ſumus.*

Apollod. Euſtathi' in Odyſ. κ'.

Æolus Hellenis filius, Deucalionis nepos, liberos multos habuit. Canacen & Calycen filias, filios ſeptem, Siſyphum, Cretheum, Athamantem, Sal-
F *moneum, Magnetem, Perierem & Deionem. Iam Phryxum & Hellem Athamantis liberos in Cholcidem fugiſſe diximus N. E. 634. Euſebium autorem ſecuti, ſed certe antiquiorem quàm par erat, epochen illam fecit Euſebius. Sal-*

meneo naſcitur Tyro, cui ex ſtupro naſcuntur Pelias Acaſti & Alceſtidis pater & Neleus Neſtoris parens. Creteus Æſonem gignit. Æſon Iaſonem. Pelias propatrui ſui Crethei regnum circa vrbem Iolcon, & Pelium montem occupat, & à Cretheidis ſibi metuens oraculum ſciſcitatur, à quo potiſſimum ſibi cauendum ſit. Reſpondet Apollo cauendum ab eo, quem viderit vno tantum pede calceatum. Aliquantò poſt Iaſon aliquò properans veſtitus ac calceatus amnem traijcit. Nando calceorum alter ipſi excidit. Nihilominus, vt erat altero pede diſcalceatus, in Peliam incidit. Pelias oraculi memor Iaſonem rogat, quid facturus ſit, ſi quem ſibi ſuſpectum amoliri vellet. Ego, inquit Iaſon, Cholcidem amandarem. Tum Pelias, Tu ergo propere in Cholcidem nauiga, & aureum Phrixi vellus repete. Non recuſat Iaſon, viros vndique colligit, nauem conficit, cui Argo nomen fecit, & Typhin nauclerum dedit. Rei nouitas, &, vt tum Græciæ res erant, difficultas nobiliſſimos quoſque Græciæ iuuenes ad eam expeditionem inuitauit. Conuenerunt Zethes & Calais filij Boreæ, cuius ſupra meminimus N.E. 619. Orpheus Œagri, Caſtor & Pollux Iouis filij, i. nothi, Peleus & Telamon Æaci, Hercules Amphitruonis & Alcmenæ, Argus Phryx, &c. Apollodorus & alij Theſeum filium Ægei addunt, quod veriſimile vix eſt, vt qui ſeptuageſimo demum poſt anno obierit. Ægeus tamen iam, viginti annos regnauerat. In tranſcurſu Iaſon in Lemnon inſulam delatus, Hypſipylem Thoantis filiam inſulæ viris tum vacuæ reginam comprimit. Sed audi facinus maioris abollæ. Natus in Troadis littus

Diod. Sic. l. 4.

Diod. Sic. lib. 4.

A *vi tempeſtatis impulſa videt virginem ſcopulo alligatam. Rogat Hercules, quiſnam alligarit. Illa ſe dicit Heſionem eſſe, Laomedontis filiam. Neptunum olim Troiæ muros extruxiſſe condicto pretio. Laomedontem pretium negaſſe. Neptunum poſt aliquot ariſtas immiſiſſe Balæ-*
B *nam littus populantem, & peſtem in vrbe graſſantem. Conſultum ſuper eâ re Delphicum Apollinem reſpondiſſe, Neptuni placandam iram ſelectâ ſortitò virgine, quæ belluæ obijciatur, Laomedontem, ne ſuam quidem familiam excipere auſum: ſortem in caput ſuum in-*
C *cidiſſe. Extemplo Hercules Heſionem ſoluit, Laomedonti pollicetur ſe belluam occiſurum, Equos tantum, qui inuicti dicebantur, poſcit. His perpetratis Heſione liberatorem ſequiparata domi manere iubetur ab Hercule; ſe in reditu tum equos, tum Heſionem aſſumpturum. Tum*
D *verò Laomedon accepti beneficij oblitus, nec filiam, nec equos Herculi dare voluit. Hercules iniuriam ſtrenuè vltus eſt. Ita non defuerunt Satanæ apud Ethnicos mendacij miracula, quibus ſuperſtitionem confirmaret.*

E

XII. XVII.

A. M. 2742. Cler. 194. N. E. 759. Ante Dn. 1258. Gedeonis XIX.

T*Yrus conditur annis ducentis quadraginta ante templi Hieroſoly-*
F *mitani fundamenta à Salomone iacta teſte Ioſepho & Euſebio.*

Euſeb. Ioſeph. Ant. l. 4.

Temporibus Gedeonis, *inquit Timotheus Chronologus apud Euſebium,* florebat Orpheus Thrax, Lyricus, Odryſius. Sapientiſſimus & cele-

Euſeb. Chron. Græc.

Digitized by Google

berrimus Poeta. *Hic Orpheus eſt ſcriptorum exoticorum, qui hodie extant, antiquiſſimus, & apud Græcos pro ſapientiſſimo habitus, vt qui inſipientiſſimæ Ethnicorum ſuperſtitionis eſſet peritiſſimus. Is ſuum cum Argonautis iter verſibus eleganter & copioſè deſcripſit, tum deorum laudes, & gemmarum* B *aliquot virtutes. Quod autem ex Orphei fabulis Trinitatis fidem expiſcari conatur Timotheus, id frigidum eſt.*

XV. I. Quintus Iubileus.

A. M. 2745. Cler. 197. N. E. 762. Ante Dn. 1255. Gedeonis XXII.

Diod. Sic. lib. 5.

IOlaus ab Hercule patruo ſuo mittitur in Sardiniam & colonijs in eam deductis ad Herculem in Græciam redit. Hinc Diodori quoque tempore multa Sardiniæ prædia Iolaeia dicebantur. D

Quin vult Diodorus oraculum ab Apolline emiſſum, quod æternam ijs, qui ſocietatis huius participes eſſent, libertatem ſpondebat, putatque veritatem huius oraculi ad ſua vſque tempora illibatam perſtitiſſe, quod, cùm, modo Carthaginienſes, modo Romani Sardi- E *niam ſubigerent, Iolai poſteri in præruptas rupes ſe reciperent, & antrorum ac paupertatis anguſtijs libertatem ſuam tuerentur.*

XIII. II.

A. M. 2746. Cler. 198. N. E. 763. Ante Dn. 1254. Gedeonis XXIII.

F

Euſeb.

PErſeo defuncto ſuccedit filius Sthenelus ſecundus Mycenarum rex, re- A *gnatque annos octo. Cur ab hoc anno, non vt Euſebius numero 705. annos Stheneli inchoemus, vide N. E. 814. Sthenelo ſuccedit filius Euryſtheus, regnatque annos quadraginta tres. Hic eſt ille Euriſtheus, cuius iuſſu dicitur Hercules tot agones exantlaſſe.*

XXV. XI.

A. M. 2755. Cler. 207. N. E. 772. Ante Dn. 1245. Gedeonis XXXII.

Euſeb. Diod. Sic. lib. 4.

C BEllum Lapitarum & Centaurorum, quos Palæphatus ſcribit nobiles Theſſalorum equites fuiſſe, circa hæc tempora contigit. *Diodorus hanc narrationem, vt & reliqua, quæ ad Herculis laudem pertinent, quantumuis fabuloſa, copioſè proſequitur.*

XXVII. XIII.

A. M. 2757. Cler. 209. Num. Euſ. 774. Ante Dn. 1243. Gedeonis XXXIIII.

Euſeb. Apollod.

HOc fere tempore decedit Laomedon Ili filius, Trois nepos, Erichthonij pronepos, Dardani abnepos. Succedit Laomedonti filius Priamus. Huius tempus ſi rectè notauit Euſebius, dicendus erit Priamus annos ſexaginta regnaſſe.

Diod. Sic. lib. 4.

Aliquantò ante Laomedontis obitum Hercules dicitur illi infenſus, ob negatos aliquot equos, quos viceſimo ante hunc annum promiſerat, Troiam aggreſſus ſolis ſex nauibus & pauculis hominibus, eamque expugnaſſe, ac diripuiſſe. Ita gloriatur Tlepolemus Herculis filius apud Homerum.

Digitized by Google

Ὅς ποτε δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος
Ἐξ οἴαις σὺν νηυσὶ, καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

IVDICES ISRAELITARVM.

V. XIX.

A.M. 2763. Cler. 215. N. E. 780. Ante Dn. 1237. Abimelechi I.

Iudic. c. 8. 28. GEdeon quadrageſimo poſt victoriam de Madianitis partam anno moritur, eique ſuccedit filius Abimelech ex concubina Sichemitide natus, occiſis duodeſeptuaginta fratribus, ſolo, eoque minimo Iotamo ſuperſtite. Ita regium nomen, quod Pater vltro oblatum recuſarat, ipſe per multa parricidia occupat annos tres. Fuit interim hoc iuſtum Gedeonis Idololatriæ ſtipendium, cui, cùm Scriptura tribuat tantum liberos LXX. tamen Abimelec dicitur occidiſſe fratres LXX. rotundatum pro more numerum vſurpans. Igitur vel Gedeon habuit filios 72. vel Abimelec occidit tantum fratres 68. *c. 9. 5.* *c. 9. 22.*

VI. I.

A.M. 2764. Cler. 216. N. E. 781. Ante Dn. 1236. Abimelechi II.

Iud. 8. 33. ISraelitæ non contenti Dei cultum Idolis conſpurcaſſe, ſub Gedeone, eo defuncto etiam Bahaliticam Idololatriam adiunxerunt. A Quam ob cauſſam Deus pro liberatoribus, quos antea dederat, impij parricidæ, dominationi eos ſubijcit, & mox inteſtinis inter regem & populum diſſenſionibus excitatis in vtrumque ſeueriſſima exercet iudicia.

B

VIII. III.

A.M. 2766. Cler. 218. N. E. 783. Ante Dn. 1234. Tholæ I.

POſt Abimelechum Iſraelitas iudicat Thola annos XXIII. *Iud. 10. 2.*

C *Theſeus Ægeo patre iam ſene Athenienſes per decem oppidula diſperſos in vnam ciuitatem congregat, vnde inſtitutum feſtum, quod* Μετοίκια, Συνοίκια, Παναθήναια *dicebatur, fiebatque Hecatombaonis* XVI. *tertio quoque anno.* *Euſeb. & in eum Scalig.*

D

IX. IV.

A.M. 2767. Cler. 219. N. E. 784. Ante Dn. 1233. Tholæ II.

CArthaginem à Zoro & Carthagine ducibus Tyrijs conditam annis quinquaginta ante Troiæ excidium vult E *Appianus. Euſebius ab ijſdem quidem conditam refert, ſed numero 804. h. e. annis triginta ante Ilij ſubuerſionem. Quid autem fecerit Dido. Vide A. Cler. 578. & 413.*

F

X. V.

A.M. 2768. Cler. 220. N. E. 785. Ante Dn. 1232. Tholæ III.

ANdrogeos Minois filius Athenas venit Παναθηναίων συντελουμένων,

Digitized by Google

A *Ægeo regnante, cuius iuſſu per dolum interfectus eſt. Jta fere fit, vt ludicrorum cruenta ſint hilaria, & Tragicorum certaminum ſemina.*

XII. VII.

A.M. 2770. Cler. 222. N.E. 787. Ante Dn. 1230. Tholæ V.

B

Clem. Stro. l. II. Tzetes Cedren.

F*Abula Minotauri in hunc fere annum incidit, vt annis* XXXII. *poſt Argonauticam expeditionem, annis* LVI. *ante Troiæ excidium dicatur Theſeus ad Minoem miſſus, prout ſuperiore* C *anno decretum fuerat. Erat autem Taurus natione Cretenſis, patriâ Gnoßius, Minois* στρατηγὸς, *vel Notarius, quem cùm amaſſet Paſiphae Minois filia, ex eo concubitu natus filius Minotaurus dictus eſt. Huic Minotauro caſtigandi dabantur adoleſcentes Athenienſes Athe-* D *nis ſorte miſſi ob cædem Androgeo. Theſeum autem liberauit Ariadne Minois filia, ſororis exemplo impudico amori ſeruiens potiùs, quàm famæ* cuius apud molles minima eſt iactura cathedras. *Diodorus, ne quid Herculis gloriæ deeſſet, etiam Minotaurum ab eo debella-* E *tum memorat, mox eundem Theſeo debellandum proponit, non tam obliuione, quàm ſtudio memorandi ea omnia, quæ a veteribus quantumuis diſſentientibus narrari videbat de his, quos Heroas & Deos putabat.*

Diod. l. 4. p. 155. & 184.

XVIII. XIII.

A.M. 2776. Cler. 228. N. E. 793. Ante Dn. 1224. Tholæ XI.

Euſeb.

T*Heſeus Ægei filius decimus Athenienſium rex, regnat annos viginti. Euſebius decimo ante hunc anno Theſei principatum inchoat & triginta annos ei tribuit. Nos decade vna deceptum credimus, quia ſexennio ante Theſeus nondum princeps erat, Si modo Clementi fidem adhibemus. Vide N. E. 787. Itaque Euſebius ipſe paucis annis ante bellum* τῶν ἐπὶ Θήβαις *Theſei principatum inchoat.*

XX. XV.

A.M. 2778. Cler. 230. N. E. 795. Ante Dn. 1222. Tholæ XIII.

Euſeb. Pauſan.

Diod. Siculus l. 4. Clem. προτρεπτικῷ.

I*Aniſco defuncto ſuccedit Phæſtus* XXII. *Sicyoniorum rex Herculis filius, regnatque annos octo. Spurius erat Phæſtus. Nam cùm vna nocte quinquaginta Theſtij filias vitiauerit, innumeros liberos habuerit Hercules virginum compreſſor, potiùs, quàm monſtrorum oppreſſor, tamen vergente demum ætate duxit vxorem Deianiram Oenei ex Althæâ filiam ſororem Meleagri. Meleager apro Calydonio confoſſo præmium, quod victori promißum fuerat, dat Atalantæ ex Arcadiâ oriundæ. Meleagri fratres præmium Atalantæ eripiunt. Hinc rixa tam atrox, vt fratres ſuos occidere non dubitarit Meleager. Mater Althæa filiorum obitum tam impatienter tulit, vt Meleagro, qui vnus ſupererat, interitum imprecata ſit.*

Ethnici Deum incuſare non dubitant, Magnaque numinibus vota exaudita malignis. *Re verâ iuſtus Deus ſtultas impiorum preces irato animo nonnunquam*

nunquam exaudit. Jmprecationem matris ſecuta mors Meleagri. Mater Althæa votum ſuum exauditum dolens præ deſperatione guttur laqueo fregit. Hos tragicos euentus Dianæ, quam contempſerat Meleager, iræ tribuunt Poëtæ. Quantò iuſtiùs in Poetarum caput incidere deberent huiuſmodi calamitates, cùm paſſim omnes Deos ſuos multò indigniùs habeant, quàm Meleager vnam Dianam. Deos ſcilicet iſtos præſtat ſimul omnes offendere, quàm ſingulos. Oeneus amiſſa vxore Althæâ ducit Peribœam Hipponoi filiam, quæ ſe grauidam ex Marte mentiebatur, ex eaque ſuſcepit Tydeum patrem Diomedis, de quo rarum elogium dicitur, Tydides melior patre.

XXI. XVI.

A.M. 2779. Cler. 231. N. E. 796. Ante Dn. 1221. Tholæ XIV.

Patercu-lus.

ATreus Pelopi patri funebres ludos faciens Piſis quinquennale certamen inſtituit annis MCCL. *ante* M. *Vinicij Quartini conſulatum. Tempus conuenit annis ſolidis centum poſt ludicrum Pelopis. Vetus hæc eſt mundi inſania, vt præcipua feſtorum ſolennia in nundinas aut ludicra conuertantur, adeò nihil minus nobis cordi eſt, quàm pietas. Hecatombæonis Neomenia videtur incidiſſe in Julij decimum, Cancri octauum, vt iam tum octauus Cancri cœperit haberi pro centro Solſtitiali, non minus quàm primus.*

XXII. XVII.

A.M. 2780. Cler. 232. N. E. 797. Ante Dn. 1220. Tholæ XV.

A *PRogeniem inceſtam tragica inceſtant excidia. Laij turpitudinem & exitium retulimus A. M. 2997. Oedipus occiſo patre Lajo, ex Iocaſtâ matre ſuſceperat Eteoclem & Polynicem. Alter alterum regno circumſcribit. Hinc bellum atrox, quo fratres ambo perie-* Diodor. l. 4. p. 156. Apollod. Clem. Strom. l. 1.

B *runt. Thebas obſidebant duces ſeptem. Eam ob cauſſam Sophocles Tragœdiam ſuam inſcripſit,* οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. *Belli tempus vetus chronologus apud Clementem notat decennio poſt Theſei in Minotaurum expeditionem, triginta ſeptem ante Troiæ excidium.*

C

XXV. I.

A. M. 2783. Cler. 235. N. E. 800. Ante Dn. 1217. Tholæ XVIII.

VEtus Chronologus apud Clemen- Clem.
D *tem confert Herculis Agonem* Strom. lib. 1.
triennio poſt bellum Thebanum. Sed fuit Dicearchus apud
hic vltimus Agon Herculis, quo defunctus, cùm annos duos & quinquaginta vixiſſet, in Phreneſim incidit, quâ lymphatus ardentem pyram inſiluit. Clem. Protreptico.
Exemplum hoc æmulati Herculе ipſo
E *furioſiores Empedocles, Calanus, Peregrinus, & Indi paſſim. Hercule defuncto filij eius Euryſthei metu confugiunt ad Ceycem regulum Trachinis, quæ forſan hanc ob cauſſam Heraclea dicta eſt.*

Euryſtheus legatis ad Ceycem miſſis iubet, vt Heraclidas omnes procul à ſuo
F *regno abigat. Hinc expulſos iuuenes nulla alia ciuitas Euryſthei metu excipere audebat. Jta diu extorres incertis ſedibus vagati ſunt. Tandem ab Athenienſibus Theſei conſilio excipiuntur. Athenienſium in Heraclidas hoſpitalitas ma-*

P

gna laude digna fuiſſet, niſi eam ipſi corrupiſſent Idololatricâ in Herculem adulatione, de qua A. M. 2803.

XXVIII. IV.

A. M. 2786. Cler. 238. N. E. 803. Ante Dn. 1214. Tholæ XXI.

Pauſan.

P*Hæſtus oraculi monitu Sicyone relicta, in Cretam nauigat eique ſuccedit Zeuxippus Syllidis naturalis filius, eoque Apollini nuncupatus. Zeuxippo verò defuncto, regnum auitum recuperat Hippolytus Ropali filius, Phæſti nepos. Agamemnon, qui circa N. E. 820. regnare cœpit, Hippolyto bellum infert. Hippolytus viribus inferiorem ſe ſentiens, dat manus & iugum ſubit. Hippolyti filius Phalces à Tamphalce Temeni filio captus, in gratiam quidem Herculis, cuius Phalces abnepos, Thamphalces adnepos erat, viuus ſeruatus eſt, ſed ita, vt Sicyonij Argiuis parerent, ac tum plane defecit Sicyoniorum regnum. Hæc Pauſanias. Sed Euſebius, qui in Sicyoniorum regum ſerie ad Phæſtum vſq; cum Pauſania fere ſemper paria fecerat, aut ab eo non multum diſſenſerat, deinceps plane aliam ſeriem nectit, vult Phæſto ſucceßiſſe Adraſtum* XXIII. *Sicyoniorum regem, & regnaſſe annos quatuor. Sed hunc Adraſtum Pauſanias ante Inaſcum regnaſſe vult poſt Polybum, & cum aliquandiu regnum Sicyonis tenuiſſet Argos migraſſe atque inibi regnaſſe, vt ſupra diximus N. E. 753.*

III. VII.

A. M. 2789. Cler. 241. N. E. 806. Ante Dn. 1211. Iairis I.

Iud. 10. 3.

THolæ defuncto ſuccedit Iair, Galahadita, iudicatque populum annos 22. Tremellius & Iunius volunt hunc Iairem eum eſſe, qui dicitur Bedan διακριτικῶς, vt diſtinguatur à Iaire, de quo Num. 32. Paraphraſtes chaldæus & R. Dauid Kimchi volunt 1. Sam. XII. 11. ὑστέρωσιν eſſe, vt *Bedan* ſit idem quod *Ben dan* 1. filius Danis. In eâdem ſententiâ eſt Hieronymus in Geneſim.

1. Sam. 12. 11.

IV. VIII.

A. M. 2790. Cler. 242. N. E. 807. Ante Dn. 1210. Iairis II.

Diod. Siculus l. 4. p. 187.

E*Pigoni h. e. poſteri eorum, qui bello Thebano perierant, decennio poſt, paternas iniurias vltum eunt. Adraſto vel potius Phæſto ſuccedit Polyphides* XXIII. *vel* XXIV. *Sicyoniorum rex, regnatque annos* XXXI. *Ad hunc nutrix Agamemnonem & Menelaum adhuc iuuenes deduxiſſe fertur teſte Tzetze. Hui! quantò ſæpius hæreditaria ſunt vitia, odia, bella, quàm virtutes, amicitiæ, pax.*

VI. X.

A. M. 2792. Cler. 244. Num. Euſ. 809. Ante Dn. 1208. Iairis IV.

E*Xpeditio Amazonum, nouem annis poſt Ludicrum Herculis, annis* XXV. *ante Ilii excidium. Sic vetus Chronologus apud Clementem. Nec multum abludit Euſebius, qui inter Amazonum bellum & Troiæ exeidium ſtatuit annos* XXIV. *Cæterum expeditio hæc ab Amazonibus, ſuſcepta eſt, non aduerſus The-*

banos, vt multa exemplaria legunt, apud Euſebium & Pindarum, ſed aduerſus Athenienſes, vt habent emendatiores Pindari codices, & Diodorus. Is docet Amazonas Græcis quidem omnibus infenſas fuiſſe, ob Herculis in illas expeditionem, ſed maximè Athenienſibus, quod illorum rex Theſeus abduxiſſet Hippolytam. Theſeus Hyppolytum ex eâ ſuſceptum in aciem ducit, & Amazonas prælio ſuperat. Quid cauſſæ eſt, cur viragines iſtas admirabūda prædicet antiquitas? Sexum exuebant, non vt virtutes, ſed vt vitia virorum induerent. Atque adeò, quæ Amazonum fortitudo memoratur, brutus potiùs furor fuit, quàm virilis fortitudo.

Cum pleræque maritos in bello amiſiſſent, ne feliciores aliæ alijs viderentur, viros, qui domi remanſerant, interficiunt. Vltionem cæſorum coniugum, excidio finitimorum conſequuntur. Tum pace armis quæſitâ, ne genus interiret, concubitum finitimorum ineunt: Si qui mares naſcerentur, interficiebant. Virgines in eundem ipſis morem non otio neque lanificio, ſed armis, equis, venationibus exercebant, inuſtis infantum dexterioribus mammis, ne ſagittarum iactus impediretur, vnde Amazones dictæ ſunt. *Sedes earum iuxta Thermodontem amnem, in Themiſcereis campis, Origo à Scythis. Tempus incertum. Niſi quod antiquiores hoc ſeculo fuiſſe conſtat, cùm inter Herculis labores numeretur, quod Antiopam Amazonum reginam debellauit. Quòd ſi etiam Alexander, vt ferunt, Amazonum reginam compreſſit, mille circiter annos Amazonas regnaſſe dicendum erat. Sed de Alexandro, quod narratur, ſuſpectum. Alioqui, qui fit vt ſeptingentis ante Alexandrum annis de ijs hiſtoria plane conticeſcant?*

Iuſt. lib. 2. Diodor. Sicul. lib. 3.

X. XIV.

A. M. 2796. Cler. 248. N. E. 813. Ante Dn. 1204. Iairis IIX.

E*vriſtheus ſciens Heraclidas ab Athenienſibus, humaniter exceptos, bellum aduerſus eos ſuſcipit, Athenienſes exercitum conſcribunt, Duces inſtituunt, Theſeum Ægei filium, regem ſuum, Hyllum filiorum Herculis ex Deianirâ vetuſtiſſimum, & Iolaum Hylli patruelem Iphiclis filium. Euryſtheus prælio vincitur ac occiditur, cum regnaſſet annos* XLIII. *Atreus audita Euryſthei clade Mycenarum regnum occupat. Hyllus victoriam perſequens ab Atreo repellitur. Prælium ſingulare ea lege committitur inter Hyllum & Echemum Tegeatarum regulum Euryſthei ſocium, vt ſi vinceretur Echemus, Hyllo Mycenarum regnum reſtitueretur. Sin vinceretur Hyllus, Heraclidæ annos quinquaginta procul à peninſula exularent. Hyllus victus eſt. Atreus victor totius peninſulæ potens ei patrie nomen impoſuit. Theſeus interim Meneſthei fraude regno ſpoliatur. Rem paulo aliter narrat Apollodorus. Ad tempus quod attinet, Euſebius Theſei obitū confert in numerum 813. & è regione numeri 816. notat* Atreus Argis regnat. *Idem primum Agamemnonis annum confert cum numero 821. Hæc non ſatis conueniunt. Pauculis mutatis reſtitui*

Euſebius. Diod. Sic. lib. 4.

Digitized by Google

poteſt συναλήθεια, ſi primum Agamemnonis annum conferas cum numero 816. annis XVII. *ante Ilij excidium, vt notat Clemens. Argis vero regnare cœpit Atreus N. E. 813. eodemque anno pulſus eſt Theſeus.*

XIII. XVII.

A. M. 2799. Cler. 251. N. E. 816. Ante Dn. 1201. Iairis XI.

Diod. Sic. lib. 4.

HYllus Herculis filius, ab Echemo victus, Delphicum Apollinem conſuluerat, vtrum aleam prælij rurſus tentare debeat. Reſponſum ter nouos fructus prius percipiendos. Hyllus expectato triennio Peloponneſum iterum aggreditur, infelici ſucceſſu.

Clemens Strom. l. 1.

Atreo Pelopis filio defuncto ſuccedunt Agamemnon & Menelaus Pliſtenis filij, Atrei nepotes annis ſeptemdecim ante Troiæ ſubuerſionem, vt vult vetus Chronologus apud Clementem. Agamemnon Argos & Mycenas, Menelaus Lacedæmonem obtinuit.

XVII. II.

A. M. 2803. Cler. 255. N. E. 820. Ante Dn. 1197. Iairis XV.

Clemens Stromat. lib. 1.

QVi multa coaceruant, plerunque multa confundunt. Hoc Clementi contigit. A Moſis, *inquit*, & Inachi principatu ad Deucalionis diluuium, ſecundam, inquam, inundationem, & Phaethontis incendium, quæ ſub Crotopo contigerunt, numerantur generationes quadraginta. Centum autem annis tribuuntur
A tres generationes. *Hoc à vero alieniſſimum eſt. Sed vero proximum fiet, ſi dicas à Noæ diluuio ad Deucalioneum fluxiſſe generationes quadraginta, ita vt annis centum tribuas quinque generationes.*

Pergit Clemens. A Deucalionis di-
B luuio ad Idæ incendium, ferri inuentionem & Idęos dactylos ſunt anni ſeptuaginta tres, vt inquit Thraſyllus, Ab Idę incẽdio ad Ganymedis raptum anni ſexaginta quinque. Hinc ad Perſei militiam quando Glaucus Melicertę Iſthmia poſuit, anni quin-
C decim. Hinc ad Ilij conditum anni triginta quatuor. Hinc ad Argonautica anni ſexaginta quatuor. Hinc ad Theſeum & Minotaurum anni triginta duo. Hinc ἐπὶ τὸν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις anni decem. Hinc ad olympicum agonem Herculis, quem Pelo-
D pi poſuit, anni tres. Hinc ad Amazonum in Athenienſes expeditionem, & Helenam à Theſeo raptam anni nouem, Hinc ad Herculis apotheoſim anni vndecimi. Hinc ad Helenam ab Alexandro raptam anni quatuor.
E *In hac ſerie, quæ tota Thraſylli eſſe videtur, nihil video, quod meritò reprehendi poſſit. Itaque Scaliger paſſim hæc analecta laudat, tanquam optimæ notæ. Sed non eſt, quod credas Herculem quarto demum ante Helenam ab Alexandro raptam anno mortuum. Obijt eo*
F *ipſo, quo Agonem Pelopi poſuit, anno. Menoetius Actoris filius Opuntios docuit Herculi tanquam Heroi ſacrificare tauro, capro, ariete. Opuntios ſecuti ſunt Thebani. Leuiculum hoc Athenienſibus viſum. Sacrificarunt Herculi, tan-* Diod. Sic. lib. 4.

Digitized by Google

quam Deo, Herculem ritu ſolenni Deum fecerunt, hoc, vt videtur, anno. Bene habet. Videndum, non vt cœlum homini, ſed vt homo cœlo ſit propitius. Sed quia aliquandiu intermiſſus fuerat præclarus ille mos faciendi Deos, ideò veteres illi, quibus, vt vino, pretium addebat ætas, ὡς πεπίμηκε μῦθος καὶ χρόνος, vt eleganter ait Clemens προτρεπτικῷ, maiorum gentium dij ſunt habiti. Reliqua deorum mendicabula minoribus gentibus aßignata ſunt.

TROIÆ EXCIDIVM.

XXI. VI.

A. M. 2807. Cler. 259. Num. Euſ. 824. Ante Dn. 1192. Iairis XIX

T*Imæus apud Cenſorinum numerat annos quadringentos ſeptemdecim ab Ilij excidio ad primam Olympiadem. Velleius Paterculus ait* Romam conditam Sexta Olympiade, poſt duo & viginti annos, quàm prima cunſtituta fuerat. *Addit.* Id actum poſt Troiam captam annis CCCCXXXVII. *Hæc ita intelligenda ſunt, Troiam obſideri cœptam annis 417. ante primam, annis 437. ante ſextam Olympiadem. Vetus chronologus apud Clementem numerat ab Herculis Apotheoſi ad Helenam ab Alexandro raptam annos quatuor. Igitur Alexander, qui & Paris, Priami & Hecubæ filius à Menelao Lacedæmonis rege hoſpitio exceptus mercedis loco vxorem eius Helenam non inuitam abducit. Menelaus & frater eius Agamemnon Helenam repetunt.* Quid Paris? vt ſaluus regnet viuatque beatus cogi poſſe negat. *Hinc bellum, quo Troia decimo poſt anno ſubuerſa eſt.*

XXV. X.

A. M. 2811. Cler. 263. Num. Euſ. 828. Ante Dn. 1189. Iephtæ I.

QVum Iſraelitæ proculcato veri Dei cultu circumiacentium populorum Deos omnes colerent, Deus Hammonitas & Philiſtinos immittit, qui populum proterāt. Illi ergo *confregerunt & conquaſſarunt Iſraelitas hoc ipſo anno decimo octauo* Iubilei ſcilicet. Sed eodem anno miſericors Deus liberatorem ſuſcitat eum, qui, cùm propter generis adulterini vitium & domo paternâ & Dei templo arceretur ex legis præſcripto, tamen & verâ fide & bellicâ virtute præcellens erat, nomine Iphtac ſiue Iephte. Huius egregia facinora maculauit voti temeritas, quod concepit ad bellum proficiſcens. *Quidquid*, inquit, *mihi redeunti obuiam fiet, erit Iehouæ, & offeram illud in holocauſtum.* Quanquam hæc verba benignâ interpretatione emollit R. Ioſeph pater R. Dauidis Kimchi, dicens ו & hîc ſumi pro *aut*, vt *qui percuſſerit patrem & matrem* & ſimilia, q. d. ſi res apta ſit ſacrificio, offeram, ſin minus, quomodocunque Deo conſecrabo. Vt vt ſit, lubens ijs aſſentior, qui dicunt filiam à Iephte non immolatam, ſed Deo conſecratam, & perpetuâ virginitate, vitæque auſteritate hominum conſortio exemptam, vt velut vni Deo manci-

Iudic. c. 10. 6.
c. 10. 8.
Deut. 23. 2.
Hebr. 11. 32.
Iudic. 11. 31.

pata videretur, excepto quatriduo, quo licebat illi quotannis cum Iſraelitidis conſolationis ergo ſermones ſerere.

Hanc de Iiphtigeniâ (Græci Iphigeniam dixerunt.) i. Iephte filiâ narrationem Poetæ fabulis inuoluerunt, & ſuo Agamemnóni, qui per hæc tempora viuebat ac bellum Troianis inferebat, tribuerunt.

Iudic. c. 11.34. c. 12. 1. Iephthe Hammonitas proſpero prælio profligat, debellat. Ephraimitas victoriç ſuç inuidétes & obloquétes acriter caſtigat occiſis XLII M. quorum plerique ex ſermone agniti שבולת ſunt, quod, cùm *Schibboleth*. i. vadi tranſeundi copiam ſibi fieri poſtularent, & Galahaditas ſe dicerent, pro *Schibboleth* dicebant *Sibboleth*, quo vitio etiam aliæ nationes laborarunt, maximè Græci, vndè fit vt pro *Schaul*, *Schilo*, &c. LXX. ſcripſerunt *Saul*, *Silo*, & ſic de omnibus alijs.

c. 11. 28. Anni trecenti, de quibus Iudicum XI. 28. ὁλοσχερῶς intelligendi ſunt. Preciſè ducenteſimus ſeptuageſimus annus agebatur, ex quo Iſraelitæ poſſidebant, regiones trans Iardenem ſitas, de quibus litem mouebant Ammonitę.

c. 11 7. Iephte iudicat Iſraelitas annos ſex.

Quàm barbara eſſet tum Gracia, vel hinc colligas, quod ne Νόμου *quidem. i. legis nomen vſquam occurrit apud Homerum. Qui Titanomachiam ſcripſit, vult Achillis Pelidæ præceptorem Chironem primùm authorem fuiſſe iuuentutis bonis moribus imbuendæ.* *Clemens Stromat. lib. 1.*

Primùm videlicet in Graciâ—

—πρῶτος τε γὰρ οὗτος, *inquit*, Εἴς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, ὅρκον δεί- A ξας, καὶ θυσίας ἱλαρὰς, καὶ σχήματ' Ὀλύμπου. *Quid ergo, inquies, Orpheus Chirone antiquior non fuit? Sed quæ modo memorabamus Orphei ſcripta re verâ Orphei non ſunt, ſed Onomacriti qui circa Olympiadem* LV. *florebat.*

II. XV.

B A. M. 2816. Cler. 268. N. E. 833. Ante Dn. 1184. Iephtæ VI.

Troia, cùm vi capi non poſſet, ſuperſtitionis machinâ expugnatur quadringenteſimo octauo ante primam C *Iphiti Olympiadem anno, inquit Solinus c. 2. ex veterum ſententiâ. Plerique numerant tantum annos 407. Nos putamus veterum mentem fuiſſe, vt ſignificarent annos ſolidos 408. Quamobrem licet Calliſthenes, Euſebius, Scaliger in ſequentem annum differant hunc ca-* D *ſum, nos putamus hoc potiùs anno contigiſſe.*

Quippe Ephorus apud Dionyſium ait Ilium captum diebus ſeptemdecim ante Solſtitium ęſtiuum, Thargelionis XXIII. cùm ſupereſsēt poſt Solſtitium dies viginti. *Scaliger Dionyſium* E *nugari contendit canonum lib. 3. Sanè malim dixiſſet Dionyſius factum* id viginti diebus ante Solſtitium, cùm ſupereſſent dies ſeptemdecim poſt Solſtitium vſque ad finem anni. *Facile fuit alterum pro altero ſcribere per numerorum inuerſionem. Facile quoque* F *fuit veteribus in Solſtitij notatione triduo decipi. Sic cùm aliquis ſcripſiſſet factum id* ſeptiduo ante Nouilunium, *Seruius, ſiue vitioſum codicem nactus legerit* poſt *ſiue nouè loquēs dixit Ilium captum ſeptimâ Lunâ. Sed tam incom-* *Dionyſ. Halic. l. 1.*

A *moda fuiſſet Græcis Luna* VII. διχόμηνος πρότη, *quàm commoda illis fuit Luna* XXIV. διχόμηνος ὑστέρα.

Clemens Strom. l. 1. *Quidam captam Troiam dixerunt Targelionis* XII. *vt Dionyſius Argiuus, & Hellanicus apud Clementem. Eâ die crediderim Mineruæ conſecratum equum ligneum.* B *Alij dixerunt Troiam captam Scirrophorionis* XXIII. *nempe, quia volebant Neomeniam Hecatombæonis eſſe proximum æſtiuo Solſtitio nouilunium, quod verum eſt, ſi Solſtitium voces cum veterum pleriſque octauum Cancri diem. Sed Ilium captum* C *eſt* XVII. *vel* XX. *diebus ante primum, non octauum Cancri, nocte quæ media fuit inter Lunam* XXIII. *&* XXIV. *inter Iunij* XIII. *&* XIV. *Quamobrem Ephorus, Calliſthenes, Damaſta, Phylarchus apud Plutarchum notant* ἑβδόμην φθίνοντος, *Ægias, Dercylus, & qui res Atticas ſcripſerunt,* ὀγδόην φθίνοντος Θαργηλιῶνος *apud Clementem.* (Plut. in Camillo.) D

Dum domuitionem parant.

Pacuuius. Periere Danai, plera pars peſſundata eſt, *puta Meneſtheus Athenienſium rex iuxta Melon inſulam, cui ſuccedit filius Demophoon, Menelaus in Phœniciam Hiramo regnante delatus eſt, vt* E *docent Menander & Lætus apud Clementem, qui perperam putant hunc eſſe Hiramum Salomonis amicum. A Phœniciâ in Ægyptum delatus eſt regnante Proteo. Dum Troiani bacchantes vigilabant ad mediam noctem vſque, Græcis à Tenedo ad vrbem accedentibus fa-* F *uebat cæcitas noctis, quam notat Virgilius,*

Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat

A Tenedo, tacitæ per amica ſilentia Lunæ.

Vbi paulo poſt mediam noctem inuadenda fuit vrbs ſomno vinoque ſepulta, Græcis fauebat exorientis Lunæ ſpendor, quam notat parua Ilias Νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.

III. XVI.

A. M. 2817. Cler. 269. N. E. 834. Ante Dn. 1183. Abeſanis I.

IEphtæ defuncto ſuccedit Abeſan Bethleemita, qui iudicaſſe quidem dicitur Iſraelem annos ſeptem, Aialon decem, Abdon octo, in libertatem vindicaſſe non dicuntur. Quamobrem anni quadraginta, quibus Philiſtini dominati ſunt in Iſraelitas, poſſunt à quarto Abeſanis anno inchoari, & in Samſonis obitu finiri. (Iudic. 12. 7. 13. 1.)

IX. III.

A. M. 2823. Cler. 275. N. E. 840. Ante Dn. 1177. Abetſanis VII.

LYdi maris imperium obtinent, *annos nonaginta duos. Maris ſcilicet mediterranei, quod imperium antea obtinebant Cretenſes Minoe regnante, cum interim Tyrrheni piraticam exercerent, myoparonibus ſuis, maritimas oras infeſtantes. Cumque nauium eius piraticarum vna inter cæteras nomine Scylla celeberrima eſſet, Vlyſſes tamen celeritate ſua nauis & venti oportunitate, Scyllæ inſidias effugit, vnde locus fabulis innumeris apud Homerum & reli-* (Euſeb.) (Homerus Odyſſ. μ.)

quos poetas. Jam autem Vlyſſes ab ex-
pugnatione Troiæ ſuam Jthacam repe-
tens vi tempeſtatis 1. in Corcyram inſu-
lam Phæacum, 2. in Siciliam Cyclopibus
fabuloſis infamem, 3. in Æoliam inſulam
delatus fuerat, atque iterare curſus cogi-
Horat. l. 1. epiſt. 2. *tans relictos,* Dum ſibi, dum ſocijs re-
ditum parat, aſpera multa Pertulit.
Diod. Sic. lib. 5. *Jn Æoliâ tum regnabat Æolus Hip-*
potæ filius, Lipari gener. Liparus Auſo-
Homerus Odyſ. κ'. & in eum Euſtath. *nis (à quo Italia Auſonia dicta) filius*
à fratribus vexatus coactus fuerat in in-
ſulam ſecedere, quæ de nomine eius Lipa-
ra dicta eſt. Æolus ex Cyanâ Lipari filiâ
filios ſex habuit Aſtyochum, Xuthum,
Androclem, Pheræmonem, Iocaſtam,
Agathyrmem. Iocaſta maritimas Ita-
liæ oras obtinuit à Surrento Regium vſ-
que. Phæremon & Androcles in Sici-
liâ ſedes quæſiuerunt à Porthmo ad Li-
lybæum. Xuthus circa Leontinũ agrum.
Quippe, cum inter ſe diſceptarent Sicani
Occidentalem & Siculi Orientalem in-
ſulæ partem incolentes, Æoli filios con-
trouerſiarum ſuarum arbitros & Prin-
cipes admiſerunt. Agathyrmis Aga-
thyrmim vrbem condidit. Aſtyochus
in Liparâ ſubſtitit. Xuthi filius Dorus
in Græciam traiecit, & in ea Dorien-
ſium illuſtre nomen fecit.

X. IV.

A. M. 2824. Cler. 276. N. E. 841. Ante Dn. 1176.

Aialonis I.

Iud. 12. 11. Euſeb. A*Beſani defuncto ſuccedit Aialon*
Zabulonita, iudicatque populum
decem annos. Æneas Lauinium con-
dit vltimo regni ſui tempore, anno-

A que ſequente moritur, octo circiter
annis poſt excidium Troiæ. Succe-
dit ei filius Aſcanius, qui regnauit an-
nos XXXVIII.
Ægyſtus Clytemneſtræ adulter, vbi *Velleius Paterc.*
Agamemnonem è bello Troiano præter
ſpem reducem vidit, eum occidit, eiuſ-
B *que regno potitus eſt annos ſeptem h. e.*
vſque ab hunc annum, Ægyſtum vero
& Clytemneſtram ipſam occidit filius
Oreſtes paternæ necis vltor, regnoque po-
titur annos circiter ſeptuaginta. Apud
Euſebium legitur tantum XV. *ſcriben-*
dum videtur LXV. *vel* LXX. *Jn Oreſte*
C *exemplum habemus illuſtre, ex quo diſ-*
camus, quæ ſit Satanæ fraus & conſcien-
tiæ vis. Apollo Delphicus Oreſtem ad
parricidium impellit, & mox cruciat.
Κείνῳ πιθόμενος τὴν τεκοῦσαν ἔκτανον Ἐκεῖ-
νον ἡγεῖσθ' ἀνόσιον καὶ κτείνατε Ἐκεῖνος ἥμαρτ',
οὐκ ἐγώ, *inquit Oreſtes apud Euripidem.*
D *Rurſus Oreſtes regnat. Non deerant*
adulatores, non prætextus, vt parrici-
dium pietati deputari poſſet, & tamen
furit, Occultum quatiente animo
tortore flagellum. *Erat Clytemneſtra*
digna, quæ lege talionis plecteretur, ſed
non erat filius dignus, qui de matre ſup-
E *plicium ſumeret. Hinc nata occaſio fin-*
gendi Furias, quæ de atrocioribus ſcele-
ribus pœnas exigerent. Cuius fabulæ vim
malo Ciceronis verbis explicare, quàm
meis. Sic ſe res habet, *inquit*, magnam
vim, magnam poſſidet religionem *Cicero pro Roſcio Amerino.*
paternus, maternuſque ſanguis, ex
F quo ſi qua macula concepta eſt, non
modo elui non poteſt, verum vſque
eo permanat ad animum, vt ſum-
mus furor atque amentia conſequa-
tur. Nolite enim putare, quemad-
modum in fabulis ſæpenumero vi-
ctoris,

detis, eos qui aliquid impiè ſceleratèque commiſerint agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, & ſuus terror maximè vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impijs aſſiduæ, domeſticæque Furiæ, quæ dies noctéſque parentum pœnas à conſceleratiſſimis filijs repetunt.

XIX. XIII.

A. M. 2833. Cler. 285. N. E. 850. Ante Dn. 1167. Habdonis I.

Iudic. 12. 13. Ialoni defuncto ſuccedit Habdon Pharhatonita, iudicatque annos octo. Series Iudicum maximè poſt Iephte corruptiſſimè habetur apud Clementem Alexandrinum Stromat. l. 1.

XXVII. II.

A. M. 2841. Cler. 293. N. E. 858. Ante Dn. 1159. Samſonis I.

Iudic. 16. 31. HAbdoni defuncto ſuccedit Samſon, iudicatque populum annos viginti. h. e. vigeſimo ſui principatus anno moritur.

Euſeb. Pelaſgo defuncto ſuccedit Zeuxippus XXVI. Sicyoniorum rex, regnatque annos XXXII. *Zeuxippum Pauſanias Agamemnone antiquiorem fecit. Euſebius vero* XXXIV. *annis poſteriorem. Zeuxippus Euſebio eſt vltimus Sicyoniorum rex, Pauſaniæ antepenultimus.*

A I. IV. Iubileus VII.

A. M. 2843. Cler. 295. N. E. 860. Ante Dn. 1157. Samſonis III.

B *HEctoris filij Neſtoris filijs expulſis Ilium recuperant & vtcumque inſtaurant.* *Euſeb.*

V. VIII.

A. M. 2847. Cler. 299. N. E. 864. Ante Dn. 1153. Samſonis VII.

C *HEraclidæ annos quinquaginta, poſt infælix Hylli cum Atreo prælium ex pacto à Pelopponeſo inuadenda abſtinuerant, exacto verò hoc tempore, rurſus Pelopponneſum teneant Cleodæo duce, Hylli filio, Herculis nepote, annis*
D *triginta poſt Ilij excidium & quidem ijſdem conditionibus, & eodem exitu, quo antehac. Hæc cauſſa eſt, cur circa hunc annum quidam Heraclidarum κάθοδον ponant. Cleodæus ante pugnam Pythiam conſuluerat, idemque reſponſum acceperat quod Hyllus ante annos quin-* *Euſeb. Apollod.*
E *quaginta (vt retulimus N. E. 816.) cum infæliciter pugnaſſet Cleodæus, de Pythiâ conquerens, reſponſum accipit. Non ego te, ſed tu teipſum decepiſti. Ego per tres καρποφορίας, tres τεκνογονίας, intellexi, tres, inquam, generationes, non tres æſtates expectandas.*

F *Eodem circiter anno Aſcanius Æneæ filius Albam in Italiâ condit annis triginta poſt Troiæ excidium, quadringentis ante Romæ conditum.* *Dionyſ. Halic. l. 1. Strab. l. 5.*

Moſes, inquit Clemens, ex Ægypto egreſſus eſt annis trecentis quadra- *Clem. Strom. l. 1.*

ginta quinque ante periodum Sothiâcam. *Hoc quid ſit, quærendum. Olim Meſori menſis annum Ægyptiacum aperiebat. Huius neomenia hoc anno* CCCXLV. *ab Exodo contigit Maj nono, nouilunio, Thoth Iunij nono, nouilunio, ſub ortum Sirij, quem Sothim vocant Ægyptij. Hic concurſus Ægyptios inuitare potuit, vt ex Patulcio Cluſium facerent menſem Meſori, principatumq; darent menſi Thoth. Ita prima poſt illam mutationem periodus Sothiaca contigit anno* CCCXLV. *poſt Exodum.*

X. XIII.

A. M. 2852. Cler. 304. N. E. 869. Ante Dn. 1148. Samſonis XI.

Euſeb. D*Emophoonte Theſei filio, quum recuperatum patris regnum tenuiſſet annos* LXIII. *vel* LXV. *defuncto, ſuccedit Oxyntes* XIII. *Athenienſium rex, regnatque annos* XII.

XI. XIV.

A. M. 2853. Cler. 305. N. E. 870. Ante Dn. 1147. Samſonis XII.

Euſeb. AMazones templum Epheſi incendunt, *inquit Euſebius, cuius ſententiam confirmat Clemens Protreptico. Sed conſecraſſe, forſan & igni expurgaſſe videntur potius, quàm incendiſſe, & cùm alijs donarijs tum trunco*
F *vlmeo, vt vult Dionyſius ὁ περιηγητὴς, vel fagineo, vt cenſet Callimachus, ornaſſe. Quàm ob cauſſam ijdem, tum Pindarus, Solinus ac Mela conditum ab Amazonibus Dianæ Epheſiæ templum*
A *crediderunt: quod tamen Amazonibus vetuſtius eſſe contendit Pauſanias Meſſeniacis & Achaicis. Vide Scaligerum. Quid? tam celebri deæ truncus informis? Fuit hic ſeculi ſtupor. Sic & in Icaro Artemidis ſimulachrum erat* Clemens Alexand. προτρεπτικῷ.
ξύλον ἀνειργασμένον, lignum rude, & Ci-
B *thæroniæ Iunonis Theſpiæ πρέμνον ἐκκεκομμένον truncus ſucciſus. Et Iunonis Samiæ σανὶς, tabula, & Romæ Martis ξόανον erat lancea teſte Varrone.*

XVII. I.

C A. M. 2859. Cler. 311. N. E. 876. Ante Dn. 1141. Samſonis XIX.

P*Rimus Lycæorum Agon & ſacerrimum ſacrum, quo humano ſanguine Ioui vel Pani litabatur, inſtituitur vel inſtauratur in Arcadiâ. Nam* Euſeb.
D *in Phœniciâ pridem Chananæi, in Ægypto Buſiris barbarum illum ritum vſurpabant. Carthaginienſes quoque à Tyrijs edocti diutiſſimè ſe ſacris iſtis horrendis impiarunt. An autem id Phœnix à Buſiride, an à Chananæis didicerit, & Tyrijs tradiderit, an pridem introductum*
E *retinuerit, in compertum.*

XVIII. II.

A. M. 2860. Cler. 312. Num. Euſ. 877. Ante Dn. 1140. Heli I.

F SAmſoni defuncto ſuccedit Heli ſummus Sacerdos, Iudicisque munere fungitur quadraginta annos, h. e. quadrageſimo ſui principatus anno obit, vitæ ſuæ XCVIII. Africanus numerabat ab Adamo ad עלי 1. Sam. c. 4. v. 5. & 18.

Heli annos 4292. Euſebius 4044. A Georgius Syncellus Taraſij Patriarchæ 4352. Hic quantò longiùs à vero diſcedit, eò propiùs accedit ad id quod Conſtantinopolitanæ vel Alexandrinę mundi ęræ conuenit. Nam Heli Sacerdotio fungi cœpit, anno huius Græcorum æræ 4369. Geor- B gius XVII. annos minus dixit.

Samſonis amor docet, quanta ſit amantium amentia, quàm perfricta meretricũ frons, quàm infida mens. Samſon tamen, quantumuis impudico amore Dalilæ excæcatus multis nominibus erat Christi typus, C quod Nazaræus, quod ſupra humanæ naturæ modum robuſtus eſſet, maximè vero quod ſuâ morte quam vitâ plures hoſtes debellarit.

Itaque anni quadraginta Philiſtinorum in Iſraelitas imperij, de quibus Iudic. XIII. 1. videtur in Samſo- D nis obitu terminari, vt dicamus eos imperaſſe in Iudæâ cœpiſſe circa A. M. 2820. Abeſanis quartum.

Sixtus Bibliotheca lib. 1. Sixtus Senenſis hiſtoriam Iudicum ait complecti annos trecentos & ſeptemdecim à morte Ioſuę (Moſem dicere debuit) ad mortem Sam- E ſonis. Error eſt calami. Mens enim Sixti fuit, vt Ioſuæ tribueret annos 17. Iudicibus trecentos.

Ioſephus l. 5. c. vlt. 1. Reg. 2. 27. 1. Chron. 6. 2. Hactenus Sacerdotium in Eleazari familiâ manſerat annos 318. Cum Eleazaro ſucceſſiſſent ordine Phinees, Abiſua, Bukki, Ozzi. Hîc F ſeriem ſubſtitiſſe vult Ioſephus hiſtoricus. Forſan vſq; ad Zerachiam & Meraiothum peruenit. Vt vt ſit, ab Eleazari familiâ tranſlatum Sacerdotium vult Ioſephus ad Eli ex Ithamaris familiâ otiundum, atque in eâ manſiſſe vſq; ad Abiatharem, quem Sacerdotio ſubmouit Salomon, eique ſubſtituit Tſadokum ab Eleazaro oriundum. Clemens ait *Clem. Strom. 1.* ſub Deborâ principatum Sacerdotij fuiſſe penes Oziam filium Ieſu. Legendum filium Bukki, nepotem Abieſu.

XX. IV.

A. M. 2862. Cler. 314. Num. Euſ. 879. Ante Dn. 1138. Heli III.

Euſeb. A*ſcanio Æneæ & Creuſæ filio, cum annos* XXXVIII. *in Latio regnaſſet, &, aut nullos, aut adhuc ætate iuniores filios haberet, ſuccedit tertius Latinorum rex Syluius Poſthumus Æneæ ex Lauiniâ filius ideò dictus, quia poſt mortem patris in Syluis natus eſt, aut rure educatus, ab eoque reliqui reges Albanorum Sylu[ij] dicti ſunt. Regnat autem hic annos* XXX.

Polygamiam, licet à multis etiam præſtantibus & ſanctis viris vſurpatam, à Deo nunquam probatam vel hinc patet, quod nunquam impunita deſcribitur. Elkana, Ierohami F. ex Arimathæâ regionis Sophim *1. Sam. 1. 1. 9. 5. 1. Chron. 6. 33.* in montanis Ephraim ſitæ duodeuicesimus à Kahato Leui filio quotannis Siluntem ibat cum totâ familiâ ſacrificaturus Domino coram Arcâ, Tabernaculorum, vt videtur, feſto. Iam tum Sacerdotalis ætatis & muneris erant Ophni & Phineez Eli iam ſexagenarij filij ſenis indulgentiâ & Sacerdotij cum principatu coniuncti potentiâ ad quæuis-

A flagitia impune perpetranda abutentes.

Solebat Elkana in conuiuio, quod poſt Sacrificium Euchariſticum ſolenni ritu fiebat, Penennæ vxori, ac filijs ex eâ ſuſceptis ſingulas partes dare, Annę autem alteri vxori, quam licet ſterilem magis diligebat, dupli- B cem portionem aſſignare. Hinc iræ & rixæ Penennæ inuidentis & Annæ ſterilitatem apud Iſraelitas propemodum infamem exprobrantis. Anna riualis ſuæ conuitijs irritata ad Deum confugit, vouet, ſi filium conſequi poſſit, ſe eum Nazarea- C tu perpetuo inſignem Deo conſecraturum. Dûmque gemens & alto ſuſpiria pectore ducens labia frequentius ac vehementiùs mouet, Eli mutæ mulieris motus aſſiduos ebrietatis indicium interpretatus iubet faceſſere & alibi quàm in tem- D plo crapulam digerere. Annæ pietati ac modeſtiæ ſatis fuit crimen amoliri, & gemitus cauſam aperire nullo aſperiore verbo in Dei Sacerdotem emiſſo. Eli viciſſim Deum orat, vt preces eius exaudiat. Hæc quo anno geſta ſint, non conſtat. Sed veriſi- E mile eſt circa initia principatus Eli contigiſſe.

XXII. VI.

A. M. 2864. Cler. 316. Num. Euſ. 881. Ante Dn. 1136. Heli V.

Euſeb. *O Xynta defuncto ſuccedit Aphidas* XIV. *Athenienſium rex, regnatque annum vnum.*

A. M. 2865. Cler. 317. Num. Euſ. 882. Ante Dn. 1135. Heli VI.

A Phidantem occidit iunior frater & quidem ſpurius Thymœtes XV. *& vltimus Erechthidarum regum, regnatque annos octo.* Euſeb. Athen.

Circa hunc annum Anna Elkanæ vxor filium ſuum Samuelem ablactatum in templum adducit, Eli ſummo Sacerdoti ſiſtit, ac Deo, prout vouerat, conſecrat. Eli lubens admittit, & domi ſuæ educandum curat. 1. Sam. 1. 24.

II. XIV.

A. M. 2872. Cler. 324. Num. Euſ. 889. Ante Dn. 1128. Heli XIII.

S Icyoniorum regnum deficit, cum ſtetiſſet annos DCCCCLIX. *vel* DCCCCLXII. *triennio plus vel minus. Succedunt Sacerdotes Carnij Apollinis, qui præfuerunt annos* XXXIII. *quaſi principatum cum Sacerdotio iungentes, quomodo & apud Iſraelitas eodem tempore Heli & Samuel. Vox autem Carnius videtur eſſe Hebraicæ originis & ſignificare Dominum noſtrum. Eodem anno, in Attica ceſſat Cecropidarum vel Erechthidarum regnum, cum* F *Melanthus Pylius Theopompi filius Thymœta per fraudem occiſo regnum occupaſſet, quod & tenuit annos* XXXVIII. *Stetit vero Cecropidarum regnum annos quingentos & vndetriginta. Ita*, Vndam vnda trudit, *ruunt vrbes, tranſ-* Euſeb. Auguſt. de ciuit. l. 18. c. 19. קרן

feruntur regna, auito ſolio deiecti reges, terræ filijs cedunt. A

Horatius. Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Dei.

Ἀπατούρια ab ἀπάτη fraus. *Hæc ne Ethnicis quidem ignota erant. Sed Melanthus retibus ſuis, non vero Deo ſacrificans feſtum inſtituit Athenis* B *Apaturia dictum, æternum fraudis ſuæ monimentum futurum, ac tantum non illud inculcans.* Dolus an victus quis in hoſte requirat? *Euſebius ait intereſſiſſe ſimultates inter Athenienſes & Bœotos, conueniſſe vt duello inter duces inito bis tranſigeretur. Xanthum Bœo-* C *tum conditionem admiſiſſe, Thimœtham Athenienſium regem, cum abnuiſſet, abdicatum, eique ſubſtitutum Melanthum, quod & aleam non detrectaſſet, & victoriam, licet dolo partam reportaſſet.*

VI. XVIII.

A. M. 2876. Cler. 328. Num. Euſ. 893. Ante Dn. 1124. Heli XVII.

Thucyd. l. 1. *Boeoti à Theſſalis Arnâ vrbe pulſi, in Cadmeida terram inuadunt, eamque de ſuo nomine Bœotiam nuncupant, Sexageſimo poſt Ilij excidium anno.*

XXII. XV. Iubileus VIII.

A. M. 2892. Cler. 344. Num. Euſ. 909. Ante Dn. 1108. Heli XXXIII.

Euſeb. *Poſthumo Syluio defuncto ſuccedit filius Æneas Syluius quartus Latinorum rex, regnatque annos* XXXI.

XXIV. XVII.

A. M. 2894. Cler. 346. N. E. 911. Ante Dn. 1106. Heli XXXV.

Oreſtes cum Mycenis annos ſeptuaginta regnaſſet, ſupremum diem obit. Huic ſuccedunt filij Penthilus & Tiſamenes, regnantque Penthilus annos tres, Tiſamenes autem vel Tiſamenus in Spartâ regnum obtinuit annos circiter quinque. Vellei. Paterc.

XXVI. XIX.

A. M. 2896. Cler. 348. N. E. 913. Ante Dn. 1104. Heli XXXVII.

Hyllum Herculis filium ab Echemo victum diximus A. M. D *2796. Poſt cladem hanc percontatus Apollinem iuſſus fuerat tres nouos fructus expectare. Triennio & quinquaginta poſt annis Heraclidæ Peloponneſum pari infelicitate aggreſſi perſuaſerunt ſibi non annos, ſed generationes tres expectandas. Exactis igitur à prælio cum* E *Echemo tribus generationibus, annis centum Ariſtodemus Ariſtomachi filius, Cleodæi nepos, Hylli pronepos cum alijs aliquot Heraclidis Peloponneſum tentat felici ſucceſſu. Alij circa Corinthum, ipſe circa Lacedæmonem ſedes figit.*

I. III.

F A. M. 2899. Cler. 351. N. E. 916. Ante Dn. 1101. Samuelis I.

Heli quadrageſimo ſui Sacerdotij anno defuncto ſuccedit Samuel Sacerdotalis & ipſe gene- 1. Sam. 4. 18.

ris, trecentis & quinquaginta annis poſt κληρουχίας. Quæ cauſa eſt cur Actorum XIII. 20. credam legendum, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα. Vetus interpres à Græco longiùs diſcedit, tria vocabula integra καὶ μετὰ ταῦτα expungens, & tamen ne ſic quidem video, quàm hiſtoriæ ſacræ veritati conueniat veteris interpretis lectio. Quod autem Africanus, Georgius Taraſij Syncellus, alij putant à Ioſuæ ſeptimo vel vltimo ad Samuelis primum numerandos annos 450. id non tantum pugnat cum 1. Reg. VI. 1. ſed & longę-
Vide A. M. 2909. uitatem ac ὀψιγονίαν affingit Dauidis maioribus, cuius poſt Abrahami tempora nullum exemplum vſquam extat in vllâ hiſtoriâ.

1. Sam. 5. 1. Arca à Philiſtinis capta hoſtes ſuos triumphat, terrorem circunferens, & ficos, maris cas, ac id genus peſtes, vrbibus, in quas inuehebatur, inferens.

II. IV.

A. M. 2900. Cler. 352. N. E. 917. Ante Dn. 1100. Samuelis II.

1. Sam. 6. 1. PHiliſtini ſentientes, quæ damna illis attuliſſet arcæ temeraria contrectatio, ſacerdotum & vatum ſuorum monitu arcam currui cum muneribus imponunt. Currum trahi iubent à duabus vaccis, quarum vitulos eodem die à lacte depulerant. Arcam ipſi ſequuntur. Vaccę, licet nullo præeunte, nullo regente, rectam viam ineunt Betſames vſq;. Factum id meſſis triticeæ tempore,

A menſe Niſan aut Iiar, cùm ſeptem ante menſibus, ineunte primo Hebdomadis anno arca capta fuiſſet. Bethſamitæ ſimul & Philiſtini ſacris operantur. Philiſtinis ad ſua reuerſis ac ſtupentibus, Bethſamitæ horum exemplo nihilo ſapientiores facti

B arcæ propiùs, quàm fas erat, ſuccedunt, circunſpiciunt, forſan & contrectatam introſpiciunt. Deus domeſticorum ſuorum quam exterorum temeritatem ſeueriùs vlciſcens quinquaginta Bethſemitarum millia percutit.

C Bethſamitæ territi, nuntios Kiriat-ieharima mittunt, rogant vt arcam abducant. Eò deducta arca manſit inibi annos viginti. Iſraelitæ attoniti conueniunt primò Kiriat-ieharima, deinde Mitſpam, fœdus cum Deo renouant, idola amouent, Dei c.7.1.

D cultum inſtaurant. Philiſtini hunc Iſraelitarum conuentum ſuſpectum habentes, conueniunt & ipſi, concurritur, profligantur Philiſtini, coguntur que reſtituere ciuitates Iſraelitis ereptas, ac deinceps ſpiritus demittere *toto Samuelis tempore*, h. e. vſ- c.7.13.

E que ad eam diem, quâ Iſraelitæ regem exigere cœperunt.

XI. XIII.

A. M. 2909. Cler. 361. N. E. 926. Ante Dn. 1091. Samuelis XI.

F *ION Xuthi filius, Hellenis nepos, Deucalionis pronepos pridem cum Achao fratre Achaiam obtinuerat, & in eâ non contemnendam autoritatem hactenus conſeruauerant eius poſteri & ipſi* 3.

Iones dicti. At hoc fere tempore ab Achæis pulſi, à Melantho Athenienſium rege humaniſsimè excepti ſunt. Euſebius, qui paſsim vno aut altero quadriennio fallitur, in numerum 930. id differt quo tempore iam obierat Melanthus, quod abſurdum eſt.

1.Reg.c.1. 11. & c. 6.1. Math.1. 4. Rut 4.21. Annis ſeptuaginta tribus vel quatuor ante iacta templi fundamenta à Salomone, naſcitur Salomonis pater Dauid Ieſſe fili⁹, Hobedi nepos, Bohozi ex Rut Moabitide pronepos, Salmonis ex Rahab meretrice abnepos. Rahab autem Dauidis abauia iam meretrix erat annis 366. antequam Dauid naſceretur, h. e. A. M. 2543. ac proinde iam tum non poterat eſſe minor annis quatuordecim, vt dicamus eam natam circa A. M. 2529. Etiamſi autem demus eam puerperia vſque ad octogeſimum ætatis annum continuaſſe, tamen Bohoz ex eâ & Salmone naſci non potuit poſt A. M. 2609. à quo ad Dauidis natiuitatem ſunt anni trecenti, quibus explendis tres tantum habemus generationes, vt Bohoz centenarius dicatur genuiſſe Hobedum circa A. M. 2709. Hobed centenarius Ieſſem circa A. M. 2809. Ieſſe denique centenarius Dauidem circa A. M. 2909.

Quod ſi Rahab non vltra quinquageſimum ætatis annum puerperia continuauit, Booz naſci non potuit poſt A. M. 2579. à quo ad Dauidis natiuitatem ſunt anni trecenti triginta, quibus explendis dicendus erit Booz genuiſſe Hobedum cum eſſet annorum decem & centum circa A. M. 2689. Eadem ætate Hobed genuerit Ieſſem A. M. 2799. Eadem denique ætate Ieſſe Dauidem genuerit A. M. 2909. Quod ſi Actorum XIII. 20. retinenda eſſet lectio in Græco textu recepta, tum præter difficultatem conciliandi eius loci cum I. Reg. 6. 1. etiam hoc incommodùm naſceretur, quod omnes Dauidis maiores ad Salmonem vſque dicendi eſſent liberos genuiſſe poſt annum ætatis 133. aut 143. cùm tamen tam ſeræ παιδοποιΐας poſt Abrahamum, nullum vſquam extet exemplum.

XV. XVII.

A. M. 2913. Cler. 365. N. E. 930. Ante Dn. 1087. Samuelis XV.

QVo tempore cœperit Iſrael regem petere, non conſtat, neque quantum temporis fluxerit, inter petitionem Iſraelitarum, & Saulis inaugurationem. Nos methodi cauſſâ in hunc annum contulimus, qui eſt Sabbathicus exiens, vel primus Hebdomadis iniens. Samuel primò reſiſtit, deinde annuit, ſed in aliud tempus, quod ſcilicet ab ipſo Deo deſtinandum erat, rem differt. 1.Sam.c. 8.5. Interim veluti ruptis à Deo repagulis, prorumpunt rurſus Philiſtini, ciuitates nouas occupant, ſtationes collocant in vrbibus aliquot, quarum fit mentio 1. Sam. x. 5. & XIV. 1. c. 9. 16. Dant operam ne deinceps, vllus faber inter Iſraelitas inueniatur, vt notatur c. XIII. 19. Hæc non video, quando contingere potuerint, niſi medio tempore inter petitionem re-

gis & Saulis coronationem. Vnde colligas interuallum illud fuiſſe aliquot annorum.

REGES ISRAELITARVM.

XX. III.

A.M. 2918. Cler. 370. N.E. 935. Ante Dn. 1082. Samuelis XX.

CVm iam non modo Philiſtini, ſed & Hammonitæ Iſraelitas infeſtare cœpiſſent, vt colligitur ex 1. Sam. XII. 12. Samuel populum congregat, rebellionem ipſorum increpat, & hoc ipſum, quòd regem poſcebant, defectioni imputat. Illis verò in incœpto perſtantibus, Samuel ſortes iacit. Sors in Saulem abſentem, & inter impedimenta latitantem incidit. Saul humero tenus ſupereminens omnes, formâ præſtanti inſignis à multis probatur. Ab alijs propter tribus & familiæ paupertatem ſpernitur. Omnes externa ſpectant, pauci interna. Saulem autem annos XXI. regnaſſe tradit Eupolemus apud Euſebium de præparatione Euangelicâ lib. IX. Ioſephus XXII. poſt Samuelis obitum. Error eſt. Poſt coronationem dicere debuit. *Ioſeph. Antiquit. lib. 6. c. vlt.*

XXI. IV.

A.M. 2919. Cler. 371. N. E. 936. Ante Dn. 1081. Saulis I.

A NAchas Hammonitarum rex Galahaditarum vrbem Iabes obſidet. Pacem poſcunt Galaditę. Nachas ſe ea lege pacem donaturum reſpondet, ſi prius ſingulis dextrum oculum ſuffoderit. Oppidani ſeptem dierum inducias impetrant, B ad Saulem mittunt. Saul è veſtigio mittit curſores, qui pœnæ capitalis interminatione Iſraelitas omnes conuocent. Populus confeſtim obſequitur. Septimo die Saul in Hammonitas impetum facit, omnes profligat, Gilgalem exercitum deducit, C denuò conſecratur. *1. Sam. c. 11. 1.*

Ioſephus perperam ait dextrum oculum Galahaditis effoſſum. Nam, quominus voti compos fieret Naas, obſtitit Saul. *Ioſ. Ant. l. 6. c. 5. p. 157.*

XXII. V.

D A.M. 2920. Cler. 372. N.E. 937. Ante Dn. 1080. Saulis. II.

S*Aul ſeligit ſibi tria Iſraelitarum millia vt eſſent duo millia penes ſe, mille autem penes Ionathanem. Percuſ-* E *ſitq; Ionathan ſtationem Philiſtinorum. Audienteſque id Philiſtini conuenerunt.* Congregata ſunt, inquam, triginta peditum, ſex equitum millia. Saul verò, vt vt tubâ conuocaret populum, tamen etiam è ſelectis ſuis cohortibus, quotidie multos amitte- F bat paulatim diffugientes. Samuel autem olim inter cætera, quæ Sauli præſcripſerat, etiam hoc prænuntiauerat, futurum, vt Gilgale æſtuans ſeptiduum expectaturus ſit aduentum ſuum. Saul autem cum videret populum *1. Sam. 13. 2.* *c. 10. 8.*

populum in dies diffluentem, Samuelis moras pertæſus, ipſo die ſeptimo, paulo antequam aduentaret Samuel, ſacrificat ipſe: vix dum peregerat ſacrificium, cum aduenit Samuel, & Saulis impatientem diffidentiam increpuit. Supererant Sauli ſexcenti tantum viri, ijque inermes, quia cauerant Philiſtini, ne faber quiſquam ferrarius, inter Iſraëlitas inueniretur.

c. 14. 3. Tum autem Achijas filius Achitubi fratris Icabodi, filij Phinchazi, filij
c. 14. 18. Heli (qui Schilunte Iehouæ Sacerdos fuerat) geſtabat Ephod. Et arca Iehouæ erat cum Iſraëlitis. h. e. in
c. 7. 2. caſtris, non autem Kiriath iecharimis, vbi hactenus annos viginti manſerat. Atque hinc colligimus Saulem coronatum, annis vndeuiginti poſt arcam à Philiſtinis remiſſam. Saul, inquam, annis viginti poſt arcam Kiriat iecharimis collocatam, ſecundo ſui regni anno virtute Ionathanis & inſigni Dei miraculo pręclaram de Philiſtinis reportat victoriam, quantumuis iam infidelitatis ſuę edidiſſet argumenta.

EXPENDVNTVR
NOVÆ CRIMINATIONES aduerſus veritatem Hebraicam.

DIxerit aliquis. Vnde colligis hæc ſecundo Saulis anno acta? Colligo ex 1. Sam. XIII. 1. בן שנה שאול במלכו ושתי שנים מלך LXX. & vetus interpres ita vertunt, vt non videam, quis ex illorum verſione commodus ſenſus elici poſſit. *Filius vnius an-*

A *ni erat Saul, cum regnare cœpiſſet; duobus autem annis regnauit ſuper Iſraelem.* Scaliger putat inter בן & שנה deeſſe numeri notam ſiue ל ſiue כ. Ego nihil muto. Sed locum hunc ita vertẽdum puto. *Filius vnius anni erat Saul, ex quo regnabat.* h. e. iam vnum
B annum regnauerat, *& ſecundum annum regnabat ſuper Iſraelem.* Cum iam quindecim huius hiſtorię folia typis edita eſſent, incidit in manus meas liber, quem Iacobus Gordonius Ieſuita tertio ante hunc menſe edidit. Is mihi manum inijcit. *Obſeruanda*
C *ſunt,* inquit, *quatuor Iudæorum diuerſa tempora. Primum erat illud, quod præceßit Chriſtum, & toto eo tempore, quemadmodum apud Iudæos fuerat vera fides, & vera Eccleſia, ita fuerunt apud illos incorrupta Biblia,* &c. Male igitur P. Galatinus, qui codicum He-
D bræorum lectionem damnat, etiam in ijs locis, in quibus conſentiunt cum Gręcâ LXX. interpretum & cum Latinâ editione. Male etiam Gordonius ipſe, qui 2. Chron. XXVI. 7. ſollicitat lectionem in omnibus codicibus Hebraicis receptam, cùm con-
E firmetur etiam Græcæ LXX. interpretum editionis authoritate. Male denique, qui 1. Sam. XIII. 1. affirmant vocem aliquam deeſſe tam in fontibus, quàm in riuis.

Pergit Gordonius. *Secundum tempus fuit ab Aſcenſione Domini, vſque*
F *ad tempora S. Hieronymi, & S. Auguſtini, quo, cùm Chriſtiani multa loca ex* LXX. *interpretibus obijcerent Iudæis, illi, vt his reſponderent, corruperunt ex induſtriâ non pauca, quâ de re conqueritur S. Iuſtinus contra Tryphonem. Nondum*

Scalig. ad. uerſ. Parenm.

Gordon. controuerſiâ 1. c. 9. edit. Auguſtoriti Pictonũ Kal. Auguſti 1612.

tamen aggreſſi erant Iudæi deprauatio- A
nem Hebraici textus, quod iſte ignotus
fere eſſet Chriſtianis. At quingentis annis poſt S. Auguſtini mortem multò ignotior erat Hebraica lingua Chriſtianis, quam quadringentis ante eiuſdem mortem annis.

Quàm multa, quàm iuſta, & ſoli- B
da ſuæ ſuſpicionis argumenta Iuſtinus habuerit, non eſt neceſſe diſquiquirere. Potuit in quibuſdam ſuis ſuſpicionibus errare, & Helleniſtis Alexandrinis tribuere, quod forte ortum erat ex commixtione verſio-
num Grǽcarum, quę tunc extabant. C
Potuerunt Iudæi credere ſibi licere in riuulis tentare, quod in fontibus non audebant. Et falſationem hanc, ſi qua ab Helleniſtis facta eſt, potuerunt Iudęi ἑβραΐζοντες inſuper habere, cùm illis planè diſpliceret Græca
editio, eiuſque in Synagogis lectio, D
quam cùm abolere conarentur, neceſſe fuit Helleniſtis Iudæorum Hebraizantium petulantiam cōprimere edicto Iuſtiniani Imp. edito A. D. 541. Baſilio Cos, vt habetur Nouellâ CXLVI. Sed veritatis Hebraicæ
fontibus ſubductam, aut inſertam à E
Iudæis, vocem, vocalem, κεραίαν vllam, quæ falſum & cum Chriſtianâ fide pugnantem ſenſum Scripturæ affingat, hoc ego pernego, quidquid pertendat Gordonius. Primum
igitur quoties Hebraicis codicibus
Græci conſentiunt, plus, ni fallor re- F
uerentiæ debemus huic conſenſui, quàm cuiquam alteri verſioni. Quoties ab Hebræis Græca diſſentiunt, tum ſicubi codices omnes tam Græci, quàm Latini repugnent Hebræis

A & cum fide Chriſtianâ meliùs conueniant, quàm Hebræi, vt Pſalmo XXII. 17. Eſaiæ IX. 5. Ieremiæ XXIII. 6. tum ego non inuitus prætulerim interpretationum omnium conſenſum lectioni apud Iudæos receptæ. Quidni enim potuerit in illorùm co-
B dices mendum aliquod irrepſiſſe, ſiue ignorantiâ, ſiue fraude Iudæorum?

Etiam in ijs, quæ fidem propriè non ſpectant, ſicubi puncta Iudæorum diſcrepent à lectione, quam ſecuti ſunt Apoſtoli, vnius Apoſtoli
C iudicium Maſſoretarum omnium ſententiæ anteponendum non dubito, vt Geneſ. XLVII. v. vlt. Apoſtolus & LXX. vertunt καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ *Hebr. 11.*
τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, vt perſpicuum ſit Cos legiſſe. *Al roſch hammattheh* על ראש המטה
Maſſoretæ verò legerunt *hammit-*
D *tha.* Quanquam vetus interpres Maſſoretis conſentiat, vt & Chaldæus paraphraſtes, nolim tamen propugnare Maſſoretarum lectionem, niſi forte vtraque ſimul vera eſſe poſſit, vt vult Gordonius poſt Auguſtinum Confeſſionum l. XII. c. 31. *Gordonius cōtrouerſia 1. c. 15. 8. 10.*

E Pſalmo XXII. 17. Eſaiæ IX. 5. Ieremiæ XXIII. 6. Iudæi puncta poſuerunt, quę ſenſum ſubobſcurum reddunt, & Chriſto minus euidenter conuenientem. Tamen etiam illa puncta Chriſto conueniunt. *Vide ſupra p. 38.*

Zacariæ IX. 9. 11. verſio Græca,
F & Latina ſenſum præferunt Chriſto clariùs quadrantem, quàm lectio codicum Hebraicorum. Tamen, ne hæc quidem quidquam habet, quod non poſſit cum analogiâ fidei conuenire. Chriſtus ſane Seruator eſt,

Digitized by Google

ſed & ipſe brachio ſuo ſe ſeruauit, vt ipſe loquitur Eſaiæ LXIII. Rurſus, propriè quidem Chriſtus ſui Teſtamenti ſanguine emiſit captiuos è lacu cœnoſo, cùm tamen in Hebræo omnia hæc fœminino genere exprimantur, quaſi Propheta Eccleſiam alloquatur. Sed & generum enallagæ frequentes ſunt, & quæ capitis propria ſunt, ſæpe tribuuntur corpori. Græca & Latina tam maſculino, quàm fœminino generi conueniunt.

Iſaiæ LXII. 11. B. Hieronymus ait, *Quid eſt quod iubentur magiſtri atque doctores Sion filiæ nuntiare?* Ecce Saluator tuus venit, *qui in Hebraico dicitur Ieſus*. Hîc Gordonius, *Iam mutatis punctis Iudæi legunt*, Ecce ſalus tua venit, *quam ſalutem referunt ad ipſum Deum patrem, non ad Chriſtum*. Sanè Iudæorum, vbi de Meſſiâ agitur, gloſſæ pleræque ſunt impiæ. Sed nec neceſſe eſt, nec veriſimile hoc loco puncta à Maſſoretis mutata. Gordonius putat olim ſcriptum fuiſſe *Ieſuaca*. At hoc non patitur analogia Grammatica. Sed rectè, & eleganter ſcribitur *Iiſcheca*, h. e. *Salus tua*, quin & emphaſim Hebraiſmo conuenientem habet illa phraſis, quâ Chriſtus vocatur *Salus noſtra*. Recte autem LXX. & Hieronymus vertunt *Saluator*, quia ſequentia docent hîc *Salutem* metonymicè ſumi pro *Saluatore*. Geneſ. XLIX. 10. LXX. legerunt שלה vt & hodie legitur, Vetus interpres putauit legendum שילוח. Cùm vtraque lectio Chriſto optimè conueniat, quo iure falſi Iudæos hîc damnat Gordonius?

[Margin: Gord. controuerſia 1. c. 8. — ישועתך — ישעך — Gord. controuerſia 1. c. 10. §. 4.]

Eſaiæ LIII. 8. *propter ſcelus populi* Negah lamo, *plaga eſt illi*. Gordonius. *Cum olim fuiſſet* LO *illi, iam eſt in Hebræo* LAMO *illis*. Imò LXX. cùm illis non placeret למו putarunt legendum למות, atque ita verterunt *ductus eſt ad mortem*. Hieronymus verò cùm legiſſet *lamo*, vertit *percuſsit eos*. Meliùs tamen vertitur, *plaga eſt illi*. Neque ideò neceſſe eſt diſcedere à receptá lectione, cùm enallage tam generis, quàm numeri ſit frequens apud Hebræos. Series autem ſermonis docet *lamo* ſumi pro *lo*.

[Margin: נגע למו — §. 6.]

Ierem. XXXIII. 16. vulgata verſio habet *Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter*. Hic Ieremias ſcripſiſſe videtur לה ſed ita vt legendum eſſet, LO, i. *eum* quomodo & LXX. & Chaldæus paraphraſtes legerunt. Maſſoretæ verò legerunt LA, i. *eam*, quod minus conuenit, & tamen poteſt in bonam partem capi. Nam ſi Eccleſiæ elogium ſit, *Jehoua eſt iuſtitia noſtra*, hinc ſequitur Chriſtum Eccleſiæ iuſtificatorem eſſe Iehouam, i. verum Deum.

Reliqua loca, quæ corrupta contendit Gordonius, non ſpectant pietatis myſterium. Itaque etiam ſi demus mendum aliquod irrepſiſſe in codices Hebræos, non tamen ſequitur ea loca continere ſenſum falſum, impium, Iudaicam infidelitatem redolentem. Multæ lectionum varietates occurrunt in nouo Teſtamento Græco, in vulgatâ verſione Latinâ, in Græcâ, in Chaldaicâ editione. Sed ita vt plerumque, vtraque verſio, vtraque lectio poſſit admitti, & habere ſenſum à fide Catholicâ minimè alienum verbi cauſſâ Pſal. XCV.

Digitized by Google

עבם תועי לבב *Gord. controverſia* I. c. 9. §. 9. 10. LXX. Apoſtolus Hebr. 3. 10. & vulgata verſio habent, *ſemper errant corde.* Codices Hebræi λαὸς, ὅμιλος πλανωμένων, *populus errantium corde*, vtrumque verum eſt. *Iudæi*, inquit Gordonius, *tranſmutarunt literam Daleth, in literam Mem. Nam* עד *ſignificat ſemper*, &c. Omnino עד in fine puta לעד vel לעולם ועד ſignificat *ſemper*. Sed initio orationis nunquam ita legitur עדתועי לב pro *ſemper errant corde.* Igitur vero propius eſt Dauidem ſcripſiſſe עם *populus*, &c. Apoſtolum autem & LXX. expreſſiſſe τῇ διανοίᾳ, potiùs quàm τὸ ῥητὸν verbatim. Iudic. XIX. 2. legitur ותזנה עליו. Vetus interpres legit ותזנה. *Et reliquit eum.* Sed vero propius eſt authorem ſcripſiſſe תזנה *ſcortata eſt.* Vtrumque nomen exprimitur ſcortatio & deſertio. Scortationem κατ' εὐφημισμὸν
§. 10. exprimit Chaldæus interpres *& ſpreuit eum.* Itaque non eſt quod hîc codices Hebræos vexet Gordonius.

Iudic. XVIII. 30. vulgata verſio ſic habet, *poſueruntque ſibi ſculptile, & Ionathan filium Gerſon, filij Moyſi & filios eius Sacerdotes in terrâ Dan.* Hic
Cap. 10. §. 10. Gordonius. *Iudæi interpoſitâ literâ Nun mutarunt nomen Moyſi in nomen Manaſsis, ne Moyſes videretur habere impium nepotem. Porro deditâ operâ id factum ex circulo & ſitu literæ conſtat.* Imò hoc ipſo fidem ſuam liberant Iudæi. Nam his notis deſignant varietatem lectionum, & optionem lectori faciunt, vtram malit, quanquam vt plurimùm ipſi malint eam,
§. 11. 12. 13. 14. quàm in margine ponunt. Hæc qui falſationes vocant, non tam Iudæis, quàm iudicio & exiſtimationi ſuæ

A iniuriam faciunt. *Non dubium eſt*, inquit Gordonius, *quin in punctis collocandis omnia fecerint, quæ poterant contra Chriſtum.* At vt nihil poſſent, fecit Dei prouidentia. *Gord. cõtr.* I. c. 8. §. 3.

Neque ſufficiunt loca à Gordonio producta ad infamãdos, vt ipſe vult,
B codices Hebræos. Pleriſque eius argumentis ἐν παρόδῳ reſpondimus. Si quæ ſuperſunt alicuius momenti, ea poſt hac, Deo faciente, ſuis locis expendentur. *Euſeb.*

Non ſunt contemnendæ verſiones Chaldaica, Græca, Latina, non
C veteres, non nouæ Pagnini, Vatabli, Clari & aliorum. Suus cuique deferendus honor. Sed, ſi paucula hęc controuerſa loca, de quibus egimus, excipias, reliqua eiuſmodi ſunt, vt hiſtoricæ, legalis, Euangelicæ veritatis myſteria multò puriùs, ſubli-
D miùs, luculentiùs habeantur in Hebraicis veteris inſtrumenti fontibus, quàm in vllâ verſione, ſiue veteri, ſiue nouâ, vt meritò ſanctiſſimi quique Patres, & noſtro tempore peritiſſimi quique Doctores fateantur verſiones omnes ad Hebraicæ veri-
E tatis amuſſim, & obruſſam eſſe examinandas.

XXV. VIII.

A. M. 2923. Cler. 375. N. E. 940. Ante Dn. 1077. Saulis V.

Amazones cum Cimmerijs Aſiam incurſant. Æneæ Syluio ſuccedit *Euſebius.*
F *Latinus Syluius quintus Latinorum rex, regnatque annos quinquaginta.*

I. XII.

A. M. 2927. Cler. 379. N. E. 944. Ante Dn. 1073. Saulis IX.

SAulis res geſtas, ſuis, quaſque annis aſſignare non poſſumus. Da-
a 1.Sam. c.21.1. uidis [a] tamen ad Abimelechum fuga, in hunc annum conferri non incommode poteſt. Arcam Dei [b] diximus annos viginti manſiſſe Ki-
b c.7.2. riath ieharimis vſque ad ſecundum Saulis annum, quo Gilgalem [c] in ca-
c c.14.18. ſtra tranſlata eſt. Hinc videtur Nobam [d] deducta, & Noba [e] diruta
d c.21.4. e c.22.19. Kiriath ieharima reducta, ibiq; manſiſſe rurſus annos viginti. Vſque ad octauum Dauidis annum, quo rurſus ſede mota fuit, vt hæc cauſſa fuerit, cur Iudæi, duas iſtas arcæ eodem loco ſtationes ſingulas vicenûm annorum in vnum confuderint. Vide A.M. 2947. Imprimis notatu digna eſt in hac hiſtoriâ ſingularis & fida Ionatanis erga Dauidem amicitia.
Ennius. *Amicus certus in re incertâ cernitur.* At quàm certus hic? *Nam ſi nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt*, quæ fuit illa Ionatanis cõſtantia, qui regnum, cuius ſpem meritò conceperat, Dauidi deſtinatum videns ne minimâ quidem inuidiæ aurâ afflatur, ſed ſuum in Dauidem immerentem & Sauli immeritò exoſum amorem geminat? Amicus tamen vſque ad aras nihil in patrem inclementiùs facere aut dicere ſuſtinuit.

IV. XV.

A.M. 2930. Cler. 382. N. E. 947. Ante Dn. 1070. Saulis XII.

Euſebius. Polyænus lib. 1. *PEloponnenſibus contra Athenienſes dimicãtibus Codrus accepto oraculo eos victuros, quorum rex obijſſet, pro* A *patria ſe deuotat. Poſt hæc deſierũt Athenis creari reges annis* CCCCLXXXVII. *poſt Cecropem.*

Hoc circiter anno Philiſtini Ceilam aggrediuntur. Erant Dauidi quadringenti circiter homines vnde- 1. Sam. 23.1.
cunque profugi. Tamen, qui de pro-
B pria ſalute ſollicitus erat, audet aliorum ſecuritati conſulere, conſulto priùs Deo per Abiatharem ſummum Sacerdotem, qui cum inſignibus ſa- 22.10.
cerdotalibus ad Dauidem confugerat. Horum elogium erat *Vrim & Tummim*. LXX. vertunt δῆλος καὶ ἀλήθεια.
C Hoc æmulati Ægyptij ſtatuerunt, Diod. Sic. lib. 1. Ælianus l. 14.c.34.
Diodoro teſte, vt in rebus grauibus triginta iudicibus vndecunque ſelectis maximè ex Heliopoli, Thebis, & Memphi, præeſſet ἀρχιδικαστής. Ἐφόρει δ' οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἐξηρτημένον ζῴδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ
D προσηγόρευον ἀλήθειαν. *Gerebat hic implexam collo catenam, ex quâ pendebat imago ex pretioſis lapillis contexta, quam nuncupant veritatem.* Fuerit hoc ſalutare documentum, vt officij ſui moneretur iudex. At Sacerdos Iudæorum os Dei conſulens non falſa,
E non ambigua, ſed vera & perſpicua reſponſa accipiebat & dabat. Rogat igitur Dauid. *Inuadamne, percutiamne Philiſtinos?* Reſpondet Deus, *Ito, victurus es.*

Debellatis Philiſtinis cum Ceilam ſe reciperet Dauid, eum inibi aggre-
F di cogitat Saul. Rurſus igitur Dauid Deum rogat. *Si Ceilæ maneam, nunquid me Sauli tradituri ſunt incolæ?* Reſpondet Deus ſine ambagibus, *Tradituri ſunt.* Itaque aliò ſe recipere cogitur Dauid.

A

V. XVI.

A.M. 2931. Cler. 383. N. E. 948. Ante Dn. 1069. Saulis. XIII.

Euſeb. Ælianus lib. 8. c. 5. Pauſanias.

Athenienſes ſublato regio nomine, Prætores perpetuos creant, quos Ἄρχοντας διὰ βίου *vocabãt, quorum primus Medon regnat annos viginti. Codro fuere filij tres, Medon veterrimus, ſed claudus, Nileus, & Androclus vel Androcles: Nileus negat claudo dãdum regnũ. Pythius Apollo negat minorem maiori fratri præferendum. Athenienſes neutri regium nomen tribuunt, ſed tantum Præturam perpetuam eamque Medonti. Nileus, & Androcles Ionibus migrationum autores ſunt, de quibus dicemus N. E. 954. 961. 968. 974.* Ephorus, *inquit Clemens*, ab Heraclidarum in Peloponneſum deſcenſu ad Euænetum Prætorem, ſub quo Alexander in Aſiam traiecit, numerat annos ſeptingentos triginta quinque. Σφάλμα μνημονικὸν *Clemẽtis potiùs quàm Ephori. Nam hic annorum numerus conuenit non ab Heraclidarum deſcenſu, ſed à primo Medontis anno, ſiue à Codri morte ad Euænetum.*

Clemens Strom. 1.

VIII. XIX.

A.M. 2934. Cler. 386. N. E. 951. Ante Dn. 1066. Saulis XVI.

Euſeb.

Corinthiorum ſecundus rex Ixion regnat annos triginta ſeptem.

X. II.

A.M. 2936. Cler. 388. N. E. 953. Ante Dn. 1064. Saulis XVIII.

B *Clemens Alexandrinus Stromatum l. 1. ait Samuelem biennio ante Saulem mortuum. Paulò poſt Samuelis obitum prope abfuit, quin Nabalem, & mox Saulem occideret Dauid. Deus obſtitit, quo minus hoc cruore manus inficeret.* 1. Sam. c. 25. & 26.

XI. III.

C A.M. 2937. Cler. 389. N. E. 954. Ante Dn. 1063. Saulis XIX.

Dauid tot errorum pertæſus ad Achiſchum Gathi regem iterum fugit, ab eoque benigne excipitur ac Siceleg ciuitate donatur, ſub finem huius anni vel ſequentis initium. Atque inibi manſit annum & quatuor menſes. Nam id ſignificat vox *iamim* adiectione numeri deſtituta. Ioſephus dies xx. & menſes iv. Sed numerum xx. de ſuo addit Antiquit. l. vi. cap. xv. 1. Sam. c. 27. 1. c. 27. 7.

D

E *Lesbos inſula vrbibus inſtruitur, & excolitur annos centum ac viginti poſt excidium Troiæ Hanc coloniam Ionibus tribuit Ælianus* l. viii. c. 5. Herodotus.

XIII. V.

F A.M. 3939. Cler. 391. N. E. 956. Ante Dn. 1061. Dauidis I.

Samuel & Saul ſimul præfuerunt annos xl. & quidem, vt videtur, Act. 13. 21.

Digitized by Google

2. Sam. 2. 10. quiſque annos vicenos circiter. His exactis Saul & Ionathan in prœlio à Philiſtinis occiduntur. Succedit filius Iſboſet annos quadraginta natus. Tribus tamen Iuda Dauidem à Deo pridem vnctum annos triginta
5. 14. natum ſuſcipit. Is Chebrone regnat annos ſeptem & ſemis. Caue putes ſceleſto additum integrum, quaſi cæca ſit Dei vindicta. Sed Saul ita ſcelerum pœnas luit, vt Ionathan Dauidi cedens in beatius regnum transferatur. Dauid toties promiſſo regno fruens inelutabilis oraculorum diuinorum conſtantiæ fit documentum, & venturi Meſſiæ typus, qui cum ſit princeps ſalutis noſtræ, afflictionibus & ipſe conſecratus eſt.

XV. VII. Iubileus IX.

A. M. 2941. Clet. 393. N. E. 958. Ante Dn. 1059. Dauidis III.

2. Sam. 2. 10. ANnos iam duos regnauerat Iſboſet cum cõmiſſum eſt prælium cruentum inter Abnerem & Ioabum, quo etiam Haſael Ioabi frater ab Abnero occiſus eſt.

Diod. Sic. lib. 1. p. 39. *Agis Euryſthenis filius, Ariſtodemi nepos Lacedæmone regnat annum vnum, eique ſuccedit Echeſtratus. Per id fere tempus videtur obiiſſe Chembes vel Chemmis Ægyptiorum rex, qui centum viginti ſtadijs procul à Memphis extruxit prodigioſæ vſitatis Pyramidem,* cuius baſis, *inquit Diodorus*, habebat in ſingula latera ſeptena plethra latitudinis, altitudo pluſquam ſex plethrorum erat, ac paulatim coarctans

A ſe habebat in faſtigio ſenos latitudinis cubitos, tota ex ſolido lapide ſtructa, τὴν μὲν ἐργασίαν ἔχοντος δυσχερῆ, τὴν δὲ διαμονὴν αἰώνιον, qui difficillimè quidem cæditur, æternæ verò durationis eſt. Cùm enim non pauciores annis mille præterierint ad noſtra
B vſq; tempora (vt verò quidam ſcribunt, plures ter mille quadringentis, manent huc vſque lapides illi, priſtinam diſpoſitionem & totam ſtructuram incorruptam retinentes. *Hæc Diodoro oſtentabãtur Olympiade* CLXXX. *A. M. 3940. milleſimo ante hunc anno.*
C *Numerat autem Diodorus ſeptem generationes à Proteo, quem belli Troiani tempore floruiſſe ſcribit ad hunc (hemmin. Sed per generationes ſeptem totidem reges intelligit. Mox enim Chemmin vocat octauum à Proteo regem. Sic Apriem ait regnaſſe quatuor generationibus poſt*
D *Pſammiticum, cùm tamen ex Euſebio conſtet Apriem eſſe quartum à Pſammitico regem. Chemmis regnauit annos quinquaginta. Reliqui ſeptem denos circiter aut vndenos annos. Sed quia ſeptem illi inter Proteum & Chemmin medij reges nihil memorabile geſſerunt, ideò*
E *anni illi 3400. quos quidam numerabant, à Protei obitu poſſunt inchoari, ea lege vt intelligamus annos dierum centum viginti, qui conficiunt annos Julianos 1117. qui ab A. M. 3940. deducti deſinent in A. M. 2823. circa quem periiſſe potuit Proteus. Annus Ægyptia-*
F *cus propriè dictus erat quidem dierum 365. Sed præter hunc habebant Ægyptij annos menſtruos dierum 30. quadrimeſtres, dierum 120. vt variâ hac & doloſâ annorum vſurpatione Græcos ludificarētur. Quadrimeſtrium annorum pau-*

Digitized by Google

ca occurrunt exempla. Meminit tamen eorum Diodorus, & cauſam docet, quod Ægyptij non in quatuor, ſed in tres tantum partes annum partirentur. Huius fraudis exemplum conſimile protulimus A.M. 1931. Pyramidis huius moli extruendæ trecenta ſexaginta hominum millia inſudarunt annos viginti. Tot hominum myriades enecandæ erant, vt vnum hominem ſepelirent, quod cùm iniquè ferret populus, non auſus eſt filius patrem in eo ſepulchro condere, ſed clam in ignobili & ignoto loco, neque tamen continere ſe potuit, quin & ipſe pro virili parte patris inſaniam imitaretur, Proximus huic longo ſed proximus interuallo. *Secundæ enim pyramidis ſingula latera circa baſim habebant latitudinis ſtadium, h.e. 120. paſſus, pedes ſexcentos. Huius frater tertiam fecit, cuius baſis habat in ſingula latera plethra terna, h.e. pedes trecenos.*

Plinius has tres pyramides aliter de-
Plin. l. 36. c. 12. *ſcribit.* Ampliſſima, *inquit*, octo iugera obtinet ſoli, quatuor angulorum paribus interuallis per octingentos octoginta tres pedes ſingulorum laterum, latitudo à cacumine pedes xxv. Alterius interualla ſingula per quatuor angulos pares DCCXXXVII. comprehendunt. Tertia minor prædictis, ſed multò ſpectatior, Æthiopicis lapidibus aſſurgit CCCLXIII. pedibus inter angulos. *Vt Plinium Diodoro concilies dicendum. 1. Plinium loqui de pede Romano, Diodorum de Memphitico. 2. Plinium loqui præciſè. Diodorum vti numeris rotundatis. 3. Pedem Memphiticum æqualem fuiſſe pedi Hebraico, vt quatuor pedes Memphitici quinque Romanos æquent. Ita prima py-*

A *ramidis baſis habebat in ſingula latera pedes Rom. 883. Memphiticos ſex & ſeptingentos. Diodoro ſatis fuit dicere plethra ſeptem, h.e. pedes ſeptingentos. Secunda pyramidis baſis habebat in ſingula latera pedes Rom. 737. Memphiticos 589. Diodorus ſtadium integrum po-*
B *ſuit, h.e. pedes ſexcentos.*

Tertiæ pyramidis baſis habebat in ſingula latera pedes Rom. 363. Memphiticos 290. Diodorus ponit integra plethra tria, h.e. pedes trecentos. Et plethrum quidem propriè capit centum pedes Atticos, ſtadium ſexcentos. Sed Diodorus
C *non putauit operæ pretium inquirere eſſet ne longior pes Memphiticus Attico. Satis illi fuit rem ὁλοσχερῶς deſcribere. Itaque analogicè vocauit plethrum centum pedes Memphiticos, ſtadium ſexcentos. Is autem, ex quo ſuam deſcriptionem excerpſit Plinius, habebat ſecum pedis*
D *Romani menſuram, & ad eam ſuas dimenſiones perfecit. Sed Plinius, de ſuo dum aliquid addit, turbat, vt cum pedes 883. vocat octo iugera. P. Belo dicit has tres pyramides adhuc extare, ſeque, cum diductis cruribus grandiret gradus, comperiſſe latus vnum maximæ pyramidis*
E *habere paſſus trecentos viginti quatuor, procul intuentibus montes videri. Luſtrabat is Ægyptum A.D. 1537. An prorſus integræ Pyramides eſſent Diodori tempore, vt ipſe teſtatur, viderit Diodorus. Certe Belo refert eam partem, quæ Septentrionem ſpectat, eſſe plurimum*
F *exeſam. Quippe in Ægypto tam putridi ſunt Eteſiæ, quàm nobis Nothus.*

XVIII. X.

A.M. 2944. Cler. 396. N. E. 961.
Ante Dn. 1056. Dauidis VI.

Euſeb. MAgneſia in Aſia conditur. *Scaliger eam intelligi putat, quam Pactolus alluit ad radices, montis Sipyli ſitam, cum altera ſit ad Meandrum fluuium.*

Ælianus l. 8. c. 5. *Ælianus ait duodecim vrbes in oris maritimis & multas alias in continenti conditas ab Ionibus. Hae vno anno fieri non potuerunt. Hac cauſſa eſt, cur Ionicæ migrationis tempus varie aßignetur. Philoſtratus authore Euphorbo numerat annos* CXXVII. *ab Ilij excidio ad Ionicam migrationem. Hoc conuenire poteſt Magneſia conditioni.*

XX. XII.
A. M. 2946. Cler. 398. N. E. 963. Ante Dn. 1054. Dauidis VIII.

2. Sam. 2. 5. ISboſetho per fraudem occiſo Dauid parricidas capite plectit, ac deinceps ſolus toti Iſraeli imperat annos triginta tres.

Lesbos oppidatim habitari incipit annis centum triginta poſt Ilij excidium, teſte Herodoto in vitâ Homeri.

XXI. XIII.
A. M. 2947. Cler. 399. N. E. 964. Ante Dn. 1053. Dauidis IX.

2. Sam. 5. 6. 1. Chron. 11. 5. D*Auid Sionem obſidet. Obſeſſorum tanta erat fiducia, ut dicerent.* Non ingredieris huc, quin amoueris cæcos & claudos. *Dauid indignatus ait,* Quiſquis percuſſerit primus Iebuſeum, is erit dux & princeps. *Rurſus.* Quiſquis percuſſerit Iebuſeum, is attingat in illo emiſſario &

A claudos & cæcos. *q. d. de rupe deijciat.* Quamobrem dictum eſt. *vel,* Quia dixerant cæcus & claudus non ingredietur in hanc domum. *Locus ſanè ſubobſcurus eſt. Sed non ſi variant interpretes in eius interpretatione, ideò cum Gordonio affirmandum textum Hebraicum eſſe corruptum.* *Gordonius cõtrouerſia 1. c. 9.*

B Dauid Sione Hieroſolymorum arce Iebuſæis captâ Arcam Dei Kiriath ieharimis amouet, vbi bis vicenos annos manſiſſe videtur, vt ſupra monuimus A. M. 2927. Obhuzzæ mortem relinquitur in domo Obedis Idumæi: quarto poſt menſe Sionem transfertur.

C *Myrina Æolidis in Aſia ciuitas maritima conditur. Hanc quidam cum Smyrnâ Ionicâ confundunt, quia vtraque in Aſia maritima, & ab Amazonibus condita vel inſtaurata. Smyrnam Ionicam primò condiderat Tantalus, & Naulochum dixerat. Poſtea inſtaurauit vel occupauit Amazonum regina Smyrna & à ſe nomen fecit.* *Euſeb. Stephanus de vrbibus.*

D

XXII. XIV.
A. M. 2948. Cler. 400. N. E. 965. Ante Dn. 1052. Dauidis X.

E QVia res geſtas Dauidis certis annis non adſcribit Scriptura, ideo deinceps ſingula fere bella ſingulis annis aſſignabimus, quam methodum etiam id quod dicturi ſumus A. M. 2989. Cler. 411. confirmabit. Hoc igitur anno videtur Dauid Philiſtinos & Moabitas debellaſſe. *2. Sam. 8. 1.*

F

Digitized by Google

A

XXIII. XV.

A. M. 2949. Cler. 401. N. E. 966. Ante Dn. 1051. Dauidis XI.

1. Sam. 8. 3 DAuid Syros, Idumæos, Hammonitas prælijs aliquot vincit.

Euſeb. *Cumas in Italia condunt Hippocles Cumanus & Megaſthenes Chalcidenſis Æolide orti.*

XXIV. XVI.

A. M. 2950. Cler. 402. N. E. 967. Ante Dn. 1050. Dauidis XII.

2. Sam. 11. 1. DAuid ineunte vere Hammonitarum regiam nomine Rabbam obſidet, neque multo poſt Betſabeam violat.

XXV. XVII.

A. M. 2951. Cler. 403. N. E. 968. Ante Dn. 1049. Dauidis XIII.

2. Sam. 12. 1. Euſeb. Pauſan. NAſcitur primis Betſabeæ filius, & paulo poſt moritur. *Iones tum annos circiter* XLII. *in Attica manſiſſent, Androclum Codri, qui ante annos* XXI. *perierat, filium regem eligunt, & in Aſiam profecti Epheſum, quam Leleges à Lydis oriundi, condiderant & obtinebant, occupant, pulſiſque Lelegibus nouam coloniam condunt, & vrbem ampliant.* Euſeb. *Medonti mortuo ſuccedit Acaſtus, ſecundus Athenienſium Prætor perpetuus annos* XXXVI.

XXVI. XVIII.

A. M. 2952. Cler. 404. N. E. 969. Ante Dn. 1048. Dauidis XIV.

B NAſcitur alter Dauidis & Betſabeæ filius Ididia & Salomon 2. Sam. 12. 1. dictus, eodemque anno videtur violata ab Ammone fratre Tamar Dauidis filia. Ne quarto decimo Dauidici regni anno natum credamus Salomonem, prohibere videtur ipſe C Salomon, qui poſt patris mortem vocat ſe puerum & paruum, cum 1. Reg. 3. 7. tamen ex Epilogiſmo noſtro tum natus eſſet annos XXVII. Sed meminerimus etiam Beniaminem annos triginta natum vocari *nahar* i. puerum Geneſeos XLIII. 7. & XLIV. 30. D 31. 32. 33. 34. vterque ergo *puer, paruus* vocatur, quia fratrum ſuorum minimus erat. Quid? quod Roboam annos XL. natus vocatur *puer* ac *tenellus*? 1. Regum XIV. 21. & 2. Chron. XIII. 7.

E Cùm autem Salomon dicatur ſenium attigiſſe, quid mirum, ſi dicamus eum vixiſſe circiter annos ſexaginta ſeptem? Autor Conſtitutionum, quæ Clementi tribuuntur, & Clemens conſt. l. 2. c. 1. Eupolemus apud Euſebium de præparat. l. 9. aiunt, Salomonem δωδεκαετῆ, duodecim annorum cœpiſſe F regnare. Sed vnde id colligitur? & quid opus eſt, vt fingamus Salomonem vndecimo ætatis anno gignere cœpiſſe? Certe enim Roboam erat 1. Reg. 14. 21. annorum XLI. cùm regnare cœpit.

Digitized by Google

XXVIII. I.

A. M. 2954. Cler. 406. N. E. 971. Ante Dn. 1046. Dauidis XVI.

2. Sam. 13. 23. ABſalon Dauidis filius Amnonem fratrem in conuiuio per fraudem occidit, biennio poſt ſororem Tamarem ab eo violatam, eamque ob cauſſam patris iram metuens in Geſſuriam fugit. Vide vt abyſſus abyſſum inuocet, & mala malis concatenata ſint.

III. IV.

A. M. 2957. Cler. 409. N. E. 974. Ante Dn. 1043. Dauidis XIX.

2. Sam. 3. 38. & 14. 28. ABſalon poſt triennale exilium Ioabi beneficio reditum in patriam impetrat, ſed ita vt biennio demum poſt Dauidem ipſi videre licuerit.

Euſeb. Herod. Ælianus l. 8. c. Tatianus. *Jones Nileo Codri filio duce poſt multos circa Naxon & alias Cycladas errores, in Aſiam traijciunt, & Miletum, Clazomenas, aliaſque ciuitates condunt, in ea maxime Aſiæ parte, quæ ab illis Jonia dicta eſt, idque annis* CXL. *poſt Troiæ conflagrationem, ſiue annis ſexaginta poſt Heraclidarum reditum in Peloponneſum, vt diſerte docent, cum alij, tum maxime Eratoſthenes apud Clementem Stromatum, lib. 1.*

V. VI.

A. M. 2959. Cler. 411. N. E. 976. Ante Dn. 1041. Dauidis XXI.

A ABſalon vix, dum patri plene reconciliatus ſpecie voti Deo reddendi coniurat aduerſus Patrem *anno quadrageſimo*. Hic non poteſt ſubintelligi vox iubilei, quia XL. iubilei annus incidit in ſecundum Salomonis annum. Nec poteſt eſſe B quadrageſimus regni Dauidici annus, quia tum Dauid erat ſeptuagenarius, effœtus, frigidus. In hoc verò bello adhuc vegetus ac viuidus. Eſt igitur annus XL. exiens æræ regni ſiue à coronatione Saulis, vt recte interpretatur. R. Ioſue in Seder holam. C Ab epilogiſmo noſtro non procul abeſt Torniellus, qui hæc confert in XXVI. Dauidis annum, quem vult eſſe quadrageſimum à prima Dauidis vnctione. 2. Sam. 15. 7. c. 17. 8. Torniel. A. M. 3005. §. 2.

VI. VII.

D A. M. 2960. Cler. 412. N. E. 977. Ante Dn. 1040. Dauidis XXII.

BElla ciuilia Abſalomi & Sebæ Bicritæ ſecuta eſt fames triennalis. 2. Sam. 21. 1.

E VII. VIII.

A. M. 2961. Cler. 413. N. E. 978. Ante Dn. 1039. Dauidis XXIII.

F QVidam hoc tempore Carthaginem conditam volunt annis CXLIII. poſt Ilij excidium. *Perperam igitur apud Euſebium ſcribitur hæc perioche numero 971. Cum enim Euſebius Ilij excidium conferat in numerum 835. hæc periodus conueniebat numero* Euſeb.

978. vel 977. Cæterum cum Carthaginis tres fuerint partes, antiquiſſima condita videtur N. E. 784. Altera (quæ carhada, i. *ciuitas noua teſte Solino dicta eſt) N. E. 978. Tertia Byrſa corrupte dicta, pro Boſra N. E. 1143. Vel duæ ſunt tantum vrbis conditiones prima annis* CL. *ante bellum Troianum N. E. 784. altera annis* CXLIII. *non poſt bellum Troianum, ſed poſt conditum templi, vt docet Joſephus N. E. 1143.*

קיר חדש
בצרא

IX. X.

A. M. 2963. Cler. 415. N. E. 980. Ante Dn. 1037. Dauidis XXV.

1. Sam. 21. 1. CVm decurreret primus nouæ Hebdomadis annus & tamen pertinax cœli ſiccitas, famis continuationem, minitari videretur, tum denique Dauid Dei os interrogat. Reſpondet Deus placandos Gabahonitas, impiè contra Ioſuæ iuſiurandum à Saule vexatos. Gabahonitis dantur crucifigendi duo Saulis ex Ruſpâ concubinâ filij & quinque nepotes ex Micale & Hadriele. Tam diuque ſub dio relicti, quouſq; pluuiam immitteret Deus. Tum demum crucibus detracta cadauera paterno tumulo condita ſunt. Paulò poſt contigiſſe videtur populi numeratio, quam Ioab ipſe videbat imperari, non tam ordinis, quàm ambitionis ergo: Ideoque & diſſuaſit, & cùm reluctari non poſſet, inuitus, perfunctoriè obſecutus eſt Ioab fortiſſimus & fideliſſimus Dauidis ſeruus ac conſobrinus. Etiam Abneri & Amaſæ cædes, quæ toties illi à Scri- A ptura exprobrantur, iuſto dolori poterat imputari. Sed quia prodiroria fuit, ideo meritò Scriptura deteſtatur cruenta hæc facinora. Etiam poſteros eorum, qui ſimile quidpiam perpetrarant, ἐναγεῖς vocabant Ethnici, nec vllum ſcelus, vllum ἄγος ma- B gis piaculare cenſebant, quàm doloſum homicidium, Philo ἱεροσυλιῶν τὴν μεγίστην nuncupat.

In hac Ioabi recenſione occurrit ἐναντιοφανὲς, quod ſic conciliandum videtur. Dauid ex ſingulis tribubus vicena quaterna legionariorum mil- C lia conſcripſerat. Ioab inſuper in tribu Iuda comperit quadringenta ſeptuaginta virorum millia, quæ cum legionarijs coniuncta conficiunt 494000. pro quo Scriptura dicit quingenta millia. Tribum Beniaminis & tribum Leui non recenſuit Io- D ab. In reliquis decem tribubus comperit octingenta virorum millia, quæ legionarijs iuncta conficiunt decies centena & quadraginta millia. Scriptura dicit, vndecies centena millia. 1. Chron. 27. 1. & 21. 5. 2. Sam. 24. 9.

Quippe in huiuſmodi recenſioni- E bus Scriptura rotundatos numeros vſurpat. Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui. Gad Propheta regi optionem offert vtrum malit triduanam peſtem, trimeſtrem fugam, an triennalem famem, quæ cum proxime præcedente ſeptenna- F lem efficeret. Dauid in Dei, quàm in hominum manus incidere maluit. Peſtis vno die abſumpſit ſeptuaginta virorum millia. Dauidis precibus datum, ne gladius vltrà ſæuiret. Sequuntur aliquot Dauidis bella, quo- 2. Sam. 21. 15.

Digitized by Google

rum ſeriem nullis coniecturis fulcire A poſſumus.

XIII. XIV.

A. M. 2967. Cler. 419. N. E. 984. Ante Dn. 1033. Dauidis XXIX.

Herodotus in Homeri vita. B

Cuma Æolica, quæ & Phricotis appellatur, habitari incipit annis viginti poſt Lesbon inſulam habitari cœptam, annis C L. *poſt Troiæ euerſionem.*

XVII. XVIII.

A. M. 2971. Cler. 423. N. E. 988. Ante Dn. 1029. Dauidis XXXIII.

Euſeb. *Ixioni defuncto ſuccedit tertius Corinthiorum rex Agelaus, regnatque annos triginta ſeptem.*

XVIII. XIX.

A. M. 2972. Cler. 424. N. E. 989. Ante Dn. 1028. Dauidis XXXIV.

Ioſephus in App. & Ant. l. 8. *Hiram (Εἴρωμος Ioſepho dicitur) Tyriorum rex, regnare incipit annis vndecim ſolidis, anno, inquam, duodecimo, ante conditum templi Salomonici, regnatque annos* XXXIV. *vixit* LIII. *Eupolemo apud Euſebium conſtanter dicitur* Σούρων, *ſiue librariorum mendo, ſiue binominis fuit hic rex, vt Hiram & Suron diceretur.* *Euſeb. de prep. Euang. lib. 9.*

XIX. I.

A. M. 2973. Cler. 425. N. E. 990. Ante Dn. 1027. Dauidis XXXV.

Æneа vel Latino Syluio defuncto ſuccedit filius Alba Syluius ſextus Latinorum rex, regnatque annos XXXIX. *Euſeb.*

XXIII. V.

A. M. 2977. Cler. 429. N. E. 994. Ante Dn. 1027. Dauidis XXXIX.

Echeſtratus Agidis filius cùm annos XXXV. *Lacedæmone regnaſſet, moritur. Huius filius Labotes vel Leobotes regnat annos* XXXVII. *Euſeb.*

C

XXV. VII.

A. M. 2979. Cler. 431. N. E. 996. Ante Dn. 1021. Salomonis I.

D Dauid, cùm vixiſſet ſeptuaginta, regnaſſet quadraginta annos, ſupremum diem, placidus ac beatus obit. Succedit ei Salomon, filiorum Dauidis nouiſſimus, aut certe inter nouiſſimos, Adoniæ vetuſtiori à Deo prælatus, regnatque annos itidem XL. Cæterum anni Dauidis initium ducunt à menſe Niſan. E Anni Salomonis à menſe Tiſri. Dauid enim, primo regnauit annos ſeptem & menſes ſex, deinde annos XXXIII. colliguntur anni XL. menſes VI. *1. Reg. 2. 12.*

Salomon autem Deum orans ſe F puerum & paruulum vocat piâ modeſtiâ, cùm alioqui, ſi epilogiſmum noſtrum admittas, iam eſſet annorum XXVII. cùm ad regnum acceſſit. Certe iam anno ante ex vxore Nahamâ Hammonitide genuerat Ro- *1. Reg. 3. 8.*

Digitized by Google

1. Reg. c. 11. 1. bohamum. Cum autem ſeptingentas vxores & trecentas concubinas habuerit Salomon, his omnibus prælata eſt filia Pharahonis, quia ex potentiore rege nata, & à Salomone iam rege ducta. Alioqui ab ipſo Salomone vocatur *Schegal* quæ vox propriè concubinam ſignificat, forſan ob hoc ipſum, quia regi quidem prima, ſed non ſimpliciter prima Salomoni nupſerat. Quia autem ex Pharahonis filiâ liberos nullos ſuſcepit, ideo regno ſucceſſit Roboham filius Nahamæ, quæ ſimpliciter prima Salomoni nupſerat.

c. 13. 1. — Pſalm. 45. 10. שגל

Sixtus Senenſis vult duos libros Regum ſiue Samuelis hiſtoriam complecti annos centum & viginti. Nos vno tantum anno minus interuallum facimus. — Sixt. Biblioth. l. 1.

TEMPLVM SALOMONIS.

I. XI.

A. M. 2983. Cler. 435. N. E. 1000. Ante Dn. 1017. Salomonis V.

1. Reg. 6. 1. SAlomon *iacit templi fundamenta Ziu*, qui hodie Sivvan dicitur, *Secundo, annis quadringentis octoginta poſt migratam Ægyptum*, Annis tribus & menſibus circiter ſeptem poſt mortem Dauidis, ſiquidem eum obijſſe diximus circa Tiſri. Tempus conuenit cum Maij octauo, feriâ quartâ, currente vltra medium anno Sabbathico.

HOMERVS.

III. XIII.

A. M. 2985. Cler. 437. N. E. 1002. Ante Dn. 1015. Salomonis VII.

DE Homeri tempore variè ſcribunt authores. Herodotus imprudens ait natum annis 632. ante Xerxis in Græciam tranſitum. Hinc Crates apud Tatianum & Clementem colligit natum circa vel ante Heraclidarum in Peloponneſum reditum, qui contigit annis octoginta poſt Ilij ſubuerſionem. Clemens. *Homeri natiuitas contigit ſecūdum Philochorum annis 180. poſt res Troianas*, (numerus 28. videtur addendus) *poſt Ionicam tranſmigrationem*. h. e. Homerus natus eſt anno CLXXX. poſt inchoatum Troiæ obſidionem, XXIX. poſt Ionicam tranſmigrationem, *quæ contigit annis* CXL. *poſt res Troianas, Ariſtarchus in Archilochijs monimentis ait eum in vtero geſtatum tempore Ionicæ tranſmigrationis, quæ contigit*, &c. Hæc verba ἥτις ἐγένετο, *quæ contigit*, &c. pertinent ad antecedens comma, cui adſcripſimus. *Apollodorus ait eum vixiſſe annis centum poſt Ionicam tranſmigrationem, ſub Ageſilao Doryſſæi*, (Herodoto Δορυσσος dicitur) *filio Lacedæmoniorum rege, adeò vt Lycurgus adhuc iuuenis cum eo collocutus ſit*. Nempe quia centum amplius annos vixit Homerus. *Euthymenes in Chronicis ait eum in Chio natum ſub Acaſto, floruiſſe cum Heſiodo*

Clemens Stromat. lib. 1.

Digitized by Google

circa ducenteſimum ab Ilij expugnatione A *annum.*

Non eſt veriſimile Heſiodum ab Homero viſum. Reliqua videntur à vero non aliena. Tzetzes ait Homerum natum ſub Arxippo. Nempe natus eſt eo anno, quo Arxippus vel Archippus Athenieſium Prętor perpetuus Acaſto ſucceſſit, ſub ſecundâ Ionum tranſmigratione, cùm Cumani Æoliæ populi coloniam deduxerunt, vt Smyrnam vrbem conderent. Quippe Critheis Melanopi filia, Crithonis neptis, ex ſtupro grauida à tutore Cleanacte pudore culpæ ablegata, & Iſmenię Boetio commiſſa in itinere iuxta fluuium Meleſium peperit filium, qui primum à loco Meleſigenes, dein Homerus dictus eſt, idque annis duodeuiginti poſt Cumæ Phricotidis conditum, annis centum ſexaginta octo poſt Ilij ſubuerſionem. Homeri verſuum tanta dicitur fuiſſe celebritas, vt etiam Perſæ & Indi poemata eius in ſuam linguam tranſtulerint.

Tzetzes in Heſiodum p. 11.
B
Herodotus in Homeri vitâ.
C
D
Ælianus l. 11. c. 48.

Antipater.

Ἑπτὰ ἐρειδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφῶν, Πύλος,
Ἄργος, Ἀθῆναι.

E

Septem vrbes certant de vatis origine Homeri Cuma, Smyrna, Chios, Colophon, Pylos, Argos, Athenæ. Ptolemeus Philopator Homero templum dicauit, & circa eius ſtatuam ſolio inſidentem pingi curauit ſeptem illas vrbes, quæ Homerum ſibi vindicant.

Ælianus l. 13. c. 22.
F

VII. XVII.

A. M. 2989. Cler. 441. N. E. 1006. Ante Dn. 1011. Salomois XI.

TEmpli ędificatio abſoluitur, intra ſeptennium, immo intra annos ſex, menſes totidem. Encænia celebrãtur menſis Etanim, qui nunc Tiſri dicitur, die octauo, vſque ad Tiſri xv. quo incipit feſtum Tabernaculorum, perduratque vſque ad Tiſri XXII. Ita totos quindecim dies ſolemnia celebrauit populus. Niſan cœperat Martij vltimo, feriâ primâ. Tiſri Septembris XXIV. feriâ tertiâ. Encænia cœperunt Octobris primo, populus dimiſſus eſt, Tiſri XXIII. Octobris XVI. inſtante menſe Bul, qui hodie Marcheſchuuan dicitur. Quam ob cauſſam dicitur totum opus menſe Bul abſolutum, 1. Reg. VI. 38. ineunte remiſſionis & reſtitutionis anno.

1. Reg. c. 6. 37. & 8. 2. 2. Chron. c. 5. 4. & 7. 8.

VIII. XVIII. Iubileus X.

A. M. 2990. Cler. 442. N. E. 1007. Ante Dn. 1010. Salomonis XII.

SAlomon abſoluto templo domui regiæ extruendæ totos tredecim annos impendit, ſiue paulò lentiùs huius domus, quàm templi extructioni incumberet, ſiue ſuas ædes ipſo templo magnificentiores, certè multò ampliores fecit.

XX. XII.

A. M. 3002. Cler. 454. N. E. 1019. Ante Dn. 998. Salomonis XXIV.

ANno viceſimo ex quo ſubſtructiones ſuas inchoauerat Salomon, abſoluit domum regiam annis

1. Reg. c. 7. 1. & 9. 10.

Digitized by Google

tredecim ædificatam, ac tum Salomoni rurſus apparet Deus, benedictionum continuationem & incrementa promittens, modo perſtet in fœdere, ac obedientiâ. Et hactenus quidem perſeuerauerat. Sed non multò poſt à prodigioſâ ſuâ ſeptingentarum vxorum & trecentarum concubinarum multitudine, cum earum plæræque ethnicæ eſſent, in Idololatriam abducitur.

XXIV. XV.

A. M. 3006. Cler. 458. N. E. 1023. Ante Dn. 994. Salomonis XXVIII.

Ioſeph. in App. l. 1.

Hiramo defuncto, ſuccedit filius Baleazarus Tyriorum rex, regnatq; annos ſeptem, viuit XLIII. *Nomen id ſignificat Bahal auxiliarius. Archippo defuncto ſuccedit quartus Athenienſium Prætor perpetuus Therſippus, regnatque annos* XLI.

Euſeb.

XXVI. XVII.

A. M. 3008. Cler. 460. N. E. 1025. Ante Dn. 992. Salomonis XXX.

Euſeb.

Agelao defuncto ſuccedit quartus Corinthiorum rex Prumnis, regnatque annos triginta quinque.

II. II.

A. M. 3012. Cler. 464. N. E. 1029. Ante Dn. 988. Salomonis XXXIV.

Euſeb.

Alba defuncto ſuccedit Attius ſiue Ægypus Syluius ſeptimus Lati- A *norum rex, regnatque annos* XXIV.

ASTAROTH.

III. III.

A. M. 3013. Cler. 465. N. E. 1030. Ante Dn. 987. Salomonis XXXV.

B

Ioſeph. in App. l. 1.

Balehazaro defuncto ſuccedit filius Habdaſtartus, regnatq; annos nouem, viuit XXIX. *Nomen id ſignificat* Seruus Deæ Aſtaroth. Haſtaroth *autem numero multitudinis vel* Haſtoret עשתרת

C *numero ſingulari Græcis Ἀστάρτη, eſt Sidoniorum Dea Græcis Aphrodite dicta, quam & Salomon inter reliquos Deos coluiſſe dicitur,* 1. *Reg.* XI. 4. 33. *& Iſraelitæ Iud.* II. 13. *Ea fuit Paſtorum Dea ab ouibus dicta. Nam ea vox ouem ſignificat, Deut.* VII. 13. *Et* Haſchtarot, i.

D oues gregis tui. *Vult autem R. Chaſda Thalmudis tomo v. libro ſecundo, qui inſcribitur CHolim Tau eſſe* [illegible], *dictamque vocem à locupletando, videlicet antiquorum opes in gregibus erant, vnde & pecunia à pecude dicta. Græcis autem Pan deus, Romanis Pales dea paſtorum dicitur.* Pele *Hebrais mirabile,*

E *Pan Græcis ſignificat omne, Hebrais apparere. Ambroſius relationi Symmachi reſpondẽs ep.* 31. *Quam Cœleſtem Aphri, Mitram Perſæ, pleriq; Venerem colunt, pro diuerſitate nominis, non numinis varietate.*

F

IV. IV.

A. M. 3014. Cler. 466. N. E. 1031. Ante Dn. 986. Salomonis XXXVI.

Doryſſus,

Euſeb. D*oryſſus, Doryſſaus, vel Doryagus* A *Labota, ſiue Leoboteiſilius Lacedæmone regnat annos* XXIX.

ECCLESIASTES.

VII. VII.

A. M. 3017. Cler. 469. N. E. B 1034. Ante Dn. 983. Salomonis XXXIX.

CIrca hunc annum ſcripſiſſe videtur Salomon Eccleſiaſtem, quaſi vanitatis ſuæ cenſorem ac pœnitentiæ teſtem, vt pote extremis C vitæ ſuæ temporibus ſcriptum, cum iam animum omni ſcientiarum, experientiæ, ac voluptatum genere ad ſatietatem vſque expleſſet, vnde nihil illi ſupererat præter mundi contemptum ac faſtidium. Quia igitur vt Dauidis, ſic & Salomonis prima D & vltima fuerunt laudabilia, ideò Scriptura, vbi primum Roboami triennium vult cōmendare ait tum ipſum & Iſraelitas ambulaſſe in vijs Dauidis & Salomonis. *2. Chron. 11. 17.*

Quod autem pœnitentia illa diſertè non prædicatur hæc videtur fuiſſe cauſſa, quia Idola, quæ erexerat, E non ſuſtulit, vt conſtat ex 2. Reg. 11. 13. ſiue per vitæ poſt reſipiſcentiam breuitatem illi non licuerit, ſiue vxorum amori & bono pacis id indulſerit, vt peregrinæ cum eſſent, liceret illis patrios deos colere. F

(∴) (∴)

(∴)

REGES IVDA ET ISRAELIS.

IX. IX.

A. M. 3019. Cler. 471. Num. Euſ. 1036. Ante Dn. 981. Roboami I. Ieroboami I.

SAlomone cum annos XL. regnaſſet, defunctо, Iſraelitæ tributorum ac vectigalium imminutionem poſtulant. Roboam Salomonis filius iam quadragenarius ſpreto Seniorum conſilio ſuperbè reſpondet & minas addit. Iſraelitarum decem tribus indignatæ deficiunt, & Ieroboamum regem eligunt. Cum Roboamo manent tribus Iuda, Beniaminis, & maxima Leuitarum pars. Roboam vixit annos LVIII. regnauit annos XVII. Ieroboam XXII. imperfectos, ſolidos XXI. Solus XX, vnum cum filio. Contigit hoc Schiſma, regnique Salomonici dilaceratio currente primo Hebdomadis anno. Ἀπὸ κλαπεύχίας ad hoc Schiſma fluxerunt annorum hebdomades ſolidę LXVII. *1. Reg. 11. 42. 2. Chron. 10. 1. c. 14. 20. 2. Chron. 12. 13.*

Ieroboamo dicuntur adhæſiſſe decem tribus, Roboamo duę vel etiam vnica, quod ita videtur intelligendum, vt Ieroboamo Danis tribum adſcribas propter vrbem Dan, quam occupabat, & duæ tribus Manaſſis ſectiones ita numerentur, quaſi duas tribus efficerent, quanquam potuit & Simeonitas aliquot habuiſſe Ieroboam. *1. Reg. 11. 31.*

Roboam verò τῶ δωδεκαφύλω fere

T

ſemiſſem aut trientem obtinebat, A puta maximam tribus Leui partem, tribum Beniaminis, Iudæ, Simeonis, & Danis; & tamen duas tantum partes obtinuiſſe dicitur, qui à tribus Leui numerari non ſolet in ſortitione terræ. Simeonis autem & Danis tribus tribui Iudę imputabantur, B atq; adeo Beniaminis quoq; tribum aliquando vno tribus Iudæ vocabulo complectitur Scriptura, vt 1. Reg. XI. 13. 32. 35. & XII. 17. 20.

Regnum igitur Robohami à regno Ierobohami ſeparabat Iordanus fluuius, torrens Cerith, montes C Ephraim, & torrens Gaal, ita vt meridiem obtineret Roboham, Septentrionem vero Ieroboham.

Cæterùm diſtinctionis cauſâ Roboami ſucceſſores dicuntur reges Iuda, Ieroboami verò ſucceſſores, reges Iſrael. Ita Scriptura loquitur D vt plurimum. Quam ob cauſſam 2. Chron. XXI. 2. & XXVIII. 19. LXX. & vetus interpres vocát Ioſaphathum & Achazum reges Iuda. Sed cùm plerique codices Hebræi habeant *regis Iſrael*, quid cauſſæ eſt, cur Gordonius Ieſuita clamitet corrupta à E Iudæis hæc loca, Achazum, Ioſaphatum *contra omnem veritatem* dici reges Iſraelis? Quid? Iuda nonne tam ab Iſraele oriundus eſt, quàm Ephraim? Sæpius totum denominatur à maiori parte. Sed & non rarò denominatur à meliori parte. Ioſapharhi ciues erant Iſraelis melior F pars. Verè igitur Ioſaphat, Achaz dicuntur reges Iſrael.

Iacobus Gordonius cõtrouerſia 1. c. 9.

XII. XII.

A. M. 3022. Cler. 474. Num. Euſ. 1039. Ante Dn. 978. Roboami IV. Ieroboami IV.

LEuitarum & Iſraelitarum quamplurimi toto triennio magno zelo Dei cultui & Roboami obſequio adherent.

2. Chron. 11. 16. & 12. 1.

Poſt hæc etiam in tribu Iuda refrigeſcere cœpit zelus ille, ac peruerti cultus Dei, Hieroſolymis non minus, quam inter Ephraimitas.

In Habdaſtartum Tyriorum regem inſurgunt quatuor nutricis ipſius filij, quorum veterrimus regnum inuadit, ac tenet annos duodecim.

Ioſep. in App.

S E S A C.

XIII. XIII.

A. M. 3023. Cler. 475. Num. Euſ. 1040. Ante Dn. 977. Roboami V. Ieroboami V.

IDololatriæ tribus Iuda caſtigandæ Deus Seſakum Ægypti regem immittit. Is currus M C C. equitum LX M. peditum innumerabilem multitudinem trahens, totam tribum torrentis inſtar inundat, diripit, peruaſtat. Hieroſolymis theſauros tum regios, tum ſacros expilat. Aurea Salomonis ſcuta capit, quorum loco ænea ſubſtituit Roboham. Quod in Schemahiæ prophetæ monitis ob-

2. Chron. 12. 2. 1. Reg. 14. 25.

temperantes Hieroſolymitani reſipiſcentiam ſpopondiſſenr, iam tum de populo actum erat. Paucos tamen peccatorum ſeriò pœnituit. Roboham & populi maxima pars ad vomitum redijt. Sed ſemen ſanctum, quantumuis exiguum, ignotum, deſpectum ciuitatem ſtatuminat.

Euſebius vult hoc ipſo anno 4. numero MXL. cœpiſſe regnare in Ægypto Pſeuſennem, regnaſſeque annos XLI. Legendum fortean Seuſecnes pro Seſak-nes.

XXIV. V.

A. M. 3034. Cler. 486. Num. Euſ. 1051. Ante Dn. 966. Roboami XVI. Ieroboami XVI.

Euſebius. *HAſtartus Tyriorum rex regnat annos duodecim teſte Ioſepho in Appionem lib 1. Thraces Strymone traiecto Bithyniam occupant, quæ tum Berrycia dicebatur.*

XXVI. VII.

A. M. 3036. Cler. 488. Num. Euſ. 1053. Ante Dn. 964. Abiæ I. Ieroboami XVIII.

1. Reg. 15. 2. 2. Chron. 13. 1. ABia quartus rex tribus Iuda, Roboami filius regnat annos tres. Hic non proaui pietatem, ſed patris impietatem imitatus eſt. Deus autem fœderis cum Dauide initi memor populi ſui miſerebatur, atque adeò Abiam ipſum ad meliorem, A frugem caſtigatione paternâ reuocauit.

Euſebius. *Attio defuncto ſuccedit Capys octauus Latinorum rex, regnatq; annos* XXXVIII.

XXVII. VIII.

A. M. 3037. Cler. 489. Num. B Euſ. 1054. Ante Dn. 963. Abiæ II. Ieroboami XIX.

2. Chron. 13. 3. IEroboam octingẽta Iſraelitarum millia aduerſus Abiam armat. Abia dimidiam eius partem vix col- C ligit. Itaque precibus Deum, monitis Iſraelitas flectere conatur. Ieroboam viribus dolum adijcit, & dum concionatur Abia, copias eius indagine cingit. Deus tamen ſuorum preces audit, & Iſraelitas fraudibus ac viribus ſuis confidentes ita profli- D gat, vt eorum quingenta millia perierint.

Fuit hoc horrendum ac pene incredibile, ſed iuſtum tamen Iſraelitarum à Deo ac legitimo rege ſuo deficientium ſupplicium. Erat Abia tanto beneficio, tam illuſtri victoriâ E indignus. Sed erat Ieroboam hac clade digniſſimus.

XXVIII. IX.

A. M. 3038. Cler. 490. N. E. 1055. Ante Dn. 962. Aſæ I. F Ieroboami XX.

2. Reg. 15. 9. 2. Chron. 14. 1. ASa Abiæ filius quintus tribus Iuda Rex regnat annos 42. Hic amouit lupanaria, meritorios, & ſtercoreos maiorum ſuorũ Deos,

Digitized by Google

Lucum & horrendam matris ſuæ A
ſtatuam ſuccidit, quin & ipſam matrem Mahacam Abſalomi filiam autoritate regiâ abdicauit, deniq; quod rectum eſt, coram Deo fecit, niſi quod excelſa non ſuſtulit. A ſortitione terræ Chananæorum ad hanc Eccleſiæ inſtaurationem præterierunt B
hebdomades annorum ſeptuaginta, iubilei decem.

I. X. Iubileus XI.

A. M. 3039. Cler. 491. Num. Euſ. 1056. Ante Dn. 961. Aſæ II.
Nadab I.

1. Reg. 15. 25. NAdab II. Iſraelitarum rex Ieroboami filius, viuente, vt videtur, patre, rex inauguratur, regnatque annos duos imperfectos, h. e. D
ſecundo ſui regni anno occiſus eſt. Quod ſi poſt patris demum mortem regnare cœpit Nadab, tum dicendum Ieroboamo tribui annos XXII. imperfectos, cum tamen viginti tantum ſolidos annos & aliquot menſes regnauerit. Prior ſententia E
mihi potior videtur.

II. XI.

A. M. 3040. Cler. 492. Num. Euſ. 1057. Ante Dn. 960. Aſæ III.
Bahaſæ I. F

1. Reg. 15. 27. NAdabo Gibbethonem oppugnanti bellum infert Bahaſa filius Achijæ Iſſacaritæ Nadabum ac totam eius familiam funditus excindit, prout ab Achijâ Schiluntino prædictum fuerat.

V. XIV.

A. M. 3043. Cler. 495. Num. Euſ. 1060. Ante Dn. 957. Aſæ VI.
Bahaſæ IV.

PRumni defuncto ſuccedit quintus Corinthiorum rex Bacchis, regnatque annos triginta quinque. Ab eo reges Corinthiorum Bacchiadæ dicti ſunt. *Euſeb.*

C *Ageſilaus Doryſſai filius Lacedæmone regnat annos* XLIV.

VII. XVI.

A. M. 3045. Cler. 497. Num. Euſ. 1062. Ante Dn. 955. Aſæ VIII.
Bahaſæ VI.

THerſippo defuncto ſuccedit Phorbas quintus Athenienſium rex, regnatque annos XXXI. *Euſeb.*

VIII. XVII.

A. M. 3046. Cler. 498. Num. Euſ. 1063. Ante Dn. 954. Aſæ IX.
Bahaſæ VII.

ASTarto defuncto ſuccedit frater Aſerumus, Tyrique regnat annos nouem, viuit LIV. *Ioſeph.*

X. XIX.

A. M. 3048. Cler. 500. N. E. 1065. Ante Dn. 952. Aſæ XI. Bahaſæ IX.

Digitized by Google

2. Chron. 14. 1.

CVm iam Aſa annos decem pace potitus, multa piè & proſperè egiſſet, Zerach Æthiopum, qui Arabiam deſertam & Petręam incolunt, rex trecentos currus, armatorum decies centena millia in Iudæam ducit. Erant Aſæ è tribu Iuda trecenta Scutatorum, & CCLXXX. Beniamitarum millia. Sed tota eius fiducia in Deo erat. Deus igitur æthiopas funditus profligat. Aſa Gerarum & reliqua Chuſitarum vel Æthiopum oppida & mapalia occupat, diripit. Spolia opima Deo conſecrat. Bellum hoc quatuor circiter annorum fuit, Aſa videlicet victoriam acriter perſequente.

XIV. IV.

A. M. 3052. Cler. 504. N. E. 1069. Ante Dn. 948.

Aſæ XV. Bahaſæ XIII.

2. Chron. 15. v. 1.

HAzarias Propheta Hodedis filius Aſam docet victoriam de Æthiopibus reportatam Dei beneficio acceptam ferendam, Eius cultui ſedulo incumbēdum. Aſa populum congregat regni ſui XV. anno, menſe tertio, h. e. feſto Pentecoſtes, Iunij XVI. feria IV. ex ſpolijs ſeptingentos boues, ſeptem ouium millia Deo immolat. Fœdus cum eo renouat. Obſequuntur alacri animo non modo tribus Beniaminis & Iuda, ſed & ex tribu Ephraimis, Manaſſis, Simeonis, & reliquis Iſraelitis quamplurimi. *Excelſa quidem non amota ſunt ab Iſraele. Attamen cor Aſa fuit ſyncerum omnibus diebus ſuis.* LXX. πλὼ καρδιὰ Ἀσὰ τελεία ἦν &c. Vulgata verſio, *Cor Aſa fuit perfectum*. Hæc perfectio non defectui, ſed fictioni opponitur, q. d. Etiamſi nec Iſrael Idola, nec Iuda ſua excelſa amouerit, nec Aſa ſine vitijs eſſet, tamen, quod Idola amouit, quod Dei cultui ſe dedidit, fecit id animo minimè fucato.

v. 10. — v. 17. — שלם

XV. V.

A. M. 3053. Cler. 505. N. E. 1070. Ante Dn. 947.

Aſæ XVI. Bahaſæ XIV.

1. Reg. c. 15. v. 16. & 32. 2. Chron. 15. 16.

HOc anno videtur Aſa Mahacę matri ſuæ Abſalomi filiæ regiam autoritatem detraxiſſe, atque hæc fuiſſe cauſa cur hactenus pacificus Bahaſa deinceps omnibus regni ſui diebus Aſam bello infeſtarit. Vt vt ſit, *bellum non fuit vſque ad annum trigeſimum quintum regni Aſæ*. Ita vetus interpres & LXX. Ita quoque ſonare videntur Hebræa. Atqui Baaſa perijt anno XXVI. regni Aſæ vt patet 1. Reg. XVI. 10. Caietanus, Ioh. Lucidus de emendat. temp. l. 2. c. 9. Canus locorum Theologic. l. 11. c. 12. nodum cum ſoluere non poſſent, ſecare non dubitarunt, dixeruntque legēdum eſſe XXV. & XXVI. pro XXXV. & XXXVI. Saltem legiſſent XV. & XVI. potiùs quàm præter lectionis nouitatem etiam alia fingerent, quæ Torniellus meritò reſpuit, vt pote quæ totam hiſtoriæ ſeriem interuertunt. Et Torniellus quidem poſt Matthæum Beroaldum, Fr. Iunium, alios, quorum nomina conſtanter ſupprimit, ne quid illis debere videatur, rectè contendit hos 35. annos à Schiſmate inchoandos. Sed huic in-

Torniell. A. M. 3095. §. 2.

terpretationi non ſatis conuenit vulgata verſio. Clariùs igitur & commodiùs verteris. *Et bellum non fuit regno Aſa vſque ad annum trigeſimum quintum*, non tam regni Iuda (vt explicat Torniellus) quàm regni Iſraelitici. Propriè enim hic erat annus cxv. regni Iuda, ex quo Dauid ex tribu Iuda oriundus Chebrone tribui Iuda imperare cœperat. Sed certè hic erat annus xxxv. regni Iſraelitici à Ieroboamo inchoati. Non potuit autem ſuppleri vox *Iubilei*, quia ſecundus Aſæ annus incidit in Iubilei primum.

XVI. VI.

A. M. 3054. Cler. 506. N. E. 1071. Ante Dn. 946.
Aſæ XVII. Bahaſę XV.

2. Chron. 16. 1. 1. Reg. 15. 17.

A*Nno trigeſimo ſexto* regni Iſraelitici, *regnante Aſa, aſcendit Bahaſa rex Iſraelis aduerſus Iudam adificaturus Ramam, ne ſineret egredi aut regredi quenquam ad Aſam regem Iudæ.*

Aſa oblitus quantò tutius ſit Deo quàm hominibus fidere, regios, & ſacros theſauros exhaurit, vt ad regem Syriæ munera mittat, quibus eum perſuadeat bellum Bahaſæ inferre. Benhadad Tabrimmonis filiº, Chezionis nepos Damaſci rex fœdere, quod cùm Bahaſâ inierat, rupto tribum Nephtali incurſat, vrbes pleraſque diripit Danem, hijuntem, Abelem & alias. Bahaſa inchoatam Ramæ munitionem deſerit, Aſa lapides & ligna aliò transfert ad muniendam Gibham & Mitſpam. Hæc non vno anno geſta videntur.

XVII. VII.

A. M. 3055. Cler. 507. N. E. 1072. Ante Dn. 945.
Aſæ XVIII. Bahaſæ XVI.

I*N Atſerumum Tyriorum regem inſurgit Pheles, regnatque menſes octo, viuit annos quinquaginta.* Ioſeph. in App.

XVIII. VIII.

A. M. 3056. Cler. 508. N. E. 1073. Ante Dn. 944.
Aſæ XIX. Bahaſæ XVII.

CHanani Propheta nomine Dei Aſam increpat, quod Syrorum potiùs quàm Dei auxilium implorarit, potuiſſe Deum & Bahaſam & Benhadadem non minus, quàm Zerachum debellatos ipſi tradere. Contra futurum, vt deinceps nouis bellis vſque vexetur. Aſa excandeſcens Prophetam carceri mancipat, & obmurmurantes eo nomine non paucos è populo vexat. Adeò rara, mutila, fluxa eſt Princjpum erga Deum fides! 2. Chron. 16. 7.

Phelem Tyriorum regni inuaſorem occidit Itobalus Dea Aſtaroth ſacerdos. Is viuit annos LXVIII. *regnat* XXXII. *Is eſt Iezabelis pater, Achabi ſocer. Quod Græci dicebant σὺν θεῷ, Tyrij dicebant.* Et Bahal, *q. d.* Si Bahal dederit. Ioſeph. in App. l. 1.

XXV. XV.

A. M. 3063. Cler. 515. N. E. 1080. Ante Dn. 937.
Aſæ XXVI. Elæ I.

1. Reg. 16.10. ELa quartus Iſraelitarum rex Baaſa filius regnat annos duos, h. e. ſecundo ſui regni anno mortuus eſt.

XXVI. XVI.

A. M. 3064. Cler. 516. N. E. 1081. Ante Dn. 936. Aſę XXVII. Tibni I.

1. Reg. 16.15. ZImri quintus Iſraelitarum rex occiſo Elâ, totâque eius familiâ penitus exciſâ, regnat dies ſeptem, quibus exactis obſeſſus ab Homri, domum regiam atque in eâ ſe ac ſuos incendit. Interim Tibni & ipſe, regnum occupat, tenuitq; annos quatuor.

Euſeb. *Capy defuncto ſuccedit filius Carpentus nonus Latinorum rex, regnatque annos XII.*

SAMARIA CONDITVR.

II. I.

A. M. 3068. Cler. 520. Num. Euſ. 1085. Ante Dn. 932. Aſæ XXXI. Homri I.

1. Reg. 16.23. HOmri ſeptimus Iſraelitarum rex, mortuo Tibni, ſolus regnat annos ſex & menſes aliquot, forſan octo vel decem.

Hactenus regni Iſraelitici metropolis fuerat Tirtza. Sed quia Tibni in ea vrbe potiſſimum regnauerat, Homri empto à Schemere duobus argenti talentis agro quodam accliui, vrbem inibi extruit, & Schomronem ſiue Samariam vocat. Ea deinceps fuit regum Iſraelis ſedes, & vrbs regia. Pretium agri fuerat circiter bis mille aureorum, vel librarum ſex millium. Hinc condita videtur æra, cuius caput arceſſendum ab antecedente Tiſri, ineunte primo hebdomadis anno. Vide A.M. 3108. שמרון

IX. VIII.

A. M. 3075. Cler. 527. N. E. 1092. Ante Dn. 925. Aſæ XXXVIII. Achabi I.

AChab octauus Iſraelitarum rex, Homri filius regnat annos 22. 1. Reg. 16.29.

X. IX.

A. M. 3076. Cler. 528. N. E. 1093. Ante Dn. 924. Aſæ XXXIX. Achabi II.

ASa podagrâ correptus medicorum opem, quàm Dei gratiam potiùs requirit. Sed fruſtra ſunt medicæ manus, niſi Deus adſit. 2. Chron. 16.12.

Carpento defuncto ſuccedit filius Tiberinus, decimus Latinorum rex, regnatque annos octo. Euſeb.

XII. XI.

A. M. 3078. Cler. 530. N. E. 1095. Ante Dn. 922 Ioſaphati I. Achabi IV.

IOſaphath ſextus tribus Iudæ rex, Aſæ filius, regnat annos 25. cum natus eſſet annos XXXV. Hic pia Da- 1. Reg. 22.41. 2. Chron. 17.1.

uidis ataui, & Aſæ patris exempla ſe- A cutus eſt, & quæ ſub patre remanſe-rant, lupanaria ſuſtulit.

Eufeb. *Phorbanti defuncto ſuccedit Megacles ſextus Athenienſium rex, regnatq; annos triginta. Sextus quoque Corinthiorum rex Agelas regnat annos triginta.*

B

XIV. XIII.

A. M. 3080. Cler. 532. N. E. 1097. Ante Dn. 920.
Ioſaphati III.
Achabi VI.

2. Chron. 17. 7. IOſaphat in omnes regni ſui ciuitates Doctores mittit, qui populum Dei legem edoceant, ac fœdus renouent. Factum id ineunte anno Sabbathico. Deus autem Aſæ & Ioſaphati pietati adeò benedixit, vt & opib⁹ ac numero ciuium plurimum aucti ſint. Cum enim Abia Aſæ pater vix quadringenta virorum millia non ita pridem colligere potuiſſet, erant Ioſaphato vndecies centena & ſexaginta armatorum millia.

XVIII. XVII.

A. M. 3084. Cler. 536. N. E. 1101. Ante Dn. 916.
Ioſaphati VII.
Achabi X.

Eufeb. *AGrippa Syluius. Agrippæ Tiberini filius* XI. *Latinorum rex, regnat annos* XI.

(∴) (∴)

(∴)

ELIAS.

XXI. I.

A. M. 3087. Cler. 539. Num. Euſ. 1104. Ante Dn. 913. Ioſaphati X.
Achabi XIII.

ELias prænuntiat ſiccitatem annorum trium & ſex menſium, 1. Reg. 17. 1. Iac. 5. 17. quorum initium Iudæi in Seder Holam maiore confetunt in XIII. Achabi annum. Durante autem fame paſcitur Elias à coruis annum vnum. 1. Reg. 17. 7. Torniellus confert, id in quartum Ioſaphati annum. Nobis veriſimilior videtur Iudæorum ſententia. C

Archelaus Ageſilai filius Lacedæmone regnat annos ſexaginta. Eufeb.

D

XXII. II. Iubileus XII.

A. M. 3088. Cler. 540. Num. Euſ. 1105. Ante Dn. 912. Ioſaphati XI.
Achabi XIV.

E ELias apud viduam Sareptanam commoratur annum vnum, antequam moreretur filius eius. 1. Reg. 17. 15.

Ithobalo defuncto, ſuccedit filius Badezorus vel Badehezarus, Iezabelis frater, regnatque annos ſex, viuit XLV. Ioſ. adu. App. l. 1.

F

XXIII. III.

A. M. 3089. Cler. 541. Num. Euſ. 1106. Ante Dn. 911. Ioſaphati XII.
Achabi XV.

Elias

Digitized by Google

1. Reg. 17.7. ELias apud viduam Sareptanam commoratur annum alterum poſt excitatum à mortuis eius filium.

XXIV. IV.

A.M. 3090. Cler. 542. Num. Euſ. 1107. Ante Dn. 910. Ioſaphati XIII. Achabi XVI.

1. Reg. 18.1. ELias tertio cõmorationis apud viduam Sareptanam anno, redit ad Achabum, experimento certo demonſtrat Iehouam eſſe verum Deum, Bahalem falſum, Bahalis ſacerdotes CCCCL. iugulari iubet, pluuiam à Deo impetrat, nihilominus Iezabelis minis territus fugit. primo Beerſebahum, deinde in montem vſque Horeb, vbi à Deo iubetur ad Iſraelitas redire, & Eliſehum in prophetam vngere. Quod enim additur, de Chazaele & Iehu, factum id quidem Eliæ mandato, ſed poſt eius in cœlum aſcenſum.

BENHADAD.

XXV. V.

A.M. 3091. Cler. 543. Num. Euſ. 1108. Ante Dn. 909. Ioſaphati XIV. Achabi XVII.

1. Reg. 20.1. BEnhadad rex Syriæ, vt vidit Iſraelitas, triennali fame exhauſtos, & pluuię beneficio eſſe in agris, vnde equos, homineſque paſcat, triginta duos reges ſecum adducit, qui

A Iſraelitas opprimant. Achabo vix ſeptem hominum millia aderant. Sed Deus dominos quieſcere iuber, & famulos CCXXXII. armari, ab his inchoâtum prælium tanto terrore Syros confudit, vt protinus in fugam ſe dederint, ac plerique perie-
B rint.

XXVI. VI.

A.M. 3092. Cler. 544. Num. Euſ. 1109. Ante Dn. 908. Ioſaphati XV. Achabi XVIII.

C

BEnhadad XXXII. reges, ignauiæ damnatos abdicat, eorum loco XXXII. principes ſubſtituit, exercitum reparat, Iehouam montium tantum Deum eſſe dictitans, in planitie pugnam capeſſit. Deus verò
D maiore, quàm anno ſuperiore, ſtrage Syrorum blaſphemias caſtigat. Ceciderunt in prælio centum Syrorum millia. Qui Aphecum fugerant, horum XXVII. M. murus de repentino corruens obruit. Benhadad Achabum pacem rogat. Achab non inui-
E tus annuit, ideóque à propheta increpatur, quod blaſphemum hominem inultum abire paſſus eſſet. 1. Reg. 20.23.

XXVII. VII.

A.M. 3093. Cler. 545. Num. Euſ. 1110. Ante Dn. 907. Ioſaphati XVI. Achabi XIX.

F

IEzabel Itobali filia, Achabi vxor Nabothum calumnijs opprimit, vt vineam eius, quam concupierat 1. Reg. 21.1.

Digitized by Google

Achab, iure fiſci occupet, idq; trien-nio ante Achabi mortem. Hinc colligas nullum eſſe ſcelus tam horrendum, cuius miniſtros non inueniat tyrannis.

I. IX.

A. M. 3095. Cler. 547. Num.
Euſ. 1112. Ante Dn. 905.
Ioſaphati XVIII.] [Achabi XXI.
Iorami I.] [Ochoziæ I.

Ioſeph. in Ap. l. 1.

B*Adezoro defuncto ſuccedit filius Mattenus Tyriorum rex, regnatque annos nouem, viuit* XXXII. *Huius amita erat Iezabel Achabi vxor.*

1. Reg. 22. 1.

Inter Iſraelitas & Syros fuit triennalis pax. Exeunte verò triennio recruduit bellum. Siquidem Benhadad pollicitus fuerat ſe redditurum Achabo ciuitates Iſraelitis ereptas, neque tamen reddebat, Galahaditarum vrbem nomine Ramoth. Hanc armis repetitum it Achab ſuadentibus cccc. pſeudoprophetis, vno Michâ diſſuadente. Ad id bellum etiam Ioſaphatum pertrahit. Et vrbem quidem recuperaſſe videtur, ſed in prælio cadit, cum attigiſſet XXII. regni annum incluſo vtroq; termino.

Vide A. M. 3109.

Ioſaphat ſingulari Dei prouidentia liberatur, ſed veluti per ignem. Vrbem Ramoth, tum ab Achabo captam colligimus, ex 2. Reg. 8. 28. & 9. 1. Achabo ſuccedit filius Ochozias, regnatque biennium, imperfectum.

2. Chron. 19. 1.

Ioſaphatum in patriam reuerſum increpat Iehu, Chanani prophetæ filius, quod cum impio Achabo ſocietatem inijſſet. Ioſaphat his monitis excitatus rurſus Dei cultum A expurgat, iudices probos vndique conſtituit, & ad officium hortatur.

2. Chron. 20.

Dum peregre abeſt Ioſaphath, Iudæam infeſtaturi copias colligunt Moabitę, Hammonitę, καὶ οἱ ἐκ τῶν Ἀμμονιτῶν, q. d. Hammonitani. Idumæos deſignari crediderim. Dum B numeroſum exercitum inſtruunt, non ante Ioſaphati reditum in Iudæam irruperunt verſus Hengaddi. Deus in populi ſui gratiam ſpiritu vertiginis hoſtes percellit vt rixâ de repente obortâ ſuo ſe gladio iugularint. Tam illuſtribus exemplis edoC ceri non potuit Ioſaphat, vt caueret ab impiorum ſocietate, licet primò & aliquâdiu recuſatâ. Ioſaphath igitur renouato ἐπιγαμίας iure ſeruos ſuos cum Ochoziæ miniſtris Ophirum mittit. Deus, qui non vult nos ἑτεροζυγεῖν per Elihezerē prophetam D teſtatur ſocietatem illam ſibi diſplicere, & irritam futuram hanc expeditionem.

1. Reg. 22. 50. 2. Chron. 20. 35.

II. X.

A. M. 3096. Cler. 548. Num.
Euſ. 1113. Ante Dn. 904.
E Ioſaphati XIX. } Iorami I.
Iorami II. }

2. Reg. 1.

OChozias Achabi filius ex cancellis quibuſdam delapſus, in lethalem morbum incidit. Legatos Hakkaronem mittit, ad Behelzebub, i. τὸν μυιοσόβον θεὸν, ſciſcitaturos, F num, ex illo morbo conualeſceret. Elias Dei iuſſu legatis occurrit, iubet reuerti ac denunciare Regi, nunquam conualiturum. Ochozias impiè veſanus ter quinquagenos milites mittit, qui Eliam corripiant. Duę

עקרון בעל זבוב

primæ πεντηκοντάδες igne cœlitus delapſo conſumptæ ſunt. Tertiæ dux flexis genibus veniam impetrat. A

Elias & ſubiectis parcit, & vltrò ad Ochoziam pergit, eademque pręſens denunciat, quæ abſens dixerat. Ochozias non multò poſt moritur, ſine liberis. 2. Reg. 1. 17. 3. 1. Succedit ei frater Ioram, B Achabi filius, decimus Iſraelitarum rex, ſecundo primæ inaugurationis Iorami Iudaici anno, duodeuiceſimo Ioſaphati anno exeunte, regnatque annos duodecim, quorum initium à menſe Tiſri inchoandum.

2. 1. At Elias in cœlum rapitur curren- C te adhuc vt volunt Iudæi XVIII. Sed ſane inſtante XIX. Ioſaphati anno. Mirabilis huius ἀναλήψεως teſtis vnus fuit, ſed omni exceptione maior Elizehus, ſuper quem requicuit ſpiritus Eliæ, h. e. charismata. Alterum Gen. 5. 25. ἀναληφθέντος εἰς οὐρανὸν exemplum ψιλοῦ D 2. Chron. ἀνθρώπου vnicum fuit, idque ante dilu- 21. 12. uium. Nam & Enoch μετελήφθη. Antequam in cœlum raperetur Elias, ſcripto conſignatam reliquerat & alicui prophetæ commiſerat interminationem propheticam aduerſus Ioramum Iudæorum regem ſuo E tempore Ioramo tradendam. circa A. M. 3105.

ELISEVS.

אלישע 2. Reg. 2. 14. DEus vt doceret ſpiritu ſuo duci, vt nuper Eliam, Sic & Eliſchû, F dat illi vim ſecandi Iordani, quam olim Ioſuhę, & nuper Elię tribuerat, ſpectantibus id prophetarum filijs, i. diſcipulis. Illi tamen, quod ſpiritus afflatu futurum prædixerant, Elizeho rem geſtam referenti non prius crediderunt, quàm toto triduo Eliam fruſtra quæſiuerunt. Eliſehus Ierichuntis aquas ſanat. 2. 18. Non videtur autem hic omnino contemnenda Midraſchitarum alioqui vt plurimùm deſipientium ſententia, qui dicunt Ierichuntis aquas, Achabi demum temporibus amaras redditas, ex quo Hiel eius muros inſtaurarat. Nam cùm in Ierichuntis agro vnicus tãtum fons eſſet, vt teſtatur tum hæc hiſtoria, tum Ioſephus Antiquit. lib. XV. quî potuiſſent olim Amorręi & nuper Hiel, contra Dei mandatum, locum hunc eligere, quem vrbi extruendæ aut inſtaurandæ deſtinarent?

Eliſeus Ierichunte Bethlehem proficiſcitur atque ibi XLII. pueros caluitiem ipſi, contumelioſè exprobrantes, execratur. 2. Reg. 2. 23. Deus, qui renes ſcrutatur & nouit, quo ſpiritu quiſque ducatur, qui olim Iſmahelis Iſaako illudentis riſum ab impuro infidelitatis fonte manare peruiderat, is quoque tum puerorum illorum impietatem intus & in cute exploratam habens, immitit duas vrſas, quæ blaſphemum illum non tam in prophetam, quam in Deum cuius miniſter erat, riſum ſeuerè vlciſcantur.

III. XI.

A. M. 3097. Cler. 549. Num. Euſ. 1114. Ante Dn. 903.
Ioſaphati XX. } Iorami II.
Iorami III. }

MEſchah Moabitarum rex, cum pecuariam ageret, & מישע 2. Reg 3. 4.

maximâ pecorum multitudine abundaret, iuſſus erat ab Iſraelitarum rege Achabo, tributum pẽdere, non auro, ſed pecore, puta centũ agnorum, totidemq; arietum millia, ſiue quot annis ſiue quoties nouus aliquis rex Iſraelitis exoriretur. Cum ergo poſt Achabi mortem nec Ochoziæ nec Ioramo tributum debitum penderent Moabitæ, Ioram Ioſaphatum rogat, vt ſibi aduerſus communem hoſtem bellum geſturo adſit, nec recuſat Ioſaphat, oblitus eorum, quæ Iehu & Elihezer prophetæ monuerant. (2. Chron. 19.1. & 20.35.) Aſſumit & tributarium ſuum Idumæorum regem, atq; adeò per Idumæam iter ſuſcipitur. Deus, qui nos cum impijs iugum ferre non vult, efficit vt errore viarum, vel exortâ de repentino ſiccitate ſeptiduo maximâ aquarum penuriâ laborarit exercitus. At populum ſuum non ſucciſum, ſed commonitum volens Deus prouiderat, vt in caſtris etiam Eliſeus eſſet, regibus illis, nihil tale cogitantibus. Vbi non procul abeſſe Eliſeum reſciuerunt, tres illi reges, non arceſſunt, ſed ipſi adeunt prophetam & opem rogant. Eliſeus Idololatrâ Ioramo acriter increpito, iubet alueolos paſſim fieri, futurum vt etiam imbre nullo cœlitus decidente, aquis impleantur, quantum exercitui eſſet plus ſatis. Ab illis quoque & Moabitam victum & Moabitidem totam perditum iri.

Cum ſubrufum eſſet Idumeæ ſolum. Moabitæ ſub ſolis ortum rubicundas aquas decurrere videntes, putabant idem tribus regibus contigiſſe, quod ſibi biennio ante contige- A rat, vt videlicet ortâ ſeditione ſuo ipſi gladio perirent. Cruorem hunc eſſe, non aquas. Ita non ad prælium, ſed ad ſpolia diripienda cæco impetu feruntur. Vbi ſe ſpe deceptos viderunt, attoniti magnâ ſtrage turpiter profligantur. Tota Moabitis peſ- B ſum datur, prout ab Eliſeo iuſſum aut prædictum fuerat, donec Meſchah Moabitarum rex ad vltimam deſperationem actus, filium vnigenitum ſuis ἀποτροπαίοις dijs immolat, hoſtibus inſpectantibus. Hoc ſpectaculum omnibus tam horribile C fuit, vt quaſi re confectâ ad ſua quiſque diſceſſerit.

IV. XII.

A. M. 3098. Cler. 550. Num. Euſ. 1115. Ante Dn. 902.

Ioſaphati XXI. } Iorami III.
D Iorami IV.

HOc anno videtur Eliſeus Sunemum veniſſe, & apud honeſtum aliquem ciuem diuertiſſe, qui (2. Reg. 4. 8.) piæ vxoris precibus conſultò cœnaculum extruxit ad excipiendum pro- E phetam, quoties rei diuinæ Sabbathis aut nouilunijs faciendæ gratiâ in vrbem veniret. Anno vero ſequente Sunamiridi hactenus ſterili naſci potuit filius.

VII. XV.

F A. M. 3101. Cler. 553. Num. Euſ. 1118. Ante Dn. 899.

Ioſaphati XXIV. } Iorami VI.
Iorami I.

HOc anno videtur Sunamitidis (2. Reg. 4. 18.) filius iam loqui, iam in agrum

curſitate incipiens, ſed adhuc geſtatilis, obijſſe præ nimio Solis ardore, & mox ab Eliſeo vitæ redditus. (8.1.) Videtur quoque hæc torrida æſtas fuiſſe prima ſeptem ſterilium, quas prædixit Eliſeus, & ob quas Sunamitis in Palæſtinam ſeceſſit, ſeptimo demum poſt anno in patriam reuerſura ante Iorami Iſraelitarum regis obitum. Sed Scriptura vltimo demum anno, quo reuerſa eſt Sunamitis, egreſſus illius ac ſeptennalis ſterilitatis meminit, licet ea, quæ à 2. Reg. 4.38. vſque ad 2. Reg. 8.3 narrantur, intra illud famis ſeptennium acciderint. Cœpit igitur ſterilitas æſtate ſexti anni, fames vero cœpit anno Sabbathico.

(Ioſeph. in App. lib. 1.) *Matteno Tyriorum regi defuncto, ſuccedit Pygmalion regnatq; annos* XLVII. *viuit* LVI.

(2. Chron. 21. v. 5. 8. 20.) Ioſaphato, cum annos imperfectos viginti quinque regnaſſet defuncto, Idumæi hactenus tribui Iuda obſecuti, iugum excutiunt. Et Ioram quidem Iudæus Idumæorum aliquot percuſſit, & curruum præfectos profligauit. Idumæi tamen in defectione perſtiterũt. Defecit quoque Libna. Hoc fuit primum Iorami, quia à Ioſaphati veſtigijs & puro Dei cultu deſciuerat, ſupplicium.

(2. Reg. 8. v. 16.) *Anno quinto Iorami filij Achabi & Ioſaphathi regis Iuda regnauit Ioram filius Ioſaphathi regis Iuda.* His verbis Ioram videtur vocari filius Achabi & Ioſaphathi propter affinitatis iura, quæ inter duas illas familias interceſſerant. (v. 17.) *Annos triginta duos natus erat, quando regnare cœpit, & annos octo regnauit Ioram.*

VIII. XVI.

A. M. 3102. Cler. 554. Num. Euſ. 1119. Ante Dn. 898.

Iorami II. [Iorami VII.

Seruauerintne Iſraelitarum decem tribus annos Sabbathicos, (Exod. 23. 11.) nobis non ſatis conſtat. Sed etiam tum, cùm ſeruabantur, tamen proferebant, (2. Reg. 4. 42.) & arua & vineæ fructus aliquos, quos nemo ſibi vindicare poterat. Cùm igitur huiuſmodi ſpicas aliquot recentes cum gluma, & viginti panes ἀπαρχαίων obtuliſſet aliquis Eliſeo, is iuſſit eos centum prophetarum diſcipulis apponi: Ijque præter ſpem omnium ſuffecerunt, & reliquum aliquid ſuperfuit. Hoc (4. 38.) miraculum anteceſſit pultis quam iniectæ colocynthides infecerant, ſanatio. Secuta eſt Nahamanis Syri (5. 1.) curatio, & quæ non poſſumus certis annis adſcribere, vſq; ad caput octauum ſecundi Regum.

LYCVRGVS.

D*E Ariſtodemo Ariſtomachi filio, Cleodæi nepote, Hylli pronepote, Herculis abnepote diximꝰ A. M. 2896. Charili, ſiue Charilai ſtemma ſic legitur apud Herodotũ,* Ariſtodemꝰ, Procles, Euryphon, Prytanis, Polydectes, *ſiue Pollux,* Eunomus, Charilus. *Apud Plutarchum ſic,* (Plut. in Lycurgo.) Ariſtodemus, Patrocles, Sous, Eurythion, Prytanis, Eunomus, Polydectes, Charilaus. *Apud Pauſaniam ſic,* (Pauſanias p. 79. & 87.) Ariſtodemus, Procles, Sous, Eurypon, Prytanis, Eunomus, Polydectes, Charillus. *Rurſus Plutar-*

chus. Eunomus, *inquit*, ex priore vxore Polydectem habuit, ex poſteriore Deianaſſa Lycurgum. *Recte igitur Eutychidas apud Plutarchum ait Lycurgum fuiſſe ſextum à Patroclè, vndecimum ab Hercule. Polluce, ſiue Polydecte ſine liberis defuncto, ſuccedit Lycurgus frater: aliquãtò poſt Polydectæ vidua Lycurgum monet, ſe quidem grauidam eſſe, ſed fœtum oppreſſuram, modo ipſi nubat. Lycurgus ſcelus auerſatus, ſed diſsimulandum ratus, Immo, inquit, ſi mihi nubere cupis, fœtum diligenter aſſerua, ne tibi potius quàm fœtui noceas. Si mas naſcatur, ego videro. Vbi puerperij tempus venit, mittit ſatellites, qui obſeruarent, mas an fœmina naſceretur. Fœminam matri dari, marem ad ſe perduci iubet. Cum proceribus vrbis epulanti Lycurgo, adfertur Polydectæ filius. Hunc Lycurgus ſolio regio imponit. Hodie, inquiens, vrbis natus eſt rex. Ego regnum abdico, mihi tutoris munus ſufficit, dum rex adoleſcat. Vos cauete, ne mater parricidium meditata, ſit infantis nutrix. Exultantibus omnibus & Lycurgi pietatem laudantibus infanti Charilao nomen fecit, cum ipſe regnaſſet menſes octo.* Clemens Strom. l. 1. *Dieuchidas Megaricorum libro quarto apud Clementem ait Lycurgum floruiſſe circa ducenteſimum nonageſimum ab Ilij excidio annum. Ab Ilij excidio ad hanc Lycurgi tutelam ſunt anni 286.*

X. XVIII.

A. M. 3104. Cler. 556. Num. Euſ. 1121. Ante Dn. 896. Iorami IV. Iorami IX.

2. Chron. 21. 2. IOram Iudæus in impietate perſeuerans ſex fratres ſuos, quos Ioſaphat pater muneribus & vrbibus aliquot præſidiarijs contentos eſſe voluerat, occidit, tum quod paternæ pietatis hæredes eſſent, tum quia iniqua omnis poteſtas conſortis eſt impatiens. Fratrum cædem cumulat principum aliquot, qui parricidium hoc execrabantur, ſtrage.

XI. XIX.

A. M. 3105. Cler. 557. Num. Euſ. 1122. Ante Dn. 895. Iorami V. Iorami X.

IOramo Ioſaphati filio, offertur prophetia ab Elia, dum in terris ageret, ſcriptis conſignata, cuius hęc erat ſumma. Quia Iehouam, & Ioſaphati, Aſæque veſtigia deſeruiſti, fratres tuos occidiſti, ecce Deus te morbo ſæuiſſimo belloq; acerrimo percutiet, donec vxores ac filij in captiuitatem abducantur, & viſcera tua vi doloris effundantur exacto biennio. Ad eam rem excitauit Deus Philiſtinos & Arabas, qui Iudæam depopularentur, & totam Iorami familiam, ac opes in captiuitatem adſportarent, filios etiam trucidarent excepto Ochozia. 4. Chron. 21. 12. 21. 1.

SAMARIÆ OBSIDIO.

XII. I.

A. M. 3106. Cler. 558. Num. Euſ. 1123. Ante Dn. 894. Iorami VI. Iorami XI.

2. Reg. 6. 24. BEnhadad, nullis Iſraelitarum A
beneficijs, nullis Dei flagellis ſa-
nabilis Samariam longa, puta quin-
quennali fame enectam obſidet. Iam-
que ad ἀνθρωποφαγίαν deuenerant, ob-
ſeſſi, cum Panico terrore perculſi Sy-
ri de repentino omnes, qua data via,
in fugam ſe conijciunt, caſtris reli- B
ctis, & abiectis paſſim in ipſa fuga
impedimentis. Hinc rerum tanta
mutatio facta eſt, vt cum pridie ſter-
coris columbini logus, ſiue Kabi
quarta, Sati XXIV. pars ſiclis quinque
veniſſet, poſtridie tritici ſatum ſiclo
comparari poſſet, hordei duo ſata, i. C
modij Romani tres tantidem, prout
prædixerat Eliſehus. Et qui id fieri
poſſe negauerat tribunus Regius, vi-
dit, dumque ſtupens id ſpectat à po-
puli concurſantis turba proculcatur,
quod & prædixerat propheta. Hoc
fuit primum ſeptennalis ſterilitatis D
leuamen. Itaque anno ſequente ſte-
8. 3. rilitatis ſeptimo, Sunamitis in pa-
triam redit.

XIV. III.

A. M. 3108. Cler. 560. Num. Euſ. 1125. Ante Dn. 892. Ochoziæ I. Ioram XII.

E

OChozias, qui & Ioachaz, &
Azarias Iorami regis Iuda fi-
lius patri, cùm regnaſſet annos octo,
ſuccedit duodecimo Iorami Iſraeli- F
tarum regis anno, regnatq; annum
vnum. Erat autem natus annos XXII.
Vide ſupra p. 39. A. vt docetur 2. Reg. VIII. 26. Anno-
rum XLII. ne pater quidem tùm erat
nedum filius. Igitur 2. Chronic.
XXII. 2. videtur legendum XLII. pro
XXII. Ita ſentiunt Cardinalis Caieta-
nus, Scaliger, Torniellus, vel dicitur
filius annorum XLII. quia regnare
cœpit ineunte XLII. anno æræ Sama-
ritanæ, de qua diximus A. M. 3068.

Eliſeus mandatum ante annos 1. Reg.
XVII. Eliæ denunciatum executurus 19. 5.
Damaſcum venit. Iacebat in lecto 2. Reg. 8. 7.
Benhadad ſenio (iam enim annos
amplius LIII. regnauerat) & cladis
ſuæ dolore fractus. Audit aduenisſe
prophetam. Ad eum mittit Chazae-
lem cum muneribus ſuper valetudi-
ne ſciſcitaturum. Reſpondet Eli-
ſeus Chazaeli. *Dic. Non viues.* Vel *di-* לא
ces illi. Omnino viues. Priorem inter- לו
pretationem CHAZAEL malim.
Deus, inquit, oſtendit mihi Ben-
hadadem moriturum, te eius loco
regnaturum, & Iſraelitas plurimis ac
horrendis malis affecturum. Cha-
zael ad dominum reuerſus, ſanita-
tem quidem pollicitus eſt, poſtridie
vero iniecta veſte ſtragula palpitan-
tis adhuc ſenis ſpiritum opprimit,
eiuſque regnum inuadit.

XV. IV.

A. M. 3109. Cler. 561. Num. Euſ. 1126. Ante Dn. 891. Athaliæ I. Iehu I.

A*Thenienſium ſeptimus rex Diog-* *Euſeb.*
netus, regnat annos duodetrigin-
ta. Corinthiorum quoque ſeptimus rex
Eudemus regnat annos XXV.

Ioram Iſraelitarum rex, vbi audi- 2. Reg. 8. 28.
uit Benhadadem è medio ſublatum
adſcito Ochozia copias conſcribit,

ſiue ad inuadendam Galahaditarum vrbem, nomine Ramoth, ſiue, quum veriſimile dixerimus, eam iam ante annos tredecim ab Achabo captam ad eam propugnandam aduerſus Chazaelis incurſus. Et tum quidem vrbem Ramoth recuperare non potuit Chazael. Sed magna tamen ſtrage Iſraelitas adfecit, & Ioramum ſauciauit. Ioram Iſrehelem redit, vt à vulnere curetur. Ochozias domo quidem profectus fuerat ea mente, vt prælio intereſſet. Sed cùm ſeriùs adueniſſet, inſtitutum iter non abrupit, Iſrehelem venit, vt Ioramum, quem ſauciatum eſſe audiuerat, viſitaret. Sed quod veriſimile eſt, copias, ſi quas collegerat, dimiſit. In exercitu vero Iorami remanet Iehu ad tutandam vrbem Ramoth. Eò mittit Eliſeus ex ſuis diſcipulis aliquem. Is Iehu principibus aliquot ſtipatum in cubiculum interius abducit, & nomine Dei, vngit in Iſraelitarum regem, iubet excindi totam Achabi familiam, & parentelam, & cum dicto in fugam ſe proripit. Rogant principes, *quid ſibi vult demens iſte?* Sic prophetam vocitabant. Iehu, primò diſſimulat. Inſtantibus fatetur quid dixerit. Protinus illi Iehu regem proclamant. Iehu portas vrbis Ramoth acribus excubijs cuſtodiri iubet, & antequam huius rei fama peruulgaretur, citato curſu Ijzrcelem petit. Forte pro porta ſtabant Ochozias & Ioram. Monet vigil aliquem aduentare. Mittit Ioram currum vnum, dein alterum. Hos retinet Iehu. Igitur eò it ipſe Ioram & Ochozias. Ambos iugulat Iehu Io-

2. Chron. 22. 5.

2. Reg 9. 1.

A ramum in Nabothi vineam abijci iubet, memor ita olim ab Elia prædictum. Ochoziam, quia Ioſaphati filius erat, ſepeliri patitur. Ijzreelem ingreſſus Iezabelem Itobali Tyriorum regis filiam, Achabi viduam de feneſtra in plateas deijci imperat, ip-
B ſe equorum ſuorum pedibus proculcat. Cadauer eius à canibus laceratum eſt. Ad Samaritanos proceres ſcribit Iehu, videant quem ex Achabi filijs (ij ſeptuaginta erant) eligere velint. Samaritani reſcribunt ſe nullum Achabitam electuros, ſed Iehu
C mandatis parituros. Mandat Iehu, vt Achabitarum capita ad ſe deferantur. Mittuntur eadem nocte: Iehu reliquos Achabitas & Hamræos atq; adeò neceſſarios & ſacerdotes eius trucidat, quotquot Ijzrehele inuenit. His peractis Samariam conten-
D dit. In itinere occurrunt ipſi XLII. Ochoziæ fratres, h. e. agnati. Nam Philiſtini trucidauerant iam Ochoziæ fratres. Hi nihil adhuc de rebus à Iehu geſtis reſcierant. Itaque rogati, quo pergant, profitentur ſe Ioramum & Iezabelem viſitaturos, iter
E inſtituiſſe. Hos omnes correptos iugulat Iehu. Tum obuium Ionadabum Rechabi (à quo Rechabitæ dicti) filium ſecum aſſumit, teſtem futurum eorum, quæ Dei zelo facturus eſſet. Samariam delatus, profitetur ſe Bahalis cultum multò arden-
F tiùs amplecti velle, quàm vnquam Achab. *Hatzaram* indicit. Ea vox aliquando quodlibet feſtum ſignificat. Sæpe vero peculiariter feſtum Tabernaculorum: vt Leuit. XXIII. 6. Num. XXIX. 36. Neh. VIII. 18. & 2. Chron.

Chron. VII. 9. Totum inquam octiduum, vel octauum, Tabernaculorum diem. Die igitur dicta Iehu Bahalitam mentiens, conuocat Bahalis ſacerdotes omnes. Sacrificium longè maximum adornat. Dum ſacris operantur, ad vnum omnes confodit, Bahalis ædem incendit, Idola eius proterit, ob eam cauſam à Deo laudatur. Sed Deum tamen is mox deſeruit, & Ieroboami Idololatriæ adhęſit. Regnauit autem annos duodetriginta. Hatalia interim Hamri filia, Achabi ſoror, Ochoziæ mater, Iorami vidua, quidquid ſeminis regij à Salomone orti nanciſci potuit, id totum exſcindit, & regnum inuadit, idque annos ſex tenuit.

Clemens Strom. l. 1.

Soſibius Lacon Homeri tempus confert in octauum annum regni Charilai Polucis filij. *Vt hoc verum eſſe poſſit, dicendum, 1. Homerum annos circiter centum viginti quatuor vixiſſe 2. Homerum obiiſſe hoc octauo anno vitæ Charilai. Quippe regni Charilai anni poſſunt à Natali eius inchoari. Sed quia re vera tum demum regnare cœpit Charilaus, cum fuit maior annorum viginti quinque. Ideò Clemens annos tantum nonaginta numerat ab Homero ad primam Olympiadem.*

XVI. V.

A. M. 3110. Cler. 562. Num. Euſ. 1127. Ante Dn. 890. Hataliæ II. Iehu II.

2. Reg. 10. 32.

DVm Iehu in Hamræis ſiue Achabitis & Bahalitis, Hattalia in Salomonitis extirpandis, laborant, interim Chazael Syriæ rex, non modo controuerſam Galahaditarum vrbem Ramoth recuperat, ſed & Galahaditas omnes, & quidquid Iſraelitæ trans Iordanum poſſederant, ſibi ſubijcit, horrendâque immanitate, in viros, pueros, ac fœminas graſſatur, prout ab Eliſeo prædictum fuerat. Hui! quam amari, quam horrendi ſunt Idololatriæ fructus!

XXI. X.

A. M. 3115. Cler. 567. Num. Euſ. 1132. Ante Dn. 885. Ioaſi I. Iehu VII.

2. Reg. 11. 2. Chron. 23. 1.

IOas decimus tribus Iuda rex, Ochoziæ filius, regnat annos quadraginta. Seruauerat hunc Iehoſabhat amita, Iorami filia, Ochoziæ ſoror, Ioiadhæ ſummi ſacerdotis vxor, hunc, inquam, anniculum, & adhuc à nutricis vbere pendentem furtim ſubductum abdiderat in remoto quodam conclaui annos integros ſex. Septimo anno, cum iam ſeptem annos natus eſſet Ioas, Ioiadah Leuitas omnes ex toto regno inuitat Hieroſolyma, & quidem, vt veriſimile eſt, ad ſolenne Tabernaculorum feſtum, quod eo anno incidit in Sabbathū, Octobris primum. Erant Aaronitarum viginti quatuor familiæ Sacerdotales, quę alternis ſuam queq; ſeptimanā implebant. Eodem ordine, reliqui quoque Leuitæ, alternatim munere ſuo fungebātur. Feſti ſolennitas duplex minus ſuſpectum reddebat Leuitarum & populi frequentem concurſum. Leuitarum igi-

1. Chron. 24. 1.

tur & Sacerdotum alij Sabbatho exibant, alij inibant vicem. Ineuntes Ioiadah trifariam diuidit. Trientem vnum iubet adſtare portæ domus regię. Alterum trientem portę [a] curſorum ſiue poſtium [b]: tertium portæ SVR: i. egreſſus ſiue Orientali. Exituros iubet intra templum conſiſtere, acie duplici regem vndique circumſiſtentes, ea lege, vt ſi quis ſepta perrumpere tentaret, capital eſſet. His arma præparauerat Salomonis ſcuta, & quæ vndecunque conuaſare potuerat. His ritè ordinatis IOAS in medium producitur, diadema capiti imponitur, Dei lex ipſi proponitur. Fœdus cum Deo, rege, ac Salomonis ſtirpe renouatur: populus rem applauſu confirmat. Eò accurrit rerum omnium ignara mater Hatalia, proditores inclamat, tum Ioiadhę iuſſu intra Leuitarum armatorum ſepta admittitur, atque ita ſola è templo eijcitur, ac tum deniq; morte afficitur. Bahalis ædes ſubuertitur, idola confringuntur. Renouatur Eccleſiæ, regnique facies magno piorum gaudio. Cùm autem dicitur Ioas regnaſſe annos quadraginta, omnino videtur poni numerus rotundatus pro decurtato 37. vel 38. Nam ſeries hiſtoriæ docet eum occiſum duodequadrageſimo ſui regni anno.

[a] רצים
[b] סכים

L Y C V R G V S.

XXII. XI.
A. M. 3116. Cler. 568. N. E. 3133. Ante Dn. 884.
Ioaſi II. Iehu IIX.

A *Eratoſthenes apud Clementem, apud Euſebium autem* ARISTODEMVS, *& Polybius aiunt, annis centum & octo, quadriennijs* XXVII. *ante primam Iphiti Olympiadem celebratum fuiſſe Elide Agonem Olympicum, ac proinde annis 333. poſt ludicrum Herculis. Si quadrien-*
B *niorum ſeriem, quam olim ſecuti fuerant Pelops, Atreus, Hercules, tum obſeruaſſent Græci, Olympias illis vno anno priùs fuerat celebranda. Cur in hunc annum ludicrum Olympicum comperendinarint Græci, cauſſa hæc eſſe videtur, quod hoc anno, interlunium incidit in*
C *Cancri & Iulij primum diem. Deinceps quadrienniorum ordo, non cum veteribus Herculis & Atrei ludicris, ſed cum hoc recentiori ſemper conuenit.*

Euſeb. Chronol. lib. 1. p. 216. editionis à Scaligero procuratæ.

Huic ludicro interfuiſſe atque adeò præfuiſſe Lycurgum, vel hinc colligi poteſt, quod diſcus Olympicus Lycurgi no-
D *men præferebat. Atque hinc natus error eorum, qui Lycurgum Iphito, æqualem fuiſſe, & cum eo ludicrum Olympicum condidiſſe* συνακμάσαι ϗ συνθεῖναι τὴν ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν *dicebant.*

Plut. Lycurgo.

Eratoſthenes, *inquit Clemens*, tempora ita deſcribit. A Troiâ captâ ad
E Heraclidarum deſcenſum numerat annos octoginta. Hinc ad Ioniam conditam, annos ſexaginta; Hinc ad Lycurgi tutelam annos cẽtum quinquaginta nouem. Hinc ad primam Olympiadem annos centum octo. *Lycurgi tutelam vocat ſecundam, quæ*
F *hoc anno contigit non primam.*

Clemens Strom. 1.

Lycurgus abdicato regno quantum admirationis, & laudis apud bonos meruit, tantum inuidiæ ſibi conflauit, apud regis infantis matrem & auunculum Leonidam ac reliquos, Charilai cogna-

tos. Quippe Leonidas dictitare Charilai matrem ideò calumnijs à Lycurgo appetitam, & parricidij ſuſpicione adſperſam, vt matris infamia in filium redundaret. Quin & filium à matris vberibus auulſum, vt, dum patruos ſapit Lycurgus, & πρόδικον, i. tutorem agit, facilius infantem prodere, & ſine ſuſpicione è medio tollere queat. Harum calumniarum pertæſus Lycurgus, abdicatâ tutelâ, Spartâ relictâ, primò in inſulam Cretam, dein in Ioniam nauigat. Quidam vſque in Ægyptum, Hiſpaniam, atque adeò in Æthiopiam & Indiam vſque nauigaſſe ferunt, vt mores hominum populorumq; leges, ritus & ſacra pernoſceret. Vt vt ſit, poſt quatuordecim annorum peregrinationem in Græciam reuerſus, hoc anno fuit Elidenſibus autor inſtaurandi ludicri Olympici. Spartani, vbi Lycurgum non procul Lacedæmone abeſſe andiuerunt, ad eum mittunt, monent iam nullum eſſe ſuſpicioni locum, redeat tandem & patriæ diſſentionibus inteſtinis laboranti ſubueniat, perijſſe iam inuidos eius obtrectatores, omnes reditum eius votis expetere, etiam ambos reges Charilaum Proclidam, & Archelaum Euryſthenidam.

Herod. p. 513.

Archelai ſtemma hoc fuit autore Herodoto, Muſâ ſeptimâ. Hercules, Hyllus, Cleodæus, Ariſtomachus, Ariſtodemus, Euryſthenes, Hegeſis, Echeſtratus, Leoboreus, Doryagus, Ageſilaus, Archelaus. Itaque vt Charilaus ſic & Archelaus erat duodecimus ab Hercule, ſeptimus ab Ariſtodemo. Priuſquàm in patriam remearet Lycurgus, Delphicum Apollinem cõſuluit, num opera pretium facturus ſit, ſi quas animo propoſuerat leges inſtituat. Sacer-

Plutarchus Lycurgo.

A dos auro corrupta (teſte Polyeno) reſpondit probari conſilium Apollini. Tum ſingulari confidentiâ maximæ molis opus aggreditur. Primùm nouam agrorum omnium diſtributionem facit, totam Spartam in familiarum nouem millia diſpeſcit. Singulis eos agros aſſignat, ex

Xeno. de Lacedam. politia.

Polyænus lib. 1.

B quibus ſeptuagintà medimnos colligere queant. Si quæ eſſet familia, vnicâ viduâ conſtans, huic agrum dat, ex quo duodecim tritici medimnos demetat. Hic erat, inquam, modus prouentus annui, quem ab Hilotis tanquam colonis ac villicis perpetuis percipiebant Spartiatæ. Siqui-

C dem nec agriculturæ, nec vlli omnino artis ingenuos vacare voluit Lycurgus, ſed totos eſſe in excolendâ diſciplinâ militari ab ipſis cunis ad capulum vſque.

Tum auri, argenti, æris ſiue rudis, ſiue ſignati vſum exterminat, tanquam malorum omnium irritamenta, & ani-

D morum peſtes.

Ædificiorum trabes ſolâ ſecuri adornari iubet, portas, menſas, & id genus vtenſilia ſolâ dolabrâ exaſciari.

Vnicum in ſingulos annos veſtiarium ſufficere cenſet.

Omnes mares, pueros, adoleſcentes, vi-

E ros, certis horis ac locis ſimul κτ̓ φρατρίας epulari quotidie voluit, vt vnicuique menſæ adhiberentur quindeni plus minus conuiuæ. Conuiuia hæc συσσίτια & φιδίτια dicebantur à conuictu & parſimoniâ. Atq; hæc laudare poterit, etiam is qui imitari nolet. At cum furtum mo-

F dò ſcitè factum permittit Lycurgus, cùm promiſcuum vxorum vſum probat, modo id inſcio marito non fiat, cùm virgines ſimul ac pueros ἐν γυμνοπαιδίαις retecto corpore exerceri iubet, vt ipſa mulier maſculum pectus gerat, & horridior ſit glan-

dem ructante marito, vt ideò ſolis Lacanis ius ſit viris imperare, quod ſolæ viros pariant, hæc ſanè neque pius neque prudens quiſquam laudabit. Hoc enim eſt non viros ac fortes puerperas, ſed lupos ac lupas inſtruere. Meritò igitur Lycurgi leges mirati ſunt omnes, æmulatus eſt nemo.

II. XIX.

A. M. 3124. Cler. 576. N. E. 1141. Ante Dn. 876. Ioaſi X. Iehu XVI.

Euſeb.

AGrippæ, cum regnaſſet annos XL. *ſuccedit* XII. *Latinorum rex Aremulus, regnatque annos* XX. *Dionyſius* Ἀλλάδην *vocat. Sub Agrippâ floruiſſe Homerum teſtantur Apollodorus Grammaticus, Euphorbius Hiſtoricus, & Cornelius Nepos.* C *Quia ergo Agrippa obijt centum annis ante primam Olympiadem,* CXXIV. *ante Catonianam* V.C. *æram.* D *Ideò B. Hieronymus totidem annos numerat ab Homero ad primam Olympiadem & Romám conditam, ſed ſcribit id primo Agrippæ anno, quod vltimo ſcribere debuerat. At Homerum Herodotus annis* CXL. *antiquiorem facit, vt ſupra monuimus A. M. 2985.* E *Nos Herodoti ſententiæ potiùs accedimus eò maximè argumento ducti, quod Lycurgum in peregrinatione ſuâ memorāt Ælian. & Plut. & incidiſſe in Homeri poëmata, quæ à poſteris eius magnâ curâ aſſeruabantur, eaque Lycurgum maximo in pretio habuiſſe.* F *Atq; adeò vereor vt Apollodori, ac proinde aliorum ſententiam non ſatis intellexerit Hieronymus. Nam Apollodorus apud Tatianum ait Homerum, vixiſſe annis centum poſt* A *Ionicam commigrationem, h. e. annis* CCXL. *poſt Ilij excidium, quod incidit in A. M. 3056. quo ſane tempore florebat Homerus.*

V. III.

A. M. 3127. Cler. 579. N. E. B 1144. Ante Dn. 873. Ioaſi XIII. Iehu XIX.

DIdo, inquit Joſephus, Carthaginem condit Pygmalionis ſeptimo, annis CXLIII. *menſibus octo poſt templum à Salomone conditum. Hæc non cohærent.* C *Itaque videntur ſic concilianda. Dido Pygmalionem fugere cogitur annis* CXLIV. *poſt templum conditum. Arcem vero Carthaginis condit non* VII. *ſed* XXVII. *Pygmalionis anno Arcemque ſua lingua dixit Botſram, Græci* βύρσαν, *vnde fabulæ locus de corio bubulo Æneid 1.* D *Tempus conuenit ſeptingenteſimo quinto anno antequam ſubuerteretur Carthago, pro quo Solinus numero rotundato contentus ſeptingenteſimum tantum dixit.* Ioſeph. in Appionem lib. 1. בצרא

Charilaus Pollucis filius Lacedæmonius hactenus ſub tutoribus habitus, vbi annos viginti quique attigit, ſuo nomine regnare incipit, E *regnatque annos ſexaginta quatuor. Filius eius Nicander annos vndequadraginta, quorum triceſimus quartus incidit in primam Olympiadem.* Soſibius apud Clementem Strom. l. 1.

XI. IX.

A. M. 3133. Cler. 585. N. E. F 1150. Ante Dn. 867. Ioaſi XIX. Iehu XXV.

EVdemo defuncto, ſuccedit octauus Corinthiorum rex Ariſtodemus, regnatque annos XXXV. Euſeb.

Digitized by Google

XV. XIII. Iubileus XIII.

A. M. 3137. Cler. 589. Num. Euſ. 1154. Ante Dn. 863. Ioaſi XXIII. Ioachazi I.

2. Reg. 13. 1. IOachaz, duodecimus Iſraelitarum rex, Iehu filius, regnat annos 17. adnumeratis vt videtur duobus filij annis, vel regnauit annos ſolidos xv. inchoatos xvii.

Euſeb. *Athenis Ariſtodemo defuncto, ſuccedit octauus rex Phereclus, regnatque annos vndeuiginti.*

2. Reg. 12. 5. 2. Chron. 24. 5. Hoc, i. currente xxiii. Ioaſi anno, à iactis templi fundamentis centeſimo quinquageſimo quinto, vt notat Seder Holam, templum temporis vetuſtate, Sacerdotum incuriâ, & Bahalitarum proteruiâ, multis locis collabens inſtauratur, magna Ioaſi ſollicitudine, populi liberalitate, & quæſtorum fide. Ad pium hoc opus Ioaſum & populum inuitaſſe videtur Iubilei ſolennitas.

XXII. I.

A. M. 3144. Cler. 596. N. E. 1161. Ante Dn. 856. Ioaſi XXX. Ioachazi IIX.

A*Remulo defuncto, ſuccedit filius* xiii. *Latinorum rex Auentinus Syluius, regnatq; annos triginta ſeptem.*

XXV. IV.

A. M. 3147. Cler. 599. N. E. 1164. Ante Dn. 853. Ioaſi XXXIII. Ioachazi X.

A E*Uſebius numero 1167.* Carthaginem, *inquit*, hac ætate quidam conditam volunt. *Timæus Siculus ait Romam à Romulo conditam annis* xxxviii. *ante primam Olympiadem, eodemque tempore etiam Carthaginem conditam à Didone. Hæc ſunt* ἀσύστατα. B *Crediderim igitur Didonem circa N. E. 1164. mortuam, viginti annis poſt extructam Carthaginis arcem Botſram ſiue* βύρσαν, *eodemque circiter anno Auentinum Aremuli filium in Auentino monte caſtellum condidiſſe anno* lxxviii. *ante primam Olympiadem.*

C *Teleclus Archelai filius Lacedæmone regnat annos quadraginta.* Euſeb.

XXVI. V.

A. M. 3148. Cler. 600. Num. Euſ. 1165. Ante Dn. 852. Ioaſi XXXIV. Ioachazi XI.

D FErtur vetus Iudæorum ſcitum, cuius hæc videtur eſſe mens. *Quo anno mortuus eſt ædificator templi, eodem inſtaurator natus eſt.* Hoc ſi verum eſt, Ioiadah ſummus Sacerdos E obierit hoc anno centeſimum triceſimum annum agens. 2. Chron. 24. 14. Seder Holam maius.

Hoc obice perrupto, rurſus erumpit impietas & Idololatria, ſuadentibus id principibus, conniuente Ioaſo. Prophetæ contra inclamant, intonant, maximè Zacarias Ioiadhæ fi- F lius. Huius piam libertatem tam impatienter tulit Ioas, vt lapidibus obrui iuſſerit eum, cuius patri vitam debebat, idque, ne quid ſceleri deeſſet, in ipſo templo. Euſebius his conuenientia docet, qui Zacariæ mor- 2. Chron. 24. 16.

Digitized by Google

tem refert xxxv. Ioaſi anno. De hoc agi credunt multi Matthæi xxiii. 35. quaſi Ioiadah propter pietatem à Chriſto *Barachias* dicatur, i. *benedictus Dei*. ברכיה

XXVII. VI.

A. M. 3149. Cler. 601. Num. Euſ. 1166. Ante Dn. 851. Ioaſi XXXV. Ioachazi XII.

2. Chron. 24.22. 2. Reg. 12. 17. EXacto poſt Zachariæ cędem anno Chazael Syriæ rex, nauibus Gatum delatus, Palæſtinæ vrbem, hinc in Iudæam cum paucis hominibus erumpit. Sed ſuffecerunt illi caſtigandæ Iſraelitarum impietati. Res eò venit, vt principum ac popularium viribus attritis Ioas regiæ, vrbis ac templi theſauros exhaurire coactus ſit, vt pacem redimeret. Paulò poſt videtur obijſſe Chazael vltimis Ioachazi temporibus, quia Ioachaz dicitur infeſtatus à Chazaele, eiuſq; (c. 13. 3.) filio Benhadade Syriæ regibus, & tamen Chazael dicitur Iſraelitas op- (c. 13. 22.) preſſiſſe omnibus Ioachazi diebus. (c. 13. 7.) Ioachazi eò vſque acciſæ ſunt res, vt ſupereſſent illi tantum, equites quinquaginta, currus decem, peditum xm. Tamen vbi Dominum inclamauit, refrigerium obtinuit.

I. VIII.

A. M. 3151. Cler. 603. N. E. 1168. Ante Dn. 849. Ioaſi XXXVII. Ioaſi I.

2. Reg. 13. 10. IOas decimus tertius Iſraelitarum rex, Ioachazi filius regnat annos 16.

A Iudęus vero Ioas à Syris exhauſtus ac ſauciatus, odium ac contemptum ſuorum incurrit, adeo vt Zabad & Iehozabad coniurationem in eum moliri auſi ſunt, quæ tamen ſequente demum anno erupit. *Zebed* Hebræis eſt δῶρον, dos. *Zebad* procus. *Iehozabad* Dei procus. Pridem eſt, cum homines impiam mentem pijs nominibus obtegunt. (2. Reg. 12. 20. 2. Chron. 24. 24.)

II. IX.

A. M. 3152. Cler. 604. Num. Euſ. 1169. Ante Dn. 848. Amatſiæ I. Ioaſi II.

AMatſias vndecimus tribus Iuda rex, Ioaſi tribus Iuda regis filius, annos xxv. natus, rex coronatur, regnatque annos vndetriginta, cum patrem eius Ioaſum occidiſſent coniurati, in quos filius Amatſias, firmatis regni rebus, animaduertit, vltionem tamen in coniuratorum filios non extendit, præcepto legis obſecutus. (2. Reg. 14. 1. 2. Chron. 25. 1. Deut. 24. 16.)

V. XII.

A. M. 3155. Cler. 607. Num. Euſ. 1172. Ante Dn. 845. Amaſiæ IV. Ioaſi V.

PHerecleo defuncto ſuccedit nonus Athenienſium princeps, vel Prætor perpetuus Ariphron, regnatque annos viginti. Sub hoc Ariphrone, inquit Euſebius, *ſolutum Aſſyriorum imperium omnes confitentur. At ipſe Euſebius Sardanapali mortem refert ſexennio* (Euſebius.)

Digitized by Google

poſt mortem Ariphronis. Igitur huius ſciti mens hæc eſt. Sardanapalum & Ariphronem fuiſſe σύγχρονοι. Et ſanè quatuordecim annos ſimul regnarunt.

X. XVII.

A. M. 3160. Cler. 612. Num. Euſ. 1177. Ante Dn. 840. Amatſiæ IX. Ioaſi X.

Seder Holam. IVdæi volunt Eliſeum obijſſe decimo Ioaſi anno, cum annos amplius ſexaginta prophetaſſet, præciſè LXIV. Euſebius perperam illi tribuit tantum annos quadraginta, & octauo Ioachazi anno mortuum refert. Quippe Eliſeum ægrotantem inuiſit Ioas, iubeturque ſagittas aliquot eiaculari. Tres emittit. Toties victoriam de Syris conſecuturum Ioaſum pollicetur propheta, quod & præſtitit Ioas, recuperauitque eas vrbes, quas Chazael vſurpauerat. *2. Reg. 13.14.*

Heſiodus ἔργων 5.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει

Ῥεῖα δ᾽ ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,

Ῥεῖα δέ τ᾽ ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃ, ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Deus, inquam, verus ac viuens ζῶν καὶ ζωοποιῶν ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Clemens ait Eliſeum obijſſe annis centum octoginta vno ἀπὸ βασιλείας Σολομῶνος, h. e. à primo Salomonis anno. Rectiſſimè hîc Clemens, cùm tamen aliàs ſæpe in his notationibus erret. *1. Petri 5.6.* *Clemens Strom. l.1.*

(∴)

SARDANAPALVS.

XI. XVIII.

A. M. 3161. Cler. 613. N. E. 1178. Ante Dn. 839. Amatſiæ X. Ioaſi XI.

ASſyriorum triceſimus ſextus rex, Tonos concoleros, qui vocatur Græce Sardanapalus regnat annos viginti, *quorum initium ducit Euſebius numero 1178. ſiue mauis, annus ante Chriſti æram 839. annis circiter 280. ante Cyrum. At Scaliger ex Georgio Syncello Africanum authorem præferente vult eum regnare cœpiſſe annis 333. ante Cyrum, h. e. quinquaginta tribus annis ante hunc. Torniellus cōfert primum Sardanapali annum, cum Amaſiæ vndeuiceſimo, vultque Sardanapalum eſſe regem illum, quem Jonæ comminatio ad pœnitentiam commouit. Ego crediderim id Sardanapali anteceſſori potiùs conuenire, cuius regnum diuturnius, felicior exitus, fama minus infamis. Is eſt Ocrazapes, vel Acracarnes. Atque adeò, quo obſcuriùs fuit Ocrazapis regnum, licet annos duos & quadraginta regnarit, eo probabilius mihi videtur hunc eſſe Jonæ auditorem, potiùs quàm Sardanapalum. Fuit enim hoc apud Ethnicos aſtu Satanæ tralatitium, vt Dei miracula, & Prophetarum χαρίσματα, vel ſilentio ſupprimerent, vel fabulis inquinarent.* *Euſebius.*

(∴)

XIII. I.
A. M. 3163. Cler. 615. N. E. 1180.
Ante Dn. 837. Amatſiæ
XII. Ioaſi XIII.

Seder Holam. D. Kimchi. 2. Chron. c. 17. 14.

IVdæi volunt Amatſiam XII. ſui regni anno expeditionem in Idumæos ſuſcepiſſe. Dum ciues ſuos luſtrat, comperit trecenta armatorum millia, cum ante annos LXXXII. quadruplo plures haberet Ioſaphat.

c. 25. 5.

Conſcribit inſuper centum mercenariorum Iſraelitarum millia, in eamque rem impendit centum talenta. Vetat propheta, ne fidelibus Idololatras admiſceat, ſed Iſraelitas dimittat. Hactenus obſequitur Amatſias, & victoriam de Idumæis conſequitur. Sed inclementiùs victoriâ vſus in reprobum ſenſum datur, & victos Idumæorum deos adorat, prophetarumque reprehenſiones inſuper habens à Deo caſtigatur.

XIV. II.
A. M. 3164. Cler. 616. N. E. 1181.
Ante Dn. 386. Amatſiæ
XIII. Ioaſi XIV.

2. Chron. 25. 13.

CEntum illa Iſraelitarum millia, quæ diximus anno ſuperiore ab Amatſiâ conſcripta, & mox dimiſſa, contumeliam id interpretantur, Amatſiæ regnum incurſant à Samariâ, vſq; ad Beth-choron tria circiter hominum millia occidunt, prędam multam abripiunt. Amatſias rebus in Idumæâ feliciter confectis, vltionem aduerſus Ioaſum ſpitat, ad prælium prouocat, fruſtra, vt ſaperet, monente Ioaſo. Ita victus, ca-
A ptus, abductus temeritatis & Idololatriæ ſuæ pœnas dedit. Hieroſolymitani muri quadringenti cubiti à portâ Ephraim ad portam angularem euertuntur. Omnes regis ac templi theſauri expilantur. Acta hæc anno Sabbathico ineunte.

B

XVI. IV.
A. M. 3166. Cler. 618. N. E. 1183.
Ante Dn. 834. Amatſiæ
XV. Ieroboami I.

IEroboam II. decimus quartus rex Iſraelitarum Ioaſi filius regnat 2. Reg. 14. 23
C annos 41.

Is videtur Amatſiam à Ioaſo captum, dimiſiſſe. Vt vt ſit, Amatſias XV. annis Ioaſo ſuperſtes fuit. Ieroboami in Amatſiam clementiæ benedixit Deus. Dedit enim illi vim ad ea recuperanda, quæ maioribus ipſius
D detracta fuerant à Syris aut alijs, ab ingreſſu Emath vel chamath vſq; ad lacum Aſphaltitem, prout prædixerat Ionas Propheta, filius Amithai, quæ tamen prophetia non extat, ſed ea tantum quæ Niniuitas ſpectat. Ἀπὸ κληρουχίας ad hunc Ieroboa-
E mum fluxerunt annorum hebdomades ſolidæ duodenonaginta.

Ionas Niniuitis excidium denunciauit, ſed ſub conditione, niſi reſipiſcerent, Nahum abſque conditione loqui videtur. Certè poſt Ionę prophetiam Niniuitas reſipuiſſe le-
F gimus, poſt Nahum non legimus. Habuit ergo complementum ſuum, id quod prędixerat Nahum, licet Dei χρηστότης & φιλανθρωπία aliquid de ſuarum minarum acerbitate remiſerit, aut earum partem aliquam in aliud

aliud tempus diſtulerit, ſed & Com- A
plementum prophetiæ Ionæ poteſt
referri ad expeditionem Arbacis aduerſus Sardanapalum. Nahumi prophetia ad bella Scytharum aduerſus Cyaxarem, & Cyaxaris aduerſus Scythas & Aſſyrios.

XVIII. VI.

A. M. 3168. Cler. 620. Num. Euſ. 1185. Ante Dn. 832. Amatſiæ XVII. Ieroboami IV.

ARiſtodemo defuncto, ſuccedit no- C
nus Corinthiorum rex Agemon regnatque annos ſexdecim. Corinthij Doricè loquebantur, & tota ferè Peloponneſus. Ἀγεμὼν pro ἡγεμὼν eſt dux. Huiuſmodi nomina appellatiua Græcis erant propriorum nominum loco. Sed ijs maxi-
mè nominibus delectabantur, quæ prin- D
cipatum deſignant, vt Agemon, Agelas, Agelaus, Ageſilaus, Hegeſippus, Hegeſiſtratus, Agis, Agenor, Ageſipolis, aut victoriam, vt Nicolaus, Nicoſtratus, Nicander, Andronicus, Stratonicus, Laonicus, Nicanor, Nicodemus,
Demonicus, aut gloriam, vt Polycletus, E
Cleodæus, Damocles, Procles, Patrocles, Agathocles, Nicocles &c. vt vel ipſa nomina teſtentur, quid potiſſimùm in votis haberent, nempe ſuam, non Dei gloriam, & ita quidem vt maximam gloriam in maximo imperio putarent. Li-
bertas igitur, quâ gaudebant Græci, te- F
ſtatur animum, non ab ambitione alienum, ſed impatientem obſequij. Et hoc eſt plerorumque hominum ingenium: nec imperare ſcimus, nec parère: neque morbos noſtros, neq; remedia pati poſſumus.

XXII. X.

A. M. 3172. Cler. 624. N. E. 1189. Ante Dn. 828. Amatſiæ XXI. Ieroboami VII.

EX Callimachi ſententiâ celebratur Olympias annis ſex & quinquaginta poſt eam Lycurgi, annis quinquaginta duobus ante primam Iphiti. Euſeb. Chronol. Græc. l. 1. p. 216.

XXIV. XII.

A. M. 3174. Cler. 626. N. E. 1191. Ante Dn. 826. Amaſiæ XXIII. Ieroboami IX.

ARiphroni defuncto, ſuccedit decimus Athenienſium rex Theſpieus, regnatque annos viginti ſeptem. Euſeb.

XXV. XIII.

A. M. 3175. Cler. 627. Num. Euſ. 1092. Ante Dn. 825. Amaſiæ XXIV. Ieroboami X.

SEptimò Phœnices mare obtinent, θαλαττοκρατοῦσι.

II. XVIII.

A. M. 3180. Cler. 632. Num. Euſ. 1197. Ante Dn. 824. Interregni I. Ieroboami XV.

EX quo à Deo deſciuit Amatſias, in eum coniuratio fieri cœpit. Sed inteſtinas diſſenſiones, interrupit bellum externum. Poſtquam ab Iſraelitis dimiſſus ac patriæ redditus filium habere cœpit, tum commodum viſum eſt inchoatam pridem conſpirationis telam redordiri. Fore 2. Chron. 25. 27. 2 Reg. 14. 19.

Digitized by Google

enim vt ipſi coniurati ſpecioſo tutorum nomine regiam poteſtatem obtineant. Hoc vbi reſciuit Amatſias Lakiſchum fugit, atque inibi occiditur. Cùm autem Ieroboam regnare cœperit quinto decimo Amatſiæ anno, Amatſias occiſus ſit trigeſimo ſui regni anno ineunte, vel XXIX. exeunte, Ieroboami XV. vel XVI. & tamen Amatſiæ filius *Ozias* vel *Huzzias* ſeptimo demum & viceſimo Ieroboami anno regnare cœperit, nihil videtur veriſimilius, quàm quod M. Beroaldus ante annos circiter quadraginta monuit, nempe interceſſiſſe interregnum aliquod annorum circiter vndecim inter Amatſiæ vltimum & Oziæ primum. Quod ſi admittamus, Ozias fuerit annorum circiter quinque, cum patrem amiſit, quæ iuſta eſſe potuit inter regni cauſa, cur parricidæ neque regium nomen vſurpare auderent, neque regni habenas committere puero, cuius patrem interfecerant.

2.Reg. c. 14. v. 1. 25. & c. 15. v. 1.

A *rum eſſe mallet, in dominum ſuum inſurgit. Sardanapalus poſt aliquot infauſta prælia igne in regiam iniecto, ardentem frigidus aulam inſiluit, cùm in Aſiâ regnaſſent Aſſyrij annos mille trecentos ſexaginta, Sardanapalus viginti.* Chron.

Sardanapali corpus Anchialon tranſ-

B *latum, ſepulchroque eius inciſa dicitur hæc inſcriptio,* Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα, λέλειπται Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας. *Cicero ſic vertit.* Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata libido Hauſit, Clemens Strom. l. 2. Cicero Tuſcul. l. 5.

C at illa iacent, multa & præclara relicta. Quid aliud, *inquit Ariſtoteles*, in bouis, non in hominis ſepulchro incideres? Hæc habere ſe dicit, quæ ne viuus quidẽ diutiùs habebat, quàm fruebatur. *Arbaces Niuinẽ ſolo æquaſſe dicitur, & Beleſi Sacerdoti Babylonio*

D *coniurationis ſocio Babyloniam dediſſe. Arcem forte ſolo æquauit Arbaces. Vrbs ipſa non multò poſt ſi non prioribus æquales, certe magnos & potentes reges habuit à Beleſi fortean oriundos. Arbaces in Mediâ pro Præfecto principem agit annos duodetriginta.*

E

SARDANAPALI MORS.

III. XIX.

A. M. 3181. Cler. 633. Num. Euſ. 1198. Ante Dn. 819. Interregni II. Ieroboami XVI.

Euſeb. F *Ventino defuncto ſuccedit filius Procas Sylvius* XIV. *Latinorum rex, regnatque annos* XXIII.

Diod. Sic. l. 2. Iuſtinus. Euſeb.

Arbaces Mediæ præfectus auditâ Sardanapali mollitie indignum ratus viros ei ſeruire, qui ſe fœminam quàm vi-

IX. VI.

A. M. 3187. Cler. 639. Num. Euſ. 1204. Ante Dn. 813. Interregni VIII. Ieroboami XXII.

Caranus, Herculem tritauum præferens primus Macedonum rex regnat annos duodetriginta, Hæ voces Κέρνος, *Caranus, Quirinus,* κύριος, κοίρανος *ſunt Hebraicæ vel Syriacæ originis ac dominatum ſignificant. Cyrus vero Perſica* Euſeb. כרן

Digitized by Google

vox eſt & alimentum ſignificat. Itaque eum Artaxerxes Cyrum fratrem in Lydiam mittens ait, Mitto Cyrum Caranum futurum eorum, qui ad Caſtolum congregantur, *idem eſt ac ſi dixiſſet, Dominum, præfectum aut quid huiuſmodi.*

Euſeb. *Alcamenes Telecli filius Lacedæmone regnat annos triginta ſeptem. In eo ſubſtitit Euſebius. Ideò Hieronymus poſuit, poſt Alcamenis mortem Numero Euſebiano 1241.* Lacedæmoniorum reges defecerunt. *Deficiunt quidem in Euſebij Chronico. Sed Lacedæmone non magis defecerunt, quàm antea.*

XIII. X.

A. M. 3191. Cler. 643. N. E. 1208. Ante Dn. 809. Huzziæ I. Ieroboami XXVI.

2. Reg. 15. 1. HVzzias duodecimus tribus Iuda rex ſexdecim annos natus, regnat annos 52. Coronatus videtur circa Niſan, vt eius æra incipiat vel ab ipſo Niſan, vel ab antecedente Tiſri, cur ita credamus vide A. M. 3239. & 3241. 2. Chron. 26. 5. *Quandiu requiſiuit Deum, Deus eum proſperare fecit. Egreſſuſque oppugnauit Philiſtinos, perrupitque murum Gathi*, ſiue *Geth*, &c. *& adiuuit eum Deus contra Philiſtinos, & contra Arabas, & habitantes in Gurbaal*, והמעונים LXX. κ᾽ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς πέτρας, κ᾽ ἐπὶ τοὺς Μιναίους. Sequenti verſu dicuntur inſuper Ammonitæ appendiſſe munera Oziæ.

Vetus interpres ſibi perſuaſit vtroque verſu vij. & viij. de Ammonitis agi. Hîc Gordoni⁹ non dubitat erro-

A ris inſimulare codices Hebræos. *Iudæi*, inquit, *mutarunt Ammonitas in Meunim vocem omnibus plane incognitam, vbi* LXX. *interpretes & vulgata editio habent Ammonitas.* Gordonius cõtrouerſia 1. c. 9. Atqui LXX. tam in Complutenſi, quàm in Baſilienſi editione habent Μιναίους. Et qui B ſint Minæi, notum eſt ex hiſtoria Ioſephi, qui non ſemel eorum meminit.

XVI. XIII.

A. M. 3194. Cler. 646. Num. Euſ. 1211. Ante Dn. 806. C Huzziæ IV. Ieroboami XXIX.

HEſiodus inſignis habetur. *Hoc idem repetit Euſebius numero 1255.* Euſeb. *& Tzetzes ait eum floruiſſe vndecimâ Olympiade, quod conuenit* D *numero Euſebiano 1282. crediderim natum N. E. 1211. floruiſſe N. E. 1255. obijſſe A. M. 3292. Heſiodus igitur & Perſes eius frater Dij & Pycimedes filij pauperꝶtino genere nati ſunt apud Cumam Æolicam, quæ circa Mitylenem ſita eſt & Phricotus dicitur.* Tzetzes. *Sed vrgente* E *paupertate & ære alieno, Aſcram Bœotiæ vrbem migrare coacti ſunt loco hyeme & æſtate pariter moleſto ad radices montis Heliconis, ſed fertili tamen. Itaque Aſcram velut alteram patriam habuit Heſiodus, vt docet eius Epitaphium.* Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήιος, &c. *Pythium* F *Apollinem conſulens prolixè laudatur, & monetur caueat Nemeæ lucum. Fugiens agitur Nemeam in Peloponneſo ſitam forte venit Oenoem in Locride ſitam, quæ Ioui Nemeo ſacra dicebatur, Inibi Ctemenem vitiat non inuitam, ex*

Digitized by Google

eoque complexu natus eſt Steſichorus Poëta alius ab eo, qui fuit Phalaridi Tyranno Agrigentino apprime charus. Sed Ctemenes fratres Amphiphanes & Ganyctor ſtuprum ſorori oblatum indignantes, correptum ex inſidijs Heſiodum in mare deijciunt. Corpus primò Locris ſepultum, dein oraculi cuiuſdam iuſſu Orchomenum tranſlatum. Ælianus, Homerus, *inquit*, ſex Niobes filios eſſe ait. Laſus 14. Heſiodus 19. ſi modo Heſiodi ſunt illi verſus. Nam & alia multa falsò Heſiodo affinguntur. *Ælianus l. 12. c. 3.*

XXII. XIX.

A. M. 3200. Cler. 652. Num. Euſ. 1217. Ante Dn. 800. Huzziæ X. Ieroboami X·XXV.

PHidon Argiuorum rex, menſuras & pondera primus inſtituit, *inquit Euſebius, atque adeò numiſmata, ſi Polluci credimus, idque, inquit, in Eubœâ Argolidos caſtello, vt videatur Euboicum talentum non ab Eubœâ inſulâ, ſed ab Eubœâ Argolidis dictum. Si tempus huius Phidonis ab Euſebio hic rectè aſſignatum eſt, ſenectutem non contemnendam attigerit neceſſe eſt, vt pote quem Pauſanias dicat à Piſæis* ἀγωνοθέτην *adſcitum Olympiade octaua annis poſt hunc quinquaginta duobus.*

XXIV. II.

A. M. 3202. Cler. 654. Num. Euſ. 1219. Ante Dn. 798. Huzziæ XII. Ieroboami XXXVII.

A *POſt Theſpiea vndecimus Athenienſium Prætor perpetuus Agameſtor, regnat annos viginti.* *Euſeb.*

Hoſeas filius Beeri prophetauit diebus Huzziæ, Iotami, Achazi, Ezekiæ regum Iuda, & Hieroboami regis Iſraelitarum. Etiamſi autem demus cum biennio tantum ante Ieroboami obitum cœpiſſe, vſq; ad Ezekiæ ſecundum tertiumue, tamen ſeptuaginta circiter annos prophetauit. *Hoſeæ 1. 1.* B

XXVI. IV.

C A. M. 3204. Cler. 656. N. E. 1221. Ante Dn. 796. Huzzię XIV. Ieroboami XXXIX.

D *PRoca defuncto ſucedit Iunior filius, XV. Latinorum rex, Amulius Syluius, regnatque annos XLIV. Is Numitorem fratrem vetuſtiorem regno ſpoliauit, filiamque Numitoris inter Veſtales virginitate damnauit. Sed nihilominus liberos & quidem vno partu geminos edidit, Rhea Syluia, idque non ſeptimo, vt vult Hieronymus, ſed XXVI. patrui anno, vt infra dicemus N. E. 1246. Forte pro ſeptimo legendum viceſimo ſeptimo, Amulijque æra inchoanda, ab anno ſuperiore N. E. 1220.* *Euſeb.* E

XXVIII. VI.

F A. M. 3206. Cler. 658. Num. Euſ. 1223. Ante Dn. 794. Huzzię XVI. Interregni I.

IEroboamo defunćto, Iſraelita- A
rum proceres Zacariæ filij Iero-
boami infantiam ſpernentes, ipſi
per ſe regnum adminiſtrant, atque
ita Monarchia in oligarchiam aut
potius anarchiam degenerauit an-
nos circiter XXII. vel XXIV. vt in Iuda
paulò ante fuerat interregnum an- B
norum XI. Huius interregni vel ἀναρ-
Hoſeæ c. 1. 1. χίας veſtigia extare videntur apud
Hoſeam. Is enim ſic Iſraelitarum
proceres loquentes inducit. *Nunc
certe rex non eſt nobis. Neque tamen re-
ueremur Iehouā. Et ipſe rex ecquid factu-
rus eſſet nobis?* Poteſt quidem etiam C
c. 10. 3. ſine interregnis iſtis conſtare veritas
annorum ſummæ ὁλοσχερῶς acceptæ à
conditu ad excidium templi, ſi ſin-
gulis tribus Iuda regibus totidem
annos præcisè tribuas, quot in Scri-
pturâ numerantur. Sed ex collatione
regum Iuda cum regibus Iſraelis vi- D
dimus pleriſque regibus vnum, aut
alterum annum, quandoque trien-
nium tribui plus quàm par ſit. Scri-
pturâ ſuos epilogiſmos ita tempe-
rante, vt duabus rationibus ſum-
mam annorum, quibus ſtetit tem-
plum, adipiſci poſſis. Prior eſt ὁλοσχε- E
ρὴς, quam ſecuti ſunt plerique. Poſte-
riorem cum Beroaldo ſecuti ſumus,
quia nobis viſa eſt ἀκριβέστερος & hi-
Vide A. M. 2657. ſtoriæ accommodatior. Sic duplici
viâ potes ex Scripturâ aſſequi ſum-
mam annorum, qui fluxerunt ab
Exodo ad cōditum templi. Primam, F
quæ nobis πλατυκώτερος viſa eſt, ſecu-
ti ſunt omnes, quos hactenus legi-
mus, Chronologi. Illam verò, quam
ſecuti ſumus, ſitne accuratior, lecto-
ris eſto iudicium.

III. IX.

A. M. 3209. Cler. 661. Num.
Euſ. 1226. Ante Dn.
791. Huzziæ XIX.
Interregni IV.

B *ALexandro defuncto vndecimus* Euſeb.
*ſuccedit Corinthiorum rex Tele-
ſtes, regnatque annos duodecim.*

*Arbaci quoque defuncto ſuccedit ſe-
cundus Medorum rex Soſarmus, regnat-
que annos triginta. Diodorus Siculus ex* Diod. lib. 2.
Cteſia inter Arbaeem & Soſarmum po-
C *nit Μαδαύκην, eique tribuit annos quin-
quaginta. Forte totidem dies regnauit,
vt hæc cauſa ſit, cur ab Euſebio ſit omiſ-
ſus ob regni breuitatem. At tam Euſe-
bius, quàm Diodorus Arbaci tribuunt
annos duodetriginta, Soſarmo triginta.*

D VII. XIII.

A. M. 3213. Cler. 665. Num.
Euſ. 1230. Ante Dn.
787. Huzziæ XXIII.
Interregni VIII.

E *CVm hactenus in Græciâ μονήρεις* Euſeb.
*tantum & longæ naues in vſu
fuiſſent, primi Græcorum Corinthij tri-
remes fabricati ſunt, ſiue illi inuene-
runt, ſiue exemplum peregrinæ cuiuſ-
piam puta Phœniciæ vel Ægyptiæ nauis
Corinthum delatæ, ſecuti ſunt, quæ*
F *videtur eſſe Euſebij ſententia. Vide
ſuper ea re eruditiſſimam Scaligeri lu-
cubrationem in hunc Euſebij locum de
triremium forma. Per idem tempus Ægy-
ptij poſt Phœnices mare obtinent.*

XII. XVIII.

A. M. 3218. Cler. 670. Num. Euſ. 1235. Ante Dn. 782. Huzziæ XXVIII. Interregni XIII.

[1. Chron. c. 26. 1.] Hvzziæ vel Hazariæ, quamdiu diuini cultus puritatem retinuit, ac pietatem profeſſus eſt, nihil ad felicitatem deeſſe videbatur, præter liberos. Hoc anno natus eſt ei filius Iotam. [c. 27. 1.] Ante id tempus Huzziam leprâ affectum nemo prudens crediderit.

[Clemens Strom. l. 1.] Clemens ait Eſaiam prophetare cœpiſſe ducenteſimo poſt Salomonem, i. Salomonis mortem anno. Hoc ſi ità eſt prophetarit annos circiter 86. Faſti Siculi dicunt vaticinatum annos nonaginta. Vide A. M. 3304.

REGES LYDORVM.

XV. II.

A. M. 3221. Cler. 673. Num. Euſ. 1238. Ante Dn. 779. Huzziæ XXXI Interregni XVI.

[Euſeb.] *Teleſte defuncto, duodecimus & vltimus Corinthiorum rex Automenes regnat annum vnum, quo exacto Corinthi regum loco [Greek] eligi cœperunt, iique annui ex regum ſuorum Bachiadarum genere.*

Quia autem Euſebius Teleſtem vltimum Corinthiorum regem & Ardyn Lydorum regem primum fuiſſe æquales A *legerat, ideò poſt Corinthiorum demum reges ſublatos, inchoat Lydorum regum ſeriem. Sed quantum ex Herodoto colligere poſſunt numero Euſebiano 1238. adſcribendus erat non primus ſed viceſimus Ardyis annus, ſi modo tot annos regnarunt Lydorum reges ante Gygem,* B *quot vult Euſebius.*

Euſebius Lydorum reges ſic recenſet.

Numero Euſebiano.	Anno Cleruchias.		
1239.	674.	*Ardys I.*	36.
1275.	710.	*Alyattes I.*	14.
C 1289.	724.	*Meles.*	12.
1301.	736.	*Candaules.*	17.
1318.	753.	*Gyges.*	36.
1354.	789.	*Ardys II.*	37.
1391.	826.	*Sadyattes.*	15.
1406.	841.	*Alyattes II.*	49.
1455.	890.	*Cræſus.*	15.
D 1469.	904.	*Capitur à Cyro.*	

Olympiade LVIII.

Herodotus Muſa I. à Gyge initium facit. Ex eius ſententia ſic ordinandos reges Lydorum cenſemus.

Numero Euſebiano.	Anno Cleruchias.		
E 1223.	658.	*Ardys I.*	36.
1259.	694.	*Alyattes I.*	14.
1273.	708.	*Meles.*	12.
1285.	720.	*Candaules.*	17.
1302.	737.	*Gyges.*	38.
1340.	775.	*Ardys II.*	49.
1389.	824.	*Sadyattes.*	12.
F 1401.	836.	*Alyattes II.*	57.
1458.	893.	*Cræſus.*	14.
1472.	907.	*Capitur à Cræſo vltimo.*	

Olympiadis LVIII. *anno. Seriem hanc confirment ea quæ notamus A. K. 780.*

Digitized by Google

XVII. IV.

A. M. 3223. Cler. 675. Num. Euſ. 1240. Ante Dn. 777. Huzziæ XXXIII. Interregni XVIII.

Euſeb.

A Gameſtori defuncto ſuccedit filius Æſchylus duodecimus Athenienſium rex, vno ante primam Olympiadem anno. Regnat autem annos non XXIII. *vt vult Euſebius, ſed* XVIII.

PRIMA OLYMPIAS,

QVA STADIVM vicit Corœbus.

XVIII. V.

A. M. 3224. Cler. 676. Num. Euſ. 1241. Ante Dn. 776. Huzziæ XXXIV. Interregni XIX.

Lauret. lib. 7. c. 45. *Meuſchius l. 3. c. 1.* *Copernicus reuolut. l. 3. c. 11.*

A Primâ Iphiti Olympiade vſque ad æram Christi Chriſtophorus Lauretus numerat annos Iulianos 772. dies 181. Theobaldus Meuſchius annos 774. Auguſtinus Torniellus annos 773. Nicolaus Copernic⁹ annos Iulianos 774. dies 187. Meliùs Ioſephus Scaliger, Sethus Caluiſius, Ioannes Georgius Heruuart, Ioh. Temporarius, qui numerant annos 776. præcisè ſunt anni 775. dies 178. Neomeniam primi Hecatombæonis Iphitei conferunt Copernicus quidem in Iunij XXVIII. *Cyclo Solis* XIX. *Lunæ* XVI. *Lauretus in Iulij quartum, Cyclo Solis* XXI. *Lunæ octauo. Nos in Iulij ſeptimum. Cyclo Solis* XVIII. *Lunæ quinto, Carcinonis octauo, Nouilunio, quæ cauſa eſſe potuit, vt deinceps apud veteres octauus Cancri pro centro Solſtitiali fuerit*

A *habitus, vt ex Plinio & alijs conſtat. Sententiam noſtram confirmant multæ obſeruationes Aſtronomicæ, quas ſuis locis notamus. Sed imprimis illuſtre eſt, quod memorant Suetonius & Dio lib.* LX. *Quinto Claudij anno V. C. 798. M. Vinutio Quartino II. & M. Statilio*
B *Coruino Coſſ. Aſtrologi monent Imperatorem Solis eclipſim in Kal. Auguſti imminere. Cum ea dies eſſet Claudij natalis, verendum, ne populus hoc velut infauſto omine turbetur. Vt id vitaret, publico edicto populum præmonuit. Lunæ latitudo tumerat graduum 271. 58'.*
C *6''. Hæc eclipſis docet hunc annum fuiſſe quadrageſimum quintum æræ Chriſti, Cyclo Solis* XXVI. *Lunæ octauo.*

Biennio poſt Claudius ſeptimo ſui imperij anno, ſe IV. *& L. Vitellio III. Coſſ. ludos ſeculares celebrat, quod is eſſet octingenteſimus à conditu Romæ annus*
D *ex ſententiâ Varronis.* *Tacit. Annal. l. 11. Suet. lib. 5. c. 21.*

Biennio poſt, nono Claudij anno V. C. 802. ſecundum Varronem, 801. ſecundum Catonem notata eſt Olympias CCVII. *Solinus. c. 2.* Cùm, *inquit,* C. Pompeius Gallus, & Q. Veranius Nepos vrbis conditæ anno octin-
E geteſimo primo ſecundum Catonem fuerint Conſules, conſulatu eorum Olympias ſeptima & ducenteſima actis publicis annotata eſt.

Sententiam quoque noſtram confirmat, quod Euſebius primam Olympiadem componit cum numero 1241. Sed
F *Euſebius putat hunc eſſe quiquageſimum Oziæ vel Huzziæ, Cedrenus, ex Africano primum Iotami annum. Nos omnino cenſemus hunc eſſe* XXXV. *Huzziæ annum. Verum dicerent illi, ſi Nabopolaſſar Ptolemai eſſet Scriptura Nabucho-* *Vide A. M. 3375.*

donoſor, quod & noſtro tēpore multi putarunt. Sed illum huius eſſe patrem, & ſeptemdecim ante filium annis regnare cœpiſſe docemus ſuo loco. Hinc quoque ortum videtur, quod cùm Samſon mortuus ſit anno æræ mundi Conſtantinopolitanæ 4369. Georgius Taraſij Syncellus mortuum dicat anno 4352.

Iam pridem Agones Olympicos inſtituerant Pelops, Atreus, Hercules. Obſoleſcentes inſtaurauerant Lycurgus A. M. 3116. Sed primus Iphitus Praxonidis filius, Æmonis nepos obtinuit, vt Olympionicarum nomina publicis actis inſcriberentur, vt ab eius, qui ſtadium vicerat nomine, deſignaretur Olympias, vt ab Olympiadibus tempora notarentur. Cùm igitur hæc notatio ſit veluti cynoſura, fax, amuſsis hiſtoriæ exoticæ, nos ex Euſebio, Diodoro, Pauſania & alijs, tum Olympiadas, tum eorum, qui ſtadium vicerunt, nomina ſingulis quadriennijs appoſuimus.

Horum ludorum magna celebritas erat, magna populi, qui vaniſsima quæque maximi facit, frequentia, eoque magna incommoditas, vt ioculariter Chius quiſpiam ſeruo ſuccenſens, dixerit, non, Ego te in piſtrinum detrudam, ſed, Ego te Olympia mittam.

Ælianus l. 14. c. 18.

XXII. IX.

Olympias II. Antimachus.
A. M. 3228. Cler. 680. Num.
Euſ. 1245. Ante Dn. 772.
Huzziæ XXXVIII.
Zacariæ I.

2 Reg. 15. 8.

POſt interregnum annorum circiter duorum & viginti tandem Zacarias XV. Iſraelitarum rex Ieroboami filius annum forte XXVI. iniens regnum paternum obtinet menſes non amplius ſex, quorum initium circa Tiſri inchoandum.

A

ROMVLI NATIVITAS.

B

ANnis circiter ſexaginta ante beatum Chriſti in terras aduentum Roma iam orbis, vt ſibi videbatur, domina, & adhuc libera indignum putabat ſuos & parentis ſui Romuli natales in incerto eſſe. Vir doctiſſimus vnde-
C cumque Varro, *& Aſtronomorum ſui ſeculi peritiſsimus Tarrutius rationem excogitarunt, quâ dubium omne tollerent: Varro comperit authores, vt vt in quibuſdam varios, tamen in hu fere conuenire. 1. Romulum minorem annis viginti ieciſſe Vrbis fundamenta, 2. re-*
D *gnaſſe circiter annos duodequadraginta, 3. perijſſe circa Olympiadem ſextam decimam, 4. Solem defeciſſe tam die, quo conceptus, quàm quo mortuus eſt.*

Reliqua Tarrutij partes erant. Dixit igitur his ita poſitis neceſſe eſſe, vt Romuli mater Rhea Syluia compreſſa ſit
E *ineunte primo Olympiadis ſecundæ anno, Chœac viceſimo tertio, perierit verò Romulus exeunte primo Olympiadis* XVI. *anno, Chœac octauo. Plutarchus.* Εὖ μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος ἐν μηνὶ
F κατ' Αἰγυπτίους χοιὰκ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς. *Aduerbium illud* παντελῶς *poteſt eſſe Plutarchi, non Tarrutij. Chœac Ægyptiaci viceſimus tertius hoc anno incidit in Iunij viceſimum quartum. Colliges id ex*

Plut. in Romulo.

ex ijs, quæ notamus A. M. 2919. & 3253. Geminorum xxvii. *cum latitudo Lunæ eſſet eclipſis, ſed non totalis, capax, vt pote graduum 283. 38'. 28".*

Liber Iuchazim. fol. 136. *Epilogiſmo noſtro ſuffragatur auctor libri Abraham Zachut.* Anno xxxviii. *inquit*, Oziæ Amulius expulit fratem ſuum, maximum natu, & occidit filium fratris ſui, & filiam eius fecit Veſtæ Sacerdotem, quæ ſcortata peperit Remum & Romulum.

XXIII. X.
A. M. 3229. Cler. 681. N. E. 1246. Ante Dn. 771.
Huzziæ XXXIX.
Menachemi I.

2. Reg. 15. 13. SChallum xvi. Iſraelitarum rex, occiſo Zachariâ regnat menſem. MENACHEM, xvii. Iſraelitarum rex, occiſo Schallumo, regnat annos decem ſolidos & aliquot menſes.

Plutar. Romulo. *Tarrutius dicebat Romulum natum primo ſecundæ Olympiadis anno Thoth* xxi. *h. e. Martij* xxv. *vel* xxiv. *diebus 273. poſt eius conceptionem, ſiue poſt eclipſim, quæ dicebatur contigiſſe eo die, quo Romuli mater compreſſa eſt. Sed non ſemper infans dies 273. in vtero matris latet.*

Igitur, cùm deſtitueret Tarrutium naturalis Aſtronomia, à iudiciariâ auxilium petijt, cuius præceptis cõfiſus & Romuli & vrbis natalẽ auſus eſt deſignare. Sic enim teſte Plutarcho ratiocinabatur. Eiuſdem artis eſt deprehenſo natiuitatis tempore, vitam prædicere, & cognitâ vitâ tempus natiuitatis in-

A dagare. *Non annum, non menſem, ſed*
anno, menſe dato diem, horam, momen-
tum indicare. Neutrum poteſt vaniſſima
ſcientia, nec die, horâ; momento natiui-
tatis dato poteſt quiſquam vitam prædi-
cere: nedum poſſit vitâ cognitâ, & dato
anno, menſe, circa quem quis natus eſt,
B *diem, horam, minuta natiuitatis cuiuſ-*
quam hominis, quanto minus vrbis, de-
finire. Meritò igitur Cicero; O vim ma- *Cicero de diuinat. l. 2.*
ximam erroris, etiamne vrbis natalis
ad vim ſtellarum & Lunæ pertine-
bat? Fac in puero referre, ex quâ af-
fectione cœli primum ſpiritum du-
C xerit, num hoc in latere, in cæmen-
to, ex quibus vrbs effecta eſt, po-
tuit valere?

Sed quid plura quotidie refellun-
tur? *Videtur legendum;* Quid? quod
plura quotidie refelluntur? *quaſi di-*
cat. Sæpius deprehenduntur mentiti,
D *quàm vera dixiſſe.* Quàm multa ego
Pompeio, quàm multa Craſſo, quàm
multa huic ipſi Cæſari à Chaldæis
dicta memini, neminem eorum ni-
ſi ſenectute, niſi domi, niſi cum cla-
ritate eſſe inoriturum?

Pronominum δεικτικῶν geminatio do-
E *cet hæc ſcripta paulò poſt Iulij Cæſaris*
mortem anno V. C. 710. Atque hæc om-
nia veriſſimè Cicero. Nemo poteſt nimis,
nemo ſatis ſeuerè caſtigare mendaciſſimæ
artis vanitatem. At ſi confidentior fuit
Tarrutius in definiendâ die & horâ
natiuitatis Romuli, non propterea no-
F *bis ea reſpuenda ſunt, quæ ex legitimæ*
Aſtronomiæ principijs hauſit, cùm tem-
pus definijt eclipſeos Solaris, quam An-
nales memorabant contigiſſe eâ die, quâ
Rhea compreſſa eſt. Cæterum ex ijs, quæ
notamus A. M. 2919. Colligis hoc, id

Digitized by Google

eſt 3229. mundi anno Thoth cœpiſſe Martij quinto, vel quarto. Idem colligis ex iis quæ notamus A. M. 3253. Nam ſi anno Iphiti XXIX. *Thoth cœpit Februarij* XXVI. *certe annis ante hunc viginti quatuor, anno Iphiti quinto Thoth cœpit Martij quarto, & conſequenter viceſimus tertius dies proximè præcedentis menſis Chœac inciderat in Iunij* XXIV. *vt ſuo loco diximus A. M. 3228.*

XXVI. XIII.

Olympias III. Androclus.

A. M. 3232. Cler. 684. Num.
Euſ. 1249. Ante Dn.
768. Huzziæ XLII.
Menachemi IV.

Euſeb. *ABaris ex Hyperboreis legatus in Græciam venit. Eumelus Poëta, qui Bugoniam & Europam, & Arctinus, qui Æthiopidam compoſuit, & Ily Perſim, agnoſcuntur.*

I. XVI. Iubileus XV.

A. M. 3235. Cler. 687. Num.
Euſ. 1252. Ante Dn.
765. Huzziæ XLV.
Menachemi VII.

Iohan. Georg. Chronol. c. 107. *IOannes Georgius Hervvart cenſet Solis Eclipſem, quam cum Romuli conceptione concurriſſe tradit Tarrutius, contigiſſe anno 765. ante Chriſtum Februarij decimo, cùm ſol eſſet in Aquarij gradu 14. 18'. 38". Erat ſanè latitudo Lunæ eclipſis capax, vt pote graduum 278. 37'. 28". Sed Eclipſis hæc nihil ad Tarrutianam. Tarrutiana conuenit cum quinto, hæc cum vndecimo Iphiti anno.*

A *Tarrutiana conuenit cum Chœac* XXIII. *Iunij* XXIV. *hæc cum Februarij decimo, Meſori decimo quinto. Sed leniculum Georgio viſum eſt paradoxum, quo perpetuum modo quinquennij, modo decennij, modo centum octoginta annorum errorem. Faſtis Conſularibus affingit,* B *niſi affirmaret Belum, quem ex veterum ſententiâ diximus floruiſſe annis ante Chriſti æram 2178. vel 2218. vix ſeptingentis octoginta ante Chriſtum annis natum, eundemque eſſe famigeratum Babyloniorum Belum, cum eo, qui in Scriptura dicitur Phul Aſſyriorum rex,* C *à quibuſdam Phul Belochus dictus. Ita Belus ex Georgij ſententiâ natus eſt annis circiter mille quadringentis ſeriùs quàm hactenus omnes putarunt.*

II. XVII. PHVL.

Olympias IV. Polychares.

D A. M. 3236. Cler. 688. Num.
Euſ. 1253. Ante Dn.
764. Huzziæ XLVI.
Menachemi VIII.

E QVo anno regnare cœperit Phul Aſſyriorum rex, nobis non conſtat. Ab hoc anno, ſi lubet, eius ætatem inchoemus Olympiade quartâ, Hecatombæonos primo, pridie Solſtitij. Phul Aſſyriâ non contentus incurſat agrum Iſraeliticum, ambitioni quidem ſuæ litans, *2. Reg. 15. 19.* F ſed Deo militans aduerſus Idololatram & contumacem populum. *Manahem* ſiue *Menachem* Iſraelitarum rex, cùm viribus hoſtem amoliri non poſſet, auro placandum putauit. Itaque nouum tributum populo impo-

Digitized by Google

nit, quinquagenorum in ſingulos
potentes Siclorum. Atque ita mille
talenta argenti confecit, quibus do-
natis Phulin Aſſyriam redit.

Cæterum occiſo Sardanapalo, Ar-
baces quidem Mediam ſibi vindica-
uit. Sed in regiõnibus circa Euphra-
tem ſitis potuit eſſe interregnum
aliquod quaſi Arbace ijs liberta-
tem, quam eripere non poterat, lar-
giente. Poſt annos circiter quinqua-
ginta quinque Aſſyrij longo anno-
rum 1360. vſu ad ſeruitutem compa-
rati paſſi ſunt Phulem nomen & au-
thoritatem regis vſurpare. Sed quia
Phul nec à Belo ortus, nec cum
Belidarum potentiâ comparandus
erat, ideò Græci Sardanapalum
vltimum Aſſyriorum regem fa-
ciunt. Quippe, quod vnus Sarda-
napalus tenebat, id vix obtinebant
Arbacidæ in Mediâ, Phulidę in Aſſy-
riâ, Nabonaſſaridæ poſt ſeptemde-
cim annos orti in Babyloniâ.

III. XVIII.

A. M. 3237. Cler. 689. Num. Euſ. 1254. Ante Dn. 763. Huzzię XLVII. Menachemi IX.

2. *Chron.* c. 28. 1. IOtamo Huzziæ filio viceſimum
annum agenti naſcitur Achaz, ſi-
quidem Achaz annos viginti natus
regnare cœpit.

c. 26. 16. Per id fere tempus Huzzias cum
ſibi ad regiæ poteſtatis ſtabilimen-
tum nihil deeſſe crederet, iam filio,
iam nepote auctus, Sacerdotale mu-
nus vſurpat, & ad altare Dei ſuffi-
A tum facit. Fuit hoc capularis ſenis
delirium potiùs quàm iuuenis νεανίευ-
μα, laſciuia. Simul id audijt Hazarias
& ipſe ſenex, vt qui nonagenario
minor eſſe non poſſet, Huzziam re-
gem acriter increpat. Cumque is Sa-
cerdotis monita contemneret, à Deo
B leprâ percuſſus, eóque vehemen-
tiùs ab Hazariâ templo eiectus eſt,
& ipſe iam incumbentem ſibi Dei
manum ſentiens fugam capeſſebat.
Neque verò à templo ſolum, ſed &
à domo regiâ, & regni adminiſtra-
tione deiectus reliquum vitæ tem-
C pus priuatus & ſolitarius egit in do-
mo ſemotâ, filio eius Iotamo iam ad
eam ætatem prouecto, vt regni gu-
bernaculis admoueri poſſet. Cæte-
rum Hazarias Ioiadæ ante nonage-
ſimum annum defuncti filius vide-
tur extremâ patris ſenectâ natus, &
D habuiſſe fratrem aliquem, qui Ioia-
dæ ἀμέσως ſucceſſit, cuius tamen in
ſerie Pontificum nulla fit mentio,
quod liberos nullos reliquerit.

V. I.

A. M. 3239. Cler. 691. N. E. 1256. Ante Dn. 761. Huzziæ XLIX. Pekachiæ I.

E

MEenachemo mortuo ſucce- 2. *Reg.* 15. 25.
dit filius PEKACHIAH ſiue
Phaceia XVII. Iſraelitarum rex, re-
F gnatq; annos 2. Videtur autem co-
ronatus circa Tiſri, cum decurreret
ad medium vndequinquageſimus,
vel initium duceret quinquageſi-
mus Huzziæ annus. Vide ſupra A.
K. 643. & 693.

Soſarmo defuncto ſuccedit tertius Medorum princeps, qui Euſebio dicitur Medidus, Cteſiæ apud Diodorum Artias. Huic Diodorus tribuit annos quinquaginta. Crediderim mendum eſſe. Itaque nos authore Euſebio tribuimus illi tantum annos quadraginta.

EPHORI.

VI. II.

Olymp.V. Æſchines.

A. M. 3240. Cler. 692. Num. Euſ. 1257. Ante Dn. 760. Huzzię L. Pekachiæ II.

Euſeb. Suidas. *THeopompus Lacedæmoniorum rex, ſiue Reipublicæ bono conſulens, ſiue Polydori collegæ potentiam frænare cupiens ſuadet, vt deinceps Ephori quinque inſtituantur, qui Regibus ſunt à conſilÿs, atque adeò Regum quaſi cenſores ſint. Horum quinque Ephororum primarius annum ſignabat, adeò vt diceretur* ἐφορώνυμος τῦ δῖνα*, vt colligere eſt ex Xenophontis Hellenicis, Thucydide & alÿs. Primus Ephorus* ἐπώνυμος *dicitur fuiſſe Elatus. Sequentium pauci ſunt, quorum nomina hodie extent. Euſebius autem ita agit, ac ſi deinceps Lacedæmone reges eſſe deſierint, quod non ita eſt.* Plut. Lyc. p. 79. *Plutarchus ait factum id ſub Theopompo Lacedæmonum rege annis* CXXX. *poſt Lycurgum. Vero propius dixiſſet 124. vel 135. Interim Theopompum ſenem fuiſſe neceſſe eſt. Siquidem nepos erat Charilai, qui ante annos 135. natus eſt.*

(∴)

A

VII. III.

A. M. 3241. Cler. 693. Num. Euſ. 1258. Ante Dn. 759. Huzziæ LI. Pekachi I.

B PEkach XVIII. Iſraelitarum rex occiſo Pekachiah, regnat annos viginti ineunte LII. vel currente ad medium LI. Huzziæ anno. Vide A. K. 643. & 691. Itaque & Euſebius primum Pekachi quem Phacee vocat, annum cum LI. Huzziæ anno C comparat. 2. Reg. 15. 27.

Hoc anno credimus Alcmæonem XIII. *& vltimum prætorem perpetuum Athenienſium Æſchylo ſucceſiſſe, licet Euſebius id quadriennio ſerius referat, qui ſolidi quadriennÿ error, deinceps totos annos* LXXII. *in Chronologiam eius diffun-* D *ditur. Huiuſmodi quadriennÿ vnius* σφάλμα *ſæpe alias apud Euſebium occurrit.*

VIII. IV.

A. M. 3242. Cler. 694. Num. Euſ. 1259. Ante Dn. E 758. Iotami I. Pekachi II.

HVzziæ quinquageſimo ſecundo ſui regni anno, defuncto, ſuccedit filius IOTAM XIII. Iudæorum rex, annos XXV. natus, re- F gnatque annos ſexdecim ſolus, h. e. regnum cum filio communicauit XVI. ſui regni anno. 2. Reg. 15. 32. 2. Chron. c. 27. v. 1. & 8.

(∴)

IX. V.

A. M. 3243. Cler. 695. Num. Euſ. 1260. Ante Dn. 757. Iotami II. Pekachi III.

Athenienſes regibus vſque ad Codrum vſi, poſteros eius Ἄρχοντας quidem διὰ βίου, ſiue Pratores perpetuos eſſe paſſi ſunt, ſed ea lege, vt ὑπεύθυνοι eſſent. Perſeuerauit hæc poteſtas annos plus minus CCCXIII. *Deinceps Magiſtratuum ſuorum licentiam magis ac magis frænaturi decennali poteſtate contentos eſſe voluerunt. Fueruntque huiuſmodi Ἄρχοντες δεκαέτεις ſeptem, quorum primus fuit Charops, ſub quo Romam conditam rectè contendunt Euſebius & Dionyſius Halicarnaſſenſis, licet in eius anno non conueniant, & meâ quidem ſententiâ vterque fallitur, ſed ita vt propiùs à vero abſit Euſebius, quàm Dionyſius. Nos Pauſaniam autorem ſecuti ſumus. Vide A. K. 709. & 778.*

ROMÆ CONDITVS.

X. VI.

Olympias VI. Æbolas.
A. M. 3244. Cler. 696. Num. Euſ. 1261. Ante Dn. 756. Iotami III. Pekachi IV.

Quia Roma condita eſt paulo poſt Olympiadem ſextam, intra quadriennium Olympiadis ſextæ, quidam ab ipſa Olympiade ſextâ, Romæ annos arceſſebant. Ita accipiendum, quod Vel-

A *leius Paterculus ait*, à quo tempore, *nempe ab Vrbe condita*, ad vos Coſſ. ſunt anni DCCLXXXV. Id actum poſt Troiam captam annis CCCCXXVII. *Alloquitur autem Vinutium Quartinum, qui cum Caßio Longino Conſulatum init anno V. C. Varroniano 783.*
B *annis 785. poſt Olympiadem ſextam, quæ celebrata eſt annis 427. poſt eum annum, quo plerique Troiam captam putant, vt diximus A. M. 2817.*

ANNVS ALBANVS.

C

XI. VII.

A. M. 3245. Cler. 697. Num. Euſ. 1262. Ante Dn. 755. Iotami IV. Pekachi V.

Albanatus Romulus & ab Albanis oriundus anni deſultorij for-
D *mam ab Albanis accepit. Eius hæc fuiſſe videtur ratio, vt triennium complecteretur Syzygias, vnam & triginta, ſexennium ſexaginta duas, dies 1830. vel 1831. Quam ob cauſam neceſſe fuit annum eſſe nonnunquam dierum 305. 306.*
E *forſan & 307. ſæpiùs tamen dierum 304. Macrobio ſatis fuit id memorare, quod ſæpiùs vſurpabatur.* Annus, *inquit*, à Martio incipiebat & conficiebatur menſibus decem, diebus CCCIV. vt ſex quidem menſes Aprilis, Iunius, Sextilis, Septembris, Nouember, *Macrob. Saturn. l. 1. c. 8.*
F December tricenûm eſſent dierum, quatuor verò Martius, Maius, Quintilis, October tricenis & ſingulis expedirentur. *Cùm anno tribuendi erant dies 305. vel 306. tum Sextili Decembri dabantur dies 31. quo modo nunc quo-*

que totidem dies habent. Quatuor menſibus illis, qui iam tum ſemper habebant dies 31. manſit priuilegium, quaſi priſti moris monimentum.

Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui. Dabit Idus quilibet octo.

Ita, licet, nec annus lunaris eſſet, nec menſes, tamen triennia ſingula à nouilunio incipiebant. Forſan alternis, modo ἀπὸ φάσεως, *modo* ἀπὸ συνόδου τῆς σελήνης, *puta Luſtrum Albanum hoc anno cœpit Albani, ſiue Romulei Martij primo, Octobris Iuliani tertio decimo, Nouilunio, vt docet ſequentis anni ſeries.*

XII. VIII.

A.M. 3246. Cler. 698. Num. Euſ. 1263. Ante Dn. 754. Iotami V. Pekachi VI.

Tanta fuit Achazi luxuria, vt vix decennis liberis operam dare cœperit. Huiuſmodi laſciuiæ ætatem ſuperantis exempla habes A.M. 2292. Ex hac tamen tam præcoci peſſimi parentis luxuria natus eſt optimus Ezekias, vt qui A.M. 3270. xxv. annorum eſſet. *Vide & A. M. 3454.*

ROMA CONDITVR.

Cum Albani ſiue Romulei Martij Kalendæ ſuperiore anno in Octobris Iuliani XIII. *incidiſſent, hoc anno inciderunt in Auguſti* XIV. *& conſequenter Aprilis Romulei dies viceſimus primus, quo prima Palilia celebrauit, & vrbis ſuæ fundamenta iecit Romulus, incidit in nonum Ægyptiaci Pharmuthi diem, Octobris Iuliani quartum. Itaque Plutarchus vtrumque dicit.* Romam, *inquit,* conditam eſſe vndecimo Kal. Majas inconfeſſo eſt. *Idem authore Tarrutio dicit conditam Pharmuthi nono. Velleius Paterculus.* Sexta Olympiade poſt duo & viginti annos, quàm prima conſtituta fuerat, Romulus Martis filius vltus iniurias aui Romam vrbem Parilibus in palatio condidit, à quo tempore (*imo à ſextâ Olympiade*) ad vos Conſules anni ſunt DCCLXXXV. *Vide A. M. 3244.* *Solinus cap. 2.* Romulus auſpicatò fundamenta murorum iecit, duodeuiginti annos natus XI. Kal. Majas, horâ poſt ſecundam, ante tertiam, ſicut L. Tarrutius prodidit Mathematicorum nobiliſſimus, Sole in Tauro, Lunâ in Librâ conſtitutis. *Nunquam ita deſipuit Tarrutius, vt hæc diceret. Scripſit igitur* Sole in Libra, Lunâ in iugo conſtitutis. *Cicero.* L. Tarrutius Firmanus familiaris noſter imprimis Chaldaicis rationibus eruditus vrbis etiam noſtræ natalem repetebat ab ijs Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romamque cùm in iugo eſſet Luna, natam eſſe dicebat, h. e. Nouilunio. *Cicero de diuinat. lib. 2.* *Manilius ex Tarrutij proculbubio ſententiâ.*

Heſperiam ſua libra tenet, qua condita Roma, *Manil. Aſtron. lib. 4.*
Et proprijs frenat pendentem nutibus orbem,
Orbis & imperium retinet, diſcrimina rerum
Lancibus & poſitas gentes tollitq; premitq;
Quâ genitus cum fratre Remus hanc condidit vrbem.

Tarrutius Romulum & Remum, gemini cum eſſent, in Geminis natos dixerat, Romam verò condidiſſe, cùm Sol in Librâ, Luna in iugo eſſet, auſpicatò videlicet & certo conſilio, vt vrbs illa orbis æquilibrium obtineret, & gentibus iugum imponeret. Hoc ſpectauit, ſi non Romulus, certè Tarrutius. Tarrutij quoque mens fuit, vt primum Vrbis conditæ annum inchoaret à Ianuarij & Capricorni primo, Nouilunio, tribus menſibus poſt iacta fundamenta. Quidam verò Tarrutij mentem non intelligentes æram Vrbis conditæ inchoarunt à Kalendis Ianuarijs, quæ Parilium primorum celebrationem proximè anteceſſerant. Sic paſſim Paulus Oroſius, vt lib. VII. *c.* 30. 31. 32. *Eò pertinet, quod Plinius lib.* XIV. *c.* 4. *ait* L. *Opimium Conſulem factum natali vrbis* DCCXXXIII. *quod Eutropius lib.* VIII. *refert* Domitianum perijſſe anno octingenteſimo & quinquageſimo ab vrbe conditâ, Vetere & Valente Coſſ. *Eò pertinēt inſcriptiones, quæ Seruij Fuluij Flacci & Q. Calpurnij Piſonis conſulatum comparant cum anno V. C.* DCXX. *Vt autem Aprilis Romulei viceſimus primus, quo Romulus vrbis ſuæ fundamenta iecit, incidit in Octobris Iuliani quartum, ſic Quintilis Romulei quintus, quo Romulus perijt, & Sol deliquium paſſus eſt, incidit in Iuliani Maj viceſimum ſextum. Plutarchus, quaſi ex Tarrutij ſententiâ ait Solem eo ipſo die, quo Romulus vrbis fundamenta iecit, defeciſſe. Videlicet, quia Tarrutius dixerat Lunam tum in iugo fuiſſe. Iugum autem strictè ſumptum nodum eclipticum deſignat. Sed laxo modo iugi vocem accepit Tarrutius. Defecit quidem Sol eo ipſo anno, ſed Tybi nono,*

A *Julij ſexto, cum Lunæ latitudo eſſet graduum* 283. 20′. 10″. *& rurſus Payni ſexto, Nouembris vltimo, tùm Lunæ latitudo eſſet graduum* 76. 41′. 19″. *Pharmuthi verò menſe deficere non potuit, neque id Tarrutius ignorauit.*

B

LVSTRA ROMVLI.

	ANNO.		*Cyclo*	*Epactis.*	*Octobr.*
	Iphiti.	*V. C.*	*Lunæ.*		
	22.	0.	7.	9.	13.
	27.	4.	12.	4.	18.
C	32.	9.	17.	29.	23.
	37.	14.	3.	25.	27.
					Nouemb.
	42.	19.	8.	20.	1.
	47.	24.	13.	15.	6.
	52.	29.	18.	10.	11.
	57.	34.	4.	6.	15.
D	62.	39.	9.	1.	21.

Si Romulei Martij Kalēdæ quæ mortem Romuli proximè ſecutæ ſunt, inciderunt in Nouembris Iuliani XXI. *Quintilis Romulei quintus, quo Romulus perijt, incidit in Maj Iuliani* XXVI. *quo Sol defecit.*

E

ÆRA V. C. VARRONIANA.

XIII. IX.

A. M. 3247. Cler. 699. Vrbis conditæ I. Ante Dn.

F

753. Iotami VI.
Pekachi VII.

Euſebio cum hiſtoriâ noſtrâ componendo deinceps ſufficit Olympiadum notatio. Quamobrem omiſſis numeris

Euſebianis ponemus annos à conditu Ro- A *mæ ex ſententiâ Varronis & Tarrutij, cuius mens quidem fuit, vt æram Vrbis inchoaret ab hyberno Solſtitio, vt Ianuariæ primi anni Kalendæ inciperent à Caprinionis primo, feriâ primâ, interlunio. Sed C. Julius Cæſar Tarrutio poſterior in anni ordinatione aliud ſibi pro-* B *poſuit. Igitur Varroniana, vel potiùs Tarrutiana Vrbis conditæ æra Iuliano, quo vtimur, anno accommodata initium ducit Ianuarij primo, Caprinionis tertio, vel quarto, feriâ tertiâ, corniculante Lunâ, Varronianam hanc Æram ſecuti ſunt Auguſtus, Claudius, Seuerus, Phi-* C *lippus Imperatores in ſuis ludis Secularibus, tum Plutarchus, P. Cornelius Tacitus, Caßius Dio, A. Gellius, Cenſorinus. Noſtro verò tempore Onuphrius Panuinius, Cæſar Baronius, Auguſtinus Torniellus, Joſephus Scaliger. Quin & Pomponium Atticum, ac M. Tullium* D *Ciceronem vult Solinus æram V. C. inchoare ab anno tertio Olympiadis ſextæ. Sed vt Plinius, Paterculus, Liuius, ita & Cicero variant nonnunquam, & modò ab antecedentis, modo ab huius, modo à ſequentis anni Kalendis Ianua-* E *rijs æram Vrbis inchoant. Cenſorinus ait Aretam numeraſſe annos* DXIV. *à Troiæ ſubuerſione vſque ad primam Olympiadem. Hoc cùm ſit à vero nimis alienum, Aretas forte numerabat ab Ilij excidio ad Romæ conditum annos Albanos 514. quot re verâ ſunt.*

(∴) (∴)

(∴)

ÆRA V. C. CATONIANA.

XIV. X.

Olympias VII. Diocles.
A. M. 3248. Cler. 700. Vrbis conditæ 2. Ante Dn. 752. Iotami VII. Pekachi VIII.

M. *Porcius Cato, cùm ſciret Romam aliquanto ante ſeptimam Olympiadem fuiſſe conditam, minutos epilogiſmorum ſcrupulos nihil moratus æram Vrbis inchoauit à Kal. Januarijs, quæ ſeptimæ Olympiadis celebrationem proximè anteceſſerunt, atque ita annum, quo Conſulatum inijt, dicebat eſſe V. C.* DCCLVIII. *Catonianam V. C. æram ſecuti ſunt Faſti Capitolini, Solinus, Euſebius, Dionyſius Halicarnaſſenſis, Polybius, & noſtro tempore Carolus Sigonius, Albertus Pighius, Adolphus Occo, Goltzius in ſuis Faſtis, Iſaacus Caſaubonus in ſuis Polybianis, Nicolaus Vinierius in ſuâ Bibliothecâ, Ioh. Georgius Hervvart in ſuis paradoxis, Chriſtophorus Colerus in Valerium Maximum.*

Apion Alexandrinus vt Judæos nouitatis inſimularet, vſque adeò inſanijt, vt & Exodum & Carthaginis conditum conferret in ſeptimam Olympiadem. *Ioſeph. in Appionem lib. 2. p. 939.*

F *Solinus.* Nepoti, *inquit*, & Lutatio opinionem Eratoſthenis & Apollodori comprobantibus placuit Romam conditam Olympiadis ſeptimæ anno ſecundo. *Sexta fortaſſe, non*

Septimæ

Septimæ *ſcripſerant. Sed ſi* ſeptimæ *ſcripſerunt, mens illorum hæc eſſe potuit, aram Vrbis inchoandam à Kalendis Ianuarijs, quæ ſeptimæ Olympiadis celebrationem proximè ſecutæ ſunt, & viceſimum ſextum Iphiti annum incidere in primum Vrbis.*

XVIII. XIV.

Olympias VIII. Anticles.

A. M. 3252. Cler. 704. V. C. 6.

Ante Dn. 748.

Iotami XI. Pekachi XII.

Pauſanias p. 200.

PIſani Elidenſibus inuidentes Phidonem Argiuum tyrannidi Græciæ inhiantem arceſſunt, eiuſque operâ, dum Olympiade octauâ ἀγωνοθέται eſſe cupiunt, ſuis & aliorum ceruicibus iugum imponunt, quod poſtea Phidone potentia ſuâ abutente, & ἀφειδῶς ſæuiente fruſtra excutere optauit Peloponneſus. Non equitem dorſo, non frenum depulit ore. *Eleis quidem ſuum ἀγωνοθεσίας ius reſtituit. Ipſe dominationem non exuit.*

ÆRA V. C. PICTORIANA.

CViuſuis ædificij duplex μνημόσυνον, æra duplex inſtitui poteſt, cùm iaciuntur fundamenta, & cum abſoluitur ædificium. Romulus vrbis ſuæ fundamenta iecit ante ſex annos Aprilis ſui XXI. *qui tum incidit in Octobris noſtri quartum, Pharmuthi nonum. Hoc anno peractâ foſſâ, forſan & muro, potuit vrbis ſuæ Encænia celebrare, vt hæc cauſa ſit, cur quidam Vrbis conditæ aram quinquennio poſteriorem faciant, quàm*

A *Tarrutius & Varro.*

Rurſus. Quia Nouilunia rarò incidunt in Cardinalia Solis puncta, cùm id fiebat, veteres vt plurimum quaſi memorabile quidpiam id obſeruabant. Hoc anno Nouilunium incidit in Solſtitium æſtiuum, Iunij Iuliani vltimo, Martij Romulei
B *vndecimo. Hic concurſus Romulum inuitare potuit ad noua ſuæ Vrbis Encænia celebranda. Quamobrem Pictor apud Solinum ait Romam Olympiade octauâ conditam. Forſan & eadem mens fuit Cincij. Sed pro* VIII. *Solinus aut eo quiſpiam vetuſtior legere potuit* XII. *Ab his*
C *Encænijs Vrbis conditæ annos arceſſebant veteres. Suos enim ludos Sæculares fecerunt an. V. C. ſecundum Varronem 405. 505. 605. Illi verò proculdubio vocabant hos annos quadringentesimum, quingenteſimum, ſexcenteſimum.*

Solinus c. 2.

Hæc cùm non obſeruaſſet Anonymus
D *Chronologus (cuius paſſim meminit Sigonius) in Conſulum cum Olympiadibus comparatione quinquennio ſolido vt plurimum decipitur. Hoc ipſum aliquandiu impoſuit Diodoro Siculo, vt & ipſe in primorum Conſulum cum Olympiadibus & Prætoribus Athenienſibus connexio-*
E *ne quinquennio decipiatur, donec poſt varios errores paulatim in orbitam regreſſus ſit inde ab anno V. C. 446. & deinceps.*

ÆRA NABONASSARI.

F XIX. XV.

A. M. 3253. Cler. 705. V. C. 7. Ante Dn. 747. Iotami XII. Pekachi XIII.

ÆSimedes II. Athenienſium Prætor δικαστὴς præeſt decem annos.

Euſeb.

Digitized by Google

Nabonaſſar, qui perperam ab interpretibus Ptolemæi, ab Alphonſinis, & à Georgio Chryſococci medico vocatur Nabuchodonoſor, regnum Babylone occupat, cuius æra Ptolemæo & Aſtronomis omnibus notiſſima initium ducit annis Iulianis ſeptingentis quadraginta ſex, diebus decem & trecentis ante Chriſti æram, vt rectè notant Alphonſini, initio ducto à Thoth primo, Piſcium primo, Februarij ſexto & viceſimo, feriâ quartâ. Anni Nabonaſſari ſunt Ægyptiaci menſium τριακονθημέρων duodecim & dierum quinque, quales Patriarchis in vſu fuiſſe putamus inde ab Orbe condito. Solem diximus creatum Aprilis XXI. *Arietis & Meſori primo. Ab eo die ducto numerationis initio Ægyptiaco mundi anno 3255. Iuliano 3253. Thoth initium ducere debuit Februarij* XXVI. *quod & contigit. Rurſus A. M. 2847. Ianij nono, Thoth primum menſem factum diximus. Huic retroceſſione factâ comperies A. M. 3253. menſis Thoth neomeniam incidere in Februarij* XXVI. *Cenſorinus cum ſcriberet Vlpio Crinito & Pontiano Coſſ. ait his Coſſ. iniſſe* annum à Roma condita nongenteſimum nonageſimum, à prima Olympiade milleſimum quartum decimum, à Nabonazaro nongenteſimum octogeſimum ſextum. Thoth eo anno fuiſſe ante diem ſeptimum Kal. Iulias. *Videlicet eâ die, quam notat Cenſorinus fluxerant anni Ægyptiaci nongenti octoginta quinque præciſe, anni verò Iuliani 984. dies centum viginti. At à nono Pharmuthi die, Iphiti* XXIII. *quo Tarrutius ait Romulum vrbis ſuæ fundamenta ieciſſe, vſq; ad Neomeniam primi Thoth Nabonaſſarei fluxerunt, non quinq; tantum anni, vt putant Torniellus & Temporarius, ſed anni Iuliani ſex, dies centum quadraginta ſex. A Neomenia verò primi Hecatombæonis Iphitei fluxerant anni Iuliani duodeuiginti, dies 234. Itaq; perperam contendit Temporarius Cenſorinum biennio hallucinari. Annorum Nabonaſſari retroceſſio per dierum decadas ſic inſtitui poteſt ad tyronum commoditatem.*

Vide ſupra p. 5. 6. 7. 8. 9. & A. M. 1460. 1652. & 2919.

Cenſorinus d[illegible]e natali c. 21.

Ioh. Temporarius Chron. l. 3. 284.

Anni	*Februa-*					*Maj.*			
Nabonaſ-	*rij.*	*Nouembris.*		*Auguſti.*		1121.	22.	*Februarij.*	
ſari.				721.	30.	1161.	12.		
1.	26.	361.	28.	761.	20.	1201.	2.	1453.	28.
41.	16.	401.	18.	801.	10.	*Aprilis.*		1457.	27.
81.	6.	441.	8.	*Iulij.*		1241.	22.	1461.	26.
Ianuarij.		*Octobris.*		841.	31.	1281.	12.		
121.	27.	481.	29.	881.	21.	1321.	2.		
161.	17.	521.	19.	921.	11.	*Martij.*			
201.	7.	561.	9.	961.	1.	1361.	23.		
Decembris.		*Septemb.*		*Iunij.*		1401.	13.		
241.	28.	601.	29.	1001.	21.	1441.	3.		
281.	18.	641.	19.	1041.	11.	1445.	2.		
321.	8.	681.	9.	1081.	1.	1449.	1.		

Digitized by Google

XXII. XVIII.
Olympias IX. Xenodochus.
A. M. 3256. Cler. 708. V. C.
10. Ante Dn. 744. Iotami
XV. Pekachi XVI.

Georg. Chron. c. III.

IOannes Georgius Hervvart omnes B
quidem, qui de Romæ conditu hacte-
nus ſcripſerunt, delirare contendit, Ro-
mam annis circiter centum octoginta ſe-
rius conditam, quàm hactenus omnes pu-
tarunt, tamen dicis cauſſa Tarrutij ſen-
tentiam ſic explicat. Romulum, *in-*
quit, Tarrutius putat conceptum C
non quinto, ſed duodecimo Iphiti anno, Chœac XXIII. Februarij decimo, Romæ verò fundamenta ieciſſe non XXIII, ſed XXXIII. Iphiti anno, Aprilis Romulei XXI, Pharmuthi nono, Decembris Iuliani nono. Hanc
eſſe Tarrutij ſententiam docent So- D
lis deliquia, quæ vtrique huic epochæ tribuit. *Hæc non ſunt Georgij verba, ſed epitome ſententiæ eius. Sanè Sol defecit duodecimo Iphiti anno, Februarij decimo, &* XXXIII. *Iphiti anno, Decembris nono. Erat enim Lunæ latitudo*
gradmum 279. 50'. 3". Sed Decembris E
nonus hoc anno incidit in Payni XVII. *Pharmuthi verò nonus in Octobris ſecundum.*

Sed ne ſibi quidem conſtat Georgius. Nam ſi duodecimo Iphiti anno viceſimus
tertius menſis Chœac dies incidit in Fe-
bruarij decimum, vt vult Georgius, cer- F
tè triceſimo tertio Iphiti anno Pharmuthi nonus conueniet non cum Aprilis Romulei XXI. *nec cum Decembris Iuliani nono, vt vult Georgius, ſed cum Maj Iuliani* XXII, *Septembris Romulei* XXIX.

A *Hæc ideò noto, ne cui fucum faciant ſpecioſa demonſtrationum Aſtronomicarum nomina, quorum obtētu tam Aſtronomos, quàm Hiſtoricos omnes inſaniæ damnat Georgius.*

ISAIAS.

XXIII. XIX.
A. M. 3257. Cler. 709. Vrbis
conditæ 11. Ante Dn. 743.
Iotami XVI. } Pekachi XVII.
Achazi I.

AChaz XIV. tribus Iuda rex, Iotami filius annos viginti natus 2. Reg. 16.2.
patre viuente rex coronatur, re- 2. Chron. 28.1.
gnatque annos ſexdecim. Coronatus videtur circa Niſan currente primo centeſimæ ſecundæ hebdomadis anno. Hic maiorum ſuorum peſſimus, etiam Chananæorum abominationes ſuperare conatus eſt. Quamobrem immittit Deus Pekachum & Reſinem Syriæ regem qui Iudæam deuaſtent, & Raſin quidem vrbem Elath Achazo eripit, Pekach verò CXXM. Iudæorum vno die iugulat. Capit CCM. Mox iubente Hodedo propheta gratis dimittit. Eſaias cœpit quidem prophetare diebus Huzziæ regis, ſed quinq; tãtum eius capita ad Huzziam, ſextum ad Iotamum, reliqua capita ad Achazi & Ezekiæ tempora pertinent. Nec vllius anni meminit vltra quartum decimum Ezekię, annis poſt hunc viginti ſex. A Manaſſe tamen Ezekiæ filio dicitur ſerra diſſectus, vt monemus A. M. 3304. De Chriſto tam multa, tam præclara dixit, præcipue inde à

Digitized by Google

capite quadrageſimo, vt non tam Propheta, quàm Euangeliſta videatur.

BELLVM MESSENIACVM.

Pauſan.

ERat in Meſſeniorum finibus fanum quoddam Artemidis Limnatidis, ſiue Dianæ paluſtris, cuius participes erant ſoli Lacedæmonij & Meſſenij. Eò cum veniſſent Lacænæ virgines aliquot, à Meſſenijs rapiuntur. Scelus hoc prohibere conatur rex Lacedæmonius Teleclus Archelai filius. Meſſeniorum ea proteruia fuit, vt ſalutaria monentem regem trucidare non dubitarint. Virgines raptæ præ pudore manus ſibi conſciſcunt. Hæc ita narrant Lacedæmonij: Meſſenij vero dicunt virgines illas fuiſſe viros imberbes ſexum mentientes, pugiones veſte tegentes. Fraudem contrectando deteſtam, meritaſque pœnas luiſſe cum Teleclo fraudis Architecto. Vt vt ſit, Telecli filius Alcamenes patris necem vlturus Meſſenijs bellum intulit, aſtipulante & altero Lacedæmoniorum rege Theopompo Nicandri filio, Charilli nepote. Bello cauſſam præbuit etiam aliud facinus. Polychares Meſſenius, qui quartâ Olympiade ſtadium vicerat, Euaphno Lacedæmonio boues aliquot dat paſcẽdas. Euaphnus aliquantò poſt à latronibus abaſtas mentitur. Fraudem detegit Polychares. Deprehenſus Euaphnus multis lachrymis veniam deprecatur, pollicetur ſe totum armentum Polycharis filio redditurum. Mittit Polychares filium boues reducturum. Eum in itinere occidit Euaphnus, Polycharẽs de hac contumelia Lacedæmone conquerens ſurdis auribus excipitur.

De Archelao vide A. M. 3116.

De Charillo ſiue Charilao diximus A. M. 3106 & 3116.

A *Hinc furor, quò percitus Polychares latrocinium & ipſe exercet in Lacedæmonios, obuios quoſque ſpoliat, raptat, iugulat. Polycharem ad ſupplicium flagitant Lacedæmonij, Euaphnum Meſſenij. Interim paratos ſe vel apud*
B *Amphictyones Argis vel apud Areopagitas Athenis cauſſam agere. Lacedæmonij nec fæciali præmiſſo, nec reſponſo legatis Meſſeniorum dato, taciti iurant quouis pretio bellum tam diu continuaturos ſe, donec Meſſenios debellarint. Meſſeniorem rex erat Euphaes Antiochi*
C *filius, Phintæ nepos, Sybotæ pronepos. Alcamenes igitur Lacedæmonius Amphiam Meſſeniorum vrbem nihil tale metuentem inuadit, alios in lecto dormientes, alios in templo ſupplicãtes iugulat. Τότε, inquit Pauſanias, Ἀθηναίοις ἦρχεν Αἰσιμίδης ὁ Αἰσχύλου τὸ πέμπτον ἔτος: Immo τὸ πρῶτον.*
D *Si Euſebio credimus. Siquidem Pauſanias vult Amphiam captam ſecundo Olympiadis nona anno. Nos Pauſaniæ ſententiæ maluimus accedere. Obiter quoq; notandum Amphiam quidem hoc anno, V. C. 11. captam. Sed quæ vno ductu ex Pauſaniâ contexuimus, non vno, ſed*
E *multis annis geſta ſunt, fortaſſe plus quam viginti. Siquidem Teleclus, quem occiderunt Meſſenij, erat filius Archelai, qui iam regnabat A. M. 3116. annis cẽtum & duodeſexaginta ante Amphiam captam. Vt vt ſit, magna fuerit tum Archelai, tum Telecli longæuitas*
F *neceſſe eſt. Et hoc beneficium illis commune fuit cum multis alijs Lacedæmoniorum Regibus. Fuit hic ſobrietatis illorum & exercitæ diſciplinæ fructus.*

A

MAHERSALAL.

XXIV. I.

A. M. 3258. Cler. 710. V. C. 12. Ante Dn. 742.

Iotami XVII. } Pekachi XVIII.
Achazi II.

B

Eſa. 8. 1. HOc anno videtur Eſaiæ natus filius, cui Deus nomen fecit *Maher Schalal, chaſchbaz, h. e. feſtina ad ſpolium, propera ad prædam. Antequam*, inquit Deus, *ſciat hic puer clamare, pater mi, aut mater mea, abducetur opulentia Damaſci & Spolia Samariæ coram rege Aſſyriæ. Quia populus iſte, i. Jſrael, ſprevit aquas Siloe ſenſim fluentes & delectatus eſt cum Retzine & filio Romeliæ.* Sic ſupra, *Adducet*
7. 16. *Dominus ſuper te*, &c. Iſraelem intelligo, non Iudam & Aſſyriorum, non Babyloniorum regem.

XXV. II.

A. M. 3259. Cler. 711. V. C. 13. Ante Dn. 741.

Iotami XVIII. } Pekachi XIX.
Achazi III.

2. Chron. 28. 17. IDumæi & Philiſtini Iudæam veluti Dei præſidio deſtitutam vndique inuadunt, dilacerant. Achaz tamen non ad Deum, ſed ad regem Aſſyriæ confugit magno ſuo, populique damno.

Euſeb. *Eumelus Poeta Corinthius agnoſcitur & Sibylla Erythrea.*

(∴) (∴)

TEGLATHPHALASAR.

XXVI. III.

Olympias X. Dotades.

A. M. 3260. Cler. 712. V. C. 14. Ante Dn. 740.

Iotami XIX. } Pekachi XX.
Achaſi IV.

TIllegath-pilneſar, vel (duobus enim modis ſcribitur) Tiglath-pul-eſar, vulgo Teglathphalaſar Aſſyriç rex biennio circiter poſt natum Chaſchbazum, Damaſcum obſidet, capit, Retſinem Syriæ regem occidit, tum armis in Pekachum conuerſis totam Galahaditim, Galilæam, & Nephtalitim peruaſtat, incolaſque in Aſſyriam abducit, Achazum quoque male tractat. Sed Achaz in peius proficiens adulatione ſeruili regi Aſſyrio ſupplicat, Deos eius adorat. Altare Dei loco mouet, vt alterum Damaſceno ſimile ei ſubſtituat, totum Dei cultum peruertit, templum claudit, liturgiam abolet, omnia Idolis implet, omnia ſuſque deque miſcet.

תגלת פלאסר · *2. Reg. c. 16. 9.* · *c. 15. 29.* · *Eſa. 8. 4.* · *2. Chron. 28. 20.* · *2. Reg. 16. 10.*

E

XXVII. IV.

A. M. 3261. Cler. 713. V. C. 15. Ante Dn. 739.

Iotami XX. } Hoſchæ I.
Achazi V.

F

Pauſan. L*Acedæmonij poſt Meſſenijs ereptum Amphiam impetu refrigeſcente latrocinijs tantum bellum agitabant, donec quadriennio poſt Amphiam captam prælio cum Meſſenijs decertare auſi nihil memorabile geſſerunt, quam*

ob cauſſam domum reuerſi à ſenioribus ignauiæ damnati, anno ſequente bellum acriùs inſtaurarunt.

a 2. Reg. 15. 32. Cùm Pekachi ſecundo [a] Iotam, Pekachi XVII. [b] Achaz regnare cœ- b 16. 1. perit, & tamen Pekach [c] ſiue Pha- c 15.27. cee viginti annos regno potitus ab Oſeâ Elæ filio trucidatus ſit anno Io- d 15. 30. tami [d] viceſimo, neceſſe eſt Iotam quatuor minimùm annos cum Achazo filio ſuo communicarit. Et forte paulò poſt Pekachum mortuus eſt. Rurſus cum [e] Hoſeas hoc e 15.30. anno Achazi quinto coronatus ſit, f 17.1. & rurſus Achazi [f] duodecimo, bis coronatum neceſſe eſt.

XXVIII. V.

ΑΝΘΡΩΠΟΘΥΣΙΑ.

A.M. 3262. Cler. 714. V.C. 16. Ante Dn. 738. Achazi VI. Hoſchæ II.

Pauſan. *INter Lacedæmonios & Meſſenios prælium alterum priore atrocius committitur. Neutri plenam victoriam reportarunt. Meſſenij tamen grauius afflicti reliquis regionis ſuæ caſtellis & oppidulis omiſsis vnam Ithomem edito loco* E *ſitam communire ſtatuunt. Super ea re Delphicum oraculum conſulunt. Apollo ſic reſpondet* κούρην ἄχραντον νερτέροισι δαίμοσι, Κλήρῳ λαχοῦσαν Αἰπυτιδῶν ἀφ' αἵματος, Θυηπολεῖτε νυκτέροισιν ἐν σφαγαῖς, Ἢν δ' σφαγῇ τε καὶ παρ' ἄλλοις, τότε, Θύειν διδόντας F εἰς σφαγὴν ἑκουσίως. *Sors incidit in Lyciſci filiam. Tùm Epebolus negat hoſtiam hanc Dijs manibus gratam eſſe poſſe. Nec enim Æpytidarum ſanguine Cretam. Quippe Lyciſci vxorem ſterilem ſuppoſititiam Lyciſco filiam obtruſiſſe; Dumſu-*A *per eâ re deliberant Meſſenij, Lyciſcus cum filia Lacedæmona transfugit. Ecce alter Æpytidarum & ipſe generis Ariſtodemus filiam ſacrificio offert. Forte ea iam deſponſata erat, nondum nupta. Obſiſtit ſponſus ſuam eſſe iam, non Ariſtodemi affirmans. Ariſtodemus nondum* B *domo eductam, nondum manu miſſam conteſtatur. Ea lis dies aliquot protrahitur. Sponſus Ariſtodemi filiæ ſtuprum offert, ne ſacrificio apta ſit. Ariſtodemus irâ in furorem actus vltrò filiam iugulat, vterum diſſecat, grauidam non eſſe pertendit, eóque oraculo ſe ſatisfeciſſe.* C *Pernegabat Epebolus. Euphaes Meſſeniorum rex, vt Æpytidis gratificaretur, oraculo ſatisfactum eſſe pronunciauit, licet* ἄχραντον καὶ παρ' ἄλλοις σφαγεῖσαν *poſtularet Dæmon, i. immaculatam & ab extraneo iugulatam. Hi ſunt caſſes, quibus miſeros homines implicabant* τῆς μαν- Clemens D τικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς τὰ ἄχρηστα χρηστήρια, Alexand. *vt Clementis verbis vtar.* προτρεπτικῷ.

I. VI.

A.M. 3263. Cler. 715. V.C. 17. Ante Dn. 737. Achazi VII. Hoſchæ III.

ÆSimedi ſuccedit Athenis Clidicus tertius Prætorum decennalium. Euſeb.

II. VII. SARGON.

Olympias XI. Leochares.

F A.M. 3264. Cler. 716. V.C. 18. Ante Dn. 736. Achazi VIII. Hoſchæ IV.

QVot annos regnarint, quibus annis regnare cœperint Aſſy-

Digitized by Google

riæ reges Phulis ſucceſſores, nec ſacra, nec exotica hiſtoria docet. Phul tamen videtur cœpiſſe regnare circa quartam, Sargon circa vndecimam Olypiadem. Phul Menachemum, Tillegathpilneſar Pekachum, & Achazum, Sargon Philiſtinos, Salmanaſar Oſeam afflixerunt. A B

X. V. SYRACVSÆ.

A. M. 3267. Cler. 719. V. C. 21. Ante Dn. 733.

Achazi XI. Hoſchæ VII.

Euſeb. Thucyd. l. 6. Scholia Pindari Pythico 11. Ælianus l. 12. c. 44.

Catina in Siciliâ ad radices Ætnæ montis condita, quin & Syracuſæ, vel eodem vel quinto circiter ante anno extructæ cum vno ante Syracuſas conditas anno, proximam inſulam Nanon occupaſſent Chalcidenſes ex Eubœâ inſulâ profecti Tucleo duce. Syracuſas vero Archias Corinthius Heraclidarũ, genere ortus extruxit. Ex quatuor oppidulis vna vrbs effecta. Eæ erant, Achradina, Neapolis, Epipolæ, Tyche, quibus adiecta eſt etiam Ortygia inſula, vt tandẽ in ampliſſimam populoſiſſimam & opulẽtiſſimam vrbem euaſerit. Erãt autem Epipolæ lapidicinâ nobiles. Lapidicinæ longitudo erat ſtadij vnius, latitudo iugerum duorum. Huic quidam ita addicti erant, vt in eâ cum vxoribus ætatem agerent, ac liberos ſuæ ſeruitutis hæredes relinquerent. Horum aliquis in vrbem forte delatus quadrigis conſpectis exterritus clamitans aufugit.

(∴) (∴)

(∴)

VI. XI. ANNI PEKACHI.

Olympias XII. Oxythemis.

A. M. 3268. Cler. 720. V. C. 22. Ante Dn. 732.

Achazi XII. Hoſeæ I.

Hoſeas iterum coronatur, & ab hoc tempore regnat annos nouem. Hactenus veluti ſuo nomine regnauerat: deinceps vt tributarius Salmanaſſaris Aſſyriorum regis, vel contra. Quia autem hic annus C eſt duodetriceſimus ab obitu Pekachi, hæc cauſſa eſt, cur exemplar Grecæ editionis, quo vtebatur Baſilius Magnus (quod Georgius Syncellus vocat λίαν ἠκριβωμένον) tribuat Pekacho annos duodetriginta. Male tamen Georgius, qui Euſebium D Africanumque reprehendat, quod Pekacho tribuant tantum annos viginti.

1. Reg. 17. 1. Vide Scalig. in Euſ.

VII. XII. MESSENII.

A. M. 3269. Cler. 721. V. C. 23. Ante Dn. 731.

Achazi XIII. Hoſchæ II.

Lacedæmonij tertio cum Meſſenijs prælio certant ſexennio poſt ſecundum prælium. Meſſenij ſuum regem Euphaem amittunt tertium decimum vel duodecimum regni annum agentem cum F primo eius anno, ſed exeunte forſan Amphia capta fuiſſet. Pauſan.

Quia igitur Euphae amiſſo res Meſſeniorum plurimum acciſæ ſunt, ideo quidam, quos male ſecutus eſt Euſebius, hoc anno Meſſenem à Lacedæmonijs captam

eſſe dixerunt.

Cùm orbus eſſet Euphaes, alienæ ſtirpis rex eligendus fuit. Id ambiebant Cleonnis, Damis & Ariſtodemus. Ambo igitur vates Epebolus, & Ophioneus, quem natum cæcum fuiſſe aiunt, negabant regnum homini ἐναγεῖ committendum. Sic Ariſtodemum parricidam deſignabant. Populus contra ſanctum eſſe dictitabat Ariſtodemum, qui bono publico ne filiæ quidem pepercisſet. Ita Ariſtodemus Meſſeniorum rex electus eſt.

VIII. XIII.

EZEKIÆ ZELVS.

A.M. 3270. Cler. 722. V. C. 24. Ante Dn. 730.

Achazi XIV. } Hoſeæ III.
Ezechiæ I. }

2. Reg. 18.2 1. Chron. 29.1. EZekias xv. rex tribus Iuda Achazi filius, annum xxv. agens, patre adhuc viuente coronatur, regnatque annos 29.

Ezechias cœpit regnare menſe Niſan, ideoq; æra eius varie inchoari poteſt, puta ab hoc Niſan vel ab antecedente aut à ſequente Tiſri, ineunte primo hebdomadis civ. anno. Hîc conſideranda veniunt mira Dei iudicia. Achaz viuente pio patre Iotamo cultum Dei peruerterat. Eodem Achazo viuente Ezechias Dei cultum inſtaurat Niſan primo, Aprilis duodecimo, Sabbatho, Arietis xvi. Ea die templi valuas recludit, Sacerdotes conuocat, iubet operi manum adhibere. Hi ſeptem diebus atrium expurgant. Iam tùm inſtauratam fuiſſe liturgiæ ſeriem, ſi non

A totam ſaltem, ἀπὸ μέρους rationi conſentaneum eſt. Itaque iam tum vicem ſuam obire cœpit Iehoiaribi familia: octo ſequentibus diebus expurgantur interiora templi. Niſan xvi, Aprilis xxvii, Ἐγκαίνια templi celebrantur. Mittuntur etiam ad Iſ- 1. Chron. 24. 7. 2. Chron. 29.17. c. 30. 1.
B raelitas patiente id Hoſeâ legati, qui omnes ad Paſcha immolandum inuitent. Pauci obſequuntur. Paſcha immolatur Iiar xiv, Maj xxv, feriâ primâ. Feſtum duabus hebdomadibus cōtinuatum. Populus Iiar xxvii, Iunij octauo dimiſſus. Cæterum Eze-
C kiam hoc anno regnare cœpiſſe docebunt ea, quæ dicturi ſumus A.M. 3283. & 3410.

Hæc Eccleſiæ Iudaicę reformatio fuit ſolennis & vltima Iſraëlitarum ad pœnitentiam inuitatio. Siquidem ne prætexerent Iſraëlitæ ſe metu Re- 2. Reg. 17. 2.
D gum ad Idololatriam compulſos, Deus pro ſuâ prouidentiâ vltimum illis regem non peſſimum dedit, vt per eum liceret & Ezekiæ Iſraëlitas per præcones ad Dei cultum inuitare, & Iſraëlitis ad templum adorationis cauſſâ itare. Atque adeò pera- 2. Chron. c. 30.6.
E ctis Encæniorum & Azymorum ſolennibus, non modo Iudæis, ſed & Iſraëlitis licuit domum reuerſis ſua Idola confringere, Idolea deijcere. Sed Iſraëlitarum pleriſque Dei iuſſa & Ezekiæ monita ludibrio fuerunt. c. 31.1. c. 30.10.

VIIII. XIV.

A.M. 3271. Cler. 723. V.C. 25. Ante Dn. 729.

Achazi XV. } Hoſeæ IV.
Ezekiæ II. }

Ezekias

2. Chron. 31. 3. EZekias capitatione Moſis ad tempus dilatâ de ſuo ſufficiens, quæ ad iuge ſacrificium erant neceſſaria, populum cohortatur, vt primitias ſaltem ac decimas Sacerdotibus & Leuitis darent ex legis præſcripto. Igitur primâ, quæ ſecuta eſt, meſſe, currente primo hebdomadis anno Niſan XVI. Aprilis XVI. feriâ ſextâ, primitiæ offerri cœpere. Siuuan verò ſexto, Iunij quarto, feriâ ſextâ, die Pentecoſtes decimę fructuum ac frumenti oblatę ſunt, vſque ad menſem ſeptimum, i. feſtum tabernaculorum, quod inchoatum eſt Tiſri XV, Octobris nono, Sabbatho. Omnia maximâ populi alacritate peracta. Horrea excipiendis decimis Ezekiæ iuſſu constructa.

X. XV. ACHAZI MORS.

Olympias XIII. Diocles.

A. M. 3272. Cler. 724. V. C. 26. Ante Dn. 728.

Achazi XVI. }
Ezechiæ. III. } Hoſeæ V.

2. Reg. 16. 1. ACHaz boni Iotami nequam filius, & optimi Ezekiæ peſſimus pater decimo ſexto ſui regni anno moritur.

XI. XVI. SALMANASSAR

A. M. 3273. Cler. 725. V. C. 27. Ante Dn. 727.

Ezekiæ IV. Hoſeæ VI.

SArgon propaginem ſignificat, vt & *Serug*, de quo diximus A. M. 1815.

A Sargon Aſſyriæ rex Tartanem mittit, qui Azotum obſideat, neq; multò poſt Sargone, vt videtur defuncto, obſidio ſoluta eſt, vetat Deus Philiſtinos morti Sargonis inſultare. Quippe *è radice ſerpentis orituram viperam*, Salmanaſſarem, *& fructum* B *eius futurum draconem volantem*, Sennacheribum. Quin intra triennium præciſè non modo Philiſtinos & Iſraelitas, ſed & Ægyptios quamplurimos, Æthiopas & Moabitas in captiuitatem ab Aſſyrio rege abductum iri. Eſa. c. 20. 1. c. 14. 28. c. 16. 14. c. 20. 3.

C *Athenis Clidico ſuccedit Hippomenes, quartus Prætorum decennalium. Ariſtodemus Meſſeniorum rex quinto ſui regni anno Lacedæmonios quartò prælij aleam tentantes ſuperat, profligat. Huius cladis occaſione videntur Lacedæmonij conſilium iniiſſe de proſtituendis* D *vxoribus ad ſufficiendam maturè ſobolem, vnde nati Partheniæ dicti.* Pauſan. Iuſtin. l. 3.

Hic Ariſtodemus videtur à Clemente dici Ariſtomenes. Is quaſi pulchrè proceſſiſſet illi ἀνθρωποθυσία, *vt qui nec filiæ pepercisset*, Ithomatæ Ioui *dicitur* immolaſſe trecentos homines, τοσαύτας ὁμοῦ καὶ τοιαύτας καλλιερεῖν διόσδυος E ἑκατόμβας, inter quos erat & Theopompus Lacedæmoniorum rex, ἱερεῖον εὐγενές, nobilis hoſtia. *Huiuſmodi* ἀνθρωποθυσιῶν *exempla plura vide ibidem.* Clemens Alexand. προτρεπτικῷ.

XII. XVII.

F SAMARIA OBSIDETVR.

A. M. 3274. Cler. 726. V. C. 28. Ante Dn. 726.

Ezekiæ V. Hoſeæ VII.

Digitized by Google

2. Reg. 17. 3. & 18. 9. HOſeas, cum aliquot annos A Salmanaſſari ſeruijſſet, poſtea ſeruitutis pertæſus occultâ cum Soo Ægypti rege init conſilia. Nec latuit Aſſyrium hæc conſpiratio. Igitur exeunte quarto Ezekiæ anno in Hoſeam ſeptimum iam annum ſuo beneficio regnantem arma capit, Ho- B ſeam corripit, Samariam in rebellione nihilominus perſtantem obſidet. Cæterum, hic Ægypti rex, qui in Scripturâ dicitur So, videtur סוא à Diodoro dici Σεσόωσις. *De eo; rege,* inquit, *non tantum Græci ſcriptores* Diod. Sic. l. 1. pag. 34. *inter ſe diſſentiunt, ſed & in Ægypto* C *tam Sacerdotes, quàm qui hymnu illum celebrant.* Meritò. Nam ſuorum regum hiſtoriam mendacijs inquinabat Ægyptus, multò putidiùs quàm Græcia. Soi æqualis erat Salmanaſſar. Ægyptij quid deſignarunt? Salmanaſſaris res geſtas ſuo Soo, ſiue D Seſooſi adſcripſerunt, & quidem cum auctario. Huic enim imperium multò ampliùs tribuunt quàm Alexandro. *Totam Gange traiecto Indiam ad Oceanum vſque Orientalem perdomuit, Scythas ad Tanaim vſque, qui Europam ab Aſiâ diſterminat. Vnde &* E *aiunt Ægyptios quoſdam relictos circa Mæotim paludem conſtituiſſe Colchorum gentem. Eſſe autem gentem hanc Ægyptiacam, ſignum eſſe, quod homines circunciduntur,* παραπλησίως τοῖς κατ' Αἴγυπτον, *quo modo & Ægyptij,* διαμένοντος τοῦ νομίμου παρὰ τοῖς ἀποίκοις, καθάπερ καὶ F παρὰ τοῖς Ιουδαίοις *perſeuerante hoc ritu apud Colchos ab Ægyptijs oriũdos, quemadmodum & apud Iudæos.* Volunt tam Iudæos, quàm Colchos ab ſe ortos, à ſe circuncidionis ritum acce-

A piſſe. Atqui contra Ægyptij ab Iſmaele, Iſmael ab Abrahamo circũciſionem accepit. Colonias in Iberiam & Colchidem deduxit non Seſooſis, qui forte pedem ex Ægypto nunquam extulit, ſed Salmanaſſar, eaſq; non ex Ægypto, ſed ex Samariæ re- B gno abductas. Illud verò ἀτόπημα quis ferat? Papyro ſuâ leuiores homines Colchidem ad Mæoticæ paludis ripam collocant ſecundum Tanaidem, quos ex Ptolemæo conſtat ad Euxini Ponti litus iuxta Phâſidem habitaſſe. Hinc collige, quæ fides C habenda ſit ijs quæ de Iſidis & Oſiridis, quem & Dionyſium vocant, victorijs per totum ἁπαξαπλῶς orbem diffuſis blaterant Ægyptij apud Diodorum.

2. Reg. 17. 6. בחלח ובחבור

XIII. XVIII.

D A. M. 3275. Cler. 727. V. C. 29. Ante Dn. 725. Ezekiæ VI. Hoſeæ VIII.

L*Acedæmonijs & Meſſenijs oraculum Delphicum ſuper euentu belli ſui conſulentibus idem reſponſum datum* E *fuerat, fraude rem eſſe peragendam. Ariſtodemo iterum conſulenti, reſponſum eſt eos victoriam reportaturos, qui priores Ithomatæ Ioui centum tripodas conſecrarint. Ariſtodemus, cum per inopiam æneos offerre non poſſet, ligneos confici iubet. Oraculum reſciens Lacedæmonius* F *aliquis luteos tripodas propere conficit, ſacculo includit, retia adijcit. Ita piſcatoris habitu Ithomem ingreſſus noctu ſuos tripodas Ioui offert, priuſquam Ariſtodemus ligneos confeciſſet, deinde primo diluculo fugâ ſibi conſulit. Ariſtodemus* Pauſan.

Digitized by Google

Meſſenios indignantes hoc cōmento conſolatur tam vile munuſculum nullo ſacrificio conſecratum Dijs acceptum non futurum. Ipſe ſuos ligneos intempeſtiuâ, & ridiculâ pompâ Ioui offert. Arietes ſacrificio deſtinati feſtum turbant. His præſtigijs ſuos dementat Satan.

XIV. XIX.

DECEM TRIBVS ABDVCVNTVR.

Olympias XIV. Deſmon.

A. M. 3276. Cler. 728. V. C. 30. Ante Dn. 724.

Ezekiæ VII. Hoſeæ IX.

2. Reg. c. 17.6. & c. 18. 9.

INeunte tertio obſidionis anno & Hoſeæ nono, exeunte verò Ezekiæ ſexto, Samaria capitur, decem Iſraelis tribuum quicquid ſupererat, in captiuitatem abducitur. Samaria capta eſt exeunte ſexto Hebdomadis anno. Coloniæ in Aſſyriam abductæ ſunt, ineunte anno Sabbathico. Abductæ ſunt, inquam, in remotiſſimas Aſſyrij regni prouincias, Cholcidem, Iberiam, & Mediam. Abductos quoque eodem impetu multos ex Moabitide, Palęſtinâ, Ægypto, & Æthiopiâ Iudeæ conterminâ non eſt dubium, prout triennio ante ab Eſaiâ prædictum fuerat.

Eſaias c. 14.28. c. 16.14. c. 20. 3.

Euſebius à morte Salomonis ad decem tribuum captiuitatem numerat tantum annos CCL. quia primum Hoſeę inchoauerat à ſecundo Achazi anno, cum à quinto inchoare debuiſſet. Deinde non vidit Hoſeam bis coronatum, Tribus abductas no-

A no ſecundæ conſecrationis anno. Ita tribuum captiuitatem confert in vndecimum Achazi annum, quod eſt à ratione alieniſſimum. Quod ſi captiuitatem diſtuliſſet in ſextum Ezekiæ annum, tum regno Iſraelitico totidem fere tribuiſſet annos, quot
B Georgius nempe ducentos & ſexaginta, Scaliger huic regno tribuit annos ducentos vndeſexaginta. Torniellus ducentos quinquaginta quatuor, Nos ducentos quinquaginta ſeptem.

Ariſtodemo Meſſeniorum regi, cum Pauſan.
C *fere ſeptem annos regnaſſet, filia olim ab ipſo iugulata, in ſomnis ipſi apparens, vulnera ſua oſtentat, menſam deijcit, arma detrahit, coronam imponit, veſtes candidas induit. Poſtidrie audit Ophionem vatem viſum quidem poſt magnum capitis dolorem recuperaſſe, ſed mox ami-*
D *ſiſſe. His terriculamentis attonitus ſibi manus infert. Quinto poſt menſe Meſſenij vrgente fame, Ithome relictâ, fugâ ſibi conſuluerunt. Ita Meſſeniaco bello finis impoſitus, viceſimo anno poſtquam ſuſceptum fuerat. Olympiade* XIV. *Hippomenis quarto exeunte, ſecundum Pau-*
E *ſaniam, ſecundum Euſebium verò decimo Clidici Prætoris Athenienſis anno. Meſſeniorum alij aliò fugiunt. Paucis relictis dura onera imponuntur. Ithome ſolo æquatur. Meſſeniaci agri pars Aſinæis, quos Argiui eiecerant, datur. Hæc qualiſcunque pax annos duodequadra-*
F *ginta durauit.*

Agoni Gymnico adiectum δίαυλον, Olympiade XIV, *primuſque vicit Hypenus Elienſis.* Euſebius Chron. l. 1.

MARDOKENPAD.

XVII. III.

A.M. 3279. Cler. 731. V. C. 33. Ante Dn. 721. Ezekiæ X.

NAbonaſſar Ptolemæi ex Scaligeri & Tornielli ſententiâ eſt is, qui in Scripturâ dicitur *Baladan*. Mardokempadus Ptolemæi ex eorundem ſententiâ is eſt, qui in ſcriptura dicitur *Merodac-baladan* filius Bal-adan. Et Scaliger quidem ſibi conſtat. Is enim Mardokempadi annos ab Ezekiæ octauo inchoat. Torniellus non item, qui cùm Nabonaſſari æram inchoet à tertio decimo Achazi anno, cogitur Mardokempadi primum, Nabonaſſari XXVII. conferre in viceſimum tertium Ezekiæ annum, quod non conuenit. Nam XIV. Ezekiæ anno iam regnabat Merodacbaladan. Sed, cùm nobis ignota ſit Nabonaſſaridarum ſeries ante Nabopolaſſarem, qui regnare cœpit A. M. 3375. quidni Baladan poſſit eſſe filius Nabonaſſari, pater duorum Merodacorum, quorum prior diſtinctionis cauſſâ dictus ſit Mero-dac-ken-pad, alter Merodac-bal-adan? Hæc ſi ita ſint, breue fuerit prioris Merodaci regnum, puta triennij ad ſummum.

2. Reg. 20. 1.

Eſa. 39. 1.

Vt vt ſit, quo anno regnare cœperit Mardokempad, *ex Ptolemæo certum eſt*. Prima, *inquit*, trium antiquiſſimarum eclipſium apud Babylonios obſeruatarum primo anno Mardocempadi Thoth XXIX. ſequente XXX. facta

Ptol. l. 4. c. 6.

A conſcribitur, cum ſol circa finem piſcium eſſet, verus autem Solis motus erat in piſcium grad. 24. 30. proxime, horis 4. 30. ante mediam noctem, Alexandriæ, anno Nabonaſſari XXVII. *Tempus conuenit Martij* XIX. *horis* 8. 22′. 33″. *poſt meridiem. Cum* B *Lunæ latitudo eſſet graduum* 268. 33′. 54″. *Sol autem medio motu erat tantum in Piſcium gradu* XXII.

Mortuo Medido ſuccedit quartus Medorum Princeps, qui Euſebio dicitur Cardiceas, Cteſiæ apud Diodorum Arbianes. Huic Euſebius tribuit annos tredecem C *Cteſias* 22. *Ego apud Diodorum pro* 22. *crediderim legendum* 12.

Euſeb.

XVIII. IV. Olympias XV.

A. M. 3280. Cler. 732. Vrbis conditæ 34. Ante Dn. D 720. Ezekiæ XI.

ALtera Eclipſis lunæ, *inquit Ptolemæus*, ſecundo Mardocempadi anno fuiſſe cōſcribitur, Thoth XVIII. ſequente XIX. cùm Sol vero motu eſſet in piſcium grad. 13. 45. E quinquaginta minutis ante mediam noctem. Tertia Eclipſis fuiſſe ſcribitur eodem anno Phamenoth XV. ſequente XVI. cum verus motus ſolis eſſet in virginis grad. 3. 15. proximè. A ſecūdâ eclipſi ad tertiam ſunt dies 176. gradus 169. A primâ ad ſecun- F dam ſunt dies 354. gradus 349. *Secunda Eclipſis contigit nocte, quæ ſecuta eſt Martij octauum horis paulo plus vndecim poſt meridiem, cum latitudo Lunæ eſſet graduum* 277. 36′. 41″. *Tertia eclipſis contigit Septembris ſecundo,*

Ptol. l. 4. c. 6.

Google

cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 101. 38′. 5″.

Dionyſ. Halic.l.7. *Agonibus Olympicis additur palæſtra. Olympiade XV. ac deinceps Græcis magno in vſu fuit, inquit Dionyſius Halicarnaſſenſis. Euſebius autem in Chronico Græco Scaligeri diligentiâ edito.* Προσετέθη, *inquit*, δόλιχος, καὶ γυμνοὶ ἔδραμον. Ἐνίκα Ἄκανθος Λάκων.

Clemens Strom. 1. *Dionyſius apud Clementem ait Thaſum conditam circa XV. Olympiadem.*

XIX. V.
A. M. 3281. Cler. 733. V. C. 35. Ante Dn. 719. Ezekiæ XII.

IVdæi Idololatriam quidem abiecerant, externum Dei cultum reſtituerant, ſed vitioſos mores non exuerant. Horum vitijs caſtigandis immiſſum iri Aſſyrium denunciat Deus per Eſaiam inde à cap. XXIX. vſque ad caput XXXVI. *Annum*, inquit, *ſupra annum commouebimini ô confidentes*, q. d. Nunc quidem ſecure deliciamini: ſed mox & quidem intra biennium contremiſcetis, vt 2. Chron. XXI. 15. 19. Eſa.32.10.

XX. VI. SYBARIS. SENNACHERIB.
A. M. 3282. Cler. 734. V. C. 36. Ante Dn. 718. Ezekiæ XIII.

Martian. Diod l.12. *SYbaris in Italiâ à Thurijs conditur inter Crathrin & Sybarim fluuios loco fertiliſſimo & opportuniſſimo; quam ob cauſſam annos decem ac ducentos pace potiti Sybaritæ adeo excreuerunt, vt trecenta virorum millia armare poſſent, donec à Crotoniatis victi ac ſubuerſi ſunt.*

Eodem anno videtur Sennacherib inchoaſſe ſuam, primùm in Ægyptios, deinde in Iudæos expeditionem. Et Ægyptij quidem hanc figmentis ſuis conſpurcarunt. Fabulantur enim à muribus habenas & ſcutorum omnium lora ita exeſa, vt poſtea velut inermes ab imbelli Ægyptiorum plebe ſint profligati. Sic Polemo apud Clementem refert Troadis incolas colere mures indigenas, quos σμίνθους vocant, quod neruos arcuum hoſtilium exediſſent, & ab his nuncupatum Apollinem Sminthium. Ægyptum tamen à Sennacheribo tentatam docet eius ſtatua, quam vidiſſe ſe teſtatur Herodotus cum hac inſcriptione. Ἐς ἐμέ τις ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω. Tempus ita doloſè deſignabant Ægyptij, qui apud Herodotum, & reliquos Græcos ſtupendæ antiquitatis famam captabant. Aiebant à primo rege, ſiue Sacerdote Vulcani vſq; ad Sethoem, ſub quo Sennacherib Ægyptum tentauit, prǽterijſſe generationes hominum CCCXLI. totidemque reges ac Sacerdotes ſummos, annos vero 11340. Siquidem tres generationes centum annos conficere aiebant. Calidiſſimum mendacium eſſe dixeris. Ego meram homonymiam eſſe credo. Quippe Plutarchus docet menſem, ſiue dies triginta ab Ægyptijs annum vocari. Ita centum anni ſunt dierum tria millia. Generatio, mille dies. Totidem dies forte regnabant ſinguli reges ſacrorum, ſiue

Clemens protreptico.

Me quiſquis ſpectas pius eſto.

Plut. Num. Αἰγυπτίοις μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτός.

Digitized by Google

ſummi Sacerdotes Vulcani. Ita 340. A
generationes millenum dierum conficiunt trecenta & quadraginta dierum millia. Quibus ſi addas dies ducentos, quos iam regnauerat Sethos, cum Sennacherib ad Ægyptum acceſſit, habebis dies 340200, annos tricenum dierum, i. menſes 11340. B
quot dicit Herodotus. Hic Epilogiſmus tam exquiſitus proculdubio initium ducebat ab inſigni aliquâ epochâ, vel æra, cuius hodie memoria intercidit. Quia igitur hic diuinandum, nihil vero propius occurrit, quàm vt dicamus numerationis C
huius initium ſumendum ab A. M. 2350, quo regnare cœpit Mephres in Ægypto, vel à proximè ſequenti Æquinoctio verno, quod illuſtre reddidit, ἀποκαταστάσεως ἡλίου ϗ σελήνης. h. c. ab Aprilis quarto, Arietis primo, Nouilunio. Hinc ſi numerare inci- D
pias dies 340200, ſiue annos Ægyptios 932, dies viginti, annos Iulianos 931, dies 152, numerus deſinet in A. M. 3282. Septembris tertio, circa quam diem potuit Sēnacherib bellum in Ægyptios mouere. Sed ab Ægypto quomodocunque repulſus, E
idem paſſus eſt, quod poſthac Antiochus Epiphanes, vt tantò acriùs in Iudæos ferretur, pulchrè tamen diſſimulans repulſæ dolorem ac ignominiam. In Iudęam certe irrupiſſe non videtur ante huius anni autumnum. Tum enim initium ducere po- F
teſt quartus decimus Ezekiæ annus.

(∴) (∴)

(∴)

XXI. VII.

A. M. 3283. Cler. 735. Vrbis conditæ 37. Ante Dn. 717. Ezekiæ XIV.

Ezekias Sennacheribi minis & Rabſakis blaſphemijs fidei ſcutum opponit, Deum inclamat, ad Eſaiam adit. Eſaias Ezekiæ fidem ſigno confirmat, cuius hæc videtur eſſe ſententia. Etiamſi propter hoſtiles incurſiones vobis ſerere non licuerit, tamen hoc anno comedetis *Saphiach*, i. ſponte naſcentia. Etiamſi propter inſtantem terræ ſabbathiſmum nihil ſaturi ſitis, tamen comedetis *Sachiſch*, i. ſponte renaſcentia. Tertio denique anno, ineunte, inquam, primo Iubilei anno vobis licebit tutò ſerere & metere. Autor maioris Hebræorum Chronici rapſodus ineptiſſimus, multa hîc congerit, plane ἀσύστατα. Sed in quibus quędam ſunt à priſcis Iudęorum Chronologis peritè dicta, vt cum ait. *Ex his colligitur de hebdomade vnum duntaxat ſuperfuiſſe annum.* Integrum ſcilicet, pręciſe ſeſquiannum. Illud vero inſulſiſſimum quod ait hunc fuiſſe Iubilei vndecimum, hebdomadis quartum. Quippe ad medium decurrebat non XI. ſed XLVIII. ſiue penultimus Iubilei annus, Alioqui ſupereſſent adhuc anni tres ad finem hebdomadis, anni vero XXXVIII. ad finem Iubilei. Re vera ſupererant tantum duodeuiginti menſes vſq; ad nouę hebdomadis & noui Iubilei initium.

2. Reg. c. 19. 14.

c. 19. 29.

ספיח

סחיש

2.Reg. 14.45. Eſa.37.36. Cùm inſtaret Sennacherib in Deum ac Eccleſiam blaſphemias vomens, Angelus vna nocte CLXXXVM. Aſſyriorum trucidat. Sennacherib tremens in patriam fugit, atque inibi à filijs in tẽplo occiditur. Et illi quidem patricidę duo in Armeniam effugiunt. Succedit vero tertius filius Eſarchaddon.

38.1. Paulò poſt Ezekię lethaliter ægrotanti & ad Deum ſuſpiranti Eſaias ſanationem pollicetur. Confirmandę fidei ſignum adhibet. Solarem vmbram in Achazi ſolario decem gradibus retrocedere iubet. Quindecim inſuper annos victurum pollicetur. Ezekiæ ſanando iubet ægrę parti maſſam ficuum applicari. *Carcinomati* autem, inquit Plinius, *ſi ſine* Plin.l.23. c.7. *vlcere eſt, quàm pinguiſſimam ficum imponi pene ſingulare remedium eſt.* Sed *Schechin* quo laborabat Ezekias, non שחין erat carcinoma ſine vlcere, ſed vlcus longè peſſimum. Quamobrem nihil eſt hîc quod miraculi magnitudinem eleuet.

Euſeb. Pauſan. Athenis Hippomeni ſuccedit Leocratis quintus Pręorum decennalium.

XXII. VIII. Iubileus XVI.

Olympias XVI. Pythagoras Lacon.

A. M. 3284. Cler. 736. Vrbis conditæ 38. Ante Dn. 718. Ezekiæ XV.

2. Reg. 20.1. Eſa.39.1. MErodac Baladan Babyloniæ rex, Ezekiam viſitaturos legatos mittit. Ezekias licet tot commonefactionibus eruditus, tamen

A vanâ gloriolâ tumens Theſauros, arcem, & ſiquid admiratione dignum videbatur, tanquam ſuas opes oſtentat. Id improbans Deus, denunciat futurum, vt hęc omnia Babylonem olim tranſportentur. Sed tamen effecturum, vt ſaltem Ezekias

B in pace moriatur. Hęc hiſtoriâ docet Babylonię reges Aſſyrię regibus fuiſſe infenſos. Non tam enim Ezekię valetudini vel victoriæ gratulabatur Merodac, quàm Sennacheribi cladibus inſultabat.

C XXIII. IX.

ROMVLI MORS.

A. M. 3285. Cler. 737. Vrbis conditę 39. Ante Dn. 715. Ezekiæ XVI.

D *ROmulus imperio ſuo licentiùs abutens ad capreæ paludem à Senatoribus laceratur Maj Juliani* XXVI. *Sabbatho, cum lunæ latitudo graduum 275. 51′. 40″. eſſet Solaris eclipſis capax. Cum bona Temporarij veniâ id dixerim.* Nulla, *inquit*, ſolis defectio toto eo anno Ouidius. Solinus. Plutarc. Liuius Florus. Ioh. Tempor. Chronol. l.3.p. 204.

E in finiente Romano ſpectari potuit. *Jmò, potuit ſed Maj* XXVI. *non* XXIV. *Maj autem Juliani* XXVI. *incidit in Quintilis Romulei quintum, cui ab euentu nomen inditum Nonæ Caprotinæ. Vide A. M. 3246. Senatores annum integrum alternis imperant. Placando po-*

F *pulo finxerunt Senatores Romulum cælo donatum, vnde & Quirinus dictus, i. ὁ κοιρανὸς, Quin & populus, Quirites, i. domini dicti.*

(∴)

Digitized by Google

XXIV. X. NVMA.

A. M. 3286. Cler. 738. Vrbis conditæ 40. Ante Dn. 714. Ezekię XVII.

Dionyſ. Halic. *Æquitas ſemper concordiæ, æqualitas ſæpe diſcordiæ mater eſt. Senatores Romulo defuncto Remp. alternis regentes & populo graues, nec inter ſe concordes erant. Rex igitur eligendus fuit. Sed dum alter alteri cedere non vult, peregre arceſſendum omnes cenſuerunt. Is fuit Pompilius Numa Curibus Sabinorum natus, ſanctitatis opinione clarus. Huic alij 41, alij 43, nos 42, annos tribuimus. Numa populum ferocem & latronum, quàm ciuium multitudini propiorem legum ac ſuperſtitionis vinculo religandum cenſens fictis cum Ægeriâ Dea colloquijs ſomnijs ſuis oraculorum autoritatem affinxit. Quam ob cauſam etiam à Valerio ſimulatæ religionis accuſatur.* Valerius Max. l. 1. c. 2. *Centeſimo poſt Botſram, ſiue Byrſam Carthaginis arcem à Didone conditam anno Carthaginienſes coloniam deducunt in inſulam Pityuſam à πιτύων, i. pinorum copiâ ſic dictam, ab Hiſpaniâ diei vnius itinere diſtantem, oleis abundantem, & in eâ ciuitatem Ereſum condunt.* Diod. Sic. lib. 5.

XXVI. XII.

NICOMEDIA.

Olymp. XIV. Polus.

A. M. 3288. Cler. 740. Vrbis conditæ 42. Ante Dn. 712. Ezekiæ XIX.

Strabo. *Aſtacum Megarenſes in Bithyniâ condunt Olympiade XVII. Ea vrbs poſtea à Nicomede Zipoetæ filio, Pruſiæ patre Nicomedia dicta eſt. Euſebius biennio ſerius id refert.*

I. XV. DEIOCES.

A. M. 3291. Cler. 743. Vrbis conditæ 45. Ante Dn. 709. Ezekiæ XXII.

Herodotus, *inquit Diodorus*, Xerxis temporibus natus ait Aſſyrios, cùm Aſię dominati eſſent annos quingentos (*legendum mille quingentos*) à Medis regno ſpoliatos. *Hi mille quingenti anni inchoantur A. M. 1682. circa quem natus eſt Miſraim, vel Nimrod.* Poſtea verò regem nullum fuiſſe, qui rei ſummæ præeſſet, in generationes multas, ciuitates autem ſuo iure vſas Democraticè adminiſtratas fuiſſe. Tandem poſt multos annos, electum fuiſſe à Medis regem æquitate pręſtantem nomine Cyaxarem, *imò Deiocem.* Diod. Sic. lib. 2.

Hinc colligat Arbacem, Soſarmum, Medidum, Cardiceam, non reges, ſed præfectos fuiſſe ὑπάρχους. Nos diſtinctionis cauſâ principes vocauimus. Pergit Diodorus. Secundo anno decimę ſeptimę Olympiadis ſecundum Herodotum à Medis electus eſt rex Cyaxares, *imò Deioces. Lapſus eſt memoriæ. Igitur cùm Cardiaceas, qui & Arbianes, decimo tertio ſui regni anno periiſſet, ſuccedit is, qui Euſebio & Herodoto dicitur Deioces, Cteſiæ verò apud Diodorum, Arſæus. Huic Cteſias tribuit annos quadraginta, ſed ex Herodoto, & Euſebio legendum cenſeo, quinquaginta quatuor, quorum initium à tertio Olympiadis XVII. anno circa medium decurrente.*

XVI.

II. XVI.

HESIODI MORS.

Olympias XVIII. Hyellis.

A. M. 3292. Cler. 744. Vrbis conditæ 46. Ante Dn. 708. Ezekiæ XXIII.

E*Vſebi⁹ in Chronico Græco ait Olympiade* XVIII. *προσεθῆναι πάλην, καὶ Πένταθλον, viciſſe Lacedæmonios Eurybatum Palæſtrâ, Lampiam Pentathlo. Sed Dionyſius Halicarnaſſenſis Palæſtram Olympiade* XV. *additam memorat.*

Clemens Strom. l. 1. *Theopompus* XLIV. *Philippicorum ἀκμὴν γεγονέναι ἱστορεῖ legendum Ἡσίοδον τετελευτηκέναι, Heſiodum obyſſe refert quingentis poſt expeditionem aduerſus Jlium annis. Euphorion vero ἐν τῷ περὶ Ἀλευάδων ponit eum vixiſſe γεγονέναι tempore Gygis, qui regnare cœpit.* Olympiade duodeuiceſimâ, quem & ait primum tyrannum nuncupatum. *Ex Herodoti ſententia Gyges regnare cœpit ſeptennio ante Olympiadem* XVIII, *ex Euſebij verò ſententiâ nouennio poſt. Neutrum conuenire poteſt Heſiodi, nedum Homeri natiuitati. Heſiodi morti conuenire poteſt, ſi modo centum circiter annos vixit. Gyges autem, quia Candauli vitam eripuit, vt viduam & regnum eius ſibi vendicaret, meritò Tyrannus eſt nuncupatus. Natan autem hanc vocem poſt Homeri & Heſiodi mortem hinc colligi poteſt, quod neuter hac voce vſquam vtitur.*

Xanthus Lydius circa XVIII. *Olympiadem floret, inquit Clemens Strom.* 1.

A

III. XVII. PARTHENIÆ.

A. M. 3293. Cler. 745. Vrbis conditæ 47. Ante Dn. 707. Ezekiæ XXIV.

B HI, *inquit Euſebius*, qui Partheniæ vocabantur, Tarentum condiderunt, & Corinthij Corcyram. *Partheniæ dicti ſunt ſpurij Lacedæmone nati durante bello Meſſeniaco, vt diximus A. M. 3273. Hi* XIX. *(Iuſtinus & quidem, vt videtur perperam ait* XXX.*) ætatis anno, cum viderent ſe* Iuſtin. l. 3. Pauſan.

C *in nullius patrimonium ſucceſſionem ſperare poſſe, duce Palantho, qui proſtitutionis Lacænarum autor fuerat, ſedes in Jtalia quærunt. Huic ferunt Apollinem dixiſſe tum demum ipſi ſtabile ſtabulum futurum, cùm ſenſerit ὑετὸν ὑπ' αἴθρας.*

Videbatur æterna fuga ipſi denuncia-

D *ta, cùm fors in Jtaliâ pediculorum agmen in capite deerrantium ſentiens iubet vxorem Æthram domeſticos illos hoſtes malè perdere. Dum in vxoris gremio placidè decumbit, Æthra ſuſpirans. En, inquit, populos, quos debellaturi eramus? Et cum dicto profuſum lachrymarum im-*

E *brem emittit. Tum Palanthus de repentino excitatus oculos attollit. Videt αἴθραν i. cœlum, neque pluuium, neque ſubſtillum, ſed planè ſudum ac ſerenum. Miratur vnde pluuiam ſenſerit. Tum ad Æthram conuerſus videt vxoris turgentes oculos vberibus adhuc lachrymis at-*

F *que in ſtatione paratis. Protinus exclamans. Vicimus, inquit, nunc, demum ſenſi ὑετὸν ὑπ' αἴθρας. Pauloq́ poſt dum ſperat vincere, vicit Tarentinos, ac profligatis incolis vrbem ipſe occupat. His nænijs lymphatos ſuos vernas ludificaba-*

CC

Digitized by Google

tur Satan. Numquam deerat anilis fabella, quæ ſinuoſis oraculorum ambagibus veri ſpeciem indueret. Sed ſic quoque mentitus eſt λοξίας. Nam ne tum quidem Æthræ lachrymæ fixam ſedem marito dederunt. Siquidem à ſuis fugatus in exilio perijt Palanthus. A

Euſeb. Pauſan. *Leocrati ſuccedit Apſander ſextus Pratorum decennalium.* B

VI. I.

ESARCHADDON.

Olympias XIX. Menon.

A. M. 3296. Cler. 748. Vrbis conditę 50. Ante Dn. 704. Ezekiæ XXVII. C

GEnebrardus tribuit decem annos Aſſyriotum regi, qui in Scriptuta dicitur *Eſar-chaddon*, quorum ptimum cum XVII. vltimum cum XXVII. Ezekiæ anno confert Torniellus. Meliùs cum XIV. & XXIV. Rurſus Genebtatdo *Eſar-chaddon* eſt Græcorum *Sardanapalus*. Fitmandæ ſententiæ ſuæ fingit Genebrardus has voces eſſe Synonymas. Hìc Torniellus. *Si hoc eſt*, inquit, *oportet fateri duos eſſe Sardanapalos Aſſyriorum reges*. Sed quid neceſſe eſt nos Genebratdi coniectutis fidem adhibere? D E

Torniel. A. M. 3335.

At certè cum Genebtatdo & Torniello lubens ctediderim hunc Eſatchaddonem eſſe vltimum regem non tam Aſſyriæ, quàm Niniues, Phulidas à Nabonaſſaridis regno ſpoliatos, vt deinceps Aſſytiæ reges non Niniuæ ſed Babylone ſedem habuerint. Vt A. M. 3321. colligimus ex Eſaiæ XXXIX. 6. & 2. Chronic. F

XXXIII. II. At non inde ſequitur Niniuem citca hæc tempota ſubuerſam, vt putat Torniellus, multò fœdiùs adhuc lapſus, cùm ait etiam ante Semitamidis tempora à Scythis euerſam, citatque ſuæ ſententiæ authotem Diodorum. At non eſt hæc Diodori mens, ſed interpretis error ſtolidus. Ita etiam magnis illis Analium conditotibus Torniello & Batonio paſſim imponunt interpretes.

Torniel. A. M. 3371. §. 3.

VII. II. CROTON.

A. M. 3297. Cler. 749. Vrbis conditæ 51. Ante Dn. 705. Ezekiæ XXVIII.

CRoton & Parion vtbes conditæ. *Eodem anno Sybarym quoque conditam putat Euſebius. Sed quindecim annis antiquiorem eſſe, vero propius eſt. Vide A. K. 734. & 944.* Euſeb.

IX. IV.

A. M. 3299. Cler. 751. Vrbis conditæ 53. Ante Dn. 701. Manaſſis I.

MAnaſſes XVI. rex ttibus Iuda, natus annos duodecim tegnat annos 55. optimi pattis peſſimus filius, auum ipſum ſi non impietate, ſaltem ſæuitiâ ſupetauit.

2. Reg. 21. 1. 2. Chron. 33. 1.

X. V. SALLVM.

Olympias XX. Athetadas.

A. M. 3300. Cler. 752. V. C. 54. Ante Dn. 700. Manaſſis II.

Digitized by Google

HEbrçorum ſummum Sacerdotium conſequitur Sallum Olympiade xx. ex ſententiâ Faſtorum Siculorum, quos Scaliger Caſaubonianos vocat. Sed ijdem Faſti perperam hunc annum Manaſſis xvi. faciunt. Hic autem Sallum eſt Sadoki filius, Achithubi nepos, Amariç pronepos, abnepos Azariæ, de quo A. M. 3237. diximus, pater Helchiæ, ſiue Chilkijæ, de quo A. M. 3374. dicturi ſumus ex 2. Reg. xxii. 8.

Clemens Strom. 1. *Perſpicuum eſt, inquit Clemens, Archilochum claruiſſe circa viceſimam Olympiadem. Is autem meminit Magnetum exitij quaſi recentis. Simonides autem Archilochi tempore vixit. Neque multò antiquior fuit Callinicus. Siquidem Callinicus Magnetas adhuc florentes deſcribit, Archilochus euerſos.*

XIII. VIII.

A. M. 3303. Cler. 755. V. C. 57. Ante Dn. 697. Manaſſis V.

Euſeb. *MIdas, cùm apud Phrygas regnaret, potato Tauri ſanguine extinguitur.*

Athenis Apſandro ſuccedit ſeptimus & vltimus Archontum, ſiue Prætorum decennalium Eryxias.

XIV. IX.

ESAIÆ MORS.

Olympias XXI.
A. M. 3304. Cler. 756. V. C. 58. Ante Dn. 696. Manaſſis VI.

Vide A. M. 3218. OLympiade xxi. Eſaias Manaſſem res ſacras idolis inquinan-
A tem reprehendens regis iuſſu ſerrâ ſecatur, cum propheta ſſet annos nonaginta. Ita Faſti Siculi, ſiue Caſauboniani. Vero propius eſt Eſaiam vixiſſe, non propheta ſſe nonaginta circiter annos.

B XVIII. XIII.

DYNASTIÆ ÆGYPTIORVM.

Olympias XXII. Pentacles II.

A. M. 3308. Cler. 760. V. C. 62. Ante Dn. 692. Manaſſis X.

C *EVſebius ab Olympiade XXII. inchoat viceſimam ſextam Ægyptiorum Dynaſtiam, cuius primus rex. Merres regnaſſe dicitur annos duodecim. Antecedentibus octo dynaſtijs à duodeuiceſimâ ad viceſimam ſextam Euſebius ex*
D *Manethone tribuit annos mille triginta. In eo epilogiſmo, ſi quis error eſt, leuiculus eſt, puta vnius ad ſummum decennij. Antecedentibus ſeptemdecim dynaſtijs, quod Manetho tribuit quatuor circiter annorum millia, non iam error eſt, ſed impoſtura, perinde, ac ſi quis Hiſpanus* *Vide A. M. 2269.*
E *glorietur in Indiâ de Dynaſtiarum ſuarum antiquitate, ac tribuat Comitibus Barcinonæ annos 337, Regibus Arragoniæ 498, Luſitaniæ 418, Leonis 545, Caſtellæ octingentos, &c. quot conficiet annorum Chiliadas? Et tamen omnes illæ Dynaſtiæ exortæ ſunt poſt Annum*
F *Domini DCCXVII, quo Sarraceni ex Africâ in Hiſpaniam traiecerunt.*

(.·.) (.·.)

(.·.)

Digitized by Google

XXII. XVII. FABVLA.

Olympias XXIII. Icarus.

A. M. 3312. Cler. 764. V. C. 66. Ante Dn. 686. Manaſſis XIV.

Athen. lib. 15.

POlycharmus Naucratites apud *Athenæum fabellam refert iocularem.* Viceſima, *inquit*, tertiâ Olympiade Heroſtratus Naucratites mercaturæ gratiâ nauibus multas regiones adire ſolitus, aliquando ad Cypri Paphon nauem cùm applicuiſſet, Veneris imagunculam, magnitudine palmi, operis vetuſti, emit, Naucratin vt portaret. Cùm autem propiùs Ægyptum curſum teneret, ingruente ſubita tempeſtate, quâ circunfuſus, vbi locorum eſſet, neſciebat, confugerunt omnes ad Veneris ſimulachrum, precãtes vt eius ope ſeruarentur. Tum dea Naucratitis alioqui propitia & beneuola, repente myrtho viridi compleuit, quidquid in ambitu fuit, odoremq; iucundiſſimum per totam nauem ſparſit, vectoribus iam de ſalute deſperantibus ob aſſiduam nauſeam, quâ poſt crebras vomitiones fatiſcebant, exortuſque ſol illuxit, adeò vt conſpectis ſuis finibus, Naucratin incolumes peruenirent. Heroſtratus tum è naui proſiliens, cum deæ ſtatuâ, & myrthos quæ extemplo virenres extiterant, in Veneris æde conſecrauit; dicatâque imagine & peractâ re diuinâ, ciues amantiſſimos & ſpectatiſſimos ad epulum in delubrum conuocauit, eorumque ſingulos coronâ donauit myrtheâ, quam ideò Naucratiten appellarunt. *Nempe hoc vu't Polycharmus hanc ob cauſſam ab eo tẽpore omnes coronas myrtheas Naucratitas appellatas. Demus Polycharmum non mentiri. Quis dubitat etiam ſatanæ ſua eſſe miracula ſed plerunque putidula, quibus ſuperſtitionem adſtruat?*

XXIII: XVIII.

ATHENIENSIVM PRÆTORES ANNVI.

A. M. 3313. Cler. 765. V. C. 67. Ante Dn. 687. Manaſſis XV. Prętore Creonte.

ATheninenſes, *inquit Ælianus lib. V. C. 13.* erant in Reip. conſtitutione admodum leues, & ad mutationes prompti. Regnum modeſte tolerarunt ſub [a] Cecrope Erechtheo, Theſeo, & [b] Codridis, qui ſecuti ſunt: Tyrannidem experti ſunt ſub [c] Piſiſtratidis. Ariſtocratiâ vſi ſunt *μέχρι τῶν τετρακοσίων legendum ἐπὶ* ſub [d] quadringentis. Deinde poſtremò decem [e] ciues ſingulis annis vrbi imperabant.

[a] *ab A. M. 2444.* [b] *A. M. 2939.* [c] *A. M. 3439.* [d] *A. M. 3588.* [e] *A. M. 3313.* [f] *A. M. 2596.*

Poſtremò, fuit anarchia [f] circa conſtitutionem xxx. virûm. *Euſebius.* Athenis annui Principes conſtituti. Nouem Principes ex nobilibus vrbis electi præfuerũt annuo Reip. imperio. *Suidas.* Erant *Athenis* nouem Ἄρχοντες Magiſtratus *vel* Prætores. Theſmothetæ ſex, Rex, Polemarchus. Et quidem ante Solonis leges, non licebit illis ἅμα δικάζειν, ſimul iudicare. Et Rex quidem ſedebat in Bucoleo, quod vicinum erat Prytã-

neo. Polemarchus in Lyceo. *Καὶ ὁ ἄρχων περὶ τοὺς ἐπωνύμους*, lego, *καὶ ὁ ἄρχων ἐπώνυμος ἐν πρυτανείῳ* h. e. & Prætorum primarius in Prytaneo. Theſmothetæ in Theſmotheſio. *Regibus exactis retinuerant nomen, vt Rex diceretur is, qui Sacris præerat, quod & poſtea imitati ſunt Romani.*

Lyſias apologiâ pro Callia. *Lyſias.* Age, liberetur Andocides hoc agone quaſi inſons, & accedat *κληρωσόμενος ἐννέα ἀρχόντων*, ad ſortem nouem Prætorum, & ſorte fiat Rex, ac pro vobis thus faciat, preces concipiat more patrio, modo hîc Eleuſine, modo in Eleuſinio templo, & feſti curam habeat in Myſterijs, ne quid iniquè, ne quid impiè fiat circa ſacra, quam putatis futuram mentem myſtarum aduenientium, vbi reuocabunt in memoriam impia eius acta? *Habuit autem Lyſias hanc orationem poſt* xxx. *viros A.M.3596. inſtitutos. Idem circa A.M.3604.* Adduxiſſes *τοὺς ἐννέα ἄρχοντας* nouem Magiſtratus, *vel* Prætores. *Nouem, inquam, erant, non decem, vt apud Ælianum legitur. Præter hos erant* xi. *viri cauſarum capitalium iudices. Lyſias aduerſus Alcibiadem Alcibiadis filium.* *In Areopagitico.* Cum, *inquit*, hic puer eſſet, (adeò iam conſtabat qualis futurus eſſet) propter patris peccata, *ὀλίγου τοῖς ἕνδεκα παρεδόθη*, minimo minus xi. viris traditus eſt.

XXVI. II. MESSENII.

Olympias XXIV. Cleoptolemus.

A. M. 3316. Cler. 768. V. C. 70. Ante Dn. 684.

Manaſſis XVIII.

L*Is litem, pugna pugnam ſerit. Argiui Aſinæos expulerant, Lacedæmonij Meſſenios, eorumque loco Aſinæos collocauerant. Meſſenij viribus attritis annos circiter quadraginta quieuerunt. Simulac fœtura gregem ſupplere cœpit, quarto Olympiadis* XXIII. *anno bellum inſtaurant initâ cum Argiuis, quos Lacedæmonijs infenſos ſciebant, ſocietate.* *Pauſan.*

Athenis Prætor erat Tleſias. Lacedæmone regnabant Anaxander Eurycratis filius, nepos Apollodori (quem Polycratem Herodotus vocat) & Anaxidamus Xeuxidami filius, nepos Archidami, pronepos Theopompi, qui prius bellam Meſſeniacum confecerat. Herodotus Anaxidami ſtemma paulò aliter refert. Bellum hoc fuit circiter annorum ſedecim. Cyzicus condita & Locri in Italiâ. *Vide A. M. 3257. 3276. 3521.* *Euſeb.*

II. VI. NECEPSOS.

Olympias XXV. Thalpius.

A. M. 3320. Cler. 772. V. C. 74. Ante Dn. 680.

Manaſſis XXII.

P*Oſt Merrem ſecundus vigeſimæ ſextæ Ægyptiorum Dynaſtiæ rex Stephinates regnat annos ſeptem, & poſt hunc Necepſos annos ſex. Crediderim hoc nomen à Græcis barbarè ſcribi, Ægyptijs autem dici Necoh-ſo.* *Euſeb.* נכה סוא

III. VII.

MANASSES CAPITVR.

A. M. 3321. Cler. 773. V. C. 75. Ante Dn. 679.

Manaſſis XXIII.

2. Chron. 33. 9. CVm auum Achazum, Achabum, & ipſos Amoræos exſecrandis ſacrificijs & ſacrilegijs præcurrere contenderet Manaſſes, & iam Hieroſolyma innocētium cruore compleuiſſet, Deus Babylonios immittit, qui lymphati iuuenis veſaniam coerceant, idque, vt vult Sederholam, cum iam annos XXII. regnaſſet, quod hinc videntur colligere. Achazi primo ſic vaticinabatur Eſaias. *Intra* LXV. *annum conteretur Ephraim ne ſit amplius populus. Et caput Ephraimi Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ & vos ipſi, niſi credideritis non confirmabimini, i. conteremini vos quoque.* (Eſa. 7. 8.)

Dixerat Eſaias Ezekiæ. *Babylonem auferentur omnia, quæ in domo tuâ ſunt. Filij tui erunt Eunuchi in palatio regis Babylonis.* Et pacem quidem conceſſit Deus diebus Ezekiæ. Sed poſtquam Manaſſes in omne nefas effuſus Prophetarum monitis aures occluſit populo praua, quàm recta Principum exempla ſæpiùs imitante. *Imiſit Deus in eos principes exercitus*, qui erant *penes Aſſyriæ regem. Hi* Manaſſem *in vepretis* latitatem *cœperunt, & ahenéis compedibus vinctum deduxerunt Babylonem*. Ex his colligitur hunc Aſſyriæ regem habuiſſe regni ſedem non Niniuæ, ſed Babylone. Atque adeò nulli deinceps ad Cyrum vſque Aſſyriæ reges leguntur, præter Babylonios. (Eſa. 39. 6.; 2. Chron. 33. 11.; Vide A. M. 3296. & 3381.)

IV. VIII. MANASSES LIBERATVR.

A. M. 3322. Cler. 774. V. C. 76. Ante Dn. 678. Manaſſis XXIV.

A MAnaſſes in Babyloniam abductus, exilij pudore & carceris pædore confectus ad Deum confugit, Iehouam verum & vnum Deum eſſe agnoſcit, inclamat, exauditur, liberatur. Remiſſus in patriam. Idola confringit, Idolea abolet, purum B Dei cultum amplectitur. Factum hoc aiunt Iudęi XXXIII. ante obitum Manaſſis anno. Chronici Iudęorum ſententiam cōfirmat R. Dauid Kimchi in Ezec. c. 4. autoritate Doctorum Thalmudeorum. Manaſſes autem repurgaſſe, non recluſiſſe temC plum dicitur, quia prophanauerat quidem, non tamen clauſerat, & liturgiam ſacram polluerat quidem, ſed non ſuſtulerat, vt Achaz. (2. Chron. 33. 12.)

V. IX.

D A. M. 3323. Cler. 775. V. C. 77. Ante Dn. 677. Manaſſis XXV.

G*Laucus Chius primus ferri inter ſe glutinum excogitauit.* (Euſeb.)

In Sicilia Gela, in Pamphylia Phaſelis condita.

E

VI. X. CARNIA.

Olympias XXVI. Calliſthenes.

A. M. 3324. Cler. 776. V. C. 78. Ante Dn. 676. Manaſſis XXVI.

F POſt Caras mare obtinent Leſbij. *Lacedæmonij Carnio menſe, qui Hecatombæoni Attico fere reſpondet, inſtituunt feſtum Carnia, dictum Olympiade* XXVI, *in quo feſto primus victoriæ palmam retulit Terpandrus Poeta, vt* (Euſeb. Athen. l. 14.)

Digitized by Google

teſtatur apud Athenæum Hellanicus, qui ſigillatim omnes in Carnijs victoriam conſecutos recenſuit. Carnium Apollinem Dores omnes in veneratione habebant, ſed ſuſpecta videtur cauſſa, quam refert Pauſanias. Quidam, *inquit*, Apollinis vates ex Acarnaniâ oriundus, nomine Carnus ab Hippotâ Phylantis filio occiſus fuit. Pœnas commeritas corruptis iudicibus euadit Hippotas. Eam ob cauſſam peſtem immittit Apollo, cui placando inſtituta ſacra Apollini Carnio dicta. *Videnum malis hanc vocem originis Hebraicæ eſſe, & dominium deſignare, vt & Caranus, Cronius, Quirinus.*

Pauſan. Laconicis p. 94.

Vide A. M. 1778. 2872. 3187.

Vt vt ſit, in hoc feſto, vt in multis alijs Satan Dei æmulum & ſimiam ſe prodidit. Erat enim imitamentum Scenopegiæ Iudæorum, vitæ frugalis ac diſciplinæ militaris exercitamentum. Quippe nouem continuis diebus nouem diuerſis locis vmbracula tentorijs ſimilia excitabant, in quorum ſingulis nouem homines cænabant, nimirum delecti ex tribus curijs terni.

Athenæus lib. 4.

A *factum credimus. Luſtrorum Romuli ſeriem contexuimus A. M. 3246. Sequentium hæc videtur fuiſſe ſeries.*

	Annus V. C.	*Cyclus Lunæ.*	*Epactæ.*	*Nouēb.*
	39.	9.	1.	21.
B	44.	14.	26.	25.
	49.	19.	21.	30.
				Decemb.
	54.	5.	17.	4.
	59.	10.	12.	9.
	64.	15.	7.	14.
	69.	1.	3.	18.
C	74.	6.	28.	23.
	79.	11.	23.	28.

Cum ergò hoc anno Luſtrum inciperet à Decembris XXVIII. *Capricorni primo, Nouilunio, Nouilunij concurſus cum Solſtitio hyberno Numam inuitare potuit* D *ad nouam æram & nouam anni formam condendam, vt pro Kalendis Martijs diceretur ea dies Kalendæ Ianuarij.*

Deinceps menſium anni Pompiliani ſeries hæc fuiſſe dicitur.

VII. XI.

ANNVS NVMÆ.

A. M. 3325. Cler. 777. V. C. 79. Ante Dn. 675. Manaſſis XXVII.

Euſeb. Strabo Stephan.

C*Halcedon conditur à Megarenſibus in Bithynia iuxta fluuium Chalum, à quo & nomen accepit.*

Ouidius, Solinus, Macrobius docent anno Romuleo denûm menſium duos menſes à Numa additos. Nos id hoc anno

E	A	1.	Ianuarius	29.	29.
	B	2.	Februarius	28.	57.
	B	3.	Martius	31.	88.
	E	4.	Aprilis	29.	117.
	F	5.	Majus	31.	148.
	B	6.	Iunius	29.	177.
	C	7.	Quintilis	31.	208.
F	F	8.	Sextilis	29.	237.
	G	9.	September	29.	266.
	A	10.	October	31.	297.
	D	11.	Nouember	29.	326.
	E	12.	December	29.	355.

Digitized by Google

Inſtituta autem nouâ anni formâ nouis menſibus adſcribendi fuerunt aliqui dies feſti ex veteribus menſibus mutuò petiti puta Carmentalia, Lupercalia, Quirinalia, & ſi forte aliquot alia huiuſmodi ludicra Numæ quidem anno vetuſtiora, ſed quæ potuit Numa Egeriæ ſcilicet ſuæ monitu ſede mouere & velut in nouam coloniam transferre. Cæterum cum annus Lunaris legitimus ſit dierum 354. vel 384. & Numa ſuperſtitioſo ritu impari numero gaudens ſuo anno daret dies 355. vel 385. poſt quinquennium Februario detrahebat dies quinq; vel ſex, prout poſtulabant Solis ac Lunæ ratiocinia. Quod ſi in eundem annum incideret menſis vnius intercalatio, dies illi demebantur non tertiodecimo, qui Martium proximè anteibat, ſed duodecimo menſi, qui & Merkedinus vel Merkedonius dicebatur, ſiue à mercibus ſiue à ſaltu, & deſultoriâ leuitate, quod eſſet modo XXII, *modo* XXIII, *modo* XXVIII, *dierum. Hebræis autem* Rakad *eſt ſaltare.*

Macrob. Saturn.

Solinus. Plutar. in Numa & Cæſare. Varro.

רקד

A B C D

X. XIV. INTERAMNA.

Olympias XXVII. Eurybus.

A. M. 3328. Cler. 780. V. C. 82. Ante Dn. 672. Manaſſis XXX. E

INteramnam coloniam in Italia conditam anno* DIIII. *ante conſulatum Cn. Domitij Ahenobarbi & A. Vitellij, h. e. ante annum V. C. 785. docet lapis, cuius inſcriptionem laudat Scaliger de emend. temp. l. 5. p. 362. Alcman, inquit Crates apud Suidam, Poeta Lyricus, natione Lydius, patria Sardenſis Damantis aut Titari filius florebat Olympiade* XXVII. *regnante Lydo Ardye Aliatta patre. Vel hinc colligas Lydorum reges ab Herodoto quàm ab Euſebio verius ordinatos.* F

Vide A. M. 3221.

Romæ Numâ defuncto ſuccedit tertius Romanorum rex Tullus Hoſtilius Romuli quàm Numa ingenio propior, regnatq; annos XXXII.

Dionyſ. Halic.

XI. XV.

GYMNOPÆDIA.

A. M. 3329. Cler. 781. Vrbis conditæ 83. Ante Dn. 671. Manaſſis XXXIII.

ΓΥμνοπαιδιὰ, *inquit Euſebius,* πρῶτον ἐν Λακεδαίμονι ἤχθη. *Hieronymum reprehendit Scaliger, qui vertit* Nudipedalia, *quamquam Suidas non modo* γυμνοπαιδείας, *ſed &* γυμνοποδίας *meminit.* Γυμνοπαιδείαν *igitur vult Suidas eſſe paleſtræ genus à Lycurgo inſtitutum.* Γυμνοποδίαν *vero parentalia in honorem eorum, qui Thyreatico bello ceciderant.* Γυμνοποδίαν *nec Heſychius agnoſcit, nec Etymologicus autor. Sed* γυμνοπαιδείαν *definiũt* περὶ ᾠδὰς χορῶν γυμνῶν, *antiphonias, pæanas in honorem eorum, qui ceciderant* περὶ Πυλαίαν. *Eam eſſe vrbem Arcadiæ docet Stephanus. Fiebat autem id ludicri genus Hecatombæone menſe, vt colligere eſt ex ijs quæ narramus, anno V. C. 383.*

Athenæus refert in vſu fuiſſe Lacedæmone Pſilinas quaſdam coronas ex palmâ factas, Thyreaticas dictas, quod eſſent monumentum victoriæ, quam ad Thyream obtinuerunt. Has corollas geſtabãt chororum duces in Gymnopædijs, ludis publicis nudi per vrbem incedentes, nudi ſaltantes, & Thaletis aut Alcmanis cantica recitantes, aut Dionyſodoti Lacedæmonij

Athen. l. 15.

Digitized by Google

dæmonij Pæanas cantillantes, neque modo pueri, ſed & viri fortitudinis gloriã tuentes tam pudendæ turpitudinis infamiam laudi reputabant, ne mulieribus quidem indecoram nuditatem arbitrati in deor. ſuorum feſtis. En deos, à quibus honeſtatem diſcas.

XIV. XVIII. MESSENE.
Olympias XXVIII. Charmis.
A. M. 3332. Cler. 784. V. C. 86. Ante Dn. 668.
Manaſſis XXXIV.
Pr. Autoſthene.

Pauſan. Iſocrat. Archidamo. Diodorus lib. 15.

SEcundo Lacedæmoniorum contra Meſſenios bello finis imponitur ἄρχοντος Ἀθήνησιν Αὐτοσθένους, vrbe captâ ac dirutâ Meſſenâ ipſâ; quæ non niſi trecenteſimo poſt anno à Pelopidâ inſtaurata eſt quarto Olympiadis CII, *anno. Prætore Lyſiſtrato. Ælianus cùm ait eam ab Epaminondâ inſtauratam, cum annos trecentos & triginta iacuiſſet, plurimum fallitur. Ita enim dicenda ſit Meſſene diruta anno V. C. 55. circa Olympiadem xx, quod falſiſsimum eſſe conſtat ex Pauſaniâ, & Iſocrate. Vide anno V. C. 385.*

Æl lib. 13. c. 42.

XV. XIX. Iubileus XVII.
A. M. 3333. Cler. 785. V. C. 87. Ante Dn. 667.
Manaſſis XXXV.

Euſeb.

NEcepſo Ægyptiorum rege defuncto ſuccedit Nechao primus huius nominis, regnatque annos octo.

A

XVIII. III. ARION.
Olympias XXIX. Chionis.
A. M. 3336. Cler. 788. Vrbis conditę 90. Ante Dn. 664.
Manaſſis XXXVIII.
Pr. Miltiade.

B

MEſſenij Zanclem in Sicilia occupant, & Meſſenem nuncupant ἄρχοντος Ἀθήνησι Μιλτιάδου Olymp. xxix.

Pauſan.

Arion Methymnæus à Piratis vel potiùs improbis nautis in mare deiectus à Delphine dorſo exceptus & in Tænarum Laconiæ promontorium ſoſpes delatus eſt, prout olim teſtabantur imagines Arionis & Delphinis in fano Tænario conſecratæ, quibus & Olympias vndetrigeſima, quia id geſtum dicebatur, adſcripta erat. Eas ſe vidiſſe teſtantur Herodotus & Pauſanias. Meminit & Solinus, Plutarchus, alij.

C D

Euſeb. Herod. Plutarc. in conuiuio 7. ſapientum.

XXII. VII. CYPSELVS.
Olympias XXX. Chionis II.
A. M. 3340. Cler. 792. Vrbis conditę 94. Ante Dn. 660.
Manaſſis XLII.

E

CVm hactenus Bacchiadæ πρυτάνεις annui annos circiter CXVII: *Corinthum rexiſſent; Cypſelus Eetionis filius pulſis Bacchiadis regnum auitum recuperat, oriundum ſe dictitãs à Melane Antaſi filio, quem Aletes Heraclida deiecerat ante annos 343. Ferunt autem hunc infantem, cùm à Bacchiadis ad necem perquireretur, à matre in ciſtulâ (Corinthij κυψέλην vocitant) abſconditum, mortique ereptum, ciſtam poſtea Ioui Olympi-*

F

Euſebius. Pauſanias.

co conſecratam. Hineque dictum Cypſelum, qui regnauit annos XXXII, *vel* XXX. A

Dionyſ. Halic. Liuius. Strabo. *Cypſeli tyrannidem fugiens Damaratus Corinthius in Italiam traijcit, & Tarquinijs Hetruriæ vrbe conſedit. Vbi duos filios genuit Aruntem & Lucumonem. Aruns ante patrem ſine liberis obijt. De Lucumone dicemus A. M. 3384. V. C. 138.* B

XXIII. VIII. PSAMMITICVS.

A. M. 3341. Cler. 793. Vrbis conditæ 95. Ante Dn. 659. Manaſſis XLIII. Miltiade Pr.

C

Pauſan. PHigalia à Lacedæmonijs capitur.

Euſeb. *Nechao rex Ægyptiorum moritur, eique ſuccedit Pſammiticus, & regnat annos quadraginta quatuor. De eo multa Diodorus & Herodotus.* D

XXIV. IX. BYZANTIVM.

A. M. 3342. Cler. 794. Vrbis conditæ 96. Ante Dn. 658. Manaſſis XLIV.

E

Euſeb. Stephan. B*Yzas Megarenſis ſedem vrbi commodam quærens ab Apolline iubetur legere littus.*

Herod. p.306. Ἔνϑ' ἰχθῦς ἐλαφὸς τενόμων βόσκουσι τῶν αὐτῶν. *Megabyzus Darij* I. *ducum præſtantiſſimus cæcos pronunciauit Chalcedonios, quod cùm primi ea loca peragraſſent peſſimum littus elegiſſent ante annos* XIX, *vel, vt vult Herodotus, ſeptemdecim.* F

XXV. X. ALCMAN.

A. M. 3343. Cler. 795. V. C. 97. Ante Dn. 657. Manaſſis XLV.

ALcmæon, *inquit Euſebius, vel potius vt Græca habent,* Alcman clarus habetur, & Leſches Leſbus, qui paruam fecit Iliadem. *De Alcmane Lydio ſupra diximus. Hic potuit eſſe alter Alcman patriâ Meſſenius, vel potius Meſſoanenſis, natione Lacænus, vtrumq; enim ponit Suidas. Meſſoanam autem Laconiæ vrbem eſſe docet Stephanus. Sed non perſuadet Suidas, meritoq́; meo iudicio à Scaligero reprehenditur, cùm ait Alcmanem, qui Doricè ſcripſit eſſe eum, quem Crates Lydium facit. Quidni enim potiùs Ionicè ſcripſerit Lydius Poeta, vt Lacedæmonius dicendus ſit is qui Doricè ſcripſit?*

XXVI. XI. CHIONIS.

Olympias XXXI. Chionis III. A. M. 3344. Cler. 796. Vrbis conditæ 98. Ante Dn. 656. Manaſſis XLVI.

C*Hionis Lacedæmonij, qui tertium hoc anno vicit ſtadium, tanta fuit agilitas, vt dicatur eius ſaltus fuiſſe pedum duorum & quinquaginta.* **Euſeb. Chron. Græc.**

XXVII. XII. STAGIRA.

A. M. 3345. Cler. 797. V. C. 99. Ante Dn. 655. Manaſſis XLVII.

Strabo. Marcian. Stephan.

A Chantus, *inquit Euſebius*, & Stagira condita. *Utraque iuxta montem Atho ſita eſt. Sed cum nauigationis circuitus eſſet ſtadiorum quadringentorum, Xerxes iniquum id ratus, diſrupit Iſthmum montis Atho ſeptenûm ſtadiorum, vt Acanthum Panormo, quæ Stagiræ vicina eſt, recto itinere* B *veliſicari poſſet. Acanthum quidam dictam putarunt, quod primum ἀκάνθαις, i. ſpinis cincta eſſet, ſed Mnaſeas ait ita dictam ab Acantho conditore. Andrius igitur erat Acanthus. Nam Andriorum coloniam eſſe teſtatur Martianus.* C *Stagiram vel vnus ciuis Ariſtoteles plus ſatis nobilitauit.*

Eodem anno vult Euſebius conditam Abderam & Lampſacum, & in Ponto, (i. iuxta littus Ponti Euxini. Sed in Europa tamen) Iſtrum ac Boryſthenem vrbes à fluuijs, quibus adſitæ ſunt, dictas, D *& Selinuntem in Sicilia. Abderam pridem ab Hercule vel Diomedis ſorore conditam hoc tempore inſtauratam à Clazomenijs docet Solinus Olympiade, inquam, prima & trigeſima. Boryſthenem condidere Mileſij, Selinuntem Megarenſes, Agrigentum Geloi forſan hoc ipſo tempore. Deioces primus Medorum rex quin-* E *quageſimo quinto ſui regni anno perit. Succedit illi Phraortes, qui Diodoro dicitur Artunes. Is Herodoto & Diodoro teſtibus regnat annos viginti duos, Euſebius biennio plus tribuit.*

II. XV.

Olymp. XXXII. Cratinus.

A. M. 3348. Cler. 800. V. C. 102. Ante Dn. 652.

Manaſſis L.

S Ophonias, Abbakuch, Nahum prophetant Olympiade XXXII. *Faſti Sicul.*

VI. XIX.

LYGDAMVS.

Olympias XXXIII. Gygis.

A. M. 3352. Cler. 804. V. C. 106. Ante Dn. 648.

Manaſſis LIV.

N Onnullos, *inquit Solinus*, accepimus naſci concretis oſſibus, eoſque neque ſudare, neque ſitire conſueſſe: qualis Syracuſanus fertur Lygdamus, qui tertia & triceſima Olympiade primus Olympico certamine pancratij coronam reportauit, cuius oſſa deprehenſa ſunt medullam non habere. *Euſebius in Græcis Chronici ſui fragmentis Solini ſententiam confirmat, de pancratij coronâ adiectâ Olympiade* XXXIII, *quam reportarit Lygdamus vel Lygdamis Syracuſanus. Addit* ὑπερμεγέθη *fuiſſe, tantæ proceritatis, vt ſtadium ſuis pedibus menſus ſit,* μόνοις ἑξακοσίοις ποσὶ διοδεύσας, *cùm ſexcenta tantum veſtigia poſuiſſet. Stadium Olympicum erat ſexcentorum pedum Atticorum, Romanorum 625.* *Solinus c. 4.*

Cùm ergò pes ſoleat eſſe ſextans proceritatis virilis, hinc colligas, vt Herculem, ita & Lygdamum fuiſſe ſex pedes Atticos longum. Cùmque id portentoſum & annalibus dignum iudicarint Græci, non temere colligas ordinarium proceritatis virilis modum iam tum fuiſſe non ſex, ſed circiter quinque pedum Atticorum.

Digitized by Google

VIII. II.
AMONIS ANNI.
A.M. 3354. Cler. 806. V.C. 108. Ante Dn. 646.
Amonis I.

2. Reg. 21. 19. 2. Chron. 33. 20.

AMon xvII, tribus Iuda rex, Manaſſis filius annos 22. natus, regnat annos duos. Duos, inquam, annos Amoni conſtanter tribuunt omnes codices Hebræi, Græci, Latini. Clemens Alexandrinus, Africanus & Euſeb. ipſe προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς, lib. IX. Quî fit igitur, vt idem Euſebius in Chronico Amoni duodecim annos tribuat & eius ſententiæ autores laudet LXX. interpretes? Mirum ſane & dolendum. Nam abſque hoc errore foret, à promiſſione Abrahamo facta ad eius complementum in Chriſto vix quinquennij error Euſebiano Chron. imputari poteſt in annorum ſumma. Nam in particularibus epochis παντελῆ ἀναμαρτησίαν ab homine nato quis exigat? Euſebium imprudentes ſecuti ſunt Iſidorus, Nicephor⁹ Patriarcha, Beda, Marianus Scotus, vt qui plerunq; ne conſultis quidem ſacris autoribus, qui ad manum erant, nedum Ethnicis, quos non nominat Euſebius, diuinare non quiuis poteſt, ſimpliciter & ἀβασανίστως tranſcripta Euſebij verba in ſua Chronica tranſtulerunt: Sed quid Laureto facias, qui in tanta literarum luce aduerſus omnium in quauis lingua ſacrorum codicum fidem contendit Amoni duodecim annos eſſe tribuendos? Enimuerò perierat Aſtrologia, niſi hoc Euſebij errore, tanquàm ſerperastra fulciretur. Horrenda Manaſſis ſcelera ante captiuitatem ab ipſo perpetrata, & Amonis filij eius impietas fecerunt, vt Talmudiſtæ crederent non veram, ſeriam, ſolidam fuiſſe Manaſſis pœnitentiam, ſed fucatam, ἐπιπολάζουσαν, πρόσκαιρον, ideóque reſtitutum quidem regno terreno, ſed non cœleſti. *Omnibus*, inquiunt, *Iſraelitis pars eſt in ſeculo venturo*. Deinde paucula aliquot peccata excipiunt, quę Iſraelitas à futurâ vitâ excludunt. Tum nominatim ſeptem admodum Iſraelitas ex beatorum albo expungunt. *Tribus*, inquiunt, *regibus, & quatuor* [a] *priuatis non eſt pars in ſeculo venturo. Tres reges ſunt Ieroboam, Achab & Manaſſe. R. Juda ait Manaſſi eſt pars in ſeculo vẽturo. Dicitur enim, ſupplicauit Domino, & Dominus audiuit ſupplicationem eius, & reductus eſt Hieroſolyma in regnum ſuum. Alij dicunt de illo, reductus eſt in regnum ſuum, ſed non in vitam ſeculi venturi. Quatuor idiotæ ſunt Balaam, Doeg, Achitophel, & Gieſi.* Hoc eſto ſpecimen matæologiæ Talmudicæ.

Talmud in libro Sanhedrim cap. 11. initio, fol. 90. a

[a] הדיוט *idiotæ priuati.*

X. IV. ΑΝΟΛΥΜΠΙΑΣ.
Olymp. XXXIV. Stomas.
A.M. 3356. Cler. 808. V.C. 110. Ante Dn. 644.
Ioſiæ I.

2. Reg. 21. 20. & 22. 1. 2. Chron. 33. 20. & 34. 1.

AMon iuuenili laſciuiâ & prauis adulatorum conſilijs à recto tramite abducitur, prorſus quaſi neceſſe aut rationi conſentaneum eſſet, vt priùs vitia, quàm reſipiſcentiam patris imitaretur. Sed non omnibus quinquaginta regni vitæue

annos, aut diuturnas calamitates ad A reſipiſcentiam largitur Deus. Cum igitur vix dum biennium regiæ vitæ delicijs potitus eſſet Amon, qui ab Idololatris corruptus fuerat, ab Idololatris confoditur. Populus coniuratorum impietatem execratus parricidas quidē dignis afficit ſupplicijs, B Amonis vero filium Ioſiam octo natum annos paterno ſolio imponit, cui piè ac feliciter annos vnum & triginta inſedit, quorum initium ab Olympiade XXXIV. Euſebius vno anno prius, inchoat Ioſiæ æram.

Pauſan. p. 201. *Pantaleon Omphalionis filius Piſarum tyrannus per vim Olympicum agonem ponit. Hanc ob cauſſam Elei, vt octauam & centeſimam quartam, ſic hanc Olympiadem numero eximunt, & ἀνολυμπιάδα vocant. Male igitur Faſti Siculi, qui Piſanos hoc iure potitos aiunt Olympiadas viginti duas ab Olympiade tricesimâ vſque ad Olympiadem* LII. C D

XIV. VIII. THALES.

Olympias XXXV. Sphærus.

A. M. 3360. Cler. 812. Vrbis conditæ 114. Ante Dn. 640. Ioſiæ V.

E *Thales Mileſius naſcitur, teſte Apollodoro in Chronicis apud Laertium.* Κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος, *circa primum annum Olympiadis* XXXV.

Dionyſ. Halic. *Romæ Tullo defuncto ſuccedit quartus rex Ancus Martius regnatq; annos 26.* F *Is ex Marcio ac Pompiliâ Numæ filiâ genitus exoleſcentibus iam auis ſui cærimonijs autoritatem reddidit, nihiloque ſecius bella cum vicinis geßit.*

XVII. XI.

IOSIÆ ZELVS.

A. M. 3363. Cler. 815. Vrbis conditæ 117. Ante Dn. 637. Ioſiæ VIII.

Ioſias vix ſedecim annos natus octauo ſui regni anno Deum requirere, Dei cultui vacare incipit. *2. Chron. 34. 3.*

XVIII. XII. DVELLVM.

Olympias XXXVI. Phrynon.

A. M. 3364. Cler. 816. Vrbis conditæ 118. Ante Dn. 636. Ioſiæ IX.

D *Bellum veteres duellum dixere, quod ſit non duorum hominum, ſed duarum partium. Sic Horatio dicitur,* Græcia Barbariæ lento colliſa duello. *At duelli propriè dicti vſus in rixis dirimendis in Galliâ quidem & nunc & iam inde à Diodori Siculi temporibus frequens fuit. Apud alias nationes hic furor tam rarus fuit, vt ſi quando contingeret, prodigij inſtar annalibus conſignaretur. Sic, qui Olympiade* XXXVI. *Stadium vicit Phrynon Athenienſis, cum Pittacum Mitylenæum laceßiuiſſet,* μονομαχῶν ἀνῃρέθη, *in duello perijt triceſimo poſt hunc anno.* E *Horat. l. 1. epiſt. 2.* *Diod. l. 5.* *Euſeb. in Græcis Chronici fragmētis.*

F

XXI. XV. CYAXARES.

A. M. 3367. Cler. 819. Vrbis conditæ 121. Ante Dn. 633. Ioſiæ XII.

2. Chron. 34.3.

IOſias incipit repurgare Hieroſolyma, Iudæam atque adeò decem tribuum reliquias, amouendo Idola, Bahalis altaria, ſubdiales ſtatuas & id genus Idololatriæ inſtrumenta. A

Phraortes, qui & Artunes, ſecundus Medorum rex obit tertio circiter & viceſimo ſui regni anno. Succedit B illi Cyaxares, qui Cteſiæ apud Diodorum dicitur Artibarnes, vel Aſtibares. Huic tam Herodotus, quàm Diodorus tribuunt annos quadraginta, Euſebius octennio minus.

XXII. XVI.

Olympias XXXVII. Euryclides.

A.M. 3368. Cler. 820. Vrbis conditæ 122. Ante Dn. 632. Ioſiæ XIII.

Euſeb. Chron. Græc.

OLympiade XXXVII. *pueris ſtadio & luctâ certare permiſſum propoſito præmio, vicitque inter pueros Polynices Elienſis ſtadio, luctâ verò Hippoſtenes Lacedæmonius, qui interpoſitâ vnâ Olympiade, quinque ſequentibus continuis etiam viros luctâ ſuperauit.*

XXIII. XVII. SCYTHÆ.

A.M. 3369. Cler. 821. Vrbis conditæ 123. Ante Dn. 631. Ioſiæ XIV.

Ierem. 1. Ezech. 4.5.

IEremias prophetare incipit, currẽte vel exeunte XIII. Ioſiæ anno, annis 390. poſt obitum Dauidis vt ſubinnuit Ezechiel. Prophetat autem Hieroſolymis annos circiter quadraginta: poſt vrbis excidium in Ægypto aut alibi cum exulibus annos circiter XXV.

Euſeb. Stephan. Euſebius. Herod.

Synope in Bithyniâ iuxta Pontum Euxinum à Mileſijs condita. Lipara Æolidum inſula à Cnidijs iuxta Siciliam colonis inſtructa. Sub Cyaxare, Scythæ toti Aſiæ dominantur, Aſcalonem vſque annos duodeuiginti, h. e. Aſiam minorem, Syriam, Phœniciam, Palæſtinam B *obtinuerunt Aſcalonem vſque. Iudæam tenuiſſe non eſt neceſſe, neque verum eſt.*

Rurſus Scythæ ſub Cyaxare quidem Aſiæ dominabantur, ſed non ſub eo demum dominari cœperunt, licet Euſebius ita ſenſerit & Herodotus forſan ita intellexerit. Quippe quo anno Pharao Ne- C *chao Ioſiam occidit, iam Aſia dominabatur non Scythæ ſed Aſſyrius. Sub Phraorte igitur dominari cœperunt Scythæ. A Cyaxare vero debellati ſunt. Cyaxaris potentiam infregit Aſſyrius ſiue Babylonius. Vide A.M. 3381.*

D

XXVI. I.

PERIANDER.

Olympias XXXVIII. Olyntheus.

A. M. 3372. Cler. 824. Vrbis conditæ 126. Ante Dn. 628. Ioſiæ XVII.

E

Euſeb. Laert.

PEriander Corynthiorum tyrannidem inuadit, obtinetque annos quadraginta tres & ſemis Ariſtoteles Politic. l. 5. c. 12.

Euſeb. Chron. Græc.

Additur Olympicis agonibus puerorum πένταθλος, vicitque Deutelidas Lacedæmonius. F *Sed poſtea non viſum eſt amplius pueros ad hæc certamina quaſi nimis violenta admitttere.*

LIBER LEGIS.

Iudæi totum Pentateuchum in tot

partes diſtribuunt, quot ſunt in anno dies feſtiui. Reliquam veteris Teſtamenti partem in totidem ſectiones diſpeſcunt. Atque ita ſingulis Sabbathis, diebuſque feſtis partem aliquam Pentateuchi, aliquam ex Veteris Teſtamenti reliqua parte legunt. Neque vero χθὲς καὶ πρώην inſtitutus hic ordo. Nam & Pauli tempore iam antiquus erat. *Moſes*, inquit, *ἐκ γενεῶν ἀρχαίων inde à priſcis temporibus habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne Sabbathum legitur*. Sed *ignorant*, inquit, *voces Prophetarum, quæ per omne Sabbathum leguntur*. Ritum hunc primus vſurpauit Ioſue ex præſcripto Moſis, Inſtaurauit Ezdras ſub Artaxerxe. Quin & peculiariter Regib⁹ mandauerat Deus, vt in volumine Legis legerent omnibus vitæ ſuæ diebus. Vtrumque morem aboleuerant praui Reges, maximè Achaz, qui & templum Domini clauſerat. An Ezekias reſerato templo tam Scripturæ lectionem, quàm reliquum Dei cultum reſtituerit, non conſtat. Sub Manaſſe, cùm Idolis ſeruiret, ſublatum hunc morem, ac ne tum quidem, cùm reſipuit, reſtitutum, nedum ab Amone, certum eſt. Cùm ergo & Reges, & ſummi Sacerdotes & priuatam domi, & publicam in templo Scripturæ lectionem omiſiſſent, caſu inuentus liber Legis viſus eſt illis nouus & quaſi è ſepulchro erutus.

פרשות *Paraſchot ſectiones.*

Actor. 15.21. *13.27.* *Ioſua 8.34.* *Deuter. 311. 1.* *Ezdræ 8.3.* *Deut.17. 19.*

(∴) (∴)

(∴)

XXVII. II. ECCLESIÆ INSTAVRATIO.

A. M. 3373. Cler. 825. V. C. 127. Ante Dn. 627. Ioſiæ XVIII.

DVm templi rurſus collabentis inſtauratione animum intendit Ioſias, Deus illi præcipuum templi theſaurum anteceſſorum ignauiâ in tenebris diu ſepultum retegit, librum videlicet legis. Eo perlecto, Ioſias minis inſuper Holdæ prophetiſſæ territus, impenſiùs quàm antea Eccleſiæ reformationi manum admouet, tum in Iudęâ, tum in Ephraimitide, vbi cum primis altare Ieroboami ſubuertit annis CCCLIV, poſtquam id à viro Dei nominatim prædictum fuerat, etiam excelſa ſubruit, quæ hactenus ſteterant. Deniq; fœdus Dei renouat, & omnia ad priſtinum à lege imperatum ritum reuocat.

2. Reg. 22. 3. *2. Chron. 34.6.* *1. Reg. 13.2.*

Phalius Eratoclidæ filius, in Corcyrâ quidem natus, ſed ab Heraclidis Corinthijs ortundus, Epidamnum vrbem, quæ & Dyrrachium dicitur, in Ionio ſinu condit.

Euſeb. Thucyd. lib. 1.

XXVIII. III. PASCHA.

A. M. 3374. Cler. 826. Vrbis conditæ 128. Ante Dn. 626. Ioſiæ XIX.

IOſias repurgato templo ac regno ſuo toto, Paſcha celebrat, quale nunquam antea celebratum fuerat inde à Iudicum temporibus.

2. Reg. 23.1. *2. Chron. 35.1.*

Digitized by Google

h. e. poſt Samuelem nemo tam purè, tam exquiſitè omnia Paſchatis & totius liturgiæ ſacræ ſolennia ad legis normam exegit, vt Ioſias. Iudæi ab vltimo Moſis anno Iubileos ordiuntur, ideoque dicunt facta hæc appetente Iubileo. Sed ne ſic quidem curatè loquuntur. Multo fœdius errant, cum à Ioaſi inſtauratione ad hanc numerant tantum annos CCXVIII. Sunt enim anni CCXXXVII. fortaſſe ſcribere Iudæi cogitabant CCXXXVIII. Niſan cœpit Aprilis quarto, feriâ tertiâ, feſtum Azymorum Niſan XIV, Aprilis XVII, feriâ ſecundâ.

Seder Holam.

A

Ioſiæ ad Leuitas exhortationem ſic vertit vetus interpres, *Ponite arcam in Sanctuario templi, quod ædificauit Salomon.* At quis vnquam eam è ſuo ſacrario eduxiſſe legitur, ex quo ſemel eam Salomon immotæ ſedi affixit ex mente Dauidis, qui dixerat, *Non erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum.* Si quis hanc legem temerare auſus eſſet, non impune tuliſſet, nec id ſilentio tranſmiſiſſet Scriptura. Non eſt igitur neceſſe, vt vocem Hebræam *Tenu* vertamus *ponite*, cùm ſignificare poſſit

2. Chron. 35. 3.
1. Chron. 23 26.

תנו
את ארון

aſſeruate arcam vel *date* operam *arcæ Sanctuarij, in domo*, &c. Ioſiæ mens perſpicua eſt. Iam, inquit, non incumbit vobis onus baiulandi humeris arcam. Tantò diligentiùs operam nauare debetis minus operoſis circa arcam miniſterijs.

B

Non deerat Hieroſolymis ſummus Sacerdos Helchias, ſiue Chilkija, filius Sallumi, de quo A. M. 3300. diximus. Omnia tamen regis authoritate procurantur, non ſecus, ac Dauidis & Salomonis temporibus.

2. Reg. 22. 8.

C

Hæc Eccleſiæ inſtauratio inuitat nos ad reſpirationem aliquam nobis & lectori dandam, vt eò altiùs memoriæ infigamus huius beneficij magnitudinem, eóque ardentiùs Dei benignitatem imploremus, vt qui nuper paſſus eſt nobis præſtantiſſimum, fortiſſimum, inuictiſſimum

D

regem per conſceleratiſſimum facinus eripi, qui Galliæ regem octennem dedit, idem teneram eius ætatem ita regat, vt non tantum cum cognomine & anteceſſore ſuo POPVLI PATER ſit, ſed etiam Eccleſiæ inſtaurator, diſſidiorum conciliator, corruptelarum, quibus hoc

E

vltimæ Dei patientiæ ſeculum ſcatet, expurgator.

HIST.

HISTORIAE SACRAE ET EXOTICAE
LIBER SECVNDVS.

REGES IVDA ET BABYLONIS.

I. IV.

A. M. 3375. Cler. 827. V. C. 129. Ante Dn. 625.

Ioſiæ XX. Nabopolaſſaris I.

Ptol. l. 5. c. 14. A Nabonaſſaro ad Nabopolaſſarem de ſerie regum Babyloniorum nobis non cõſtat. At conſtat ex Ptolemæo Nabopolaſſarem regnare cœpiſſe anno Nabonaſſari cxxiii. Ezekiel prophetare cœpit anno quinto captiuitatis Iechoniæ. Hunc annum vocat triceſimum. Quid ſupplebimus potiùs, quàm nomen regis Babylone regnantis? At hic erat tertius decimus Nabuchodonoſoris annus. Erat ergo triceſim⁹ Nabopolaſſaris, quem conſtat aliquot ſui regni annos cum

A Nabuchodonoſore filio ſuo communicaſſe. Rectè igitur Scaliger Nabopolaſſaris æram inchoat Cyclo Solis primo, Lunæ quarto. Male verò patrem cum filio confundunt Io. Funccius, Andreas Oſiander, Nico-

B laus Vinierius, Auguſtinus Torniellus. Æſar Hetruſcorum linguâ Deum ſignificat authore Suetonio. Potuerunt id nominis Hetruſci à Babylonijs mutuari. Pul, ſiue Phul poteſt mirabilem ſignificare. Nabo vaticinari. Ita, vt Græcis Apollo, ſic *Suet. in Auguſto c. 97.* פלא

C Babylonijs Nabo vatem agebat. Certe Nabo vnus eſt ex dijs Babyloniorum Eſaiæ xlvi. 1. Fuit etiam nomen vrbis, quaſi huic deo dicatæ Ieremiæ xlviii. 1. 22. Ita *Nabo-pul-eſar.* ſignificabit Nabo mirabilis eſt deus *Piln-eſar* idem. *Salman-aſar* pacis deus

D *Eſar-chaddon* deus diffindens. Sub finem anni Sabbathici, ne deinceps, vt antea, liber Legis obſoleſceret, videtur Ioſias non tantum reſtituiſſe lectionem legis ſingulis Sabbathis fieri ſolitam, ſed & inſtituiſſe id quod legimus in Talmude. *Exeunte feſto*

Digitized by Google

בסוכת *Tabernaculorum, octauo feſti die, exeunte* A
Cap. 7. *ſeptimo anno extruitur tribunal ligneum*
f. 41. a. בעזרה *in atrio, cui rex inſideat. Sicut dicitur, in fine ſeptem annorum &c. Synagoga tollit librum legis & tradit Principi Synagogæ, Ille* לסגן *Antiſtiti, Antiſtes ſummo Sacerdoti, ſummus Sacerdos Regi, Rex ſtans accipit, ſedens le-* B *git Regis ſectionem.*

II. V. DRACO.

Olympias XXXIX. Ripſolcus.

A. M. 3376. Cler. 828. V. C. 130. Ante Dn. 624.

Ioſiæ XXI. Nabopolaſſari II.

Euſeb. Clemens Strom. l. 1. DRaco *circa Olympiadem* XXXIX, *leges Athenienſibus fert, quas* θεσμοὺς *vocat, vt videatur fuiſſe* τῶν θεσμοθετῶν εἷς. *Horum enim officium erat ante Solonem* θεσμοὺς *condere. Seueriores* D *autem fuiſſe dicuntur Draconis leges, non atramento, ſed ſanguine ſcriptæ. Quî fit*
Æl. l. 8. c. 10. *ergo, vt Ælianus dicat, Solonem antiquatis Draconis legibus* μόνους φυλάξαι τοὺς φονικοὺς νόμους? *Vero propiùs dixeris, pœnales tantum Draconis leges à Solone abolitas, mitioribus, vbi opus erat, pœnis* E *additis. Cum Draconi quoduis crimen capitale eſſet. Tamen Euſebius idem affirmat quod Ælianus.*

V. VIII.

A. M. 3379. Cler. 831. V. C. 133. Ante Dn. 621.

Ioſiæ XXIV. Nabopolaſſari V.

Ptol. l. 5. c. 14. QVinto, *inquit Ptolemæus*, anno Nabopolaſſari, qui eſt centeſimus vigeſimus ſeptimus à Nabonaſſaro Athyr ſecundum Ægyptios, die XXVII. ſequente XXVIII. iuxta horæ vndecimæ finem luna defecit, cum ſol eſſet in arietis grad. 27. 3. *Conuenit tempus Aprilis* XXII. χρῶντες XXVI. *Latitudo Lunæ erat graduum 79. 40′. 53″.*

VI. IX.

Olympias XL. Olyntheus II.

A. M. 3380. Cler. 832. V. C. 134. Ante Dn. 620.

Ioſiæ XXV. Nabopolaſſari VI.

C ELeaticæ diſciplinę princeps Xenophanes Colophonius à Timæo dicitur Hieronis Siciliæ Dynaſtæ, & Epicharmi Poetæ tempore vixiſſe. Apollodorus verò dicit quadrageſimâ Olympiade natum vitam produxiſſe vſque ad Darium & Cyrum. Xenophanis autem auditor fuit Parmenides. Parmenidis Zeno, tum Leucippus, dein Democritus. Clemens Alexand. Strom. l. 1.

VII. X.

A. M. 3381. Cler. 833. V. C. 135. Ante Dn. 619.

Ioſiæ XXVI. Nabopolaſſari VII.

CYaxares, *inquit Euſebius*, aduerſus Aſſyrios dimicans, Ninum capit. *Itaque deinceps non tantum* Medorum *ſed & Aſſyriorum rex fuit. Hinc colligitur iam Scythis fugatis Cyaxarem imperium in Aſiâ obtinuiſſe.* F *Male autem Euſebius ex quorundam ſententia hanc de Cyaxare periocham repetit ſecundò Olympiadis* XLIII. *anno, h. e. A. M. 3393. cum iam regnum longe lateque obtineret Nabu-*

Digitized by Google

chodonoſor, ſub quo multi quidem reguli, reges vero potentes nulli fuerunt maximè in vicinis Babyloniæ locis. Vt ergo Aſſyriam Scythis eripuit Cyaxares, ſic eandem Medis ereptam à Nabopolaſſare, vero conſentaneum eſt: niſi quis malit Euſebium falli, qui Cyaxari tribuat, quod Nabopolaſſaro potiùs conuenit.

Vt vt ſit, certum eſt haud multo poſt Aſſyriam Babyloniæ annexam fuiſſe. Itaque is, quem ſcriptura vocat Aſſyriorum regem, quem bello adoriri cogitabat Pharao Neco. A. M. 3387. Is, inquam, mea quidem ſententia eſt Nabopolaſſar, potiùs quam Cyaxares. Siquidem Medorum reges nuſquam legimus Aſſyrios vocari. Babylonij autem etiam ſub Perſarum ac Medorum imperio dicebantur Aſſyrij, vt patet ex oratione Zopyri apud Herodotum. Non poſſum, inquit, ferre Aſſyrios iſtos (*Babylonios intelligit*) nobis inequitantes. *Vnde id? nempe, ex quo Niniuem Aſſyriæ caput ſubegit rex Babylonis, ab eo tempore Babylonij Aſſyriorum nomen ſibi vendicarunt; Sic ex quo Perſæ Medos ſubegerunt, promiſcue modo Perſæ, modo Medi dicti ſunt. Quin & Græci nunquam περσίζειν. Sed Μηδίζειν, nec Perſiſmum ſed Mediſmum dicebant Græcorum Perſis fauentium proditionem. Vide A. M. 3296. & 3321.*

VIII. XI. Iubileus XVIII.

A. M. 3382. Cler. 834. V. C. 136. Ante Dn. 618.

Ioſiæ XXVII. Nabopolaſſarij VIII.

Talmud. In Sanhedrim. c. 11. f. 90.

IVdæi hiſtoriæ exoticæ non tantum ignari ſunt, ſed etiam inimi-
A ci, vſque adeò vt in ſuo de Synedrio tractatu, capitis vndecimi initio exortem beatæ in futuro ſeculo vitæ pronuncient eum, qui [a] legit in ſcriptis exoticis. Hoc ſcriptorum omnium exoticorum odium fecit, vt etiam ſuæ hiſtoriæ ignari euaderent,
B ex quo cœpit cum hiſtoriâ exoticâ cohærere, & ab eâ quodammodo pendere, quemadmodum & ipſe populus ab externorum regum arbitrio pendebat.

Iudæi Iubileos ſeptemdecim continuos in patriâ celebrarunt, quo-
C rum vltimus in huius anni Autumno deſijt, & mox initium duxit duodeuiceſimus Iubileus, quem abſoluere per captiuitatem non licuit. Iubileus proprie complectitur annos 49. hebdomadas. 7. ὁλοσχερῶς acce- [b] ptus cōplectitur annos quinquagin-
D ta. Ita Iudæi paſſim in Talmude & in Chronico. Anni LXX. captiuitatis à Ieremiæ prædictæ initium ducunt anno 850. poſt tranſitum Iardenis, Nabuchodonoſoris primo. Iudæi captiuitatem hanc cum eâ Sedekiæ confundentes dicunt maiores ſuos
E in terrâ promiſſâ ſtetiſſe Iubileos 17, annos 850, cùm reuerâ ſteterint annos 868 poſt ingreſſum, annos 862, Iubileos 17, & annos inſuper 28 poſt diſtributionem Chananææ.

Multo fœdiùs errant, cùm Iubi-
F leos inchoant annis quatuordecim poſt Iordani tranſitum, & annum XXV. à capto Iechoniâ, XIV. à capto Sedekiâ hariolantur fuiſſe Iubileum, eumque ſeptimum decimum. Iubileum autem proprie dictum complecti tantum annos 49, præter

a. הקורא בספרים החיצונים

b *Talmud* בערכי *cap. 2. f. 12. b. Chronicon Hebr. ſiue Seder Hol.*

בערכין Cap. 6. f. 24. & 25.

ea, quæ diximus ad A.M. 2549, hinc colligas. Qui agrum ſuum primo Iubilei anno ſanctificauerat pro agro Cori ſementem capiente quinquaginta ſiclos ſanctuarij: Deinceps quot anni Iubilei currentis præterierant, totidem Sicli & totidem inſuper Pondjonim diminuebantur de numero quinquaginta Siclorum. Siclus ſacer capit Pondjonin 48.

X. XIII. CYRENÆ.

Olympias XLI. Cleondas.

A. M. 3384. Cler. 836. V. C. 138. Ante Dn. 616. Ioſię XXIX. Nabopolaſſari X.

S*olinus de Cyrenarum conditu.* Maior, *inquit*, Syrtis oſtentat oppidum (Cyrenas vocant) quod Battus Lacedęmonius Olympiade prima & quadrageſima Rege Martio res Romanas tenente, anno poſt Troiam captam quingenteſimo ſexageſimo octauo condidit, quæ domus Callimachi Poetæ fuit & Patria. *Pindari Scholiaſtes Pythico quarto, ait regnum Battiadarum annos ducentos duraſſe alternis Battis, & Arceſilais ſuccedentibus. Euſebius ante annos CXLII. Cyrenarum conditum ponit tertio Olympiadis quintæ anno N. E. 1256. A. K. 694.*

Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancu' reliquit, *vt Ennij verbis vtar, ſuccedit illi L. Tarquinius, Is primò Lucumo dicebatur. Igitur Lucumo, Damarati Corinthij (de quo diximus A. M. 3340.) filius patre mortuo relictis Tarquinijs Etruriæ vrbe Romam ſe contulerat ſub Anco Martio cum vxore Tanaquilde Tarquinienſium nobiliſſimâ. Vbi pro Lucumone Tarquinienſi more Romano dictus eſt Lucius Tarquinius. Priſci cognomen poſtea additum eſt, vt à Superbo diſtingueretur; Quippe hic non tam ſuperbus, quàm vafer in Anci amicitiam irrepſerat, & in Senatorum numerum adſcitus etiam ab Anco moriente liberorum eius tutor relictus fuerat. Anco mortuo, dum libertatem populo reddere fingit, pupillos regno circumſcribit, regnatque annos duodequadraginta.*

Ennius v. 334. Dionyſ. Halic. Liuius. Strabo.

XI. XIV. NECHAO.

A. M. 3385. Cler. 837. V. C. 139. Ante Dn. 615. Ioſiæ XXX.

Euſeb.

PSammitico defuncto ſuccedit Nechao ſecundus huius nominis Ægypti rex, regnatq; annos ſex. Quando nam Ægypti reges Pharaones dici cœperint, nobis non conſtat. Certè ſub Abrahamo iam hoc cognomine gaudebant, & hic quoque Nechao Pharao dicitur in ſcripturâ. Et veriſimile eſt cognomen hoc retentum, quouſque Cambyces Cyri filius Ægyptum occupauit. Nechao videtur ſignificare πλήκτην, percuſſorem. Pharao verò τ͂ ἀποδιδόντα, qui rependit cuique mercedem debitam, ſiue pœnam, ſiue præmium.

Geneſ. 12. 15. 2. Reg. 23. 29. נכה פרעה

XIII. XVI.

A. M. 3387. Cler. 839. V. C. 141. Ante Dn. 613. Ioachazi I. Nabopolaſſari XIII.

PHarao Nechao Ægypti rex aduerſus Aſſyriorum regem bel- *2. Chron. 35. 19.*

2. Reg. 23. 29. lum geſturus iam ad Euphratem circa Carchemiſch vrbem peruenerat, cùm Ioſias illum à tergo adoriri parat. Monet Nechao Ioſiam ſe Deo autore bellum ſuſcipere. Sibi conſulat & paci. Ioſias abnuit & vltro Nechaonem irritat. *Ὡς ἔοικε γὰρ, inquit Diod. lib. 2. τοῖς εὐτυχοῦσιν ἡ τῶν πραγμάτων ἐπίῤῥοια τὴν τῶν πλειόνων ἐπιθυμίαν παρέισιν.* Nechao frontem obuertit, in Ioſiam licet inuitus arma conuertit. Pugna in campis Mageddo commiſſa. Ioſias vincitur, vulneratur, obit, cùm regnaſſet annos ſolidos XXXI. & aliquot menſes. Ita Ioſias in præſens quidem temeritatis pœnas luit. Sed in beatius regnum tranſlatus æterno ſuæ pietatis præmio fruitur, obuenturis calamitatibus, & ingrato populo ereptus. Huic Iſraelitæ ſubſtituunt filium minorem Ioachazum annos XXII. natum. Hunc (Eze. 19. 2.) quia impius erat, Deus tres tantum menſes regnare patitur, quorum initium ab huius anni fine.

2. Chron. 3. 15. Ioachaz igitur hic ſecundo Chronicorum dicitur Ioannes & primogenitus non ætatis, ſed dignitatis ratione, h. e. non quod primus natus ſit, ſed quod primus regnare cœperit. Quippe Ioſias vix ſedecim annos natus genuit Ioakimum octauo ſui regni anno. Ioachazum decimo, Sedekiam tertio decimo. Sallumum quo ſui regni anno genuerit, non conſtat. Poſt Sedekiam tamen natum vero conſentaneum eſt, cum quartus nominetur. Cur autem Ioachaz ante Ioakimum, Sallum ante Sedekiam regnare cœperit, non alia occurrit cauſſa præter populi pro- A cerumue arbitrium.

XIV. XVII.

Olympias XLII. Lycotas.

A. M. 3388. Cler. 840. V. C. 142. Ante Dn. 612.

Ioakimi I. Nabopolaſſari XIV.

B

NEchao Ioachazum abdicat, catenis vinctum in Ægyptum abducit, fratrem ei maiorem natu ſubſtituit Eliakimum ſcilicet, cui Ioakimo nomen fecit. Tributum centum argenti talentorum & vnius aurei (2. Reg. 23. 31. 2. Chron. 36. 3. Eze. 19. 5.) C Ioakimo imponit, cui exoluendo Ioakim populum grauiter vexat. Ita impius, rapax, ſæuus Ioakim Ioſiæ filius XX Iudæorum rex annos XXV natus regnat annos vndecim. Huius æra inchoatur ab huius anni Niſan vel ab antecedente Tiſri circa quem D obijt Ioſias.

XV. XVIII.

A. M. 3389. Cler. 841. Vrbis conditæ 143. Ante Dn. 611. Ioakimi II. Nabopolaſſari XV.

E

NAbuchodonoſor, vel Nebocad-netſar Nabopolaſſari filius viuente ac iubente patre in Iudæam aſcendit. Huic continuò manus dat Ioakim, & obſequium pollicetur, (2. Reg. 24. 1. נבוכדנצר) F quod vtcumq; pręſtitit annos duos, tertio rebellauit.

Selinus in Sicilia conditur annis CCXLII. antequam ab Annibale Giſconis filio euerteretur. (Diod. l. 13.)

Digitized by Google

IMPERIVM BABYLONIORVM.

XVII. I.

A. M. 3391. Cler. 843. V. C. 145. Ante Dn. 609. Ioakimi IV. Nabopolaſſari XVII.

4. Reg. 24. 1. Ier. 46. 2.

IOakim deſultoriâ leuitate Babylonis iugum excutit, vt Ægyptium rurſus ſubeat. Nechao viciſſim Babylonios, quod ſibi ſubditum Ioakimum infeſtaſſent, & ad defectionem impuliſſent, bello aggreditur. Huic obuiam it Nabuchodonoſor. Pugna circa Carcemis ad Euphratem commiſſa. Nechao victus, fugatus, occiſus eſt.

Tempus huius pugnæ memorabilis, diligenter ab Ægyptijs notatum fuiſſe non eſt dubium. Euſebius igitur collatis inter ſe Græcorum Ægyptiorumque monumentis didicit Neconem obijſſe anno quarto Olympiadis XLII. h. e. anno Iphiti CLXVIII. Nos ex Hiſtoriæ ſacræ ſerie, diſcimus factum id A. M. 3391. ἀπὸ κληρουχίας 843. Hæc inter ſe cùm apprimè conueniant, hoc nobis erit primum ac non contemnendum vinculum ad connectendam ſacram æram cum Iphiteâ. Pharaoni autem Nechaoni qui ſucceſſit, cum Pſammiticum vocat Euſebius, Pſammin Herodotus, eique tribuit annos ſex, rectè. Nec erit credo quiſquam, qui dubitet, quin in his rebus Herodoto

A potiùs quàm Euſebio accedere debeamus.

CAPTIVITAS

ANNORVM LXX.

B NAbopolaſſar filium ſuum Nabuchodonoſorem autoritate regiâ inſtruit ad Syriam & Ægyptum faciliùs perdomandam, vt docent Beroſus & Megaſthenes. Itaque Nabuchodonoſoris anni initium ducunt ab huius anni Tiſri vel à ſequente Niſan. R. Chaſda, *Regnorum*, C inquit, *epochas anticipare vitioſum, comperendinare rectum.* Tamen nonnunquam vel vnus menſis, atque adeò vel vnus dies anni labentis habetur pro anno integro. Hinc eſt, quod epochæ regum paſſim vno, vel etiam altero anno variant.

Beroſ. apud Ioſephum in App. l. 1. Megaſthenes. apud Euſeb. de prep. l. 9.

בראש השנה *Cap. 1. initio.*

בנדה *Cap. 5. f. 45. a.*

D Rurſus huius anni menſe Tiſri, inibat Ioakimi quintus annus, vel decurrebat ad medium quartus. Itaque hoc anno poſt menſem Tiſri Deus denunciat futurum, vt Nabuchodonoſor adueniens totam Iudæam occupet, ſubigat, peruaſtet. E Vaſtitatem illam & regnum Babylonicum futurum annorum ſeptuaginta. Ineunte verò ſeptuageſimo anno, ſe & Iudeæ deſolationi & Babyloniorum ſuperbiæ finem impoſiturum. *Anno*, inquit, *Ioakimi quarto, Nabuchodonoſori primo ſic Hieroſolymitanos nomine Iehouæ allocutus ſum.* F *Hic eſt viceſimus tertius annus à decimo tertio Ioſiæ anno, ex quo vos ſedulò compello & alloquor, vos verò non audiſtis &c. Quamobrem ecce ego, inquit Ieho-*

Ier. 25. 1.

ua, immiſſurus ſum Nabucadreſzarem A
Regem Babyloniæ ſeruum meum, &c. Eritque hæc terra deſolationi & vaſtitati, ſeruientque gentes iſtæ regi Babyloniæ ſeptuaginta annos. At cùm implebitur ſeptuageſimus annus, tum viſitabo ſuper regem Babyloniæ & gentem hanc, &c. Series ſermonis ſatis indicat B
hunc ipſum annum deſignari à Ieremia, à quo initium ducat imperium Babylonicum, ſeruitus Iudæorum & deſolatio Iudęæ, omniaque ſimul duratura annos ſeptuaginta.

Sub finem anni Ieremias forſan ob legalem aliquam immunditiem C
abſtentus per Baruchum ieiunium indicit nono menſe celebrandum, qui Iudæis dicitur Caſleu. Niſan cœpit Martij XXVII, feriâ tertiâ. Caſleu Nouembris XVIII, feriâ primâ. Eo
Ier. 36.9. menſe Baruch populo ieiunanti legit librum, quem Ieremiâ dictante D
ſcripſerat comminatorium aduerſus regem & populum, niſi reſipiſcant, deinde ſeorſim principibus cum legit. Ioakim interim ſpretâ ieiunij ſolennitate ſecurus in palatio deliciatur ineunte quinto ſui regni anno iam inde à Tiſri, vel currente adhuc E
quarto vſque ad ſequentem Niſan. Vtrumque conuenit. Iubet propheticum Ieremiæ librum ad ſe perferri, legi. Vix dum tres, quatuorue paginas audierat, cùm correptum, laceratumque librum in ignem inijcit, diſſuadentibus quidem aliquot Prin- F
cipibus, ſed nemine, vt par erat, cohorreſcente.

Diod. l. 13. *Himera conditur annis CCXL. antequam ab Annibale Giſconis filio ſubuerteretur Siciliæ vrbs non vltima.*

XVIII. II. SALLVM.

Olympias XLIII. Cleon.

A. M. 3392. Cler. 844. V. C. 146. Ante Dn. 608.

Ioakimi V. { Nabopolaſſari XVIII. Nabuchodonoſoris I.

NAbuchodonoſor, dum ſuas iniurias vltum it, Ieremiæ pro- *1. Reg. 24. 2.*
phetias implet, & iuſta Dei iudicia exercet aduerſus Ioakimum fœdi fragum, hominibus & Deo infidum. *Anno*, inquit Daniel, *tertio* hebdo- *Dan. 1. 1.*
C madis *regnante Ioakimo rege Iuda venit Nabuchodonoſor rex Babylonis aduerſus Ieruſalem & obſedit eam.* Vocem *hebdomadis* ſupplemus, quia re uera hic annus erat Ioakimi quintus, hebdomadis tertius currens vſq; ad Autumnum. Eandem Ellipſim habes
D Ierem. XXVIII. 1. vt notamus A. M. 3400. Ioakim igitur pœnas impietatis luens, ſimul principes multi, plebeijque quamplurimi captiui abducuntur, atque inter reliquos etiam aliquot pij reliquis exemplo ac documento futuri, vt Daniel cum ſo-
E cijs. Multa etiam templi vaſa tranſportantur. Hæc deportatio non potuit non magnam Iudęæ vaſtitatem importare. Itaque iam tum multis locis cœpit ἑβδομηκονταέτης Iudęæ ſabbathiſmus de quo 2. Cron. XXXVI. 21.

Ioſephus ait ante captiuitatem re- *Ioſ. Antiq.*
F gnatum inde à Dauidis & Saulis (ad- *l. 11. c. 4.*
de Samuelem & Heli) temporibus *p. 326.*
annos DXXXII. h. e. primum captiuitatis annum cõuenire cum DXXXII. anno à morte Samſonis. Ioakimi deportati loco frater eius Sallum. Ioſiæ

Digitized by Google

1. Chron. 3.15. Ierem. c. 22.11. & c.36.30.

filius Iechoniæ infantis patruus nomine tutoris vel proregis regia munia obiens à Ieremiâ merito rex, paternoq; ſolio inſidens dicitur. Quià autem populus optabat & à pſeudoprophetis ſperare iubebatur Ioakimi reditum, Ieremias contra pronunciat nunquam rediturum, ſed in Babyloniâ moriturum, inſepultumque cadauer eius beſtijs obiectum iri. Cùm igitur alibi dicitur dormire cum patribus ſuis, hinc colligimus, phraſim illam non de ijs tantum intelligendam, qui in monimentis auiris conduntur, ſed in genere de ijs omnibus dici poſſe, qui patrum exemplo mortis ſomno corripiuntur, vel ſpeciatim de ijs, qui in Domino moriuntur. Quidni enim piè credamus Ioakimum tot Dei flagellis caſtigatum tandem reſipuiſſe?

2.Reg. 24.6.

Abducto igitur Ioakimo ſic fratrem eius Sallumum compellat Ieremias. *Is qui egreſſus eſt ex hoc loco* nempe Ioakim, *non amplius huc reuertetur. Nam quo loco abduxerunt eum, ibi morietur, & terram hanc non videbit amplius.* Sed & *væ* tibi *adificanti domum iniuſtè*, &c. Adeò altas in noſtris animis radices egit vitium, vt niſi intus agat ſanctificator Spiritus, nos in dies non tantùm ad Dei verba obſurdeſcamus, ſed & ad verbera obdureſcamus. *Quorſum plectamini? addetis præuaricationem.*

Ier.22.11.

Eſ.1.1.

Iacebat Iudæa maximam partem inculta, & tamen Sallum morti delicias facit, & victorias ὀνειροπολεῖ. Hieroſolymitani in omnia εἰδωλομανίας genera, & ſcelerum portenta proteruiùs quàm vnquam antehac

A tuunt. Sed horum ἀπηλγηκότων, qui tum demum ſibi viuere, & regnare videbantur, πώρωσις, ſtupor, veſania non potuit obſtare, quin ab hoc anno initium ducerent ſeptuaginta Iudaicæ ſeruitutis ac deſolationis, & Babylonicæ in Iudæos dominationis

B anni, de quibus Ieremiæ xxv. & xxix. & 2. Chronic. xxvi. 21. vt rectè agnoſcunt Iudæi, Fr. Ribera, & alij, quorum rationibus Scaliger, Caluiſius, Torniellus copioſiùs, & ſpecioſiùs quàm ſolidiùs reſpondent. Diximus A. M. 1689. Matthęi

C primo, v. xi. videri nobis deeſſe hemiſtichium in pleriſque codicibus, ac legendum eſſe, *Joſias autem genuit Joakimum & fratres eius. Ioakim autem genuit Iechoniam* ἐπὶ μετοικεσίας Βαβυλῶνος, *i. ſub ipſum deportationis Babylonicæ tempus. Poſt deportationem au-*

D *tem Babylonis*, h. e. non poſt vltimum, ſed poſt primum illius tranſmigrationis annum *Jechonias genuit Salathielem*, &c. Omnino, cùm Iechonias octennis ad regnum acceſſerit 2. Reg. xxiv. 8. neceſſe eſt eum natum paulò antequam pater eius

E Ioakim in exilium duceretur. Ita Ioakimi deportatio, circa quam natus Iechonias, à B. Matthæo κατ' ἐξοχὴν μετοικεσία, tranſmigratio dicitur. Cuius nuncupationis cauſam perſpicuam facit epilogiſmus noſter: nempe quia ab eâ incipiunt LXX. tranſmi-

F grationis anni à Ieremiâ prædicti.

(.·.) (.·.)

(.·.)

XIX.

XIX. III. PITTACVS.

A. M. 3393. Cler. 845. V. C. 147. Ante Dn. 607.

Ioakimi VI. { Nabopolaſſari XIX. Nabuchodonoſoris II.

Euſeb. *Pittacus Mitylenæus ſeptem Græciæ ſapientum vnus cum Phrynone Athenienſi Olympionice congreſſus eum interficit. Inter eos conuenerat, vt paribus armis certarent. Pittacus eadem quidem arma protulit, quæ Phryno. Sed ſub clypeo reteiaculum abdiderat. Eo explicato nec opinantem Phrynonem inuoluit, & humi afflictum iugulat, quaſi illud ocanens.* *Polyænus l. 1.*

Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

Pro Sigeo autem certabatur. Clemens Alexandrinus, Euſebius, alij ſuſpicantur Græcos ab Hebræis non pauca mutuatos. Huiuſmodi ſuſpicionibus indulgere ſi licet, dixerim Pittacum de Iacobi ſcala aliquid audiuiſſe, vt hæc cauſſa ſit, cur templis ſcalam, non ad vſum, ſed quaſi ad myſticum documentum anathematis inſtar donare ſit ſolitus teſte Æliano, qui ſcalâ hac vult fortunæ volubilitatem & rerum humanarum viciſſitudinem à Pittaco adumbratam fuiſſe. Potuit alia eſſe Pittaci mens. *Ælian. l. 2. c. 29.*

XXI. V. CHALDÆI.

A. M. 3395. Cler. 847. V. C. 149. Ante Dn. 605.

Ioakimi VIII. { Nabopolaſſaris XXI. Nabuchodonoſoris IV.

Dan. c. 1. Omnis veritas à Deo eſt. Omnis vera ſcientia radius eſt ſapien-

A tiæ cœleſtis. Itaq; etiamſi Chaldæorum Schola maximam partem vanitatis potiùs quàm veritatis magiſtra eſſet, tamen quidquid in illis veri docebatur, id Daniel cum ſocijs multò fœliciùs didicit, quàm ipſi Babylonij, faciente id Deo, *patre luminum, à quo* *Iacob. 1. 17.*
B *eſt omnis bona donatio & omne donum perfectum:* quodque ſpondebat mentiendi potiùs quàm vaticinandi ars, ἡ μαντικὴ, diuinatrix, id præſtabat cœlitus infuſa ſapientia. Neque ſanctas animas impiare potuerunt profana nomina illis ab aulicorum principe
C impoſita, à quo Daniel dictus eſt *Beltſchatſar*, h. e. Beltis theſauraria, vel Beltidis theſaurarius. Chananias *Sadrac.* Miſael *Meſac.* Azarias *Abednego*, i. Seruus Veneris. *Sadrac* & *Meſac* ſunt deorum Babyloniorum nomina. Neque caſtas mentes inquina-
D re potuerunt immundæ mundi deliciæ. Maluerunt ſolis leguminibus veſci, quam quidquam εἰδωλόθυτον aut lege vetitum attingere.

Igitur, quamuis *Colloquia mores praua corrumpant bonos*, Deus, qui in ſalſiſſimo mari dulciſſimos piſces
E conſeruat, iuuenes iſtos in vaniſſimâ Scholâ, in aulâ corruptiſſimâ ſobriè educatos, vera edoctos, cœleſtis ſapientiæ conſultos præſtitit, vt poſt triennij inſtitutionem Nabuchodonoſor illos compertus ſit reliquis omnibus decuplo præſtantiores, ſiue
F formæ elegantiam, vultus aut ingenij amœnitatem, mentis ſagacitatem ſpectes, ſiue quamlibet ſapientiæ, prudentiæue partem conſideres.

XXII. VI.

Olympias XLIV. Gelon.

A. M. 3396. Cler. 848. V. C. 150. Ante Dn. 604.

Ioakimi IX. { Nabopolaſſari XXII. Nabuchodonoſoris V.

Euſeb. *Sappho & Alcæus Poetæ clari habentur.*

XXIII. VII. APRIES.

A. M. 3397. Cler. 849. V. C. 151. Ante Dn. 603.

Ioakimi X. { Nabopolaſſari XXIII. Nabuchodonoſoris VI.

Herodot. *Psammis Nechaonis filius, Ægypti rex, cùm poſt patris obitum regnaſſet annos ſex, obit. Quod autem Euſebius ei duodecim annos tribuit, hæc cauſſa eſſe potuit. Cum ad peregrinum bellum ſeſe accingerent reges, ſæpe filijs ſuis ante profectionem regium nomen imponebant. Duodecimo autem ante hunc anno ad bellum Aſſyrio inferendum copias conſcribebat Nechao. Poſt Pſammin regnat filius Apries ſiue Chophrah annos viginti quinque, h. e. viceſimo quinto regni anno obijt, annis triginta poſt Nechaonem auum, quæ cauſſa eſt forte, cur Pſammis annis adnumeratis legerit alicubi Euſebius Uvaphrem vel Ἀπρίην annos triginta regnaſſe. Cophrahi igitur ſiue mauis Uvaphris aut Apriæ Ægyptiorum regis æra vel ab hoc vel à ſequente anno inchoari poteſt. Itaque rectè Clemẽs Alexandrinus Stromatum lib. 1. cùm ait Jeconiam in captiuitatem abductum ſecundo Uvaphris Ægyptiorum regis anno. Nabuchodonoſoru ſeptimo, octauum potius dicere debuerat, ſed perperam Clemens ſecundam hanc captiuitatem tertiâ confundit.*

XXIV. VIII.

A. M. 3398. Cler. 850. V. C. 152. Ante Dn. 602.

Ioakimi XI. { Nabopolaſſaris XXIV. Nabuchodonoſoris VII.

Nabuchodonoſor ſubinde prout ira, vel Iudæorum defectiones animum eius proritabant, captiuos Hieroſolymis in Babyloniam abducebat. Deportationum huiuſmodi fuerunt aliæ maiores, aliæ minores. Maiores fuerunt tres. Minores totidem, quas vno ductu recenſet Ieremias capite vltimo. *Hic eſt,* inquit, *populus quem captiuum abduxit Nebucadretſar.* Nempe diximus A. M. 3264. Babylonios modo *Netſar,* modo *Retſar* dicere. Hæ ſunt, inquam, non omnes, non maiores, ſed minores deportationes. *Anno ſeptimo* abduxit *Iudæorum tria millia & viginti tres. Anno decimo octauo Nebucadretſaris abduxit Hieroſolymis animas octingentas triginta duas.* non quod tum iam potiretur vrbe, ſed quod quotidie plurimi Hieroſolymitani ad Babylonios deficerent. De tertiâ minorum deportationum vide A. M. 3414. Ier. 52. 17.

XXV. IX.

A. M. 3399. Cler. 851. Vrbis conditæ 153. Ante Dn. 601.

Iechoniæ I. { Nabopolaſſari XXV. Nabuchodonoſoris IIX.

Ioakim extorris, captiuus, miſer Babylone moritur annis vndecim & aliquot menſibus, poſtquam à Nechaone rex dictus fuerat. Huius cadauer ad Gemonias abijcitur. Filius eius Iechonias ipſo deportatio- Ier. 36. 30. & 22. 18. 52. 8. 2. Reg. 24. 8. 2. Chron. 36. 9.

Matt.1.11. nis anno natus, rex non priùs dictus eſt, quàm audita eſt mors patris. Ioakimi morte auditâ Hieroſolymitani Iechoniȩ VIII. annum agenti regium nomen imponunt. Sed prædixerat Deus Ioakimi ſemen in ſolio Dauidis non ſeſſurum, i. permanſurum. Sedere enim dicuntur non tranſuolantia, ſed quæ aliquandiu pedem figunt. Nabuchodonoſor igitur, quia id ſuo iniuſſu factum videbat, in Iudæam proficiſcitur ſub finem anni, h. e. æſtatis. Niſan quidem in multis, in pluribus tamen rebus Tiſri, ſiue mauis Autumnus annum inchoat, pùta in re Georgicâ, & hortulariâ in Sabbathiſinis, & Iubileis, vt docet Talmud ſtatim initio libri de anni capite. Iechonias captiuus abducitur, cum regnaſſet menſes tres & dies decem. Abducitur & Ezekiel, & Iudæorum XVIIIM. cum aliquot templi vaſis. Huic Nabuchodonoſor ſubſtituit Matthaniam Ioſiæ filium, eique Tſedekiæ nomen imponit. Erat annos XXI. natus, regnauitque annos vndecim, quorum initium ab huius anni Tiſri vel ſequente Niſan. Quidam ex Ierem. XXIX. 10. colligunt hinc arceſſendum initium annorum LXX. Sed Ieremias eo capite alloquitur omnes ſimul captiuos tam primâ quàm ſecundâ captiuitate abductos, docetque totum captiuitatis Iudȩorum & imperij Babylonici tempus futurum annorum LXX. Cæterum Iechonias octennis dicitur filius annorum (1. Chron. 3.15.) octodecim, quia *duodeuiceſimo* (Ier. 22.11.) Iubilei *anno regnare cœpit*. Mihi certe melior ratio non occurrit quâ conci-

A liem ſecundum Regum XXIV.8. cum ſecundo Chronicorum XXXVI.9. Sedekiæ autem æra inchoatur modo ab huius, modo à ſequentis anni Niſan, modo ab intermedio Tiſri.

XXVI. X. CHANANIAS.

B Olympias XLV. Anticrates.

A. M. 3400. Cler. 852. Vrbis conditæ 154. Ante Dn. 600.

Sedekię I. { Nabopolaſſaris XXVI. Nabuchodonoſoris IX.

C Reges Tyri, Sidonis, Idumæorum, Moabitarum, & Hammonitarum legatos ad Sedekiam mittunt, eum ad rebellionem incitaturos. Ieremias illis iuga mittit, quæ (Ier.27.1.) perferant ad reges ſuos, vetans ne Babyloniorum iugum excutiant, ſed patienter ſubeant. D Alioqui fame, peſte, gladio male perituros, reliqua vaſa in Babyloniam adſportatum iri. Hæc autem quum dicantur fieri modo ſub Ioakimo, modo ſub Sedekiâ, hinc colligimus Sedekiam Ioakimi quoq; nomen vſurpaſſe. Eodem *anno* (28.1.) hebdomadis *quarto menſe quinto* E Chananias Pſeudopropheta conteſtatur intra biennium Iechoniam & vaſa ſacra reductum iri. Iugum ligneum Ieremiæ collo detractum confringit. Ieremias contra iugum ligneum ferreo commutat affirmatque Chananiam eo anno moriturum. F Perijt ſequente Tiſri eiuſdem anni. Menſis, quo hæc prædicta ſunt, cœpit Iulij XXIV. Sabbatho. Tiſri Septembris XXI. feriâ tertiâ.

Quod autem vocem *hebdomadis* (Ier.28.1.) ſuppleuimus, de eo vide ſupra A. K.

844. In Seder Holam legimus. In A medio *Iubilei migrauit Iehoiacim.* Lege. *In medio hebdomadis.* Autorem ita ſcripſiſſe docet ipſa probatio, qua ſententiam ſuam muniter Ierem. 28. 1. *Camarina in Sicilia conditur Olympiade 45. ſtatque annos* XLVIII. *vſque ad* LV. *Olympiadem qua diruta eſt. Conditur & Maßilia à Phocaenſibus in mari Liguſtico annis* CXX, *ante pugnam Salaminiam, vt docet Timaus apud Marcianum* τῷ περιηγητῇ. *Solinus quadriennio prius conditam ait, Olympiade* XLIV.

Scholia Pindari Olymp. 5.

I. XIII. SARAIAS. C

A. M. 3403. Cler. 855. Vrbis conditæ 157. Ante Dn. 597.

Sedekiæ IV. { Nabopolaſſaris XXIX. Nabuchodonoſoris XII.

Ier. 51. 59. Apud Ieremiam vulgata verſio D ſic habet. *Verbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ, filij Maaſiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem in anno quarto regni eius. Saraias autem erat princeps Prophetiæ.* Melius LXX. ὅτε ἐπορεύετο παρὰ Σεδεκίου, h. e. *cùm iret* miſſus à *Sedekia.* E

את במקום מאת Id ſæpe ſignificat Hebræa vox ET ſumpta pro ME ET, vt Exod. IX. 29. Geneſ. LXIX. 25.

Saraiam Prophetiæ principem cur dicat interpres, non video. Prophetia paſſim vocatur *Maſſa*, h. e. onus.

משא מנוכה Nuſquam, quod ſciam, *Menucha*, i. F qui es. LXX. legerunt *Mincha*, ideoq; verterunt ἄρχοντα δώρων *principem munerum.* Videtur potiùs fuiſſe nomen proprium loci, non procul à Kariatiarim. Cuius partẽ obtinebat *Roe* filius *Sobalis*, 1. Chron. 2. 52. quem locum miro modo exponit vetus interpres, *qui videbat dimidium Requietionum.* Sed nec hic Saraias poteſt eſſe princeps Sacerdotum, qui cum Sedekiâ abductus dicitur 2. Regum cap. vlt. & Ieremiæ vltimo, vt putat Torniellus A. M. 3439. B

קראה בצי מנחות

Quippe ſummus Sacerdos Saraias, Eſdræ pater, erat filius Hazariæ, nepos Helkiæ. At Saraias Sedekiæ legatus erat Neriæ filius, Maaſiæ nepos. Vt autem ſcirent Iſraelitæ Deo tam facile eſſe Babylonem, quàm Hieroſolyma ſubuertere, mittit Ieremias ſuas in Babylonios prophetias toto capite LI. & alibi paſſim conſignatas, vt Babylone coram Iſraelis legerentur. *Cumque compleueris*, inquit, *legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem & proijcies eum in medium Euphratem, & dices. Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget*, &c. Hæc ad literam quidem primò de Euphratenſi Babylone ſunt intelligenda. Et perijt ſanè, ſi non ſub Cyro, ſuo tamen tempore, & nunc quoque iacet. Sed anagogicè & primariò ad ſpiritualem Babylonem referenda hæc eſſe docet Apoſtolus Apocal. XVIII. 21.

Eſdræ 7. 1. Ier. 51. 59. v. 63.

II. XIV. EZEKIEL.

Olympias XLVI. Chryſamaxus.

A. M. 3404. Cler. 856. Vrbis conditæ 159. Ante Dn. 596.

Sedekiæ V. { Nabuchodonoſoris XIII. Nabopolaſſaris XXX.

Epimenides *Athenas peſte laborantes luſtrat Olympiade* XLVI, *teſte* *Diogenes Laertius.*

Laertio. Euſebius quinquennio ſerius id A
refert.

Ezc. 1. 1. Ezechiel prophetare incipit. *Et*
fuit, inquit, *anno triceſimo* Nabopo-
laſſaris *quarti menſis, die quinto. Ipſe eſt*
annus quintus, exiens *captiuitatis Ie-*
choniæ. Tempus conuenit cum Iunij
XXII. feriâ ſecundâ. Sic autem Nehe- B
Neh. 1. 1. mias, *Et fuit menſe Caſleu anno viceſi-*
mo Artaxerxis *cum eſſem Suſane*, &c.
Torniellus meritò explodit ſenten-
tiam Hieronymi Pradi, qui Nabo-
polaſſarum cum Nabonaſſaro con-
fundens putat Ezekielem cœpiſſe
prophetare triceſimo Nabonaſſari C
Torniel. A. M. 3440. anno. Addit. *Quod autem etiam ab ipſo*
Nabopolaſſar noua æra poſtmodum au-
thoritate publicâ fuerit instituta, nuſ-
quam reperimus, neque Pradus id pro-
bat. Neque hoc neceſſe eſt. Sed cu-
iuſcunque regis, quandiu regnat,
æra ab ijs quibus imperat, paſſim D
vſurpabatur. Nonnunquam etiam
tacito regis nomine, vt patet Ne-
hem. 1. 1. Quod autem Torniellus
vult deſignari trigeſimum annum
vitæ Ezekielis, id exemplo & ratio-
ne caret. Quis vnquam Propheta
prophetias ſuas annis vitæ ſuæ con- E
ſignauit?

Quæ ratio potuit Ezekielem in-
uitare, vt non tantum annis vitæ ſuæ
ſuas prophetias inſigniret, quod à
nullo Propheta vnquam factum le-
gimus, ſed etiam velit nos id diui-
nare? *Anno triceſimo*, vitæ meæ ſcili- F
cet. Contra, quid poteſt rationi con-
uenientius dici, quàm vt Ezekiel Ba-
bylone agens deſignarit annum re-
gis, cui parebat? pro cuius incolumi-
tate quotidie precabatur? At is Na-
buchodonoſor eſſe non potuit. Fuit
igitur pater eius, quem Beroſus &
alij teſtantur cum filio regiam ſuam
poteſtatem communicaſſe, aliquot
annis antequam moreretur. Torniel-
lus occurrit. *Nabuchodonoſoris pater*,
inquit, *vixit tantum annos* XXI. At Torniel. A. M. 3428. §. 8.
quid procliuius fuit, quàm ſcribere
εἴκοσι ἓν pro εἴκοσι ἐννέα XXI. pro XXIX?
Omnino fixum & immotum ſtet ne-
ceſſe eſt, quod toties, & tam luculen-
ter à Scaligero demonſtratum à Tor-
niello plane diſſimulari miror, nem-
pe ſubintelligi hîc vocem *Nabopolaſ-*
ſaris, cùm, quidquid hactenus ten-
tatum ſit, nihil aliud occurrat, quòd
cùm ratione ſubintelligi poſſit. Atq;
hoc eſto primum vinculum idque
firmiſſimum ad connectendam hi-
ſtoriam ſacram cum exoticâ, hoc
modo. Regni Sedekiæ, ſiue captiui-
tatis Iechoniæ quintus annus eſt Na-
bopolaſſaris triceſimus, cùm nihil
aliud rationi conuenienter ſuppleri
poſſit. Nabopolaſſaris triceſimus au- Ptolem. l. 5. c. 14.
thore Ptolemæo minimè omnium
ſuſpecto eſt Nabonaſſari centeſimus
quinquageſimus ſecundus, & con-
ſequenter, conſentientibus vno ore
omnibus Aſtronomiæ peritis annus
ante Chriſti æram quingenteſimus
nonageſimus ſeptimus. Ezekiel igi-
tur prophetare cœpit annis 596. ante
Chriſti æram.

IV. XVI. SOLON.

A. M. 3406. Cler. 858. V. C.
160. Ante Dn. 594.
Sedekiæ VII.
Nabuchodonoſoris XV.

Laertius. Euſebius.

Solon leges Athenienſibus dat tertio Olympiadis XLVI anno. Vixit autem annos octoginta. Apud Gellium, dicitur factum id anno V. C. CLXX. Tarquinij Priſci XXXIII.

Ioſeph. in Appion. l.1.

Itobalus Tyri rex regnat annos decem & nouem, quorum initium arceſſendum annis quatuor & quinquaginta ante Perſicum Cyri imperium.

Daniel. 2.1.

Anno ſecundo regni Nabuchonoſor, ſomniauit Nabuchodonoſor ſomnia, &c. Cùm Daniel non dicat Ioakimum captũ primo Nabuchonoſoris anno, veriſimile eſt eum Nabuchodonoſoris annos inchoate à morte patris, cui nemo tribuit plures triginta annis. Ita primum hoc Nabuchodonoſoris ſomnium potuit in hunc annum incidere. Torniellus vult hos eſſe imperij annos, quos ipſe inchoat à XXIV. Nabuchodonoſoris, quaſi tum debellatis omnibus hoſtibus nouam Monarchiæ ſuę æram inſtitueit. At non ante trigeſimum ſui regni annum Ægytum ſubegit. Vt vt ſit, ſomnij, quod verè dixeris non ὄναρ, ſed ὕπαρ, hæc mens erat. A Nabuchodonoſore vſque ad aduentum Chriſti æternùm duraturi & omnia mundi regna contrituri quatuor exorituras Monarchias, ita quidem vt poſterioris mores deteriores futuræ eſſent moribus prioris, robur verò maius. Hæ ſunt Babylonica, Perſica, Macedonica, Romana, cui Daniel non tantum pedes & κνήμας, tibias (vt habent LXX. & vetus intetpres) ſed etiam crura tribuit ferrea. Sed voce *Regel* intelligere videtur tam tibias quàm pedes partim ferreos, partim luteos mixtu-

שקוהי רגלוהי

râ non cohęrentes, quia Romę inde ab exactis Regibus, maximè verò inde ab euerſione Macedonici imperij circa annum Vrbis conditæ 586. duæ factiones ſemper fuerunt plebeiorum & patriciorum ſubinde quidem dextras copulantium, & cõciliationem matrimonijs firmantium. Sed *male ſarta Gratia necquicquam coit & reſcinditur*. Tandem in neruum erupit diſcordia. Cæſar plebeiæ factionis princeps patricios ſubegit, & Reip. libertatem oppreſſit: mox rurſus diſſiliente diſcordiâ lutecę patriciorum factioni opprimendæ vltimam manum impoſuit, & Monarchiæ coronidem adiecit Auguſtus, ſub quo natus eſt CHRISTVS Deus in ſecula benedictus. Auguſto autem quaſi plebis patrono nullus titulus magis arriſit, quàm cùm illi oblata eſt Tribunitia poteſtas. Fuit hic vltimus & ſummus honorum Auguſti cumulus.

V. XVII. ASTYAGES.
A. M. 3407. Cler. 859. Vrbis conditæ 161. Ante Dn. 593. Sedekiæ VIII. Nabuchodonoſoris XVI.

NAbuchodonoſor Sedekiam rebellem caſtigaturus Hieroſolyma obſidet, menſis decimi, die decimo. Decembris tricelimo. Sabbatho. Hanc ob cauſſam inſtitutum decimi menſis ieiunium de quo Zacariæ VIII, 19. 2. Reg.25.1. Ier.52.4. Eze.24.1.

Cyaxari ſuccedit filius Aſtyages tertius Medorum rex, quem Cteſias quidem apud Diodorum vocat Apandam, vel Herod.

Digitized by Google

Aſpadam, ſed fatetur eundem à Græcis dici Aſtyagem. Huic Euſebius triginta octo annos tribuit. Herodotus triginta quinque.

VI. XVIII.

ANACHARSIS.

Olympias XLVII. Eurycles.
A. M. 3408. Cler. 860. V. C. 162. Ante Dn. 592.
Sedekię IX.
Nabuchodonoſoris XVII.

Laertius.

ANacharſis Scytha Athenas venit Olympiade XLVII. *Prætore Eucrate. Cùm Solon Athenis legiſlatorem ageret, Anacharſis ad eum venit cupiens eius eſſe hoſpes. Abnuit Solon. Anacharſis apud eum per literas conqueritur.* Ἀπηξίωσας, *inquit,* καὶ ἀπεκρίνω ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μὴ *(legendum videtur* με*)* δεῖν ξενίαν συνάπτειν. *Solonis menſerat, Scytha cum Scythis, Græcicum Græcis ius hoſpitalitatis contrahant. Habebat Anacharſis in hoc reſponſo, quod culparet. Solonis tamen mentem minime videtur aſſecutus, cum ait.* Si quis canem Spartanum tibi daret, nunquid iuberes vt canem illum Spartam reduceret, ac tum demum inibi canem tibi donaret? *Suſpectum autem videtur, quod in antecedente epiſtolâ legitur.* Reges Perſarum & illorum amici cùm maximos animos gerant, tamen quando cum Græcorum legatis Græcâ linguâ loqui volunt, σολοικίζουσι, ſolœciſmos admittunt. *Haud ſcio an viuente Anacharſide vllum fuerit Perſis cum Græcis, certè cum Europæis per legatos commercium.*

Cùm Tyrij Hieroſolymitanis obſeſſis, non ſecus ac ſi iam capti eſſent, inſultarent, Ezekiel exitium ipſius Tyri denunciat Schebat primo, Ianuarij XXI. Pauloque poſt cœpit obſidium Tyri. Vide A. M. 3409. 3421. & 3447. Sequentis Thebet duodecimo, Decembris XXII, Sabbatho Ezekiel in Ægyptios prophetat. Ij Iſraelitis obſeſſis opem ferre cogitarunt, ſed fruſtra fuerunt. Babylonij aliquandiu obſidionem ſoluerunt, & mox redintegrarunt. Dum liberiùs agebant Hieroſolymitani, Ieremias vrbe egrediens corripitur, quaſi defectionem meditaretur, & carceri includitur. Hic carcer fuit Ieremiæ ſaluti.

Ezek. 26. 1.
29. 1.
Ierem. 37. 1.
Talmud בסוטה *Cap. 7. f. 42. 4.*

VII. XIX.

A. M. 3409. Cler. 861. V. C. 163. Ante Dn. 591.
Sedekiæ X.
Nabuchod. XVIII.

CVm omnes prophetiæ Ezekielis ordinem temporis ſequantur accuratiſſimè, duoque tantum loca occurrant, quæ ſeriem illam videntur turbare, nempe c. 26. 1. & c. 29. 17. videndum, an illa ipſa loca poſſint ita exponi, vt rationem temporum confirmẽt potiùs quàm conturbent. Fiet id, ſi c. 26. 1. ſic vertas. *Et fuit vndecimo* menſe *anni, primo die menſis.* Conueniet tempus A. M. 3408. Ianuarij XXI. exeunte anno nono captiuitatis Iechoniæ.

Sequens prophetia Ezekieli oblata eſt *decimo* ſuæ captiuitatis *anno, menſe decimo, duodecimo die.* Conuenit tempus A. M. 3408. Decembris

Ezek. 29. 1.

xxii, Sabbatho. Sequens prophetia A
conuenit huic anno, Aprilis ſepti-
mo, feriâ primâ. Itaque ſic vertendum
recte monet Scaliger. *Et fuit*
29.17. *viceſimo ſeptimo anno* Iubilei, *primo die*
primi menſis. Scaligeri ſententiam
confirmat, quod autumno ſequente
iniijt annus Sabbathicus, quo Sede- B
Ier. 34.8. kias obſidione durante ſeruos He-
bræorum ex legis præſcripto iuſſit
manumitti, ſed ἀφοσιώσεως ἕνεκα. Mox
enim eos à dominis rurſus mancipa-
ri permiſit.

VIII. I.

A. M. 3410. Cler. 862. Vrbis conditæ 164. Ante Dn. 590. Sedekiæ xi. Nabuchod. xix.

2. Reg. 25.3 Hieroſolymis ingraueſcit fames
Tamuz ſiue quarti menſis die D
Ier. 52.12. 39.2. nono, Iulij primo. Vrbs capitur Ab,
ſiue quinti menſis die ſeptimo, Iulij
xxix. Templum conflagrat ſub ve-
ſperam noctis quæ interceſſit inter
Ab nonum, & decimum, Iulij vlti-
mum & Auguſti primum, feriam
quintam & ſextam. Quamobrem E
Ieremias factum id refert quinti
menſis die decimo, Iudæi verò die
nono. Characterem addit Talmud
Talmud. & Chronicum Hebræorum inſi-
בתענית gnem. *Primi*, inquit, *templi deſolatio*
Cap. 4. *contigit exeunte ſeptimanâ dierum, &*
f. 29. a. *exeunte ſeptimanâ annorum, Ioaribi* F
Seder Holam. *præfecturâ miniſterium ſuum obeunte,*
Ab nono. Confirmat id hymnus
rythmicus Hebraicus à Scaligero
laudatus, qui verſibus Latinis ſic red-
di poteſt,

A *Sub veſperam, deiq; nonâ menſis Ab* Scal. notæ in fragmẽta p. 50.
Ego Ioarib meo vocabam muneri.
Cum ſubijt hoſtis, hoſtias offert ſuas,
Adytumque ſacrum penetrat iniuſſu
Dei.

Hîc Scaliger. *Interuallum*, inquit, *à*
Paſcha Ezekiæ ad excidium templi non
B *conuenit*. Non. Sed conuenit à primo
die Niſan, quo expurgatio templi
cœpit, à quo die ad hunc ſunt dies
51246, orbes ſacerdotales trecenti
quinque, dies ſex.

Hic concurſus fortuitus eſſe non
potuit, eoque minus ſuſpecta eſt
C Iudæorum obſeruatio, quod eorum
Chronologiam non fulcit, ſed euer-
tit. Pridem enim Iudæi ſuas rationes
peſſimè inſtituunt, maximè inde à
conditu templi Salomonici, quod
ſtetiſſe volunt tantum annos decem
& quadringentos, cùm ſteterit an-
D annos 427. Erroris cauſſa eſt, quod
primam captiuitatem cum tertiâ,
primum Nabuchodonoſoris annum
cum vndeuiceſimo confundunt.
Multò abſurdius eſt, quod ab euer-
ſione primi templi ad euerſionem
ſecundi numerant tantum annos
E 490, cùm verum interuallum ſit an-
norum 658.

Hic error tam vetus eſt, vt eius ve-
ſtigium extet apud ὑποβολιμαῖον, qui
ſua ſomnia Eſdræ nomine obtruſit,
cùm haud multò poſt Domitianum
vixerit. Non mirum igitur ſi hunc
F errorem hebdomadum Danielis in-
terpretationi aditum occludentem
ambabus vlnis amplexi ſint magno
conſenſu non tantum nuperi Iudæi
in ſuis Kalendarijs, & Chronicis, ſed
& veteres in Talmude. In eo R. Io-
annes.

Talmud ביומא Cap. 1. fol. 9. a.

annes. *Prius Sanctuarium*, inquit, *ſtetit annos decem & quadringentos, & huic tamen duodeuiginti tantum ſummi Sacerdotes inſeruierunt. Poſterius verò Sanctuarium ſtetit annos quadringentos & viginti, & illi inſeruierunt pluſquam trecenti ſummi Sacerdotes.* Falſa (A) ſunt hæc omnia, neque tamen vera (B) deſinit eſſe Salomonis ſententia, quam huc referunt. *Timor Domini addit dies, ſed anni improborum decurtabuntur.*

Eiuſdem anni menſe ſeptimo, die tertio, Septembris XXII, feria ſecuncunda, ineunte primo nonæ Hebdo- (C) madis anno, & quidem, vt rectè notat Seder Holam diebus duobus & quinquaginta poſt templum dirutum Iſmael ſanguine regio ortus Godoliam, quem Nabuzardan Nabuchodonoſoris legatus Iudęæ præfectum inſtituerat fraudulenter oc- (D) cidit ex inſidijs. Hęc fuit vltima fundi Iudaici calamitas. Ἀπὸ κληρουχίας ad eam diem fluxerunt annorum hebdomades ſolidæ CXXIII.

2. Reg. 26 25. Ierem. c. 41. 1. & 52. 3.

Ier. 42. 1.

Godolia occiſo, Iudæi ſibi meritò metuentes Ieremiam circumſiſtunt, rogant, quid facto opus ſit. Pollicen- (E) tur ſe dicto audientes futuros. Tum Ieremias ſemel atque iterum obſequium pollicentibus Iudæis, Scio, inquit, vos dicis cauſſa Dei os interrogare, ac iam decreuiſſe in Ægyptum commigrare. Sed ſic habetote, ſi hîc pacificè maneatis, Babylo- (F) nij quos timetis, vos tutabuntur. Quo quò fugiatis, perſequetur vos Babyloniorum gladius, fames & peſtis, donec omnes male pereatis. Iudæi è veſtigio confidenter exclamãt mentiri Ieremiam, cuius vaticiniorum veritatem toties ſuo damno experti fuerant, ac porro experti ſunt. Ita deinceps tota Iudæa deſerta & inculta permanſit vſque ad reditum ſub Cyro annos vnum & quinquaginta.

X. III. PYTHAGORAS.

Olympias XLVIII. Glycon.

A. M. 3412. Cler. 864. V. C. 166. Ante Dn. 588.

Nabuchodonoſoris XXI.

Aſtyagis VI.

Euſeb. Chron. Græc.

OLympiade XLVIII. Pythagoras Samius, cùm obtuliſſet ſe, vt cum pueris pugno certaret in Olympico agone, non eſt admiſſus, ſed tanquam fœmina deriſus. Vbi tamen inter viros cenſeri cœpit, omnes deinceps vicit.

XI. IV. PYTHIA.

A. M. 3413. Cler. 865. V. C. 167. Ante Dn. 587.

Nabuchodonoſoris XXII.

Pr. Simonide.

Aſtyagis VII.

Scholia Pindari.

CVm Cyrrhæi latrones eos infeſtarent, qui Delphicum Apollinem adibant, Eurylochus Theſſalus cum Theſſalis aliquot aſſumpto Hippia duce, prædones conquiſitos occidit, locum expurgat, cùm Archon eſſet Athenis quidem Simon vel Simonides. In Delo vero vel Delphis Gylides. Eam ob cauſſam anno ſequente inſtitutus Agon quinquennalis. Fallitur autem Thomas Magiſter in vita Pindari, cum putat. Jphitum &

Eurylochum fuiſſe æquales. Sane vt Iphitus Olympia, ſic Eurylochus Pythia inſtaurauit. Sed Iphitus ducentis fere annis Eurylocho antiquior eſt.

XII. V.

NABVZARDAN.

A. M. 3414. Cler. 866. V. C. 168. Ante Dn. 586. Nabuchodonoſoris XXIII. Aſtyagis VIII.

Ier. 52. 19. NAbuzardan in Iudæam reuerſus, quotquot inibi Iudæos reperit, eos in Babyloniam abducit. Abducit, inquam, viros DCCXLV. cum reliqui vel gladio, fame, peſte periiſſent, vel in Ægyptum profugiſſent. Numerum autem captiuorum ſic inſtituit Ieremias. Nabuchodonoſoris, inquit, ſeptimo anno abducti ſunt 3023; Anno XVIII, 830; Anno XXIII, 745. Colliguntur captiui 4600. Sed liquet Ieremiam omiſiſſe præcipuas commigrationes tres nempe eas quæ factæ ſunt primo, octauo & XIX, Nabuchodonoſoris anno, quaſi harum, propter multitudinem, numerum non iniuerint Babylonij.

Pauſan. *Olympiadis* XLVIII. *Secundo anno exeunte Amphictiones Delphis Pythicum agonem χρηματίτην inſtitutum, vt ſcilicet nummus aliquot donaretur victor.*

(∴) (∴)

(∴)

XIII. VI. ALYATTES.

A. M. 3415. Cler. 867. Vrbis conditæ 169. Ante Dn. 585. Nabuchodonoſoris XXIV. Aſtyagis IX.

PEriander Corynthiorum tyrannus obit annis quadraginta ante Crœſum captum, anno vno ante XLIX. *Olympiadem, vt vult Soſicrates apud Diogenem Laertium. Ita ex Soſicratis ſententia Crœſus captus eſt anno V. C. 209. Ariſtoteles autem Politicorum* L. V. C. 12. *ait Cypſelidas regnaſſe annos* LXXIII *& ſemis. Cypſelum, inquam, annos* XXX. *Periandrum annos* XLIV. *Itaq; videtur Cypſelus regnum iniiſſe exeunte primo Olympiadis* XXX *anno.*

Cum Halyattes Lydorum & Aſtyages Medorum reges in procinctu eſſent vt confligerent, die de repente in noctem vertente à prælio committendo vtraque acies deſtitit, aliquantoque poſt pax conciliata interuentu Labyniti. Is videtur eſſe Nabuchodonoſor. Solinus confert id in Olympiadem XLIX. *Scaliger vult hanc Eclipſim cõtigiſſe hoc anno exeunte tertiâ Olympiadis* XLVIII, *Maj* XXVIII. *feriâ quartâ. Latitudo Lunæ erat graduum 274. 4′. 31″. Vero propius eſt hac quadriennio poſt contigiſſe.* Herodot. Solinus c. 10.

XIV. VII.

Olympias XLIX. Lycinus.

A. M. 3416. Cler. 868. V. C. 170. Ante Dn. 584. Nabuchodonoſoris XXV. Aſtyagis X.

Digitized by Google

Daniel.c.3 CIrca hunc annum potuit Nabuchodonoſor victoriarum multitudine, ac regni amplitudine inflatus erigere vegrandem illam ſui imaginem auream ſexaginta cubitos altam, ſex latam, ad quam adorandam horâ condictâ & multò Muſices apparatu denunciatâ confluerēt omnes Babylonis incolæ, cuiuſcunq; gentis, religionis, aut dignitatis eſſent. Daniel cum ſocijs ſummum nefas crediderunt vitam præferre pietati, *Et propter vitam viuendi perdere cauſſas.* Rex Maieſtatis crimen id interpretatus in ardentem flammam eos conijci iubet. Flamma carnifices deuorat, martyribus parcit. Ambroſius, *Cum inſidos noxius ignis exureret, fideles innoxia flamma rorabat.* Miraculi magnitudine attonitus Rex verum Iſraelitarum Deum adorat, & ne à quoquam blaſphemetur, edicto publico & indictâ capitis pœnâ vetat. Hîc neſcias, vtrum mireris magis aulæ furorem, an regis mutationem. Adeóne palpandi regis & perdendi Danielis libidine obbrutuiſſe huius ſeculi ſapientes, vt in tantum facinus iurarent omnes, ne vno quidem reclamante? Iam vide Babylonis ſumos, & nominum typhos, quot ſtatuæ ad vnius ſtatuæ dedicationem & ἀποθέωσιν concurrant.

Ambroſius de fide ad Gratianũ l.1.c.2.

אחשדרפניא Conueniunt eò omnes *Achaſchdar-penaia*, ſatrapæ, q. d. Ἀρεοσυνοικοπρόσωποι, quos ex vultu agnoſcas Marti conuerſatos. אדרגזריא *Antiſtites, Duces*, גדבריא *Adar-gazeraia*, decretorum concinnatores, דתבריא *Gedabraia*, Gazophylacij electores, תפתיא *Detabraia*, legum electores, *Tiphtaia* πολιτονόμοι. Omnes denique prouinciarum Dynaſtæ. Obiter agnoſcas licet Græcos iam tum elegantiarum inuentores aliquem ſuæ linguæ vſum ad Euphratem vſque propagaſſe. Docent id aliquot Græca vocabula ad Muſicam pertinentia huic hiſtoriæ Aramicè ſcriptæ inſperſa, qualia ſunt κήρυξ, Cithara, Pſalterium, Symphonia. Imprimis vide inimicitiam aduerſus Deum carnis prudentiæ copulatam. Danieli potiſſimum inuidebant Chaldæi. Diſſimulant tamen, eoque in tempus opportuniùs dilato ſolos eius ſocios apud regem accuſant. Sed Deus ijs ſeruatis ſapientiam huius ſeculi infatuauit. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν.

Vide A. M. 3414.

XVI. IX. Pythias I.

A. M. 3418. Cler. 870. V. C. 172. Ante Dn. 582.
Nabuchodonoſoris XXVII.
Aſtyagis XII.

SExto poſt latrones Cyrrhæos ab Eurylocho debellatos anno, quadriennio poſt inſtitutum Delphis agonem nummarium Amphictyones ἀντὶ χρηματίτου στεφανίτην τὸν ἀγῶνα κατεστήσαντο, *iubent, vt nummorum loco detur victori corona, Cùm Athenis Prætor eſſet Damaſis, Delphis Diodorus. Fiebant hæc ſacra Thargelione menſe, quem totum Apollini fuiſſe ſacrum referunt Heſychius & Harpocratio.*

Euſeb. Pauſan. Scholia Pindari.

Sed ſeptimo potiſſimum die celebratur hic Agon, Thargelia dictus, quod eo die crederetur Apollo natus eam ob cauſam ἑβδομαγενὴς *nuncupatus. Clemens.* Παρά-

Clemens

Alexand. γυεις ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συναγεί- A
προτρεπτι- ῥεται Πυθοῖ ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ ἄδοντος Εὐνό-
κῷ, p. I. μου. Panegyris Græca coibat Delphis
ſuper Dracone mortuo, epitaphium
reptilis canente Eunomo. Hymnus
an luctus ſerpentis eſſet hæc cantio,
p. 10. dicere nequeo. *Item* Delphis dracon
Pythius adoratur. *Videlicet vetus ille* B
ſerpens ac ſinuoſus vipereæ ſuæ maligni-
tatis ſymbolis gaudebat. Iſthmia poſt
Melicerten acta, *inquit Euſeb. h. e. re-*
petita annis 778. poſt quam primò fuerāt
inſtituta. Fiebant hæc vere. Veris pri-
mus menſis eſt Munychion. Igitur Muny-
chione celebrari ſolita videntur. Erant C
autem trieterica, tam Iſthmia, quàm
Nemea. Pythia verò, vt & Olympia
pentaeterica. Illa bis, hæc ſemel ſingulis
Clemens *quadriennijs fiebant. Nemea Archemo-*
protreptico *ro, Iſthmia Melicertæ parentabāt. Ago-*
p. 10. *nibus huiuſmodi vndique circunſtrepe-*
bat Græcia. Exemplum ad alias nationes D
promanauit. Hinc eſt, quod tam Syris,
quàm Latinis familiaris facta eſt Græca
vox agon, vt videre eſt Hebr. XII. I. *&*
alibi apud Syrum Noui Teſtamenti inter-
1. Cor. 9. *pretem. Quippe ne Apoſtoli quidem dedi-*
25. *gnantur nos agonum huiuſmodi exemplo*
1. Tim. 4. *ad ſanctam æmulationem cohortari, ἀγα-* E
8. 6. 12.
2. Tim. 4. θῶ ζ ἴσως ἤδη βεβλῶσι. *Maximè verò ſcri-*
7. *ptores Eccleſiaſtici pleni ſunt allegorijs ab*
hac arenâ petitis. Vnus inſtar omnium
Clemens *ſufficiet Clemens.* Ἀποδυσάμενοι οὖν περι-
Alexand. φανῶς ἐν τῷ τῆς ἀληθείας σταδίῳ γνησίως ἀγωνι-
προτρεπτι- ζώμεθα, βραβεύοντος μὲν τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου,
κῷ. ἀγωνοθετοῦντος τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων. οὐ σμικρὸν F
γὰρ ὑμῖν τὸ ἆθλον, ἀθανασία πρόκειται.
Quod Clemens dicit ἀποδυσάμενοι *Apo-*
ſtolus dicit ἀποθέμενοι πάντα ὄγκον. *Eodem*
pertinet περικείμενον νέφος μαρτύρων. *An-*
dreas Meluinus Scotus vir doctiſſimus,
& collega chariſſimus obſeruabat Hebr.
VI. I. Διὸ ἀφέντες *vertendum non* omiſ-
ſo, *ſed* emiſſo, *vel* præmiſſo, *voce à*
Circo petitâ.

XVII. X.

A. M. 3419. Cler. 871. V. C.
173. Ante Dn. 581.
Nabuchodonoſoris XXVIII.
Aſtyagis XIII.

QVi Scripturæ dicitur *Nebu-cad-*
nerſar *vulgò Nabuchodonoſor, is* נבוניט
Herodoto dicitur Labynitus. Chaldaicè
Nebo-nit. *Is ita totius Aſiæ Princeps* Herod. l. I.
erat, vt in eâ multi reges eſſent, ſiue tri- Clemens
butarij, ſiue ſocij. Cùm ergò Aſtyages Strom. l. I.
Medorum & Alyattes Lydorum reges
exercerent inimicitias, & deliquij Sola-
ris aſpectu à prœlio deterriti non poſſent
iram concoquere, Labynitus ſuperuenit
& ſyncera pacis author fuit, ſed more
barbarico firmatæ. Solinus cap. 20. Scy-
thæ pocula de inimicorum capiti-
bus moliuntur; amant prœlia, inte-
remptorum cruorem ex vulneribus
ipſis bibunt: hauſtu mutui ſangui-
nis fœdus ſanciunt, non ſuo tantum
more, ſed Medorum quoque vſur-
patâ diſciplinâ. Bello denique quod
geſtum eſt Olympiade nonâ & qua-
drageſimâ (*exeunte ſcilicet*) anno poſt
Ilium captum ſexcenteſimo quarto
inter Alyattem Lydum, & Aſtyagem
Mediæ regem, hoc modo firmata
ſunt iura pacis. *Solis eclipſis contigit*
Martij XVI, *feriâ ſextâ, cùm Lunæ lati-*
tudo eſſet graduum 275. 35'. 15". Cle-
mens ait hanc eclipſim fuiſſe circa quin-
quageſimam Olympiadem, & à Thalete
Mileſio prædictam.

Digitized by Google

XVIII. XI.
Olympias L. Epitelidas.
A. M. 3420. Cler. 872. V. C. 174. Ante Dn. 580.
Nabuchodonoſoris XXIX.
Aſtyagis XIV.

Solin. c. 8. *Sibylla Cumæa Tarquinio Priſco tres libros certo pretio offert, quibus Romæ vrbis fata, vt ipſa profitebatur, continebantur. Tarquinio pretium parciùs offerēte, quàm poſtulabatur, priores duos exurit. Tertiū tantidem vendit quantum pro tribus exegerat. Hic, quò pluris* C *ſtiterat, eò ſtudioſiùs aſſeruatus eſt, vſq; ad Cornelium Sullam. Tunc enim vna cum Capitolio igni abſumptus eſt. Cæterum cùm Solinus dicat factum id Olympiade quinquageſimâ, perperam Tarquinio ſuperbo tribuit, quod Priſco conuenit.*

Plin. l. 36. c. 4. D Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœn⁹ & Scyllis geniti in Creta inſula, etiamnum Medis imperantibus, Olympiade circiter L. Hi Sicyonem ſe contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria.

Diod. Sic. l. 5. E *Olympiade quinquageſimâ, quâ ſtadium vicit Epitelidas Lacedæmonius, Cnidij & Rhodij regum Aſiæ βαρύτητα pertæſi duce Penthathlo in Siciliam circa Lilybæum nauigant. Tum Egeſtani Selinuntijs bellum inferebant. Pentathlus Selinuntijs opem ferens occiditur.* F *Pentathli propinqui Theſtor & Epitherſides, cùm in Siciliâ pedem tutò figere non poſſent, Liparam profecti ſunt, cùm dicerent ſe ad Hippotâ Herculis filio, Æoli patre oriundos eſſe, atque inibi renouato cognationis iure ſubſtiterunt, cùm* A *ob alia huius inſulæ commoda, tum ob calidas & ſalutares aquas, maximè verò ob στυπτηρίας, aluminis fodinas, quales nuſquam alibi Diodori tempore reperiebantur.*

XVIIII. XII. AMASIS.
B A. M. 3421. Cler. 873. V. C. 175. Ante Dn. 579.
Nabuchodonoſoris XXX.
Aſtyagis XV.

Ægyptij mendaces & vani Herodoto ſuper eorum originibus C ac rebus geſtis conſulenti multa vera diſſimularunt, multa falſa adſperſerunt. Nec longè petita argumenta repetam. Hoc ipſum, quod in manibus eſt, agam. Pharao Nechao à Nabuchodonoſore turpiter fugatus, ac cum toto exercitu internecioni D traditus eſt. Huius Ægyptiorum cladis ne minim⁹ quidem apex apud Herodotum extat, vt nec apud Diodorum. Cur ita? Quia illi ab Ægyptijs ſuum dedecus ſedulò obtegentibus nihil didicerant. Contra. Idem Nechao vel Neco Iudæos in campis E Mageddo vicerat. Ægyptij apud Herodotum gloriabantur Syros à Necone apud Magdalum debellatos. Ruſſus Herodotus à Græcis audiuerat Apriem à Cyrenenſibus victum, & quidem Græcorum, qui illuc aduenerant, virtute. Ægyptij, F quia hoc negare non poterant, docent Herodotum & Diodorum huius cladis occaſione factum, vt Ægyptij ab Apriâ deſciſcentes Amaſin Ægyptium regem ipſi ſubſtituerent. Cęterum ab Apriâ ante multa Ier. 46. 1.

præclarè geſta, hunc excepto Pſam-
mitico proauo fuiſſe Ægyptiorum
omnium maximum ac potentiſſi-
mum. Amaſim verò adeò felicem
fuiſſe, vt nihil vnquam *ἀνάρσιον*, i. mo-
leſtum, aduerſum ipſi contigerit, res
maximas perpetrarit. Cyprum ante-
hac intactam ſubegerit, *δισμυρίας πό-
λις* viginti vrbium millia poſſederit,
nec vnquam beatiorem fuiſſe Ægy-
ptum, quam ſub Amaſi. Poteſt quiſ-
piam non modo à pietate, ſed & ab
omni ratione adeò alienus eſſe, vt
Ægyptio cuipiam nebuloni Hero-
doti ore hæc blateranti potiùs cre-
dat, quàm duobus prophetis, qui
docent nos non modo Neconem à
Nabuchodonoſoro ad Euphratem
acie fuſum, ſed in ipſa Ægypto ten-
toria ſua tetendiſſe Nabuchodono-
ſorem, Apriem debellaſſe, totam
Ægyptum peruaſtaſſe? Quid ergo?
totam hanc Herodoti de Amaſi hi-
ſtoriam mendacij damnatam vnâ li-
turâ expungemus? Non neceſſe
eſt. Nam quò quiſque mentiendi
peritior eſt, eò calidiùs mendacijs
ſuis veri ſpeciem induit, & falſis ali-
quot plura vera prudenter admiſcet.
Potuit igitur Amaſis eſſe autor de-
fectionis Ægyptiorum ad Babylo-
nios, Apriæ bellum intuliſſe, non
ſuis, ſed Nabuchodonoſoris auſpi-
cijs. Potuit Ægyptus, cùm quadra-
ginta circiter annis inculta manſiſ-
ſet, tandem Amaſis ſiue legati Baby-
loniorum, ſiue reguli Babylonijs tri-
butarij benignitate, arte, longæui-
tate paulatim ita inſtaurari, vt bea-
tior, quàm vnquam videretur. Po-
tuerunt & Ægyptij putidâ vanilo-
A quentiâ ea legato tribuere, quæ re-
gis erant propria. Amaſi, inquam,
ea quæ Nabuchodonoſori conue-
niebant, non modo quod Apriem
deuicerit, ſed quod XXM. vrbium ha-
buerit. Cyprum inuaſerit, & alia
quædam, vſque adeò vt, cùm Nabu-
B chodonoſor annos ſolidos XLIV. re-
gnauerit, Herodotus totidem præ-
ciſè Amaſi tribuat. Conſimilis Epi-
chirematis vanitatem confutauimus
A. M. 3274. Perinde faciebant Ægy-
ptij ac ſi Iudæus apellares geſtas Au-
guſti tribuat Herodi. Sententiam
C noſtram confirmat Diodorus Sicu-
lus lib. I. *Antiquis*, inquit, *tempori-
bus Ægyptus habuit κώμας ἀξιολόγους καὶ
πόλεις vicos inſignes & vrbes plures octo-
decim millibus, vt in ſacris deſcriptioni-
bus videre eſt. Sub Ptolemæo autem La-
gi filio plures tribus millibus numerata
D ſunt, quarum pleraque ad noſtra vſque
tempora manſerunt.* Atqui ſub Pt. La-
gidâ eiuſque filio Philadelpho po-
puloſiſſima erat Ægyptus. Si igitur
ſub Lagidâ habuit tantum vrbium
tria millia. Alter numerus octodecim
aut viginti millium tribuendus erit
E Nabuchodonoſori regi quidẽ Ægy-
pti, ſed non ſolius, quomodo &
Theocritus tribuit Philadelpho vr-
bes 33333.

Nos igitur cum bonâ Herodoti
veniâ rem paulò aliter, quàm ipſe
contexemus, idque eo modo, quem
F vero proximum eſſe cẽſemus, quan-
tum per monumentorum inopiam
licet. Diximus Ezekielem aduerſus
Tyrios vaticinatum A. K. 860. Ian-
uarij XXI. Eodem anno potuit Na-
buchodonoſor Tyri obſidionem in-

choare. Quid enim mirum? Si tam A
latè potens Monarcha duas ſimul vrbes obſidione premat, eo modo, quem ſufficere putabat, vt ad famem eas adigeret? Et Hieroſolyma quidem iam bis à Babylonijs direpta tertio obſidij anno capta eſt. Tyrus be-
neficio maris alimenta & auxilia ſibi B
comparans tredecim annos reſtitit, vt docet Ioſephus, Originum Iudaicarum lib. XI. & aduerſus Appionem lib. I. Igitur hoc vel ſuperiore anno captam veriſimile eſt. Cæterum Nabuchodonoſoris ea fuit humanitas
vt Icobalo Tyri regi vitam ac regium C
nomen & inane regni exhauſti cenotaphium ipſi conceſſerit, adeò vt quatuor circiter annos funditùs euerſo regno ſuo ſuperſtes fuerit.

Ier. 43. 9. Deus Nabuchodonoſori pollicetur futurum, vt quia longo & infru-
44. 30. ctuoſo labore, ipſi ſeruierat in expu- D
46. 13. gnanda Tyro, mercedis inſta obtineat Ægyptum totam ἀνιδρῶτι ϗ ἀναιμωτὶ
Ezek. 29. 10. ſine ſuo, inquam cruore ac ſudore, maximâ tamen Ægyptiorum ſtrage, & totius Ægypti vaſtitate, adeò vt ea annos quadraginta deſer-
ta iaceat ac horrida ſqualle, ſcabre, E
atque incultâ vaſtitudine. Horum quadraginta annorum primus apprime conuenit cum hoc viceſimo quinto eoque vltimo Apriæ anno, exitus vero incidit in primum Cyri, primum, inquam, non regni ſed imperij annum V. C. 214.

(∴) (∴)

(∴)

XX. XIII. Pythias II.

A. M. 3422. Cler. 874. V. C. 176. Ante Dn. 578.

Nabochodonoſoris XXXI.

Aſtyagis XVI.

TArquinius Priſcus Corniculum Italiæ oppidum expugnans in eo ceperat Ocriſiam Tullij Corniculani in obſidione mortui viduam & prægnantem, quam vxori Tanaquildi donauerat. Tanaquil Ocriſiam enixam libertati reſtituit, filium eius Seruium Tullium vocat, in delicijs habet; vbi adoleuit, generum aſſumit. Dionyſ. Halic.

Interim hoc anno V. C. 176. Tarquinium ab Anci liberis, quos regno ſpoliauerat, occiditur. Erat Tarquinio ex filio defuncto nepos, & ipſe Tarquinius dictus. Is cùm per ætatem rebus gerendis impar eſſet, Tanaquil generum Ser. Tullium hortatur vt regnum capeſſat, quod & magnâ felicitate obtinuit annos XLIV.

XXI. XIV.

A. M. 3423. Cler. 875. V. C. 177. Ante Dn. 577.

Nabuchodonoſoris XXXII.

Aſtyagis XVII.

NIſan huius anni cœpit Aprilis ſexto, feriâ tertiâ. Tiſri Septembris vltimo, feriâ quintâ. Neomeniam Tiſri Iudæi vocant *Roſch haſchanah*, h. e. Caput anni. Ezekiel totum menſem ita nuncupat. Igitur anno captiuitatis Iechoniæ XXV. ab Hieroſolymorum euerſione XIV, Eze. 40. 1.

F

Digitized by Google

Tiſri decimo, Octobris nono, Sabbatho Deus in viſionibus oſtendit Ezekieli figuram templi, ſiue quale nuper fuerat ante euerſionem, ſiue quale mox futurum erat poſt inſtaurationem. Quarum veriſimile eſt alteram alteri non multum abſimilem fuiſſe. De his vide eruditas Ieſuitarum Riberæ & Vvillalpandi lucubrationes. *Vide A. M. 3381.* Iudæi perperam in ſuo Chronico & Talmude hariolantur hunc annum fuiſſe Iubileum.

XXII. XV.

Olymp. LI. Eratoſthenes.

A. M. 3424. Cler. 876. V. C. 178. Ante Dn. 576.

Nabuchodonoſoris XXXIII.

Aſtyagis XVIII.

Circa XXXIII. Nabuchodonoſoris annum probabile putat Torniellus natum ex Iechoniâ Salathielem. Annus planè incertus eſt. De Iechoniâ ſic Deus Ieremiæ. *Scribe virum iſtum* hariri. Vetus interpres (ערירי) vertit *ſterilem*. Tertullianus, *illiberim, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur. Nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid & poteſtatem habeat vltra in Iuda.* (*Ier. 22. 30.*) Chronicorum primò multi dicuntur filij, qui legaliter tantum erant filij, i. hæredes, vt cum Sedekias Iechoniæ patruus dicitur Iechoniæ filius, quia Iechoniæ ſucceſſit. (*1. Chron. 3. 16.*) Eadem ratione Salathiel ibidem & Matthæi primo videtur dici Iechoniæ filius, quia Iechoniæ dignitati, quam ipſi reſtituit Euilmerodach A. M. 3436. ſucceſſit Salathiel, cùm alioqui filius eſſet Neri oriundus à Natane, quem Tornielius poſt Iudæos perperam ait fuiſſe Vriæ filium à Dauide adoptatum, nempe quia Natan ante Salomonem nominatur. (*2. Sam. 5. 14. 1. Chron. 3. 5.*) Sed iam non ſemel monuimus Scripturam in liberis enumerandis, nec ætatis, nec dignitatis ordinem ſemper ſequi, ſed, ὡς ἔτυχε, vel potiùs, prout Deo libuit, peculiares aliquas ob cauſas nobis ignotas. (*Vide A. M. 1552. 1654. & 1944.*) Igitur conciliandis Matthęi & Lucæ genealogijs nihil videtur conuenientius, quàm vt dicamus Lucam quidem naturalem beatiſſimæ Virginis à Dauide per Natanem ortæ genealogiam contexere. Matthæum verò Ioſephi à Dauide per Salomonem oriundi genealogiam legalem deſcribere, eoq; ὁλοσχερέστερον vt minus neceſſariam.

XXIII. XVI.

A. M. 3425. Cler. 877. V. C. 179. Ante Dn. 575.

Nabuchodonoſoris XXXIV.

Aſtyagis XIX.

Itobalo Tyri regi defuncto ſuccedit Babal, regnoq; precario ac tributario fruitur annos decem. (*Ioſeph. in App. l. 1.*)

Circa hoc tempus contingere potuit ſomnium quod refert Daniel c. IV, quo Deus ſtupendum in modum patefecit, quàm vana ſit Chaldæorum ſapientia, & Regum potentia. Viceſimo ante hunc anno videbantur excuſabiles Chaldæi, quod Nabuchodonoſoris ſomnium diuinare non poſſent. *Neque rex*, inquiebant, *neque Princeps quiſquam tale quidpiam poſtulauit*. At *dic ſomnium ſeruis tuis, nos interpretationem eius declarabimus.* (*Daniel 2. 10. v. 4.*)

Sine

Si ne craſſa quidem nocturnæ cogitationis phantaſmata peruidere poteſt Satan, quantò minus intimos cordis receſſus? Nunc, Rex ſomnium ſuum narrat. Stupent Chaldæi non minus quàm olim Ægyptij A. M. 2284. Scilicet mira pollicentur harioli, puerilia aut damnoſa præſtant. Et ſomnium erat eiuſmodi, vt rem ipſam acu tangere videretur. Arbos patulis ac luxuriantibus diffuſa ramis totum orbem obumbrare videbatur. Vox cœlitus emiſſa auditur. *Succidite, deijcite*, &c. Obmuteſcit tamen alias tam loquax Chaldæorum natio. Non reſpectu regis. Satan enim lubentiùs triſtia, quàm læta prænunciat. Sed quantumuis δαίμων, præſcius futurorum videri velit, tamen ea ſola præuidet, quæ Deus pariter ipſum proſpicere. Rex, licet præmonitus vt imminentem capiti tam horrendam cladem beneficentiâ auerteret, animum inducere non potuit, vt ante ictum ſaperet.

Geneſ. 41. 8.

XXIV. XVII. Pythias III.
A. M. 3426. Cler. 878. V. C. 180. Ante Dn. 574.
Nabuchodonoſoris XXXV.
Aſtyagis XX.

Dan. 4. 26.

Nabuchodonoſor duodecim poſt ſomnium ſuum menſibus Babylonis amplitudinem & inſanas ſubſtructionum moles circunſpiciens exclamat. *An non hæc eſt Babel illa magna, quam ego extruxi robore potentiæ meæ, vt eſſet regia & ornamentum decoris mei?* Et cum dicto vox cœlitus auditur. *O rex Nabuchodonoſor, tibi dicitur, Regnum tranſibit à te, ab hominum conſortio eijcieris, cum beſtijs agri erit habitatio tua, fæno quaſi bos veſcêris. Et ſeptem anni tranſibunt ſuper te, donec agnoſcas, quod Excelſus dominatur in regnum hominum, & cui vult tradit illud.* Extemplo vox illa compleri cœpit. Modus captus noſtri modum ſuperat. Sit ſanè lycanthropiſmus, ſit corybantiaſmus, ſit furor melancholicus. Modo ſciamus nec hominem reapſe in feram mutatum: Sed externam figuram, non eſſentialem formam mutationem illam ſuſcepiſſe: nec tale quidquam à maleficæ ſuperſtitionis hominibus aut ab ipſo Satanâ præſtari poſſe, quale hîc patrauit Deus, demonſtrandæ potentiæ ſuæ & contundendæ principum ſuperbientium inſolentiæ.

XXVI. XIX.
Olympias LII. Agis.
A. M. 3428. Cler. 780. V. C. 182. Ante Dn. 572.
Nabuchod. XXXVII.
Aſtyagis XXII.

Suidas ait Phalaridem inuaſiſſe tyrannidem Olympiade LII. *Euſebius Olympiade* LIV. *Crediderim hoc anno ab Agrigētinis humaniter exceptum octennio poſt ex hoſpite, &, prout res ferebat, controuerſiarum arbitro tyrannum factum.*

II. IV.

Olympias LIII. Agnon.
A. M. 3432. Cler. 884. V. C. 186. Ante Dn. 568.
Nabuchodonoſoris XLI.
Aſtyagis XXVI.

Daniel. 4.29. NAbuchodonoſor ſeptimo ſuę metamorphoſeos & ferinæ cum feris vitæ anno velut excuſſo veterno euiligat, & ad ſe reuerſus in cœlum oculos tollit, Deo benedicit & viuentem in ſecula collaudat. Continuò fugit horridus, non iam pilorum, ſed ſetarum ſquallor, vnguium aduncorum atror, corporis nudi ac iam bruti illuuies, mentis ἰμεβεϱτηδείους intemperies. Reſtituitur animæ ratio, vultui nitor, regi maieſtas. Requirunt proceres, quem abegerant, & quem pecora ſpreuerant, homines venerantur. Etiam amplitudo maior addita eſt illi. Neque puduit regem dementiæ ſuæ & potentię diuinę monimenta ſcripto publico conſignare ad perpetuam rei tantæ memoriam, cuius veſtigia ſi iam nulla aut perexigua reperiuntur in ſcriptis exoticis, nunquid ſatanæ calliditas, ſcriptorum ad hęc tempora pertinentium raritas & hominum in Dei rebus ſupinitas oraculorum diuinorum fidem infirmabit?

Sed certè fictæ metamorphoſes, quibus deinceps circunfluunt Poetarum fabulamenta, ſunt totidem veræ iſtius effigies. Rurſus, quia Daniel IV. 10. Angelum vocat IR, i. vigilem, עיר & alibi Michaelis, & Gabrielis meminit, Iudæi plurima huiuſ-

A modi Angelorum nomina confinxerunt, & Angelos ipſos Ἐγρηγόρους vocarunt, cùm alibi, tum in Apocrypho Enochi libro, quem Iudas Apoſtolus non citat. Abſit vt ex huiuſmodi lacunis prophetias hauſiſſe dicamus S. Spiritum. Sed occaſione B prophetiæ Enochi, quam citat Iudas, potuit eo ipſo ſeculo Iudæus aliquis hunc librum comminiſci, cuius fragmentum deſcribit Scaliger ex Georgio Taraſij Patriarchæ Syncello, ex quo colligere eſt librum hunc Chaldaicè primùm, vel He- C braicè ſcriptum, & à Græcis perperam explicatum. Vnum ſufficiet exemplum. Deus Gabrielem ita alloquens inducitur. Πορεύου, &c. καὶ πᾶσα μακρότης ἡμερῶν καὶ ἐρώτησις οὐκ ἔστι τοῖς πατράσιν αὐτῶν. Iudæus ſcripſerat *Veſchaluah*, ושלוה i. tranquillitas. Interpres legit D *Veſchaalah*, ושאלה i. interrogatio, quod ineptum eſt. Nomina Angelorum pleraque ſunt ingenioſè conficta. *Arakiel* radix mea Deus, *Zakkiel* puritas ערקי זכי mea Deus. *Pharmarus* ſors mea Do- פורימר minus. *Amriel* eloquium meum אמרי Deus. *Turiel* mons meus. *Iumiel* dies טורי יומי E meus, *Sariel* princeps meus. *Ababiel* חבבי dilectio mea, vel *Chorabiel* Machæra mea Deus. כרבי Quædam mendoſè ſcribuntur. vt *Orammame*, *Balkiel* *Azalzel*. Legendum. *Orammeel* Lux אורסמאל eorum à Deo. *Barkiel* Benedictio ברקי אל mea Deus. Ἐξαὴλ *Exael* vt poſtea bis אחזאל F ſcribitur, i. prehendens Deum. Sic *Semixas* vel *Semiaxas*, Nomen prehendens. Conſimilem inſaniam habes in Talmudis tractatu de Synedrio. *R. Iohannes ait, Deus non facit quidquam, quin conſilium ſumpſerit in* Sanhedr. c.4. f.38.b.

Digitized by Google

familia ſuperna, ſicut dicitur Danielis IV. 10. *ex decreto vigilum.*

A *Crediderim potiùs factum id anno ſequente.*

III. V.

A. M. 3433. Cler. 885. V. C. 187. Ante Dn. 567. Nabuchod. XLII. Aſtyagis XXVII.

AGon Nemeæcus primum ab Argiuis actus poſt eum, qui in honorem Archemori fuerat celebratus. *Hæc Euſebius anno ſuperiore. Sed huic anno adſcribenda eſſe colligimus ex Diodoro, qui Nemea celebrata refert, ſecundo anno Olympiadis* CXVI, *Archonte Praxibulo. Erant autem trieterica, I. fiebant tertio quoque anno idque Panemi* XII, *vt docent Pindari Scholia. Secundo, inquam & quarto Olympici quadriennij anno ineunte, diebus æſtiuis. Pythia autem & Iſthmia ſecundo & quarto anno exeunte, primo vere, vt ſupra monuimus A. M. 3418. Scaliger Diodorum reprehendere, quam ſequi maluit. Quam ob cauſſam non video.*

Æl. l. 4. c. 5. *Ælianus autem ait hunc Agonem inſtitutum,* περὶ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, *à ducibus ſeptem, qui Thebas obſederant, in honorem,* δι᾽ αὐτοὺς ἀπολομένου τοῦ Πρωτάρχου *primipili ſiue primi regis, qui pro illis mortem oppetierat, cùm, inquit, pleriq; putent in honorem Archemori inſtitutum. Ser. Tullium de Etruſcis ſecundò triumphaſſe anno V. C. Catoniano 186, Varroniano 187, docent Capitolinæ tabulæ. Aliquantò poſt Etruſcos victos cenſum à Seruio factum docet Liuius. Hinc collegit Onuphrius hoc ipſo anno Luſtrum primum à Seruio conditum.*

IV. VI. Pythias V.

A. M. 3434. Cler. 886. V. C. 188. Ante Dn. 866. Nabuchod. XLIII. Aſtyagis XXVIII.

B

AGon Gymnicus, quem Panathenæon vocant, actus. *Supra docuimus à Theſeo primum inſtituta Panathenæa A. M. 2766. Harpocration docet primùm annua fuiſſe, deinde ex quo* Euſeb.
C στεφανίτης ἀγὼν *factus eſt, fuiſſe* πενταετηρικόν. *Panathenæa autem fiebant Hecatombæonis* XII. *vt docet Demoſthenes* κατὰ Τιμοκράτους.

Romæ Ser. Tullius Luſtri condendi rationem inſtituit, de qua Cenſorinus. Tempus, *inquit,* anni magni Roma-
D nis fuit, quod luſttum appellabant: ita quidem à Seruio Tullio inſtitutum, vt quinto quoque anno cenſu ciuium habito luſtrum conderetur, ſed non ita à poſteris ſeruatum. nam cùm inter primum à Seruio rege conditum luſtrum & id, quod ab im-
E peratore Veſpaſiano V. & Cæſare III. Coſſ. factum eſt anni interfuerint paulo minus ſexcentis quinquaginta, luſtra tamen per ea tempora non plura quàm ſeptuaginta quinque ſunt facta, & poſtea planè fieri deſierunt. *Onuphrius Panuinius pro*
F DCL, *legit* DCXL. *Rectè. Luſtrum enim poſt Etruſcos demum domitos inſtitutum.* Zozimus lib. 2. *Domiti ſunt autem circa annum V. C. 187. Per idem tempus,* Trina Terentino celebrata trinoctia ludo *annis decem & centum ante ludos ſæculares,* Valerius Max. l. 2. c. 4. Auſonius.

HH ij

quos XV *viri fecerunt anno V. C. 298. & deinceps fieri iuſſerunt poſt denos ac centenos annos. Erant verò tam hi ludi Valeſiani, quam Luſtra Tulliana ſuperſtitionis ſimul & politiæ ciuilis inſtrumenta. Vtraque luperum luparumque luſtris apprimè conuenientia.*

V. VII.

A. M. 3435. Babyl. 44. V. C. 189. Ante Dn. 565.

Euilmerodachi I.

Aſtyagis XXIX.

(2. Reg. 25.27. Ier. 52.31.) NAbuchodonoſori annos tantum quadraginta tres tribuit Beroſus apud Ioſephum, quod & Scripturę concinit. Succedit illi Euilmerodach XLIV. Babylonici imperij anno.

(Ioſeph. in Appionem lib. 1.) *Bahali Tyri regulo defuncto Nabuchodonoſor non patitur alium regem ſubſtitui, ſed tantum Prætores, ſiue iudices, quorum primus Ecnibalus præfuit menſes duos, ſecundus Chelbes menſes decem.*

VI. VIII.

Olympias LIV. Hippoſtratus.

A. M. 3436. Bab. 45. V. C. 190. Ante Dn. 564.

Euilmerodachi II.

Aſtyagis XXX.

(2. Reg. 25.27 Ier. 52.31.) EVilmerodac anno regni ſui, h. e. eo ipſo, quo regnum obtinuit, anno, ſed exeunte, Iechoniam è carcere eductum regijs inſignibus donat anno XXXVII, poſtquam captus fuerat exeunte, menſis duodecimi, ſiue mauis, Adar primi die XXV. Martij tertio.

(Euſeb. Suidas.) *Æſopus à Delphis interemptus & è rupe Phædria præcipitatus fertur Olympiade* LIV. *cùm iam antea ab iiſdem male tractatus fuiſſet circa Olympiadem* XL.

(Ioſeph. in Appionem lib. 1.) *Tertius Tyri iudex fuit Pontifex Abbarus nomine, præfuitque menſes tres, quo defuncto Tyrij à nouo Babylonis rege Euilmerodacho obtinuerunt ius creandi regis. Is fuit Mytgonus, regnatque ſexennium.*

(Euſeb. Chron. Græc.) *In Olympicis Agonibus tantâ contentione certabatur, vt cum Arichion pancratio certaret, & antagoniſtæ pedem fregiſſet, ille Arichionem tanta vi depilauit, vt expirauerit Arichion. Sed quia iam alter profeſſus erat ſe deſpondere, Arichion poſt mortem coronatus eſt.* Ψιλωθεὶς ἀπέθανε, καὶ νεκρὸς ἐστέφθη, φθάσαντος ἀπειπεῖν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ. *Neq; verò tum primùm ſub contentionis æſtu naſcebatur hic ardor. Sed multò ante præparabatur animus ad perpugnacem hanc æmulationem.* Πᾶς ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. Quiſquis certaturus eſt, in omnibus continentem ſe præbet. Illi quidem, vt perituram coronam accipiant. *Quid* nos *facere par eſt*, vt in corruptam accipiamus? (1. Corinth. 9.25. Vide A. M. 3560.)

(Euſeb.) *Phalaris Agrigenti tyrannidem occupat, regnatque annos ſexdecim.*

VII. IX.

A. M. 3437. Bab. 46. V. C. 191. Ante Dn. 563.

Neriglisſaris I. Aſtyagis XXXI.

(Euſeb. Herod. lib. 4. Suidas.) A*Ebaris, de quo multa fabulantur, ex Scythiâ venit in Græciam* κατὰ τὴν τρίτην ὀλυμπιάδα, *inquit Suidas, legendum videtur* πεντηκοστὴν τρίτην. *Nos*

Euſebium ſequimur.

Euilmerodacho cum biennium regnaſſet, ſuccedit *Nergal-Retſar* Νη-*ριγλισσώρης*. Huic annos quatuor tribuit Beroſus, huius filio menſes nouem. Sed quia Nerigliſſares pro-rex aut pater & tutor regis potiùs quàm rex erat, vt pote Nabuchodonoſoris non filius ſed gener, ideò Scriptura Balſaſaris tantum meminit, & patris annos filio adſcribit.

Beroſus apud Ioſephum in App. l. I.

Talmudiſtæ Babyloniorum regum annos planè peruertunt, tribuunt Nabuchodonoſori annos quadraginta quinque. Hic error poteſt excuſari. Tum tribuunt Euilmerodaco annos viginti tres, & דידיה Didæ duos. En LXX. Quid ſibi velint, ipſi viderint. Delirare tamen eos non eſt dubium.

במגלה *Cap. I. fol. II. b.*

IX. XI.

A. M. 3439. Bab. 48. V. C. 193. Ante Dn. 561.

Nerigliſſaris III. Aſtyagis XXXIII.

Euſeb.

PIſiſtratus Athenienſium tyrannus in Italiam tranſgreditur, *inquit Euſebius, pulſus videlicet ab Athenienſibus in Italiam ſe recepit Piſiſtratus. Sed quando tyrannidem primò inuaſerit, non notat Euſebius. Erant Athenis factiones duæ, quarum duces erant Megacles Alcmæonis, & Lycurgus Ariſtolaidæ filij. Harum occaſione tertiam excitat Piſiſtratus Hippocratis filius quaſi* ὑπερεξοχίων *cauſſam tutaturus. Addit commentum. Ipſe ſibi ac iumentis ſuis vulnera infligit, &, vt erat cruore reſperſus, in forum prodit, in hoſtes debacchatur, fidem popularium implorat. Huic tuendo cuſtodes aliquot* κορυνηφόρους *decernit populus, quorum opera tyrannidem inuadit, pulchrè quidem ac bene Remp. regens, ornans, ſed tyranni nomine inuiſus non multò poſt à Megacles & Lycurgi factione deiectus in Italiam ſe recepit, nouas vires collecturus. Sed haud ſatis ſcio, an non hæc contigerint non ante Olympiadem LV. vt vult Euſebius, ſed paulo poſt Olympiadem LV. vt biennio deceptus ſit Euſebius. Vide A. M. 3489.*

Herod. I.

Tertio Nerigliſſaris vel potius filij eius Balſaſaris anno Danieli offertur viſio bicornis arietis & vnicornis capri. Aries regnum Medorum & Perſarum, caper Alexandrum Græcorum ſiue Macedonum regem deſignabat. Cuius cornu in quatuor cornua, h. e. regna diuidendum erat. Ex Seleucidarum regno oriturus notatur Antiochus Epiphanes, Iudææ bellum illaturus, templum prophanaturus. A die prophanationis vſq; ad Iudæ Machabæi de Nicanore victoriam futuri notantur dies 2300, vt ab euentu probamus A. M. 3839.

Daniel 8. I.

X. XII.

Olympias LV. Hippoſtratus II.

A. M. 3440. Bab. 49. V. C. 194. Ante Dn. 560.

Nerigliſſaris IV. Aſtyagis XXXIV.

ONomacritus *Athenienſis*, inquit Clemens, *cuius dicuntur eſſe ea, quæ Orphei nomine circunferuntur, comperitur vixiſſe ſub Piſiſtratidarum imperio*, περὶ *circa Olympiadem quinquageſimam*, addendum videtur, *quintam*

Clemens Strom. l. I.

Eiuſdem Onomacriti dicuntur eſſe ea, quæ Muſæo tribuuntur.

REGES BABYLONIS & Perſarum.

XI. XIII.

A. M. 3441. Bab. 50. Vrbis conditæ 195. Ante Dn. 559. Balſaſaris I. Cyri I.

Ioſeph. in App. l. 1. NEriglisſari, cùm annos quatuor regnaſſet, ſuccedit filius. Balſa- C ſaris nomen variè ſcribitur. Abydeno dicitur Λαβασσοάρασκος. Beroſo apud Ioſephum Λαβοροσοάρχοδος, apud Euſebium Λαβασσοαράσχος. LXX. Βαλτάσαρ. Veteri Interpreti Balthaſat. Hebræis *Bel-Schatſar*, h. e. Belus (בלשאצר) vel Beli theſaurarius. Fortaſſe Chal- D dæi nonnunquam pro *Bel* dicebant *Nebo* vel *Lebo*, quod & ipſum Dei Babylonij nomen eſt. Vnde corrupta illa *Labaſſoaraſcus* & *Labaſſoarachus*, pro *Lebo-Schetſar*. Potuit & addi particula *chad*, vel *dach*, vnde *Laboroſoarchodus* vel *Laboroſoardochus*. Va- E riè enim ſcribitur apud Ioſephum pro *Lebo-ſchetſar* vel *Lebo-retſar chad* vel *Dach*.

Daniel ab aulicorum principe dictus eſt *Belt-ſchatſar* hoc eſt *Beltidis Theſaurarius*. Rex autem *Bel-ſchatſar* Beli Theſaurarius. Erat enim Baby- F lonijs *Bel* & *Belt*. Belus Dei, Beltis Deæ nomen fuit.

Nobis diſtinctionis cauſsâ Daniel dicitur *Baltaſar*, Rex *Balſaſar*. Dicitur autem Balſaſar Nabuchodono- (*Daniel c. 5. v. 2. 11.*) A ſoris filius, tum quia filius ſæpe pro nepote ſumitur, tum quia filiatum ratio rarò habetur. Erat autem Nabuchodonoſoris ex filiâ nepos. Huic Beroſus apud Ioſephum tribuit tantum menſes nouem. Sed ſi patris annos illi admetiaris, quod ſcriptura B facit, dicendus eſt regnaſſe annos circiter quinque. Modeſtinus. ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. *Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.* (*Modeſtin. excuſationum, l. 2. & Digeſt. l. 1. tit. 16. §. 104. & 220.*)

Aſtyagi, cum Medis imperaſſet annos XXXIV. *regnum eripit nepos ex filiâ Cyrus & ad Perſas transfert, regnatq; annos ſolidos triginta, quorum initium Africanus, Euſebius, Hieronymus ordiuntur ab Olympiadis* LV. *anno primo. Et rectè. Sed exeunte potius, quàm ineunte primo Olympiadis* LV. *anno regnare cœpit Cyrus. Africanus eodem anno laxatam captiuitatem putat, & à tertio Ioakimi anno ad hunc fluxiſſe annos* LXX. *Neutrum verum eſſe poteſt. Vero propiùs apud Euſebium, veterum alij à primo, alij à quinto, ex quo Ieremias prophetare cœpit, anno, ad hunc numerant annos ſeptuaginta, non quod annos* LXX. *Ieremiæ putarent inde inchoandos, ſed vt docerent à Nabuchodonoſoris primo ad Olympiadem* LV, *non eſſe annos* LXX.

XII. XIV. Pythias VII.

A. M. 3442. Bab. 51. V. C. 196. Ante Dn. 558 Darij Medi I. Cyri II.

BAlſaſar cùm Babylone regnaſſet annos quatuor, cum patre, ſolus menſes nouem διὰ τὸ πολλὰ

ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη, inquit Beroſus, *ἀπέθανε βιαίῳ μόρῳ*, inquit Abydenus, *noctu occiſus eſt*, Daniel 5.30.
inquit Daniel, qui Babylonis à Cyro nocte illâ captæ non magis meminit, quàm Beroſus aut Abydenus. In hoc vno diſcrepant, quod Balſaſaris ſucceſſorem hi vocant Nabonithum, ſiue Labynithum, Daniel verò Darium Medum. Quanquam etiam *Μῆδον* vocat Labynithum ſuum Abydenus. Quid mirum, ſi rex vnus fuerit binominis? At Darius edicta facit inuiolabilia more Medorum & Perſarum. Ergo fuit etiam Medorum & Perſarum rex à Cyro inſtitutus. Quid neceſſe eſt?

Annon potuit vir à Medis oriundus Babylonis incola à Babylonijs rex eligi? electus Babylonijs perſuadere, vt deinceps edicta regia more Medorum & Perſarum ſint inuiolabilia? Vel etiam, qui Danielem perditum ibant, annon potuerunt hoc comminiſci, vt in ſpeciem regi à Medis oriundo gratificarentur, re vera certam Danieli perniciem crearent? Quod ſi quis vltra pertendat ac velit hunc Darium à Cyro inſtitutum captâ Babylone, neceſſe eſt is Balſaſaris necem differat in quartum decimum circiter ab hoc annum, & regum Babylonis ſeriem planè interuertat. Nos non videmus, cur à Beroſo diſcedamus, cùm nihil Danielis hiſtoriæ pugnans dicat. *In illa nocte*, inquit Daniel, *occiſus eſt Balſaſar rex Chaldæorum. Darius autem Medus Kab-*
קבל *bel, ἀπεδέξατο, ſuſcepit regnum agens annum ſexageſimum ſecundum.* Beroſus. *Ἀπολομένου δὲ τούτου συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστασίας.*

A

Primo Darij Medi anno Daniel Dan. 9. 1. Eſ. 45. 1.
audiens in Perſide regnare Cyrum, quem Eſaias Iſraelis liberatorem vaticinatus fuerat, videns quoque inſtare ſeptuageſimum annum à primo Nabopolaſſaris, quo adhuc regnante filius eius Nabuchodonoſor tam Ioakimum, quàm Iechoniam captiuos abduxerat, cùm nec regi ſuo Dario Medo imprecari auderet, nec poſſet non optare liberationem Eccleſiæ, quod vnum licebat, totus in lachrymas effunditur, & à Deo diſcit veram ſeptuaginta annorum à Ieremiâ prædictorum epilogiſmum, pauloque poſt longe altius Ier. 25. & 29.
myſterium, cuius hæc fere ſumma eſt. Quemadmodum Babyloniæ captiuitati ſeptuaginta annos, ſic Hieroſolymitanæ ciuitati ſeptuaginta annorum hebdomadas deſtinauit Deus ab inſtauratione murorum vſque ad paſſionem Chriſti. Vide A. M. 3542. Per idem tempus multa didicit de futuris regibus Perſidis, de Alexandro, de Seleucidis & Ptolemæis vſque ad Aſamoneorum tempora.

B C D E F

XIV. XVI.

Olympias LVI. Phædrus.

A. M. 3444. Bab. 53. Vrbis conditę 198. Ante Dn. 556.

Darij Medi III. Cyri IIII.

STeſichor⁹ Poeta obit Olympiade LVI, cum natus eſſet Olympiade XXXVII. Vixit circiter annos LXXVI. Suidas.

Euſebius vnâ Olympiade priùs mortem eius refert, quàm Suidas. Habuit fratres duos Mamertinum Geometram, & Helianacta Iureconſultum. Ipſe Lyricus Doricâ dialecto vſus eſt, ac primus κιθαρῳδίᾳ χόρον ἔστησε, h.e. inſtituit, vt in choris Cytharâ caneretur. Vnde & Steſichori nomen accepit, cùm priùs Tiſias diceretur. Hunc Phalaris tanti fecit, vt dixerit ſe multa quidem hominum millia nouiſſe, ſed nunquam vidiſſe ψυχὴν ἐπιφανεστέραν, animam illuſtriorem. Tzetzes & alij apud Suidam Steſichorum Heſiodi filium fuiſſe volunt. Pronepos, vel adnepos eſſe potuit, filius eſſe non potuit.

Clemens Strom. l. 1. *Solonis*, inquit Clemens, *æmulator fuit Mneſiphilus, cui conuixit Themiſtocles. Floruit igitur Solon circa* XLVI. *Olympiadem*, legendum πεντηκοστὴν *circa* LVI. *Olympiadem.*

XVI. XVIII. Pythias VIII. A. M. 3446. Bab. 55. Vrbis conditæ 200. Ante Dn. 554. Darij Medi V. Cyri VI.

Georg. Chron. c. 70. 71. 75. IOh. Georgius vult veteres Romanorum annos fuiſſe ſemeſtres vſq; ad annum V.C. 304. qui ipſi eſt annus V.C. 152. paulatim decimeſtres, ac tandem Solares euaſiſſe. Romam conditam anno 573. ante Chriſti æram, Romulum regnaſſe annos Semeſtres 38, Solares XIX, perijſſe anno ante Chriſtum 554. cum Sol eſſet in Piſcium 22. 13'. Eo die Solem dodrante defeciſſe. Atqui, vt cætera A omittam, hoc anno Martij XVIII. Ἰχθύων XXII, feriâ ſextâ, Lunæ latitudo non erat eclipſis capax; vt pote graduum 339. 32'. 40''. Sed calami error erudito viro non debet eſſe fraudi. Pro *Piſcium* 22. Scribere voluit *Capricorni* 22. Habebat enim in B animo, non Martij, ſed Ianuarij duodeuiceſimum, quo Lunæ latitudo erat eclipſis capax vt pote graduum 278. 12'. 12''. At caſtigato hoc errore, quid profecerit Georgius? Romulo pereunte Sol defecit. Anno ante Chriſtum 554. Ianuarij XVIII. C Sol defecit. Ergo Romulus eo anno perijt, non autem, vt hactenus omnes putarunt, annis ante hunc circiter centum ſexaginta, Olympiade XVI? Quid ſi illo ipſo Olympiadis XVI. primo anno exeunte Sol defecit? Licebitne probis hiſtoricis fidem D ſuam tueri aduerſus Georgij criminationes?

XVII. XIX. A. M. 3447. Bab. 56. Vrbis conditæ 201. Ante Dn. 553. Cyri VII. Darij Medi VI.

E MYtgono ſucceſſerat Balator annum vnum, Balatori Merbalus annos quatuor. Merbalo Tyri regulo defuncto Babylone mittitur Iromus ſiue chiram Merbali frater. Is regnat annos viginti, quorum ini-F tium repetendum annis quatuordecim ante vltimum Darij Medi ſiue primum imperij Perſici annum, ſecundum Ioſephum, qui etiam numerat annos 54. menſes tres ab inchoata Tyri obſidione vſque ad primum Cyri. *Ioſeph in App. l. 1.*

Digitized by Google

Cyri. In ſequẽtibus error eſt non tam Ioſephi, quàm librariorum. Totus locus ita legendus videtur. ἐπὶ οὖν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. Ἑβδόμῳ μὲν γὰρ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον. Τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. Hiſtoriæ ſeries & συναληθείας lex ſuadet vt rem ita digeramus. Nabuchodonoſor Tyrum obſidere cœpit ineunte vere A. M. 3408. exeunte XVI, vel ineunte decimo ſeptimo ſui regni anno. Cyrus autem debellato Nabonido ſiue Dario Medo ſolus imperium obtinuit annis quatuordecim poſt Merbali necem, annis quinquaginta quatuor poſt inchoatam Tyri obſidionem A. M. 3461.

XVIII. I. CAMARINA.
Olympias LVII. Laodromus.
A. M. 3448. Bab. 57. V. C. 202. Ante Dn. 552.
Cyri VIII. Darij Medi VII.

Scolia Pindari Ol. 5. CAmarina Siciliæ vrbs, cum ſtetiſſet annos duodequinginta ſubuertitur, iacetque annos CXII. vſque ad Olympiadem LXXXV: qua inſtaurata eſt. Marcianus tantum XLVI. annos ſtetiſſe ait, exiguo deſcrimine, nempe biennij vnius.

XX. III. Pythias IX.
A. M. 3450. Bab. 59. V. C. 204. Ante Dn. 550.
Cyri X. Darij Medi IX.

Herodot. CRœſus ad bellum Cyro inferendum ſe accingens Apollinem Delphicum conſulit, & quaſi muneribus corrupturus ampla dona per legatos mittit. Apollo donis acceptis Crœſum ambiguo reſponſo ludificatur,

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει.

Crœſus Halym greſſus magnam peruertet opum vim,

Hinc illud. *Flexa, non falſa autumare dictio Delphis ſolet.* Vnde & λοξίας Apollo dictus eſt. *Pacuuius Peribœa v. 193.* Aliquando tamen non tantum *flexa* ſed & falſa reſpondere coegit Apollinem rerum futurarum ignorantia. Clemens. *Mercedem accipit, & poſt aurum mentitur.* *Clement Alexand. προτρεπτικῷ.* At Solon οὐ λοξὰ μαντεύεται, non oblique vaticinatur iubens Crœſum finem reſpicere. Beatus ſibi videbatur Crœſus. Sed vbi à Cyro victus pyræ concremandus appoſitus eſt, tum expertus eſt quantò Apolline melior fuerit conſultor Solon, *Scilicet vltima ſemper Expectanda dies homini eſt, dicique beatus Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.*

XXII. V. PHALARIS.
Olympias LVIII. Diognetus.
A. M. 3452. Bab. 61. V. C. 206. Ante Dn. 548.
Cyri XII. Darij Medi XI.

PHalaris perit, cùm tyrannide Agrigenti occupatâ potitus eſſet annos ſexdecim, quorum initium Euſebius collocat in Olympiade LIV. Extant huius epiſtolæ Græcæ, quas quidam ſuppoſititias putant. Sed quis vnquam alterius ingenium tam graphicè deſcripſit, quàm hic depingit ſuum? Ego has epiſtolas cum

Digitized by Google

*Suida voto θαυμασίας πάνυ. Si ſtylum, ſi
acumen, ſit ingenium ſpectes, non modo
Tyranni, ſed ne Rhetoris quidem aut
Philoſophi epiſtolæ Græcæ extant vllæ
cum illis comparandæ. Si mores, porten-
tum hominis fuit, improbitati hominum
caſtigandæ natus, atrox odij & inteſta-
bilis ſæuitiâ, erga amicos propenſiſsimo
& munificentiſsimo animo, virtutem
etiam in hoſte ſuſpiciebat, adeò vt eius
admiratione & iniurias condonaret &
odia remitteret. Et eius epiſtolis paucula
hîc excerpere libuit, adnotatis epiſtola-
rum numeris, vt eo facilius ad fontes ip-*
Ep. 4. *ſos adire liceat. Phalaris natione Creten-
ſis, patriâ Aſtypaleenſis, Laodomantis*
49. *filius, patrem in cunis amiſit, vxorem*
18. *Erythiam duxit, ex quâ filium Pauro-
lam ſuſcepit. Paulò antequam naſcere-
tur Paurolas, in exilium pulſus, & ma-
ximâ bonorum parte mulctatus, diu pro-
fugus ac conſilij inops tandem factione
Agrigenti Siciliæ ciuitate ortâ ab infir-
mioribus arceſsitus tyrannidem occupa-
uit, quam iiſdem artibus tueri coactus eſt,
quib⁹ acquiſierat, fraude ac ſæuitiâ, quam
ob cauſsā multis exoſus etiam ab iis, quos
beneficio affecerat, inſidiis petitus eſt.*

49. *Erythia pulſo Phalaride Aſtypaleæ
quidem manſit ad obitum vſque cum fi-
lio ſuo Paurolâ, ſed ſingulari caſtitate,
& in maritum fide, etiamſi à potentiſsi-
mis quibuſq; ciuitatis procis ambiretur,
idque diu.*

69. *Nam Phalaris ἔτι νέος ὢν patriâ eiectus
eſt, & tamen ad vxorem adhuc in Cretâ
habitantem ſcribit iam ſenio & morbo
grauiſsimo confectus, ex quo vix conua-*
8. *luerat operâ Polycliti medici Meſſenij.*
21. *Et Meſſenijs quidem inuiſus deinceps fuit*
70. *Policlytus. Sed Phalaris cum ita munera-*
A *tus eſt, vt Meſſeniorum odia poſſet inſu-* 71.
*per habere. Nam præter quinquaginta
drachmarum millia, viginti pueros ἀφ-
θόρους & κειμήλια multa etiam annuum
ſtipendium illi inſtituit, quale nauarchis.*

Aſtypaleenſes, ſiue iam odio ſedato, 119.
ſiue talionis metu, legatos ad Phalari-
B *dem mittunt, qui docent ſe publicis actis
innocentiam eius teſtificatos, immerito-
que è patriâ eiectum pronunciaſſe. Nec
aſpernatus eſt Phalaris licet intempeſti-
uam ciuium comitatem, ſed multis ver-
bis gratias egit, prolixè laudauit & am-
pla rependit munera. Victoriam de Leon-* 40.
C *tinis conſecuto Paurolas filius miſit coro-
nam ſexcentos aureos pendentem, quam
ille ad vxorem ſuam remiſit, eique dono
dedit. Tandem procorum Erythiæ ali-* 51.
*quis Pytho nomine tædio repulſæ Ery-
thiam veneno tollit, quam iniuriam im-
patientiſsimè tulit Phalaris.*

D *Forte Perilaus Athenienſis Agri-* 122.
*gentum venerat, ediderat que ſtatuariæ
artis ſpecimen egregium, exceperatq; ho-
minem liberaliter Phalaris. Ille ſæui-
tiam tyranni compertam habens taurum
æneum fabricatur, prægrandem & affa-
bre factū, docet vſum eius excarnifican-*
E *dis hominibus incomparabilem. Phala-
ris Perilai ſolertiam miratus, nequitiam
deteſtatus, iubet è veſtigio nebulonem
artis ſuæ periculum facere, & indignan-
tibus Athenienſibus idoneis rationibus
confirmat ſe in eo nihil feciſſe niſi ex æquo
& bono. Et hactenus probis ſatis fecerat,*
F *ſi Perilaus vnus taurum ſubijſſet, ſed ho-
ſtibus etiam abſentibus ſubinde ſcribens
ac dira minitans βασανιστήριον oſtenta-
bat, & quoties dabatur occaſio, promiſſa
præſtabat, publicum humani generis
odium ſuſque deque habens. Florebat*

Digitized by Google

tum Steſichorus Himerenſis poeta octen-
nio circiter ante Phalaridem mortuus.
63. *Is in Phalaridem verſus ſcripſerat, co-*
73. *pias conſcripſerat, Himerenſes aduerſus*
92. *eum animauerat, aſtipulante Conone*
93. *quodam flagitioſiſſimo viro & alijs, qui*
108. *poſtea in Phalaridis manus venerunt.*
109. *Conon ſtatim tauro traditus eſt. De Ste-*
78. *ſichoro primo dubitauit, dein perſpectâ*
31. *ingenij eius amœnitate, ac morum ele-*
15. *gantiâ, non modò impunitum ſed & am-*
103. *pliſſimis honoribus affectum ac muneri-*
54. *bus auctum dimiſit, ſemperque poſtea*
viuum defunctumque coluit, eò vſque
vt Himerenſes rogarit, vt ipſi templum
& aras extruerent ad eam rem opes, ar-
ma, viros offerens, filias eius amantiſſimè
conſolatus. Popularis auræ contemptor
77. *maximus, adeóq; ſcelerum, & publicæ*
infamiæ ſibi conſcius fuit, vt honores à
117. *Melitenſibus oblatos recuſarit, non ſuper-*
biâ, ſed amicè monens futurum id illis
infame, ſibi minimè glorioſum. Sic, cùm
79. *Steſichorus, Cleaneta & Theano cogi-*
80. *tarent de laudibus eius concinendis, ipſe,*
145. *vt ab inſtituto deſiſterent, seriò poſtula-*
uit, nomen ſuum ſilentio potius obrui,
quàm virorum illuſtrium ſcriptis cele-
brari, ac falſis laudibus inutiliter orna-
85. *ri malens. Meſſenios, Catanenſes, Leon-*
104. *tinos, Zanclæos & Tauromenitas, mul-*
113. *tis eorum contumelijs irritatus acerbiſſi-*
mè perſecutus eſt, ſubinde conteſtans pro
comperto habere ſe eos Deo & ſibi pœnas
daturos, quod & obtinuit. Fatetur ali-
cubi ſe XXXVII *viros χαλκεῦσαι, ſeriò ſe*
optare, vt ij vltimi ſint, ſed prævidere ſe
Lamachum & Epiterſem, licet tum ab-
ſentes, numerum aucturos. At credibile
non videtur, quod refert Clearchus apud
Athenæum. Phalarin tyrannum tan-

A tâ crudelitate efferatum fuiſſe, vt la- *Athen.l.9.*
ctentes puellulos recens natos in-
ter epulas vorauerit.

Illud credibilius eſt, quod refert Ælia- *Ælian.l.2. c.4.*
nus. Chariton Melanippum impudico
amore complectebatur. Melanippus in
ludicro certamine à Phalaride damna-
B *tus adeò efferbuit, vt de occidendo Pha-*
laride cogitaret. Conſilium is cum ama-
ſio ſuo communicat. Chariton veritus,
ne ſi puer hoc conſilium effutiret, ſibi exi-
tium crearet, poſtquam ab inſtituto ab-
ducere non potuit, hoc onus in ſe ſuſcepit,
& die captato pugionem in Phalari-
C *dem ſtringit. Deprehenſus à cuſtodi-*
bus & molitionis ſuæ complices edere
iuſſus, primò tormentis reſtitit. Vbi do-
lori ſe imparem ſenſit, rogauit vt ad Pha-
laridem duceretur, eique rem totam ape-
rit. Tyrannus Menalippi pueri confiden-
tiam, & Charitonis in Menalippum
D *amorem admiratus vtriq; pepercit, hoc*
tantum iubens, vt ex Siciliâ protinus fa-
ceſſerent. Apollinem non puduit turpem
hunc amorem diuinum nuncupare &
verſibus his celebrare Θείας ἡ γνήτης ἐρω-
μμείοις φιλότητος, Εὐδαίμων χαρίτων, καὶ Με-
νάλιππος ἔην. *Non eſt igitur mirum, ſi*
E Socrates, Plato, Xenophon, Æſchi- *Plutarchus de liberis educandis.*
nes, Cebes, ac totus Philoſopho-
rum chorus maſculos probauerint
amores, *ſi Plutarchus tot, tantorumq;*
virorum circumfuſam nubem videns ἀν-
θεράσοις, ὀμφακίας, σφυρῆς *vocet parentes,*
qui liberis ſuis illatam à præceptoribus
F *contumeliam hanc impatientiùs fere-*
bant. Nos contrà, vel hinc colligamus
deos gentium dæmonia fuiſſe, ſpiritus im-
puros & impuritatis doctores, & philo-
ſophorum ſapientiam tenebris horrendis
immerſam fuiſſe. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμω- *Rom.1.*

Valer. Max. l.6.c.1. ἐγένοντο. Contra C. Luſcius ſororis ſuæ filium tribunum militum à C. Plotio manipulario milite iure cæſum pronunciauit, quia eum de ſtupro compellare auſus fuerat.

Ælian. l.3. c.12. Xenophon de Lacedem. Plut. in Marcello. Igitur Apollini non tantum Moſis, ſed & Lycurgi & Scantinij legem opponimus, tum Plotium, Luſcium, & Senatus conſultum, quod & Plutarchus, quaſi a veterno excitatus, laudat. Marcellus de Capitolino apud patrem queſtus fuerat, pater apud Senatum, Capitolinus pernegabat. Marcellus ne mutire quidem potuit. Senatus pueri ruborem, lachrymas, & plenum indignationis ac verecundiæ ſilentium veritatis argumentum interpretatus Capitolinum graui mulctâ damnauit. Hæc ſi te non mouent, ſpecta Sodomæ incendium, & fumantem adhuc Gomorrhæ lacum.

Cæterum, vt tum iacebat Dei templum, ſic & Delphicum hoc anno conflagrauit. Sed Deus ſe templum ac populum ſuum deſerturum non ſemel conteſtatus fuerat ob peccata, quæ à populo in ipſo templo perpetrabantur. Nihil tale Λοξίας. Igitur Templum Delphicum, ſæpe dirutum, ſæpe inſtauratum legimus. A Phlegyis incenſum diximus A. M. 2549. Deinde à Pyrrho Achillis filio euerſum docet Pauſanias: annis circiter trecentis poſt primam eius conflagrationem. Tertio à Thracibus incenſum docet Euſebius præp. Euang. lib. IV. quo tempore non conſtat. Sed tum à Trophonio & Agamede inſtauratum, quartò incenſum eſt, primo Olympiadis LVIII. anno. Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἐρξικλείδου, vt Pauſanias & Euſebius teſtantur. Scholiaſtes Pindari docet Philochoro autore factum id à Piſiſtratidis, pauloque poſt ab Alcmæoni-

A dis inſtauratum prout ſubinnuit Pindarus Pythico VII.

Crœſum à Cyro captum Olympiade duodeſexageſimâ narrant Euſebius & Solinus. Potuit bellum Cyri aduerſus Crœſum, vel Crœſi Halyn traycientis expeditio hoc anno contingere. Tertio B demum poſt hunc anno captus videtur Crœſus.

Eadem Olympiade obit Thales Mileſius Phyſicus, cum vixiſſet annos plus minus nonaginta, natus circa Olympiadem XXXV. *Soſicrat. apud Laert.*

Spartanis longo & infauſto cum Te- *Herod. l.1.* C geatibus bello laborantibus reſpondet *Solin. c.5.* oraculum, non priùs illis res proſpere ceſſuras, quam Oreſtis oſſa Spartam tranſtulerint. Ea ſedulò conquiſita, & callido commento ſubtiliter ex Tegeatico agro ſubrepta Olympiade LVIII. comperta ſunt implere longitudinem cubitorum D ſeptem, quæ proceritas ſane Gigantea eſt.

Ad tranſlationem cadaueris quod attinet, habuit Satan exemplum Ioſephi (de quo diximus A. M. 2365.) quod æmularetur, ſed vt ſimia rem ſequeris, non rationem rei. Idem ab Ethnicis factitatum in conſecratione templi Epheſi- E ni teſtatur Iſidorus Peluſiota l.1. ep.55.

XXIII. VI.

A. M. 3453. Bab. 62. V. C. 207. Ante Dn. 547.

Cyri XIII. Darij Medi XII.

F Anaximander Praxidami filius Mileſius Thaletis Mileſij diſcipulus obit annos natus LXIV. Secundo Olympiadis LVIII. anno. Succedit illi Anaximenes Euryſtrati filius Mileſius. *Laertius. Clemens Strom. 1.*

Theognis Poeta clarus habetur. *Euſeb.*

Herod.

Megacles Alcmaonis filius ante annos circiter XIV. *cum Lycurgo Ariſtolaidæ filio in gratiam redierat, vt communem inimicum Piſiſtratum opprimeret. Eo depulſo male ſarta gratia necquicquam coit ac reſcinditur. Megacles ad Piſiſtratum ſcribit ſe daturum operam, vt tyrannidem recuperet, modo filiam cum hac dote vxorem ducat. Conditionem non reſpuit Piſiſtratus, amicitias vtilitate metiri pridem edoctus, viſum eſt ambobus rem aſtu potius, quàm vi gerere. Muliercula nomine Phrya è tribu Paanicâ formâ præſtans tribus digitis minus, quatuor cubitos alta panopliâ contegitur, ac curru cum Piſiſtrato imponitur præeunte præcone in hæc verba.* O Athenienſes Piſiſtratum, quem ipſa Minerua in arcem ſuam reducit, benigni excipite. *Tanta fuit Graculorum vecordia, vt galeatum ſcortum Palladem eſſe crederent. Ita Piſiſtratus priſtina dignitati redditus eſt. Sed ne tum quidem diu tyrannide potitur. Pridem Alcmaonidæ cenſebantur* ἐναγεῖς, *i. ſacri, execrandi. Piſiſtratus igitur, ne ſtirpis infamis pater fieret, Megaclis quidem filiam domum deducit. Sed cum ea* παρὰ φύσιν *congreditur, adeò mente captus, vt piacularis ipſe mallet eſſe, quam parens eius, qui* ἐναγὴς *erat auditurus. Hoc vbi reſciuit Megacles, dedit operam, vt iterum eijceretur Piſiſtratus.*

Valerius Max. l. 1. c. 2.

XXIV. VII. Pythias X.
A. M. 3454. Bab. 63. V. C. 208. Ante Dn. 946.
Cyri XIV. Darij Medi XIII.

Ælian. l. 13. c. 14.

H*Omeri carmina olim laciniosa, & fruſtulatim decantari ſolita Piſiſtratus in duas partes, libros 48 diſtribuenda curauit, quomodo nunc habentur: quam ob cauſſam rapſodiæ dicuntur.*

XXV. VIII. CROESVS.
A. M. 3455. Bab. 64. V. C. 209. Ante Dn. 545.
Cyri XV. Darij Medi XIV.

E*Vſebius & Solinus Crœſum à Cyro captum docent Olympiade* LVIII. *h. e. currente quadriennio Olympiadis* LVIII. *Laertius autem in vita Periandri* Σωσικράτης, *inquit,* φησὶ πρότερον Κροίσου *(h. e.* πρὸ ἁλώσεως Κροίσου*)* τελευτῆσαι *(*Περίανδρον*)* ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τετταρακοστῆς ὀλυμπιάδος. *Crœſus Cyro ſuperſtes fuit & Cambyſem Ægyptijs bellum inferentem comitatus eſt teſte Herodoto. Hoc igitur anno non mortuum, ſed victum & captum à Cyro Crœſum vult Soſicrates.*

Ferunt Crœſi filium à puero mutum & elinguem habitum. Vbi verò militem vidit ſtricto gladio caput regis inuadentem, tantâ contentione connixus eſt, vt eo impetu ſpiritus vitium, nodumque linguæ ruperit, & in has voces eruperit, ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον. O homo, caue Crœſum occidas.

Herod. l. 1. Aul. Gell. l. 5. c. 9. Val. Max. l. 5. c. 4.

XXVI. IX. PHERECIDES.
Olympias LIX. Archilochus.
A. M. 3456. Bab. 65. V. C. 210. Ante Dn. 544.
Cyri XVI. Darij Medi XV.

P*Herecydes Syrus Pythagoræ præceptor florebat Olympiade* LIX. *regnante Ser. Tullio. Euſebius quinquen-*

Cicero Tuſc. 1. Laert.

Ælian. l. 3. & l. 5. c. 2. *nio ſerius id refert. Hunc Phthiriaſi periiſſe docent Laertius & Ælianus non ſemel, cauſamque Atheiſmo deputant, prout homini animali procliuis eſt lapſus à falſorum deorum damnatione ad diuinitatis omnis abnegationem. Familiarem quidem hunc morbum eſſe ait Diodorus populis quibuſdam, Africæ ſed planè barbaris & prorſus Atheis. Omnino eſt hoc inter cætera vel maximè horrendum iræ diuinæ teſtimonium aduerſus hominum impietatem, ſuperbiam, tyrannidem.*

XXVIII. XI. Pythias XI.

A. M. 3458. Bab. 67. V. C. 212. Ante Dn. 542.

Cyri XVIII. Darij Medi XVII.

Qvo anno Cyrus Babylonem aggreſſus ſit, nemo veterum, quod ſciam, tradit. Sed ex Herodoti hiſtoria colligere eſt factum id biennio, trienniove poſt captum Crœſum. Quod ſi cui ſuſpecta & cum ſcripturâ minus conuenientia videntur ea quæ ex Beroſo, Megaſthene, & Abydeno diximus de ſerie regum Babyloniorum. Age dicamus, ſi lubet, Balſaſarum ad hunc vſque annum perueniſſe, hoc anno Babylone à Cyro oppugnatum, eius loco à Cyro ſubſtitutum Darium Medum duos & ſexaginta annos natum, vt hæc cauſa ſit cur Medus à Perſâ Babyloniæ rex inſtitutus coactus ſit Medorum & Perſarum morem ſequi, qui regia edicta regis & principum ſigillo ſemel ſancita non patiebantur quamlibet ob cauſam abrogari. *Dan. c. 5. & 6.*

Sed certè non eſt cauſæ, cur bonos, minimè ſuſpectos, & ſcripturæ non contradicentes hiſtoricos falſi inſimulemus. Igitur decimo ſeptimo, inquit Beroſus, Nabonidi (is eſt Darius Medus) anno Cyrus toto eoque magno impetu Babyloniam inuadit, Babylonem oppugnat. Nabonidus maluit in arcem Borſippenam, quàm Babylonem ſeſe recipere, vt inde excurſiones faceret in Perſas Babylonem expugnantes. Quam ob cauſſam omiſſa vel intermiſſâ Babylonis oppugnatione Borſippenem arcem adoriri coactus eſt. *Beroſ. apud Ioſeph. in App. l. 1.*

II. XIII.

Olympias LX. Apellæus.

A. M. 3460. Bab. 69. V. C. 214. Ante Dn. 540.

Cyri XX. Darij Medi XIX.

Cyrus Babylonem oppugnans quaſi Euphrati infenſus flumium in trecentas ſexaginta partes diſpeſcit, vt non immeritò tanta vrbis ruinam cum ſtupore prædicet Ieremias. *Seneca.* Quomodo capta eſt Seſac? quomodo comprehenſa eſt totius terræ gloria? *Regum à Cyro deuinctorum vltimus forte fuit rex Babylonis, & hoc videtur innuere Ieremias, cùm reliquis regibus enumeratis ait,* Et rex Seſac bibet poſt eos. *Babylon autem Seſac vocatur ab Idolo, cuius cultui addicta erat. Litera S. à fronte nonnunquam articuli vicem ſupplet, vt in vocibus Saddai, Seiſithrus, Salhabab, &c. Hanc literam ſi demas ſupererit* Sac, *Veneris, vt videtur, epithetum infamia longè ſpurciſſimâ nobilis.* Erat Pœnis Siccæ Veneris fanum, in quod ſe matronæ conferebant; atque inde procedentes ad quæſtum, dotes corporis iniuriâ contrahebant, honeſta nimirum tam in honeſto vinculo coniugia iuncturæ. *Fuit & Cy-* *Ier. 51. 40. 25. 26. Val. Max. l. 2. c. 6. Iuſt. l. 18.*

prijs in vſu fœdus iſte mos, teſte Juſtino. Fuit & Ægyptijs notum nomen Seſac, *vt patet ex 1.Reg.* XIV. *25. & 2.Chron.* XII. 2.

IMPERIVM
PERSARVM.

III. XIV.

A. M. 3461. Perſ. 1. V. C.215. Ante Dn. 539. Cyri XXI.

Beroſ. apud Ioſeph. in App. l.1. Abydenus apud Euſebium de præparat. Euang. l.9.

BAbylon tres circiter annos oppugnata capitur hoc vel ſequente anno. Darius quoque Medus, qui & Nabonidus octogenario maior à Cyro perdomitus, captus, tegno ſpoliatus vita & Caramaniæ prefecturâ donatur, vt docent Beroſus & Abydenus. A Ioakimi quarto, Nabuchodonoſoris primo, ad huius Darij Medi, ſiue Nabonidi vltimum fluxerunt anni ſeptuaginta, vt monent Chronologi veteres apud Euſebium. Totidem annos duraturum Babylonis imperium prædixerat Ieremias XXV. 11. 12. Eſaias XXIII. 15. *In die illa obliuioni erit Tyrus ſeptuaginta annos, ſecundum dies regis,* h.e. regni *vnius. Poſt annos ſeptuaginta erit Tyro canticum ſimile meretricio.* Non fuerat Tyrus ſine regibus. Sed ſine ſplendore. Huius enim luminibus officiebat præpotens & vicinum Babylonicum imperium, cui ſuberat.

Eo poſt LXX. annorum durationem euerſo exultauit & inſultauit Tyrus more meretricio priſtinum ſplendorem recuperaturam ſe ſperans, quod & obtinuit. Tum quoq; A reſpirare cœpit Ægyptus poſt annorum quadraginta deſolationem de qua Ezekiel XXIX. 10. Factum id annis quinquaginta quatuor poſt inchoatam Tyri obſidionem, vt docet Ioſephus in Appionem l. 1. Cyrus deleto Babyloniorum imperio ſui B imperij ætam commodè hinc arceſſit. *Anno* igitur *primo Cyri regis Perſidis, vt impleretur verbum Domini ore Ieremiæ* prænunciatum *excitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, vt tranſmitteret edictum per totum regnum ſuum, idque ſcripto conſignatum his ver*C*bis. Sic ait Cyrus rex Perſidis. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus rex cælorum: idemque imperauit mihi vt ædificarem illi domum Hieroſolymis, quæ in Judæa eſt. Quis veſtrum ex toto illius populo, Deum ſuum ſibi propitium habet? Js aſcendat Hieroſolymam quæ eſt* D *in Iudæâ & extruat domum Domini Dei Jſraelis.* Reduces Iſraelitæ Hieroſolymam aduecti inſtaurato altari ſacrificant σῶςρα Tiſri primo, Septembris XXVI, Sabbatho. Tabernaculorum feſtum inchoant Tiſri XV, Octobris decimo. Abſoluunt Tiſri E Octobris XVII. Autor Seder Olam. *R. Joſe contendit, non niſi quinquaginta duos annos terram Iuda fuiſſe prorſus deſertam.* Ioſephus ait *templum iacuiſſe annos quinquaginta,* h.e. templum, altare, totum iuge Sacrificium iacuit annos Ioſepho quidem 50, Rabbi-F no Ioſe 52, Mihi 51.

Eſd. 1. 1.

Ioſeph. in App. l. 1.

Deus ſolis ijs, eorumue poſteris reditum promiſerat, quos Nabuchodonoſor in captiuitatem abduxerat. Sed etiam eorum, quos Aſſyrij abduxerant, poſteri viuebant ſub ditio-

ne Cyri. Itaque ijs quoque libetum A
fuit in patriam reuerti, & diuini cultus inſtaurationi incumbere. Pauci ſuâ libertate vſi ſunt. Etiam tribus Iuda maxima pars exilium patriæ prætulit. Pauculi tamen illi reduces paulatim totam patrib⁹ ſuis promiſſam terram impleuerunt. Et Hieto- B
ſolymitani quidem pro ſuperbiâ hominibus inſitâ Galilæos adeò deſpectui habebant, vt prouerbij inſtar
Ioan. 1. 46. 7. 52. dictitarent. *Ex Nazareth aliquid boni? Jnquire, comperies ex Galilæâ nullum exortum Prophetam*. Galilæi tamen in quibuſdam etiam Hietoſoly- C
mitanos ac tribum Iuda ſuperabant zelo traditionum. Quippe Iudæo-
Talmud. de Paſchate cap. 4. f. 55. rum *Sapientes dicunt, quod in Juda vacabant operibus in veſperis Paſchatum vſque ad mediam noctem: In Galilæâ verò nullo modo vacabant*, h. e. dimidiæ totius Paſchalis ſeptidui no- D
ctes in Iudæâ quidem ἐργάσιμοι erant, in Galilæâ ἑορτάσιμοι. Igitur tota terra promiſſa tribui Iudeæ σύσσωμος facta eſt, præter Samaritanum agrum, in quo manſit vetus & ἀδιάλλακτον odiū, cuius argumētum vel hinc colligas.
De diuortijs c. 1 f. 11. a. *Omnis libellus, cui teſtis adhibetur Cu-* E
tæus, פסול *eſt irritus*. Vide Iohannis IV. 9. Tandem eò Samaritanos lucifugas adegit faſtus & ſuperſtitio, vt ad cuiuſuis peregrini conſpectum exclament, caue accedas, caue tangas. Sic fere zelotæ Coloſſ. 2. 21.

IV. XV. Pythias XII.
A. M. 3462. Perſ. 2. V. C. 216. Ante Dn. 538.
Cyri XXII.

Æ Schylus Poeta Athenienſis è tribu Eleuſiniâ Euphorionis filius, Cynegiri & Amyniæ frater naſcitur Vita Æſchyli.
κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα immo εἰκοστὴν vt rectè notat Scaliger, currente, inquam, non primo ſed tertio Olympiadis LX. *anno. Aduerſus Darium in acie ſtetit pugnâ Marathoniâ. Tragicos, qui ante illum ſcripſerant, longè ſuperauit. Ad Hieronem miſſus Olympiade* Diod. Sic.
LXXVI. *cum Catana concrematæ muros inſtauraret, & Ætnam nuncuparet, triennio poſt obit annos natus* LXV.

Scaliget [a] Cyri imperium inchoat à Cyclo Solis quarto, Lunæ XV, vultque annos nouem imperaſſe. Hæc in ſuis Iſagogicis. Melius ſanè, quàm quod antea contendebat in libris de emendatione, atque adeò in Iſagogicis [b] triennium tantum imperaſſe. A Ioakimo capto ad hunc annum ſunt anni ſolidi ſeptuaginta. Hæc Scaligeri ſententia conuenit cum eâ Rabbini Ioſe. Nos tamen putamus hunc annum fuiſſe potiùs ſecundum, quàm primum imperij Cyri.

a Scalig. Canonum Iſagog. l. 2. p. 133.
b l. 3. p. 294.

Secundo imperij Perſici anno Iſraelitarum reduces duce Zorobabele, & Ieſuâ Iotſedeki filio ſummo Sacerdote templi fundamenta iaciunt magno populi concurſu & acclamatione partim exultantium, partim eiulantium, idque menſe ſecundo, ſiue Siuan, qui initium duxit Aprilis Eſd. 3. 8.
F XXII. feriâ quintâ, exeunte anno quinquageſimo ſecundo, poſtquam à Babylonijs fuerat incenſum, annis octodecim ante ſecundum Darij, ſub quo intermiſſum opus inſtaurari cœpit, vt rectè notant veteres Hebræorum

bræorum Chronologi, quorum mentem non eſt aſſecutus autor Seder Olam, ideóque hos octodecim annos ineptè partitur, ſed ita vt vitioſum ac recens ædificium à probo & vetere fundamento facilè internoſcas.

V. XVI. PHOCYLIDES.

A. M. 3463. Perſ. 3. V. C. 217. Ante Dn. 537. Cyri XXIII.

Simonides Lyricus, Phocylides & Xenophanes Phyſicus Tragœdiarum ſcriptor, clari habentur. *Hæc Euſebius. Simonides* XX *annum agebat. Xenophanem Laertius quoque ait floruiſſe Olympiade* LX. *Ipſe verò in verſibus ait ſe natum annos* XX *patriam reliquiſſe, iamque annos* LXVII *vrbes Græciæ oberrare: Ita vixit annos circiter nonaginta. Hic Phocylides ſit ne autor verſuum gnomicorum, qui hodie extant, quærendum. Hi verſus ſæpe altiùs aſſurgunt, quàm ferat humanæ ſapientiæ modus. Itaque Scaliger arbitratur eorum autorem fuiſſe non Ethnicum, ſed Iudæum aliquem Helleniſtam.*

Dan. 10. 1. Tertio imperij Cyri anno Daniel cùm videret Satraparum inuidia, Cambyſis malitia, & Iudæorum vecordia intermiſſam iacere tẽpli Hieroſolymitani extructionem, quamuis ipſe procul abeſſet, viginti trium dierum ieiunio Suſis ſeſe macerat, quarto verò & viceſimo die multa præclara ab Angelo diſcit. Auſteritatem ieiunij vide. *Panem*, inquit, h. e. cibum *deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Sed neque vnguento vnctus ſum, donec complerentur trium hebdomadarum dies.* Carnem etiam de piſcibus dici liquet ex 1. Cor. 15. & ex Talmude.[a] Rectè autem Hieronymus. *Fortiſsimum ieiunium eſt panis & aqua.* Iudæis non ſatis fuit vnguentis abſtinere. Etiam lotionibus interdixerunt in ieiunio. Hinc illud Talmudis ſcitum Tractatu[b] de Benedictionibus Cap. 1. §. 75. *Lugenti*[c] *nefas eſt lauare.* Hoc cùm diſc[ip]ulis ſubinde inſuſurraſſet Rabbinus [q]uidam, ipſe proxima nocte poſt vx[o]ris mortem compertus eſt lauaſſe. Diſcipulis mirantibus reſpondit, Ego[d] ἀσθενὴς εἰμι, infirmus ſum. Quin & die propitiationum, ac reliquis Angariarum (Iudæi תעניות dicunt) diebus, non tantum cibo, vnctione, lotione, ſed & ſandaliorum vſu, miniſterioque ſcipionis interdicitur. *Regi tamen*, inquiunt, *& ſponſæ licet lauare faciem, puerperæ induere ſandalia. Parturienti expiranti præbetur cibus, donec redeat anima illius. Ægrotanti per ſiphunculum infunditur cibus. Siphunculi penuriâ in os ingeritur, donec dicat, ſufficit.* Siphunculum dicunt בקיא quaſi culicis aut muſcæ proboſcidẽ, quod ideò moneo, quia in Lexicis id vocis non habetur. Talmudiſtis iſtis culices percolantibus, camelos deglutientibus opponere ſufficiet dictum Chriſti Matthæi VI. 17. Cæterum, quia non cõſtat an Daniel nonagenarius, vt pote ante duos & ſeptuaginta annos in captiuitatem abductus vltra tertiũ imperij Cyri annũ vitam produxerit, iuuat hîc audire, quid de

a Talmud בחולין Cap. 8. f. 104. a.

b בברכות Cap. 1. f. 16. b.

c אבל אסור לרחוץ

d אסטנים אני

e ביומא Cap. 8. f. 73. & 82. a בתענית Cap. 1. f. 12. b.

Arabibus בוק *tubam ſignificat.*

Daniele ſentiat R.Moſes Maimonis A
filius, quem tanti facit Iudæorum natio, vt à Moſe ad Moſem dicant non fuiſſe Moſi ſimilem. Tamen is Talmudiſtas exoticorum ſcriptorum lectionem prohibentes adeò inſuper habuit, vt paſſim Ariſtotelem, & Platonem laudet. Quin & Pythagoræ delirijs aliquot imbutus eſt, B
& Ariſtotelem in ſublunaribus nuſquam non vera dixiſſe putat. Hebræis ſunt initiales & medianæ literæ 22, finales quinque. Quamobrem vetus Teſtamentum modo in 22, modo in 27 libros partiuntur, idque C
hoc modo. Moſis quinque, Hiſtorici veteres ſex (Prophetas priores Iudæi vocant) Ioſue, Iudices, Regum libri quatuor: Tum Prophetæ, vt loquuntur, poſteriores quatuor, Eſaias, Ieremias, Ezechiel. Duodecim minorum Prophetarum liber vnus. D
Colliguntur libri quindecim.

R. Moſes במורה חנבכים *lib. 2. c. 45.* Maimonides duodecim כתובים h. e. Hagiographos numerat. Pſalmos, Prouerbia, Iobum, Danielem, Eſdram, Nehemiam, Paralipomenon duos, Eccleſiaſtem, Canticum Canticorum, Ruth, Eſter. Videlicet is E
Lamentationes Ieremiæ adnectit. Hodie ex Lamentationum & quatuor poſtremis libris paruum Pentateuchum faciunt. Paralipomenon duos pro vno habent. Ita ſuperſunt Hagiographi ſeptem. Licuerint hæc Iudæis. Illud non ferendum, quod F
Maimonides vndecim Prophetiæ gradus comminiſcitur, & vult Hagiographorum authores non fuiſſe propriè & perfectè prophetas, quaſi cum ſancto quidem Spiritu locuti ſint, ſed non per ſpiritum Sanctum, vt alij Prophetæ, atque ideò à cœtu reliquorum ſecluſos. Apage commentorum blaſphemias.

VI. XVII.

PISISTRATVS.

Olympias LXI. Agatharchus.
A. M. 3464. Perſ. 4. V. C. 218. Ante Dn. 536.
Cyri XXIIII.

Piſiſtratus vndecim annis, poſt quàm ſecundò, vel poſt quàm primò eiectus fuerat, copijs ex Argolide, Boeotiâ, Thraciâque, quà Strymone alluitur, conſcriptis tertiò tyrannidem recuperat, & validiùs quàm pridem, ſtatuminat. Athenienſes duriore, quàm vnquàm, iugo premit, cùm antehac inde à Theſei tempore etiam ſub regibus ſibi liberi viderentur, & democratiæ quàm monarchiæ propiores. Athenienſium, qui libertatis deſiderio tenebantur, alij in prælio caſi, alij cum Alcmæonidis in exilium acti. *Herodot.* *Pauſan.*

IVBILEORVM
NOVA SERIES.

VIII. XIX. Pythias XIII.
A. M. 3466. Perſ. 6. V. C. 220. Ante Dn. 534.
Cyri XXVI.

IVdæi poſt annorum amplius mille quingentorum exilium, annorum hebdomadas & Sabbathiſmos obſeruant, Iubileos non item. Idem ab illis in exilio Babylonico factita-

tum veriſimile eſt. Cùm ergo Iubileum, qui in quadrageſimum Nabuchodonoſoris annum inciderat, celebrare Iudæis in Babyloniâ exulantibus non licuiſſet, qui primus reducibus in patriam ſeſe obtulit Sabbathiſmus, is fuit illis Iubilei inſtar.

Itaque Autumnus huius anni potuit eſſe initium, vt hebdomadis nouæ, ſic & noui Iubilei. Hæc noua Iubileorum ſeries poſtulat, vt annis poſt hunc 735, 784, 833, Iubilei XV, XVI, XVII incidant in annos receptæ Chriſti æræ 202, 251, 300, V. C. 955, 1004, 1053, æræ Antiochenæ 250, 299, 348. Euſebius in horum Iubileorum notatione biennio deceptus eſt, quomodo paſſim in ſcriptoribus Eccleſiaſticis biennij error obrepit, maximè ex cõfuſione Æræ Actiacæ cum victoriâ Actiacâ, cùm hæc illam biennio antecedat. Iubileorum autem vſum aliquem etiam poſt reditum à captiuitate Babylonicâ remanſiſſe colligo ex Iubileorum non infrequenti mentione apud Talmudiſtas, cùm tamen Talmudiſtæ nihil proferant à maioribus ſuis ſcriptum ante captiuitatem Babylonicam præter libros Canonicos tam nobis, quàm Iudęis notos. *Si quis*, inquiunt, *acceperit agrum à ſocio ſuo, & acceſſerit Iubileus*, &c. Quorſum hoc & conſimilia multa, ſi poſt redirum à captiuitate nullus fuit Iubileorum vſus? *Subulatus*, inquiunr, *emitur ſubulatione. Redimit autem ſe Iubileo, vel morte heri*. Atqui lex dixerat *vel morte ſummi Sacerdotis*. Deut. XV. 17. Natus eſt igitur hic canon poſt Herodem, cùm Sacerdotium ſummum

Talmud בערכין *cap. 6. & 7. & in Bavâ mediâ cap. 9. f. 109. a.* בקדושין *c. 1. f. 14. b.*

A arbitrio Principum daretur, & abrogaretur, vt tum coacti ſint Iudæi diſiunctiuæ loco ſubſtituere *vel morte domini*. Ne quid Legis benignitati decederet. Rurſus poſt captiuitatem demum Babylonicam natus eſt hic canon. *Qui vendit agrum ſuum gentili, reus eſt, & ſubduxit eum iuri primogenituræ*, על תיקון עולם *propter ius gentium*, vel *conſtitutionem ſeculi*, h. e. non habet ius agri ſui repetendi tempore Iubilei, ac liberis ſuis ſecundum primogenituræ iura diſtribuendi. Sed quo tempore Talmud cõditum eſt, cùm Iudæi nihil ampliùs poſſiderent in Iudæa, variabant iam Iureconſultorum de Iubileis ſententiæ. *Hæc ſunt*, inquiunt, *quæ non reſtituuntur in Iubileo, primogenitura, qui hæres eſt vxoris ſuæ, qui* ἐπιγαμβρεύων *vxorem fratris ſui*, &c. *R. Ioannes Berukæ filius ait, Etiam qui hæres eſt vxoris ſuæ reſtituit familiæ filijs.*

בגיטין *c. 4. f. 57.*

בבכורות *c. 9 f. 52. b.*

Seruio Tullio defuncto ſuccedit ſeptimus & vltimus Romanorum rex L. Tarquinius, cui mores Superbi cognomen dederunt. Is Tarquinij Priſci regis nepos, Seruij Tullij gener, ſoceri parricidio regnum adeptus, ne cadauer quidem eius ſepelire dignatus eſt. Regnum per vim obtinuit annos XXV.

Dionyſ. Halic.

X. II. ANACREON.

Olympias LXII. Eryxias.

A. M. 3468. Perſ. 8. V. C. 222. Ante Dn. 532.

Cyri XXVIII.

ANacreontem *Olympiade* LXII *floruiſſe ait Euſebius, apud Suidam verò, alij Olympiade* LII, *alij* XXV. *(quod*

Digitized by Google

certè non eſt veriſimile ideoque pro XXV *legendum* LXV) *alij denique temporibus Cyri & Cambyſis, quod cum Euſebij ſententia conuenit. Fuit autem is Teius inſignisq; poeta Lyricus. Vſque ad Cambyſæ vltima tempora vixiſſe Anacreontem colliges ex ijs, quæ dicemus decennio hinc.* B *Clemens vocat eum* ἐρωτικῶν *amatoriorum carminum inuentorem.*

Clemens Strom. 1.

Olympiade LXII *palæſtrâ vicit Milo Crotoniates, qui poſtea vicit Olympia ſexies, Pythia ſexies, Iſthmia decies, Nemea nouies, ſtadio tamen nunquam, vt qui corporis robore potiùs quàm pedum pernicitate polleret. Huic tandem robur* C *exitio fuit. Circa hunc annum tyrannidem in Samios vſurpaſſe videtur Polycrates. Clemens.* Pythagoras Polycratis tempore circa LXII Olympiadem inuenitur. *Euſebius Olympiade demum* LXIII *Polycratis meminit & fratrum eius Syloſontis ac Pantagnoti. Perijt verò* D *Polycrates haud multò ante Olympiadem* LXV, *circa A. M. 3478.*

Euſeb. Chron. Græc. Val. Max. l. 9. c. 12.

Clemens Strom. 1.

XII. IV. Pythias XIV.
A. M. 3470. Perſ. 10. V. C. 224. Ante Dn. 530.
Cyri XXX.

CYri obitus variè narratur. Cauſa diuerſitatis videtur orta, quod Perſas, & quotquot Perſis fauebant, pudebat fateri, Cyrum à fœminâ victum, captum, capite trūcatum, cruci affixum, caput eius in dolium ſanguine plenum iniectum, cum hoc probro, Satia te ſanguine, quem ſitiſti. *Diodorus breuius hiſtoriam attingit. Sed ita, vt ex eodem fonte hauſiſſe perſpicuum ſit, vnde &* A *Trogus. Igitur hoc circiter anno Scythas aggreſſus, ſequente anno à Scytharum reginâ Thomyri oppreſſus eſt.*

Diod. Sic. lib. 2. Herodot. lib. 1. Iuſtin. l. 1. Val. Max. l. 9. c. 10.

XIII. V.
A. M. 3471. Perſ. 11. V. C. 225. Ante Dn. 529.
Cambyſis I.

CYrus obit exactо tricesimo anno poſtquam in Perſide regnare cœperat. Succedit ei filius Cambyſes anno Nabonaſſari 219. (vt ex C Ptolemęo cōfirmamus A. M. 3477.) Et conſequenter regnare cœpit anno V. C. 225, Iphiti 248, h. e. quarto Olympiadis LXII, pro quo Euſebius tertium ſumpſit, vnius tantum anni errore. Hunc Ioſephus vult ab Eſdrâ Artaxerxem dici, nem- D pe cap. IV. Vnde colligo Aſſuerum, cuius ibidem fit mentio eſſe Magum Sphendadatem, qui nomine Tanyoxarcis regnum obtinuit. Nomen conuenit. Siquidem *Tan-ueachaſch-roſch* idem eſt, quod *Tan-achaſch-ueroſch* Græce dici poteſt, τανοξυάρης & E τανυοξάρης vel τανυοξάρκης. Eſdras, vt ſæpe fit, prænomen omittit. Ita remanet, Achaſch-ueroſch; ὀξυάρης, Aſſuerus. Eſdras igitur opus templi impeditum fuiſſe docet iam inde à Cyro vſque ad Darium Hyſtaſpidam, quia duo intermedij reges Aſſuerus F & Artaxerxes, i. Magus & Cambyſes extructioni templi obſtiterant. Et Aſſuerum quidem, quia paucorum menſium fuit, vno verbo expedit. De Artaxerxe vltimo loco agit, quia in eo diutius immoratur, vt po-

Herodot.

Ioſephus Ant. l. 11. c. 2. Eſd. c. 4. v. 6. & 7. Cteſias.

תזואחש ראש

Eſd. 4. 5.

te qui diutiùs & damnoſiùs Iudæis A aduerſatus ſit. Artaxerxes igitur, cuius meminit Eſdras IV. 6, eſt is, quem Græci Cambyſen vocant. Sententię noſtræ non obſtat, nec ijs, qui Darium Nothum inſtauratorem templi faciunt, fauet, quod dicitur. *Et re-* (Eſd. 6. 14.) *duces Iudæ ædificarunt & proſperarunt* B *ſecundum Prophetiam Aggæi Prophetæ & Zachariæ filij Hiddo, & ædificarunt & conſummarunt ex ſententiâ Cyri, Darij, & Artaxerxis regis Perſarum.* Nam Artaxerxes Mnemon regnare cœpit, non ſexto primoue patris anno, vt illi volunt, eò verba Eſdræ tra- C hentes. (Vide A. M. 3596.) Quippe Darius paucis ante obitum menſibus arceſſiuit Cyrum adhuc incertus Cyrone, quod ipſe & Paryſatis magis optabat, an Arſaci natu maiori regnum traderet. At Xerxes poteſt ad Eſdra c. VI. v. 14. dici Artaxerxes. Cumque ex Cyri D filia natus ſit, potuit à patre Dario regno deſtinari, ſimul ac natus eſt, vt non tam Darius, quàm Xerxes Cyrum auum & Cambyſem auunculum prę̨ferens regnare videretur. In codice Theodoſiano vides leges nomine Gratiani, cum adhuc octennis E eſſet, nomine Arcadij & Honorij, cùm adhuc ſexennes eſſent, & leges ferrentur non ab illis, ſed à patribus eorum. Quidni potuit Darius ſuo ex Atoſſa filio, Cyri nepote regium nomen in cunis adhuc iacenti imponere? Darius quidem proprie iubebat. F Quamobrem Eſdræ VI. 12. ait, *Ego Darius hoc iuſsi.* Sed potuit in capite literarum præfigi tam filij, quàm patris nomen.

XIV. VI.

ANAXIMENES.

Olympias LXIII. Parmenides.

A. M. 3472. Perſ. 12. V. C. 226. Ante Dn. 528. Cambyſis II.

A*Naximenes Mileſius Phyſicus Thaletis & Anaximandri diſcipulus obit.* Καὶ γεγένηται μὲν (κατά φησιν Ἀπολλόδωρος) τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι, ἐτελεύτησε δὲ περὶ Σάρδεων ἅλωσιν, *legendum* ἦν γεγόνηται, *i. florebat* περὶ Σάρδεων ἅλωσιν *A. M. 3452.* ἐτελεύτησε δὲ τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι. *Euſebius contra eum floruiſſe ſcribit eo anno, quo vix poterat prætextam poſuiſſe, nempe ſecundo Olympiadis* LI *anno, quo forte necdum natus erat. Suidas,* γέγονεν ἐν τῇ νε ὀλυμπιάδι *(addenda videtur vox* Τέθνηκε δὲ*)* ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. Huic ſuccedit Anaxagoras Hegeſibuli Clazomenius, qui ex Ionia Athenas Philoſophiam tranſtulit. Anaxagoræ ſuccedit Archelaus, quem Socrates audiuit.

(Laertius. Clemens Strom. I. — Clemens Strom. I.)

XVI. VIII. Pythias XV.

A. M. 3474. Perſ. 14. V. C. 228. Ante Dn. 526. Cambyſæ IV.

P*Iſiſtratus, cùm ante annos* XXXIII, *vel* XXXV, *circa Olympiadem* L V, *regnare cœpiſſet, & bis pulſus, bis reſtitutus regnaſſet annos in vniuerſum* XXXIII, *obijt. Succedit filius eius vetuſtiſſimus Hippias, regnatq; annos* XVIII.

(Ariſt. Pol. l. 5. c. 12. Heraclides περὶ πολιτειῶν c. 1.)

Ælian. l. 8. c. 2. *Hippiæ frater Hipparchus ab Æliano* A
vocatur πρεσβύτατος *filiorum Piſiſtrati. Forte ſapientior Hippiâ erat. Poetices certè ſtudioſus Homeri poemata primus Athenis Panathenæorum feſto publicè recitanda curauit. Simonidem Ceum* φιλοχρηματώτατον *amplis donis ad ſe accerſiuit, vt & Anacreontem Teium.* B

XVII. IX.

A. M. 3475. Perſ. 15. V. C. 229. Ante Dn. 525.

Cambyſis V.

C*Ambyſes Ægyptijs bellum infert,* C *idque quinto, vt vult Euſebius, ſui regni anno. In apparatu belli moritur Amaſis. Huic Herodotus tribuit annos* XLIV. *Hoc, vt diximus A. M. 3421, conuenit Nabuchodonoſori. A morte vero Apriæ ad quintum Cambyſis annum, ſunt anni* LIV. *Itaque Diodorus* D *Amaſi tribuit annos quinquaginta quinque. Amaſi ſuccedens filius Pſammenit, regnat menſes ſex, à Cambyſe nullo labore oppreſſus. Belli cauſam ridiculum refert Herodotus. Cambyſes ambit nuptias filiæ Amaſis. Amaſis non ſuam ſed Apriæ filiam mittit* χάρτα E μεγάλην καὶ εὐειδῆ. *Nunquid formoſa dici poteſt, cuius pater ante annos* XLIV, *aut* LIV *obijt? Donum ſcilicet tanto rege dignum! omnino hîc & ſæpe alias ſibi os ab Ægyptijs oblini paſſus eſt Herodotus. Ad tempus quod attinet, Euſebio* *Diod. Sic. lib. 1.* *conſentanea ſcribens Diodorus ait* Cam- F byſem in Ægyptum copias duxiſſe tertio Olympiadis ſexageſimæ tertiæ anno *exeunte ſcilicet.*

XVIII. X.

Olympias LXIV. Euander.

A. M. 3476. Perſ. 16. V. C. 230. Ante Dn. 524.

Cambyſis VI.

B C*Ambyſes Siſamnem iudicem iniquum,* δωροφάγον *excoriari viuum iuſſit, huius pellem ſellæ intendi, in eaque filium eius Otanem iudicaturum conſidere iuſſit. Exoriare aliquis, non Cambyſes, ſed Ioſaphath, vel Ioſias, qui iuſto, ſed illuſtri, & efficaci aliquo facinore forum Themidis foro boario venalius expurget.* *Herod. l. 3. Val. Max. l. 6. c. 3.*

XIX. XI.

A. M. 3477. Perſ. 17. V. C. 231. Ante Dn. 523.

Cambyſis VII.

D S*Eptimo, inquit Ptolemæus,* Cambyſæ anno, Nabonaſſari 225, Phamenoth XVII, ſequente XVIII, ante mediam noctem horâ vnâ Luna defecit Babylone, cùm Sol eſſet in Cancri grad. 18. 12'. *Tempus conuenit* E *Cyclo lunæ vndecimo, epactis 24, Iulij* XVI, *feriâ quartâ, cùm latitudo Lunæ eſſet graduum 264. 22'. 29''.* *Ptol. l. 5. c. 14.*

XX. XII. Pythias XVI.

A. M. 3478. Perſ. 18. V. C. 232. Ante Dn. 522.

F Cambyſis VIII. Magi I.

E*Rat Cambyſi frater Tanyoxarces vel Tanoxyares Bactrianis, Choramnis, Parthis & Caramanis à Cyro præfectus. Ab eo flagris cæſus* *Cteſias.*

Digitized by Google

Sphendadates Magus ad Cambyſen A
fugit, rebus nouis cum ſtudere men-
titur. Vt id credas, inquit, ſi arceſſas,
venire renuet. Quippe ſciebat neceſ-
ſariam eius eſſe in Bactris præſen-
tiam. Cambyſes fratrem vocat. Ille
rogat, excuſatum ſe habeat, non poſ-
ſe ſe ſine Reip. damno prouinciam B
deſerere. Eò ardentiùs experit Cam-
byſes fratrem inde auellere. Venit
tandem, & cauſas dilationis docet.
Simulat Cambyſes eas ſibi probari,
maximè cum Amytis mater mone-
ret, quàm ſuſpectæ ipſi eſſe deberent
magi exaſperati calumniæ. Forte C
Magus Tanyoxari ſimillimus erat.
Hoc opportunum Cambyſi viſum
eſt. Iubet fratrem occidi. Magum
pro fratre oſtentari. Reſciuit id ma-
ter, tædioque vitæ venenum hauſit.
Paulò poſt perit Cambyſes in ſuum
imprudens gladium illapſus cum re- D
gnaſſet annos ſeptem, menſes ſex,
vt teſtatur Herodotus. Cteſias verò
δυοῖν δεόντα εἴκοσι, h. c. 18. Clemens 19.
annos, quia annos Cambyſis à primo
Perſici imperij anno inchoant. Cam-
byſi ſuccedit Magus nomine Tanyo-
xares, regnatque menſes ſeptem, vt E
poſt Herodotum ac Cteſiam omnes
affirmant. Sed Herodotus tum Ma-
go, tum Cyri filio nomen Smerdi
fuiſſe dicit, cui nomini nullum aliud
Perſicum ſimile occurrit. Totam
quoque Magi hiſtoriam aliter nar-
rat Herodotus, aliter Creſias, ali- F
ter & Trogus, ſiue Iuſtinus. Is ma-
gum Oropaſtem, Cyri filium Mer-
gim vocat. In reliquis ea tantum
ab Herodoto mutuatur, quæ Cte-
ſiæ non aduerſantur. Ego vt Hero-
doto in Græcis, ita Cteſiæ in Perſi-
cis rebus fidem potiùs accommoda-
uerim. Et Magorum hiſtoria, vt à
Cteſia refertur, multò veriſimilior
videtur, quàm vt ab Herodoto nar-
ratur. Niſi quod cùm ait Cteſias à
Tanyoxaris cæde fluxiſſe annos
quinque, antequam id ſubodorata
ſit Amytis eius mater, ego pro annis
menſes ſubſtituẽdos credo, ſiue ea ſit
librariorum menda, ſiue Cteſię *μνημο-
νικὸν σφάλμα*. Vt vt ſit, hic magus mea
ſententia is eſt, qui Eſdræ quarto di-
citur *Achaſueros*, Aſſuerus, *Oxyares*.

*Eodem fere tempore paucis ante obi-
tum Cambyſæ diebus, perit Polycrates
Æacis filius. Huius viri ea fuerat felici-*
[Herodot. Thalia. Plin. l. 37. c. 1. Val. Max. l. 6. c. 9.]
*tas, vt quindecim armatis fretus Samios
ſibi ſubegerit, & firmatis domi tyranni-
dis munimentis imperium maris ſibi
comparârit, eamque potentiam, cui nec
Siciliæ, nec Græciæ regulorum quiſquam
hactenus parem habuerat. Erat Lydiæ
Satrapa Oroetes Perſa vir nequiſſimus.
Is forte ad Polycratem præconem miſe-
rat de re quapiam leuiculâ ſciſcitaturum.
Polycrates cum Anacreonte Teio iocoſè
confabulans, nec aſpectu, nec reſponſo præ-
conem dignatus eſt. Oroetes huius con-
tumeliæ vltionem animo verſans, quo
ardentius eam expetebat, eo callidiùs diſ-
ſimulandum ratus dolorem, præconem
alterum ad Polycratem mittit, quaſi de
re magni momenti acturum. Fingit eſſe
ſibi in animo fugam capeſſere. Cambyſis
iram ac ſæuitiam extimeſcenti non aliud
paratius occurrere perfugium quàm Po-
lycratis domum, in quam comportaturus
ſit, quos penes ſe habebat theſauros am-*

pliſsimos, quos etiam commonſtraturum ſe pollicetur ei, quem Polycrates mittere voluerit. Vt homini auariſsimo vberioris prædæ ſpem faceret, arcam prægrandem lateribus inauratis implet, quos ſupernè tegebant verè aurei lateres. Hæc & alia commonſtrantur ei quem Polycrates mittit. Vnum eſſe docet Oroetes, quod nemini niſi ipſi Polycrati committere audeat, idque antequam Sardibus pedem moueat. Hæc vbi Polycrates audijt, non dubitauit hominem quam primum conuenire, quantumuis reclamantibus amicis ac fida monentibus. Homini infido ac ſubdolo ne crumenam quidem, nedum vitam eſſe committendam. Addidit filia ſomnium quo maximè terrebatur. Vidiſſe ſe in ſomnis patrem μετέωρον, quem Juppiter lauaret, Sol inungeret. Conſilijs omnibus aures occludebat incomparabilis, quam iam animo deuorauerat, prædæ ſpes. Vbi Sardes venit Polycrates, è veſtigio ab Oroete captus ac ſuſpenſus eſt. Comites eius Samij benignè dimiſsi. Redite Samum, *inquit Oroetes*, ac ciuibus veſtris renunciate me libertatem illis reddere. *Plinius vno aut altero anno neglecto refert hoc contigiſſe anno V.C.* ccxxx. *Numerus eſt rotundatus pro abundante. Arcem tenebat Mæandrius Meandrij filius, Polycratis Procurator, cui cùm maximè cuperet, probo eſſe non licuit. Is auditâ Polycratis morte Samios his verbis compellat. Scitis arcem in mea eſſe poteſtate, mihi facilius eſſe Tyrannidem inuadere, quàm Polycrati fuit. Sed nec ego Polycratus factum probaui, nec, quæ in alijs improbo, ipſe imitari cupio, libertatem integram vobis reddo. Vnum à vobis munuſculum peto, ſex talenta, laborum meorum ac procurationis præmium, templumque Ioui liberatori conſecrandum ac meo nomini inſcribendum.*

Plin. l.33. c.1.

Herodot.

Tum petulans quiſpiam. Tibi, inquit, furcifer præmium rei male geſtæ ac patriæ expilatæ? Priùs rationes tibi reddendæ ſunt, quàm de mercede cogites. Tum Mæandrius. Die craſtini, inquit, rationes reddam. Tum in arcem regreſſus ad rationes audiendas primores ciuitatis conuocat. Conuocatos vinciri iubet obſides pacis futuros. Paulò poſt in morbum incidit Mæandrius, cumque lethalis videretur, frater eius Lycaretus occupandæ dominationi viam ſtruens vinctos omnes interimit. Conualuit tamen Mæandrius, & cædem ciuium ægre tulit, homo minimè ambitioſus, & à tyrannide abhorrens. Nec impune tulit Oroetes Polycratis perfidus interemptor. Cùm enim eâdem perfidiâ Daſcylij Satrapam Mitrobatem eiuſque filium iugulaſſet, vbi primum de Cambyſæ morte nuntium accepit, Dario Hyſtaſpis filio, qui magos ſuſtulit, meritas nequitiæ pœnas, luit vitâ omnibuſque bonis à Dario ſpoliatus.

XXI. XIII. MAGI.
A. M. 3479. Perſ. 19. V. C. 233. Ante Dn. 521.
Darij I.

NOn diu feſellit Tanyoxares perſonatus. Siquidem ipſe Cambyſes ſuum ſcelus effutiuerat. Et ſuppetebant aliunde indicia. Vbi notitia ad plures venit, ſeptem Principes conſpiratione inter ſe factâ cubicularium magi in partes alliciunt. Eorum nomina ſunt, Onophas, Idernes,

Cteſias. Herod.l.3. Iuſtin. l.1. Val. Max. l.3. c.2.

Idernes, Norondabates, Mardonius,
Bariſſes, Artaphernes, & Darius Hy-
ſtaſpis filius. Cubicularij nomen eſt
Bagapates. His adiungit ſe & Arta-
ſuras. Plutarchus addit Gobryam. In
regiam ingreſſi Magum cum pellice
decumbentem offendunt. Magus è
lecto proſiliens, ne arma quidem,
quibus iniuriam propulſaret, inue-
nit. Ea ſubduxerat Bagapates. Fugit
igitur magus in obſcurum conclaue.
Hunc conſequitur Gobryas, Magus
in Gobryæ collum inſiliens diu col-
luctatur. Verentib. reliquis, ne Go-
bryam læderet exclamat ille. Vel per
latus meum tyrannum transfodite.
Darius tamen intacto Gobryâ ma-
gum confodit.

Plutarchus de adulat. p. 50.

Mago ſublato inter conſpiratio-
nis principes conuenit, vt cuius
equus die dictâ primo mane adhin-
niſſet, is Rex eſſet, quaſi Solis, quem
pro Deo colunt Perſæ, iudicio com-
probatus. Pridie diem conſtitutam
loco cõuentui dicato Darius equum
equæ admittit nocte concubiâ. Se-
quente diluculo Darij equus eò du-
ctus ex deſiderio fœminæ hinnitum
ſtatim edidit. Ita Iuſtinus ex Hero-
doto. Valerius ait Darium in equæ
genitalem partem admotam ma-
num cùm ad eum locum ventum
eſſet, equi naribus admouiſſe, eoque
odore irritatum Darij equum ante
omnes hinnitum edidiſſe. Vt vt ſit,
magnum imperium quàm paruo in-
terceptum eſt vaframento!

Valerius Max. l. 7. c. 3.

Ad tempus quod attinet, Euſebius
Magorum cædem confert in quar-
tum Olympiadis LXIV annum, quod
exquiſitè conuenit cum eclipſibus,

A quas ex Ptolemæo notamus xx &
xxxi Darij anno. Eſt autem Darius,
Perſicè Dariaueſch, h.c. ἑρξείης, coer-
citor, interprete Herodoto. Pater
eius Hyſtaſpis erat Arſamis filius,
Ariaramnis nepos, Teiſpei prone-
pos, Cyri abnepos, Cambyſis adne-
B pos, trinepos Achæmenis, à quo &
Cyrus Perſarum rex oriundus erat.
Achæmenes eſt *Achaſch-mene* Ἄρειος
ἀγαθός. Martius bonus. Kambyſes,
Ku-ham-baz Potens, ſtreperus, præ-
dator. Reliqua nomina originem
habent à particulis *Ari*, *Ars*, ſiue
C *Art*, *Sta*, *Spa*, ex quibus fiunt nomi-
na compoſita, & bicompoſita. Cy-
rus & Darius compoſitionem non
admittunt. Reliqua nomina ita com-
poſitionem ingrediuntur, vt poſſint
ſine compoſitione ſtare. Imprimis
vox *Achaſch*, quæ teſte Herodoto
D bellicoſum ſignificat. Quomodo
igitur eundem Cæſarem, aut Iulium
Cæſarem, aut C. Iulium Cæſarem
dixerim, eodem modo reges Perſa-
rum vno vel tribus nominibus ap-
pellantur. Darius regiæ quidem ſtir-
pis, ſed Æliano teſte Cyri φαρετροφό-
E ρος, armiger erat. Vt nouum regnum
ſubſidio firmaret, Cyri filiam duxit,
& filium ex eâ genitum, excluſis
quos priuatus genuerat, imperio de-
ſignauit. Huius nomen eſt *Achaſch*,
cognomen *Sta*, prænomen *Art*.
Græci prænomen omittunt. Eſdras
F integrè ſcribit *Art-achaſch-ſta*. Ar-
taxerxes. Kambyſem autem etiam
Artaxerxem dictum iam monuimus,
quod & me tacente conſtat ex Ioſe-
pho, qui Kambyſem vocat eum,
qui Eſdræ IV. 6. dicitur Artaxerxes.

דריוש

Herodot. l. 7. p. 417. p. 444.

אחש מנה
מוהסבז
ארי ארס
ארת סתא
ספא

Ælian. lib. 12. c. 43.

Iuſt. l. 1.

Eſd. 6. 14.

Ioſeph. in Antiquit. l. 11. c. 2.

TEMPLVM INSTAVRATVR.

XXII. XIV.

Olympias LXV. Acochas.

A. M. 3480. Perſ. 20. V. C. 234. Ante Dn. 520. Darij II.

SEcundo Hyſtaſpidæ Darij anno
interruptam templi extructio-
nem repetitam, & quadriennio poſt
abſolutam teſtatur Ioſephus, Cle-
mens, Africanus, Euſebius, atque
adeò veteres, quos memini me lege-
re, omnes, Iudæi, Græci, Latini. Nec
ij ſumus, qui tot teſtibus obniti au-
deamus, maximè cùm eorum ſen-
tentiam non euertat, ſed confirmet
Scriptura. Secundo igitur Darij an-
no menſis ſexti die primo, Auguſti
xxviii, Chaggai, ſiue Aggæus pro- Aggai 1.2.
pheta Iudæorum veternum excutit.
Quid hoc rei eſt, inquit, *quod extruen-
dis ædibus veſtris, nullum tempus intem-
peſtiuum putatis, inſtaurando vero Dei
templo, tempus nondum aduenisse hacte-
nus dictitaſtis*? Omnino videntur illi
hoc innuiſſe, ſeptuaginta annos de-
ſolationi templi deſtinatos, qui ante
hanc diem nondum præterierant.
Currebat ad exitum annus Sabba-
thicus.

Iudæi Propheticæ buccinæ ſono
excitati intermiſſum opus templi re-
dordiuntur Elul xxiv. Septembris
xx, feriâ quartâ. Penultimo verò
Tabernaculorum die, Tiſri xxi, O-
ctobris xvi, feriâ ſecundâ. *Quis ve-*
A *ſtrum ſupereſt*, inquit Deus, *qui prioris* Aggai 2.1.
*domus gloriam viderit, cui non hæc qua-
ſi nihili eſſe videatur? Atqui maior erit
ſecundæ quam primæ domus gloria*, ad-
uentu ſcilicet Meſſiæ. Marcheſch-
vvan, i. menſis octauus cœpit Octo-
bris xxvi, feriâ quintâ. Eo menſe
B prophetare cœpit Zacarias. Caſleu, Zac. 1.2.
i. nonus menſis cœpit Nouembris
xxiv, feriâ ſextâ. Huius menſis diem
xxiv, Decembris xvii notari iubet Aggai c.2.
Deus. Hactenus, inquit, ſocordia 11.
veſtra in procurandâ templi ac cul- c.2.16.
tus mei inſtauratione benedictioni- c.1.5.
C bus meis ianuam clauſit, morum ve-
ſtrorum impuritas omnia vobis im-
pura reddidit. Percuſſi vos vredine
&c. Deinceps benedictiones meas
in vos largiter effundam. Nunquid
credibile eſt præter annos LXX. capti-
uitatis, etiam continuæ poſt reditum
D ſterilitatis ac maledictionis annos,
amplius centum adiectos quot flu-
xerunt à primo imperij Cyri vſque
ad ſecundum annum Darij Nothi,
quem quidam volunt eſſe inſtaura-
torem templi? Toto illo centum an-
norum ſpatio tot prophetas verbum
E nullum prolocutos? Plus ſatis mi-
tum mihi videtur, ſi cum Iudæis an-
nos XVIII vel XIX, perſeueraſſe dica-
mus, & populi ignauiam, & Dei in
populum reducem maledictionem
continuam.

Olympiade LXV *προσετέθη ὁπλίτης*, *i.* Euſeb. Chron. Græc.
F *cum antea nudo corpore certaretur, tum
inſtitutum, vt etiam armati pugnarent,
vicitq; Demaratus Heraclides.*

(∴) (∴)
(∴)

Digitized by Google

XXIII. XV.

A. M. 3481. Perſ. 21. V. C. 235. Ante Dn. 519. Darij III.

Zac. c. 1. v. 7. ZAcariæ offertur viſio exeunte ſecundo Darij anno menſis vndecimi die xxiv, Februarij xiv. Viſionis hæc ſumma eſt. Angeli ſpiritus miniſtratorij teſtantur ſe totam terram perambulaſſe ac comperiſſe (v. 11.) pacificam ac tranquillam, cum tamen adhuc in arcto eſſet Dei populus. Tum princeps Angelorum Chriſtus. *Quouſque*, inquit, *Domine exercituum non miſerturus es Hieroſolymorum & ciuitatum Iuda, in quas indignatus es his ſeptuaginta annis?* (v. 12.)

Anni LXX Ieremiæ à primâ, ſiue Ioakimi, hi verò à tertiâ, ſiue Sedekiæ captiuitate initium ducunt. Ab excidio templi ad viſionem hanc fluxerunt anni ſeptuaginta, menſes ſex, dies 14. Torniellus, quia ab excidio templi ad viſionem hanc numerat annos duodenonaginta, fingit Nabuchodonoſorem viceſimoſeptimo captiuitatis Iechoniæ anno Ægyptum expilaſſe, & in eâ direptione nonnullas Iudæorum reliquias, ibidem repertas in Babyloniam tranſtuliſſe, hanc fuiſſe vltimam Iudæorum captiuitatem ab eo factam, ab eaque ſupputandos eſſe hos LXX iræ Dei annos, de quibus Zacarias 1. 12. Sed Ezekielis c. XXIX. 17. verba, quibus abutitur Torniellus, quomodo ſint intelligenda, diximus A. M. 3409. Nec ſi Ezekiel XXVII, non Iubilei, ſed captiuitatis Iechoniæ an-

(Torniel. A. M. 3462. Colligit id ex Ezekielis 29. 17.)

A no hæc prædixiſſet, ſequeretur prophetiæ complementum eodem anno contigiſſe.

XXIV. XVI. Pythias XVII.

A. M. 3482. Perſ. 22. V. C. B 236. Ante Dn. 518. Darij IV.

Zac. 7. 2. CVm hoc & ſuperiore anno Deus promiſſis ſuis ſtans, vberrimum prouentum, aliaſque benedictiones quamplurimas Iſraelitis ſtrenuam inſtaurationi templi ma- C num admonentibus largitus eſſet, Scharetzer & Regem-melec nomine populi Sacerdotes interrogant Caſleu die quarto, Decembris octauo, Darij quarto, num deinceps celebranda ſint extraordinaria ieiunia, quę poſt excidium templi inſtituta D fuerant, nempe menſis quarti, ſiue Tamuz die nono, quo panis Hieroſolymis defecerat, Ab, i. menſis quinti die decimo, quo templum arſerat, Tiſri, i. menſis ſeptimi die tertio, quo Godolias occiſus fuerat, & Thebet, i. menſis decimi die decimo, quo E Hieroſolymorum obſidio cœperat. Petitioni igitur huic reſpôdet Deus, primùm hęc ἀδιάφορα & externa nihili eſſe apud ſe, pietatem internam ac integritatem ſynceram à ſe poſtulari. Secundò ſe deinceps eſuriales iſtas ferias in hilaria cõmutaturum. (Zac. 7. 9. & c. 8. v. 3. 10. 19.)

F Cęterum Deus in hac reſponſione ſignanter meminit annorum ſeptuaginta. *Cum*, inquit, *ieiunaſtis & planxiſtis menſe quinto & ſeptimo, an omnino ieiunaſtis mihi, mihi*, inquam? Certè ea demum Deus ſibi facta re- (Zac. 7. 5.)

putat, quę εὐπρεπῶς, ac voluntati ſuę A conuenienter fiunt, non autem *ἀφοσιώσεως ἕνεκα*, perfunctoriè, *ἐξ ἐθελοθρησκείας*.

Et Hieroſolymorum quidem obſidio ſeptuageſimo quinto ante hunc anno cœperat, Godolias autem occiſus fuerat annis 72. menſibus 2, B diebus 16. ante petitionem hanc. Sed ieiuniorum ob hos euentus inſtitutio Babylone demum indicta fuerat à populo iam exulante atque his ſubmiſſionibus Dei gratiam ac reditum in patriam deprecante, primo vel altero poſt templi excidium C anno. Atque ita Iudæi ieiunia hæc circiter ſeptuagies celebrauerant, cùm quæſtionem hanc Zacariæ propoſuerunt, vt meritò Deus non plurium quàm ſeptuaginta annorum meminerit.

Quia autem quæſtionem non pręciſè determinat Deus, vt qui nec D diſertè prohibeat, nec diſertè præcipiat horum quatuor ieiuniorum continuationem, R. Papa populum ita ſuas rationes inſtituiſſe docet, vt tempore proſperitatis celebrarentur ijs diebus hilaria, tempore deſtru- E ctionis ſiue calamitatis ieiunia, medio autem inter proſperitatem & calamitatem tempore liberum eſſet ieiunare, vel non ieiunare. *Talmud. בראש השנה Cap. 1. fol. 18. b.*

XXVI. XVIII.

Olympias LXVI. Iſchyrus.

A. M. 3484. Perſ. 24. V. C. 238. Ante Dn. 516. Darij VI.

EVſebius de præparatione Euangelicâ numerat hebdomadas VII. & LXII, annos 483 à perfectione templi vſque ad decimum Auguſti Imp. annum, quando interfecto Ariſtobulo Herodes Iudæam obtinuit. Hîc Hieronymus. *Hoc*, inquit, *ſic poſſumus approbare. Sexageſimæ ſextæ Olympiadis primo anno, Darij ſexto completa eſt ædificatio templi, & CLXXXVI Olympiadis anno tertio, Auguſti decimo Herodes in Iudæos cœpit imperium.* Herodes triennio priùs Hieroſolyma cœpit. Neque conuenit Danielis hebdomadibus hæc diſtributio. *Hieron. in Dan. c. 9. Cedrenus paſſim.*

XXVII. XIX.

A. M. 3485. Perſ. 25. V. C. 239. Ante Dn. 515. Darij VII.

TEmpli inſtauratio abſoluitur exeunte ſexto Darij anno, Adar tertio, Februarij nono, feriâ quartâ, vel Martij vndecimo, feriâ ſextâ, annis quatuor, & diebus 143. vel 173. poſtquàm inchoatum fuerat. Fuit hæc ſanè admiranda celeritas, cui alas dedit Dei benedictio ſingularis, & pio zelo feruens populi alacritas. *Eſd. 6. 15.*

Ioſephus in eo quidem hallucinatur, quod factum id ait nono Darij anno, Adar XXIII. Sed quod Adar vndecimum menſem vocat, id ſeculi ſui more facit, quo annus ab Iiar F initium ducebat. Rectè quoque Adar Iudaicum cum Dyſtro Macedonico confert. Idem rectè vidit Artaxerxem, cuius meminit Eſdras VI. 14, eſſe eum, quem Græci Xerxem *Ioſeph. in Ant. l. 11. c. 4. c. 5.*

dicunt. Sed in eo fallitur, quod Xerxem Darij filium, cum Artaxerxe Longimano confundit. Xerxes autem vix dum natus erat, cùm Zorobabel redordiri cœpit inſtaurationem templi, nec poterat eſſe maior annorum quinque, cùm abſolutum eſt templum. Sed, vt vt pueri, infantes ſint reges, ex quo reges ſalutantur, ex eorum ſententiâ res fieri dicuntur, quia eorum nomine fiunt.

ARISTOGITON.

XXVIII. I. Pythias XVIII.

A. M. 3486. Perſ. 26. V. C. 240. Ante Dn. 514. Darij VIII.

Thucyd. l. 6. *PIſiſtratus Athenienſium tyrannus, duos filios reliquerat, Hippiam & Hipparchum. Hippias vt ætate, ſic & honore potior patris tyrannidi ſucceſſit fratri concors & in ciues moderato imperio.*

Erat Athenis Ariſtogiton mediocri loco natus, opibus non magnis, cui in delicijs erat Harmodius adoleſcens. Harmodium quoque deperire cœpit Hipparchus, prout ſemper fuerunt Græci ad præpoſteram hanc ac deteſtandam venerem procliues. Et Harmodius quidem ſuo amaſio Ariſtogitoni fidem ſeruare ius faſque arbitratus ſemel atque iterum Hipparchi lenocinia auerſatus eſt. Sed Ariſtogiton veritus, ne tandem Harmodij expugnaretur fides, aut minis extorqueretur, quod blanditijs impetrari non poterat, primùm Harmodium in Hipparchum irritat, quod Hipparchus Harmodij ſororem non paſſus eſſet in Panathe- Ælianus l. 11. c. 9.

A *naicis ſolenni ritu* κομίσαι κανοῦν τῇ θεῷ
Cereri caniſtrum offerre. Tum Zelotypiâ
in furorem verſâ, liberandæ patriæ ſpe-
cioſo prætextu de Piſiſtratidis amoliendis
cogitat, communicatoque cum Harmo-
dio paucisque conſcijs conſilio, diem dili-
git, quo licebat impune cum armis in fo-
B *rum conuenire. Dabatur id Panathenæo-*
rum quinquennalium ſolenni celebrita-
ti. Harmodium etiam inflammabat con-
tumelia, quâ ab Hipparcho ob repulſam
indignante affectus fuerat. Dum vterque
ſuas, non patriæ, iniurias vltum it, in Hip-
parchum prius quam in Hippiam impe-
C *tum faciunt, & Hipparchum quidem*
occidunt, ſed Hippias, qui procul in Ci-
ramico cum haſtatis pompæ ferialis ſolen-
nia procurabat, vbi fratrem occiſum au-
diuit, ſibi ſedulò cauens è veſtigio in Har-
modium & Ariſtogitonem idoneis co-
pijs minimè fultos fertur, eoſque oppri-
D *mit, deinceps periculi ſui metu, & vin-*
dictæ libidine exaſperatus, qui princeps
benignus audire voluerat, tyrannus im-
mitis factus eſt. Dum iræ indulget Hip- Pauſanias.
pias, in admirationem ſui omnes rapit Athenæus.
Attica mulier nomine Leæna. Ea mere- l. 14.
trix Ariſtogitonis fuit. Hippias arbitra-
E *tus coniurationis autores illi non ignotos*
eſſe, tormenta parari iubet. Nullis fidicu- Tert.
lis adigi poterit mulier, vt cuiquam no- Apol.
ceret. Vbi ſe dolori ſuccumbere ſenſit, lin- c. 50.
guam dentibus auulſam in tortores ex-
puit. Meretrix fortitudinis exemplum Polyæn. l. 8.
præbuit Ariſtogitoni. Siquidem & ipſe
F *cum tormentis adigeretur, vt coniuratio-*
nis conſcios nominaret, fidiſſimos quoſq;
Hippiæ miniſtros nominat, quibus præ-
cipiti impetu enectis, vrgente Hippiâ,
quis ſupereſſet adhuc coniurationis par-
ticeps, reſpondet Ariſtogiton; Tu ſolus

Digitized by Google

ſuperes, quem perire velim. Etiamſi autem voti compotes non fuerint Ariſtogiton & Harmodius, tamen quia quadriennio poſt eorum exemplum imitati quidam Reip. libertatem reſtituerunt, hinc factum, vt ijs tanquam patriæ liberatoribus erectæ ſint ſtatuæ. Carcinus quoque Poeta apud Athenæum laudes eorum ita concinit, acſi occiſo Hipparcho in Panathenæorum ſacris ἰσονομίαν & libertatem reſtituiſſet. Quin & horum effigies æneas Xerxes XXXVI poſt anno captis Athenis in regnum ſuum tranſtulit. Longo deinde interiecto tempore Seleucus in priſtinam ſedem reportandas curauit. Rhodij eas vrbi ſuæ appulſas, cùm in hoſpitium publicè inuitaſſent, ſacris etiam puluinaribus collocauerunt.

Athen. l. 15.

Val. Max. l. 2. c. 10.

II. III. SYLOSON.

Olympias LXVII. Phanas.

A. M. 3488. Perſ. 28. V. C. 242. Ante Dn. 512.

Darij X.

QVo tempore Cambyſes Ægyptum ſubigebat multi Græci, alij negotiandi, alij militandi, alij animi gratia eò venerunt. Inter cæteros Syloſon Æacis filius, Polycratis Samiorum tyranni frater Memphim luſtrabat rutilum indutus amiculum. Darius Hyſtaſpis filius hunc conſpicatus, amiculo laudato rogat num venale ſit. Syloſon negat, ſed ſi placeat, vltrò ſe donare. Vbi Darium, qui tum priuatus erat, regem factum audiuit Syloſon, ipſe Mæandri metu profugus, conſilij inops, omnibus remedijs fruſtra tentatis, tandem Suſa aſcendit, iubet A nuntiari foribus adſtare Græcum hominem de Dario benè meritum. Vbi hominem vidit Darius, beneficij memor, iubet expromere quid velit. Rogat Syloſon, vt Samos fratri ſuo Polycrati erepta ſibi reſtituatur. Darius Otani imperat, vt Syloſonti effecta reddat, quæcunque ro- B gauerit. Vbi cum copijs acceſſit Otanes, Mæandrius ſibi pariter & patriæ conſulens dat manus: Perſis, & Syloſonti Samum tradit. Detinebat Mæandrius in carcere nequiſſimum fratrem ſuum Charileum. Is vbi Perſas ſecurè deliciantes vidit, rogat, vt liceat ſibi fratrem conue- C nire. Deductus ad Mæandrium in aurem inſuſurrat, quid facto opus credat. Truculentum Charilei conſilium deteſtatus Mæandrius inſulam deſerit. Charileus nihilominus copijs raptim vndecunque collectis, Perſas nec opinantes inuadit, multos iugulat: Quam ob cauſſam irri- D tatus Otanes Darij mandatorum immemor, quantumuis reclamante Syloſonte, Samios omnes, nullo ætatis diſcrimine interficit, atque ita deſertam Samum Syloſonti mœſtiſſimo tradit. Hæc contigerunt, eodem ferè tempore quo Babylonij à Dario deſciuerunt.

Herod. l. 3. Strabo l. 14. Valer. Max. l. 5. c. 2.

E Syloſonti à conſilijs erat Pythagoras, diſcipulus Pherecydidis, de quo diximus A. M. 3456. Plinius. Pythagoras Samius primus naturam curſumq; Veneris deprehendiſſe dicitur Olympiade XLII. V. C. CXLII. legendum. Olympiade LXVII. V. C. CCXLII. Cle- F mens. Vt Thales ſic & Pythagoras Ægyptiorum prophetas conſuluit, propter quos & circunciſus eſt, vt ad adyta admiſſus, myſticam Ægyptiorum addiſceret philoſophiam. Chaldæorum & Magorum optimis

Plin. l. 2. c. 8.

Clemens Strom. l. 1.

Digitized by Google

quibuſque conuerſatus eſt, & quæ nunc Eccleſia dicitur, is vocabat ὁμακοεῖον. Maximè verò diſcipulus fuit Sonchidis Ægyptiorum Archiprophetæ.

Hæc vera eſſe poſſunt. At non illud, quod addit Clemens Numam Pythagoreum fuiſſe. Numas mortuus eſt multò antequam Pythagoras naſceretur.

III. IV.

A. M. 3489. Perſ. 29. V. C. 243. Ante Dn. 511. Darij XI.

Herod. Thalia.

BAbylonij ſeruitutis Perſicæ pertæſi ſimul ac Cambyſem fato functum audierant, fama etiam in dies increbreſcente, non Cambyſæ fratrem, ſed huius nomen ementitum magum regnare ad recuperandæ libertatis ſpem animos erexerant. Itaque iam tum, quæ munienda vrbi neceſſaria videbantur, ſedulò comparare, muros inſtaurare, commeatus vndique in vrbem comportare. Poſtremò, vbi omnibus ſibi probe proſpexiſſe viſi ſunt, hoc anno aperte deficiunt. Cur hoc anno contigiſſe, ſi non rebellionem, ſaltem obſidionem Babylonis credamus, collige ex ijs, quæ biennio poſt dicturi ſumus. Confeſtim copias conſcribit Darius, quas tantæ vrbis oppugnationi idoneas eſſe arbitrabatur. Babylonij, vt obſidionem vrbis diutius tolerarent, immane facinus moliuntur. Iubent quemque ſuam ſibi mulierem vnam eligere quâ tanquam adminiſtrâ vti velit, reliquas omnes in vnum locum collectas ſtrangulant. Tum quaſi hoc parricidio inexpugnabiles redditi deditionem poſcentibus Perſis reſponderunt tum demum ſe ſub Darij futuros poteſtate, cùm mula pepererit. Sanè diu multumque oppugnati omnes Darij & impetus & artes fruſtrabantur, idque totos vndeuiginti menſes.

IV. V. Pythias XIX.

A. M. 3490. Perſ. 30. V. C. 244. Ante Dn. 510. Darij XII.

QVia Reges Româ pulſi ſunt anno V. C. Catoniano 244, Plinius perinde agens ac ſi pulſi eſſent anno V. C. Varroniano 244. ait eiectos eodem anno, quo & Athenis tyrannis ſublata eſt. Sublata eſt autem quadriennio poſt Hipparchi necem, viceſimo ante pugnam Marathoniam anno, XVII *vel* XVIII *poſt Piſiſtrati mortem anno. Quippe Hippias, dum liberiùs agebat, etiam tutior erat. Poſtquam inſidiarum metu cautior eſſe cœpit, Athenienſes recuperandæ libertatis admonuit, cuius cupidini, vbi ſemel animos ſeriò pupugit, inuia nulla eſt via. Andocides ait pugnatum ad Pallenium* ϛρατηγοῦντος *duce Leogorâ proauo ſuo vel abauo & Chabriâ Leogoræ ſocero.*

Plin. l. 34. c. 4.
Herod. l. 5. Thucyd. l. 6. Pindarus Pyth. 7.
Andocides de Myſterijs, & de ſuo reditu.

V. VI. ZOPYRVS.

A. M. 3491. Perſ. 31. V. C. 245. Ante Dn. 509. Darij XIII.

DVm Babylonios irrito labore oppugnat Darius, viceſimo obſidionis menſe Zopyro Megabyſi, qui vnus è ſeptem Magorum interfectoribus erat, filio nuntiat ſuperiumentarius mulam peperiſſe: Seruis diffidens Zopyrus fidelibus

Herodot. Thaliâ.

oculis rem antehac ſibi inauditam ſpectare voluit. Tum animo reputans veniſſe tempus, quò Babylonij à Dario ſubigendi erant, vetat ſeruos portentum hoc cuiquam renuntiare. Ipſe mirum facinus molitur. Verberibus ipſe ſe cruentat, aures & naſum amputat, & vt erat cruore reſperſus, in Darij cubiculum irrumpit. Stupenti indignantique Dario ſemotis arbitris dicit. Ego hæc mihi ipſe vulnera inflixi, hoc cruore Perſarum dedecus emaculabitur & Babylon regi reſtituetur. Qua ratione id aſſequi cogitaret, regi proponit.

Tum fugâ præcipiti Babylonem petit, ſibi miſero portas aperiri rogat. Mirantibus, quid hoc rei eſſet, ediſſerit hæc eſſe fidei ſuæ præmia, & Darij ſæuitiæ monumenta. Sed non impune laturum tyrannum, cuius vires & conſilia omnia habeat explorata. His auditis Babylonij, Zopyrum hunc comiter excipiunt, conſolantur, honores ipſius virtute dignos pollicentur. Zopyrus primò, vt cum Dario conuenerat, Perſas mille prælio profligat decimo poſt aduentum die: XVII die, duo millia: viceſimo, quatuor millia Perſarum proſternit. Sed qualia Darius amiſiſſe, lucro potiùs, quàm damno deputare poterat. Tum verò vnus Zopyrus omnia erat, toti vrbi præficitur à Babylonijs, laudibus in cœlum tollitur. Vbi ſui fidem feciſſe ſatis viſus eſt, tum die dictâ Perſis muros ſuccedentibus, clanculariam portam aperit Zopyrus, & Babylonem Dario tradit. At ne tum quidem tantam vrbem funditus perdere ſuſtinuit Darius, ſed muros ſubuertit, portas omnes amolitur cùm neutrum feciſſet Cyrus. Babyloniorum tria millia patibulis affigit, reliquis veniam largitur, atque adeo

A *quinquaginta millia fœminarum conquiri, ex quibus ſobolem repararent incolæ. Quæ igitur de æterno Babylonis excidio prænuntiarant Iſaias & Ieremias, vel poſtea contigerunt, vel quod potius crediderim, maximam partem myſticè intelligenda ſunt de ſpirituali*
B *Babylone Antichriſti ſede, prout ſupra de Tyro monuimus A. M. 3460.*

Eodem anno Romæ regibus exactis, conſules primum inſtituti. Clemens ἀπὸ πρώτης ὀλυμπιάδος ἔνιοι φασὶ συνάγεσθαι ἐπὶ Ῥώμης κτίσιν ἔτη εἴκοσι τέσσαρα. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνος ἀναίρεσιν ὅτε ὕπατοι ἐγένοντο, *Clemens Strom. l. 1.*
C ἔτη διακόσια τεσσαράκοντα τρία, ἀπὸ δὲ τῆς Βαβυλῶνος ἀλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἕξ. *Hæc de primâ Babylonis ſub Cyro expugnatione intelligi non poſſunt. De ſecundâ igitur ſub Dario intelligenda ſunt. Et ſanè Cyrus Babylonem cœpit. Darius muros euer-*
D *tit, idque, vt vult Clemens, eodem anno, quo Tarquinius regno ſpoliatus eſt, & primi conſules inſtituti.*

Poſt Babylonis expugnationem, Darius in Scythas expeditionem facit. Suſis mouentem, rogat Oeobazus, vt ex tribus filijs vnum ſibi relinqueret. At, ego, in- *Herodot. p. 354. p. 285.*
E *quit Darius, tres relinquam. Continuo iubet obtruncatos patri reddi documento in reliquos. Ea hominis ſæuitia fuit. Chalcedonem delatus pontem ſublicium quatuor ſtadiorum extrui iuſſit, qui Aſiam Europæ connecteret. Mandroclis Samij opus hoc fuit. Vbi exercitum fretum* 286.
F *transduxit, nullo negotio ad Iſtrum vſque excurrit, tum pontis cuſtodiæ Ionas præficit, ſpondens ſe intra dies ſexaginta debellatis omnibus Scythis victorem rediturum. Sin minus, non abnuere, quin ipſi rupto ponte, quo libitum erit, vela* 290.

faciant

Digitized by Google

faciant. Hoc mandatum ne Scythis qui- A *dem ignotum fuit. Itaque omnibus impedimentis ſuis, vxoribus ac liberis, in deſerta &* in hoſpita teſque tráſportatis, *puteis obturatis, ac regione peruaſtata fugâ perpetuâ per varios errores Perſas circumducunt, dum cibaria, quæ aduexerant, omnia conſumerent. Poſtquam* B *diem præſtitutam præteryſſe viderunt, legatum ad Darium mittunt, qui auem, ranam, murem, ac quinque ſagittas offerret, ac confeſtim quaſi legatione confectâ regrederetur, tacitè interminantes, Niſi vt aues cœlum conſcendatis, aut, vt mures ranæque terram aut aquas ſubeatis,* C *omnes ſagittis confodiemini. Tum vt à tergo hoſtes adorirentur, pontem verſus excurrunt, Ionas monent diem dictam præteryſſe. Ite igitur alacres, ac ponte diſrupto libertate, quàm vobis parient Scythæ fruimini.*

Nos dabimus operam, vt Perſarum, D *qui huc traiecerunt, ne vnus quidem Aſiam remiſſat. At Ionum duces, tyranni omnes, veriti, ne, ſi Perſarum iugum excutiant; & ipſi à ciuibus in ordinem redigantur, Dario ſeruire, quàm tyrannidem exuere, potius arbitrati, Scythis fida monentibus dicto audientes eſſe noluerunt.* E *Et ipſi Scythæ, neſcio quomodo viarum errore ducti, Perſas conſequi non potuerunt, contra Perſæ poſt multos viarum anfractus, tandem ſcopum attigerunt, & turpi quidem fugâ, ſed minus damnoſâ, quàm Scythæ crediderant, in Aſiam remearunt.* F *Quam ob cauſſam Scythæ Ionas φιλοδέσποτα ϗ ἄδρηστα ἀνδράποδα vocabant* homines, *inquam,* nullius pretij ad ſeruitutem paratos & ſeruitute dignilſimos.

Pythagoras Samius, *qui primus ſapientis nomen reſpuit, Philoſophi titulo contentus* tyrannico *Syloſontis* faſtu offenſus, relicta domo patria, Bruto conſule (qui reges vrbe Roma exegit) Italiam aduehitur. *Domicilium Crotonæ elegit. In diſcipulis ſuis inſtituendis hunc ordinem tenuit. Iubebat eos primùm ἀκουστικοὺς eſſe, vt audire tantum, non etiam commentari, non percontari liceret. Hæc ἐχεμυθία nonnunquam quinquennalis erat. Certè, non minus quiſquam tatuit, quàm biennium. Tum percontandi facultate datâ μαθηματικοὶ dicebantur, & iis potiſſimum, quæ Mathematicæ dicuntur, diſciplinis imbuebantur. Poſtremo φυσικοὶ nominabantur, vbi ad perſpicienda naturæ principia procedebant.* Quotquot verò in hanc diſciplinarum cohortem recipiebantur, quod quiſque familiæ, pecuniæque habebant, in medium dabant, & coibatur ſocietas inſeparabilis.

Solin.c.1[illegible]

Aul. Gell. l. 1. c. 4.

REGIFVGIVM.

R*Oma pulſo Tarquinio Superbo ob faſtum & luxuriam, inſtituitur magiſtratus annuus. Is delatus eſt Bruto & Tarquinio Collatino, qui pellendi regis præcipui autores fuerant. Tempus alij in hunc annum conferunt, alij in ſequentem differunt. Sententiæ diuerſitas, cùm aliunde patet, tum maximè ex Faſtis, quorum Io. Cuſpinianus & Onuphrius Panuinius meminerunt. Eorum hoc erat initium*

BRVTO ET COLLATIO LVN. XXIX

PVBLICOLA ET TRICIPITINO MAR. X.

PVBLICOLA III ET PVL-

MM

VILLO MER. XXI
RVFO ET AQVILINO 10. 11.
VALERIO ET TVBERTO SAT. XIII.
PVBLICOLA IV. ET TRICIPITINO SOL. XXIV.
a Lege LVN. TVBERTO II. ET LANATO [a] VEN. V.

Notarum, quas hîc appoſitas videmus, autores duo ſunt. Prior ferias, alter epactas notauit. Qui epactas notauit, is credidit primos Conſules creatos hoc anno, Cyclo Lunæ ſexto, cui Tarquinij ſeculo conueniebant epactæ XXIX. Sequenti vero anno decem & ſic deinceps. Qui verò ferias notauit, is putabat primos Conſules creatos anno ſequente V. C. 246. Cyclo Solis ſexto, quo Ianuarius incipit à die Lunæ. Annus vero 247. cœpit à die Martis, & ſic deinceps. Annus, inquam, Iulianus, non Pompilianus. Hæc enim dierum nomina Romæ poſt Auguſti demum tempora cœperunt eſſe in vſu.

Cenſor. c. 17. Romanorum ſæcula, *inquit Cenſorinus*, quidam ludis ſæcularibus putant diſtingui. Cui rei, fides ſi certa eſt, modus Romani ſæculi eſt incertus. Temporum enim interualla, quibus ludi iſti debeant referri, non modo quanta fuerint retrò ignoratur. Sed ne quanta quidem eſſe debeant, ſcitur. Nam ita inſtitutum eſſe, vt centeſimo quoque anno fierent, cùm Antias, alijque hiſtorici authores ſunt, tum Varro & Liuius ſcriptum reliquerunt. At contra vt decimo centeſimoque anno repetantur, tam commentarij quindecim virorum, quàm D. Auguſti edicta teſtari videntur: adeò vt Horatius Flaccus dicat,

A Certus vndenos decies per annos
Orbis vt cantus, referatq; ludos
Ter die clarâ, totienſque gratâ
Nocte frequentes.

At enim tẽporum ſi veterum reuoluantur annales, longè magis in incerto inuenietur. Primos enim ludos
B ſæculares exactis regibus poſt Romam conditam annis ducentis quadraginta quinque à Valerio Publicola inſtitutos eſſe Valerius Antias ait. At XV. virorum commentarij annis ducentis nonaginta octo M. Valerio, Sp. Verginio Coſſ. ſecun-
C dos, &c.

Perplexitatis, quæ Cenſorinum vexat, hæc cauſa eſt. Omnes ludi Sæculares ſunt Terentini, ſed omnes ludi Terentini non ſunt Sæculares. Quidam enim occaſione facti ſunt, vt quos Valerius Publicola fecit hoc anno V. C. 245, Voluſius circa
D *annum V. C. 188. Fuerunt hi ludi Terentini, ſed non Sæculares. Sæculares autem ſunt duûm generum. Maiores, quos forte non male dixeris Quindecimuirales, erant annorum decem & centum. Huius generis primi facti ſunt iuſſu Quindecim virorum anno V. C. 298,*
E *annis, vt videtur, decem & centum poſt omnium primos ludos Terentinos à Voluſio celebratos. Ita Voluſiani incident in annum V. C. 188. Quindecimuiralium primi facti ſunt anno V. C. 298, ſecundi A. V. C. 408, Tertij 518, Quarti 628. Minus Sæculum erat annorum tantum*
F *centum inſtitutum vt videtur, à L. Valerio poſt Decemuiros exactos, cùm is annus ſecundum quoſdam eſſet V. C. treceteſimus. Ita primi ludi centenarij conueniunt anno V. C. Varroniano 305, ſecundi 405, tertij 505, quarti 605.*

SYBARIS DIRVITVR.

VI. VII.
Olympias LXVIII. Iſomachus.
A. M. 3492. Perſ. 32. V. C.
246. Ante Dn. 508.
Darij XIV. Pr. Iſagora.

Marcianus. *SYbaritæ Piſæorum gloriam obſcura-
re cupientes, ludicrum inſtituunt eâ-
dem die, quâ Olympicum celebrabatur
propoſitis amplioríb. præmijs, quàm quæ
Elide dabantur. Huius ludicri inuiſendi
ſpecie Crotoniatæ frequentes conueniunt
gladios veſte tegentes, vbi commodum
viſum eſt, Sybaritarum laſciuiam ſtrictis
gladijs coercent; vrbemq; euertunt. Rem
ita narrat Marcianus ὁ ὑφηγητὴς. Diodo-
rus libro XII. paulò aliter narrationem
inſtituit. Telys, inquit, Sybaritarum δη-
μαγωγὸς in ciues tantâ impotentiâ graſſa-
batur, vt non dubitarit locupletiſſimos
quoſque ſupra quingentos proſcribere, bo-
na eorum fiſco addicere. Hi Crotonem fu-
giunt. Eò vſque perſequitur eos Telys
miſſo præcone, qui bellum Crotoniatis de-
nuntiaret, niſi confeſtim redderent fugi-
tiuos. Durum videbatur ſupplices prode-
re. Periculoſum aduerſus eos bellum ſuſci-
pere, qui triplo potentiores & numeroſio-
res erant. Pythagoras Philoſophus ſua-
det pietatem vel cum periculo colendam.
Ita bellum exortum, quo centum Croto-
niatarum millia duce Milone, qui ſexies
Olympico agone palmam reportauerat,
trecenta Sybaritarum millia profliga-
runt, captiuos omnes occiderunt, vrbem
ſolo æquarunt, quæ vix LVIII vel LXIII.
poſt anno inſtaurari potuit. Steterat an-*

A *nos decem & ducentos. Pythagoras au-
tem in Italiam haud multò ante venerat
regnante videlicet Tarquinio Superbo, vt
docet Cicero 1. Tuſculan ì. Pythagoram* Clemens Strom. l. 1.
*Theopompus, Ariſtarchus, Ariſtoxe-
nus, Hetruſcum: Neanthes Tyrium, aut
Syrium: plerique Samium dicunt.*

B *Tarquinius Superbus regnum recupe-* Plut. in
raturus copias conſcribit. Romani obuiam Publicola
eunt, Pugna committitur Februarij Pom- p. 184.
*piliani vltimo, Iuliani, vt videtur, ſex-
todecimo. Aruns Tarquinij filius in
Brutum inſilit. Ambo cadunt, tamque
anceps fuit totum prælium, vt cùm perie-*
C *rint Tarquinienſes XIIIMCCC. Romani to-
tidem vno minus deſiderati ſunt. Fugien-
tibus tamen Tarquinienſibus Romani pro
victorib. habiti ſunt, & Valerius trium-
phans in vrbem ingreſſus conſulatum
aliquandiu ſolus tenuit, leges populares
multas ferens. Tandem Sp. Lucretium*
D *Tricipitinum Lucretiæ patrem ſenio con-
fectum collegam aſſumit, eique propter
ætatem primatum defert. Et poſt aliquot
dies defuncto ſubſtituitur M. Horatius
Puluillus. Multi Lucretij ob conſulatus
breuitatem non meminerunt. Iouis Ca-
pitolini templum extruxerat Tarqui-*
E *nius, ſed nondum conſecrarat. Hunc ho-
norem percupiebat Valerius, ſed obni-
tente Horatio res ſortibus commiſſa eſt.*

*Horatio obtigit ſors. Valerius verò
cum exercitu miſſus eſt aduerſus Tarqui-
nium iterum tumultuantem.* Capito-
lium conſecratum eſt Idibus Se- p. 189.
F ptembribus, Metagitnionis Plenilu-
nio, *inquit Plutarchus, h. e. Capitolium
conſecratum eſt Septembris Pompiliani*
XIII. *Auguſti Iuliani* XXVIII. *Meta-
gitnionis* XV. *plenilunio. Per idem tẽpus
adueniunt Carthagine legati Pœnorum*

Polyb.l.3. p.176.

amicitiam offerẽtes. Primum, *inquit Po-* A
lybius, fœdus inter Romanos & Car-
thaginienſes ictum eſt, conſularu Iu-
nij Bruti & M. Horatij, *h.e. eo anno quo*
M. Horatius Bruto ſuffectus eſt, quando
etiam Iouis Capitolini ædes fuit con-
ſecrata, annis prius quam Xerxes in
Græciam traijceret, duodetriginta. B
Sequentis Octobris Pompiliani Kalendis,
Septembris Iuliani XIV. *Nouilunio noui*
Coſſ. creati ſunt T. Lucretius Tricipiti-
nus & M. Valerius Publicola II. ab-
ſens. Deinceps Kalendæ Octobres conſu-
latus initio ſolennes fuerunt. Vide A.M.
3507. C

VII. VIII. AMYNTAS.
A. M. 3493. Perſ. 33. V. C. 247. Ante Dn. 507. Darij XV.

A *Darij expeditione in Scythiam* D
vſque ad pugnam Marathoniam
fluxerunt anni circiter ſeptemdecim quo-
rum hiſtoriam Herodotus multis quidem
verbis ijſque elegantiſſimis enarrat, ſed
nuſquam fere adiecta annorum notatio-
Herodot. *ne, ut nihil poſſit certis annis adſcribi,*
p. 330. *niſi παχυλῶς ϗ ὡς ἔτυχε. Megabazus igi-* E
tur hoc, ſi lubet, anno Perinthum & to-
tam Thraciæ maritimam oram ſubigit,
atque adeo Pæonas, quos Dario, qui ali-
quandiu in Lydia Sardibus commoratus
eſt, placuit in Aſiam transferre. In Ma-
p. 335. *cedoniam quoque legatos mittit Mega-*
bazus, qui terram & aquam petant. F
Hos Amyntas Macedoniæ rex, qui, ſi
Euſebio credimus, duodequinquageſi-
mum circiter annum eo tempore regna-
bat benignè ac lautè excipit. Vbi exem-
pta fame ſucceſſit ebrietas, rogant Perſæ,
A *ut Macedonum uxores ipſis videre li-*
ceat, deinde ut accumbere iubeantur.
Accumbentes blandius affari, dein con-
trectare incipiunt, vino petulantiam ac
libidinem magis ac magis inflammante.
Tum Alexander Amyntham patrem
rogat, ut à conuiuio diſcedat, ſibi reliqua
B *curæ fore. Amyntha digreſſo, video, in-*
quit, ô Perſæ, quid in votis habeatis. No-
bis quidquam hoſpitibus denegare reli-
gio eſt. Suſtinete modo, dum balneum pe-
tant uxores, nitidiores ad vos rediture.
Placuit Perſis Alexandri oratio. Digreſ-
ſis uxoribus, imberbes iuuenes pro nume-
C *ro Perſarum ad ſe vocat, lectis iubet ac-*
cumbere pugionibus armatos. Vbi vino,
ſomnoque ſepulti Perſæ ad lectos quiſque
ſuos laſciuiendi animo acceſſerunt, proſi-
lientes è lectis iuuenes Perſarum temu-
lentiam gladijs diſtrictis caſtigarunt. Ea
res tamen apud Megabazum excuſata,
D *apud Darium diſſimulata fuit, Macedo-*
nibus in poſterum meliora pollicentibus,
modo intemerata uxorum caſtitas illis
relinquatur.

VIII. IX. Pythias XX.
A. M. 3494. Perſ. 34. V. C. E 248. Ante Dn. 506. Darij XVI.

M*Egabazo ſucceſſor datur Otanes,* Herod.
filius Siſamnis, de quo A. M. p. 338.
3476. Is tum Chalcedonem, Byzan-
tium, Antandrum urbes, Lemnum ac
F *Imbrum inſulas ſubigit. Darius interim*
in Perſidem redit abducto ſecum, Mega-
bazi conſilio, Hiſtiæo Mileti tyranno,
vt ſpecie honoris ab Ioniâ abduceretur
homo factioſus, alioqui de Dario benè
meritus.

A

IX. X.

ARISTAGORAS.

A. M. 3495. Perſ. 35. V. C. 249. Ante Dn. 505. Darij XVII.

Herod. p. 340. *NAxij ſeditione laborantes, multos ciues, & quidem opulentiſsimos quoſque, in exilium pellunt. Hi ad Ariſtagoram ſe recipiunt Molpagoræ filium Hiſtiæi generum ac procuratorem. Erat Ioniæ præfectus Artaphernes Hyſtaſpis filius, Darij frater. Artaphernem docet Ariſtagoras è re Perſarum futurum, ſi eorum opibus reducantur in patriam exules inſulæ potentiſsimæ & Ioniæ imminentis. Centum naues ad eam rem ſatis futuras. Artaphernes ducentas pollicetur. Rem Megabati committit,* D *ſed ita vt Ariſtagoræ mandata faciat.* p. 341. *Forte Scylax Myndius nauem ſibi commiſſam negligenter cuſtodiebat. Megabates hominem inclementer habet ritu barbarico. Graue id fuit Ariſtagoræ Scylacis hoſpiti. Hinc rixa inter Ariſtagoram & Megabatem, cuius occaſione* E *Megabates Naxijs alioqui nullo negotio opprimendis omnia retegit. Ita Naxos diu & quidem fruſtra obſeſſa Megabate Ariſtagoram apud Artaphernem incuſante, cum Ariſtagoræ Megabatis perfidiam ſuſpicari, quam conuincere facilius eſſet. Hæc grauiſsimorum malorum* F *fuerunt præludia & incitamenta.*

(·.) (·:·)

(·.·)

X. XI.

Olympias LXIX. Iſomachus II.

A. M. 3496. Perſ. 36. V. C. 250. Ante Dn. 504. Darij XVIII.

B *HIſtiæus Mileti tyrannus aulæ Perſicæ mores pertæſus Ariſtagoræ* Herod. p. 344. *genero mandat, vt Ioniam ad defectionem ſollicitet. Hoc pridem agitans Ariſtagoras, vt Ionas obſequentiores habeat, Mileſijs libertatem offert, ac in reliquis ciuitatibus Ioniæ regulos omnes* C *tyrannide abdicat. Conſilium interim ſuum diſsimulans Lacedæmonem proficiſcitur, opem rogat, amplam & facilem prædam offert. Cleomenes Lacedæmoniorum rex hominem faceſſere iubet, nec precibus, nec donis vllis corrumpi ſe paſſus.*

Heraclitum Olympiade LXIX floruiſſe D *dicit Suidas. Clemens verò.* Heraclitus Bauſonis filius Melancomam tyrannum perſuaſit exuere principatum. Is Darium regem, rogantem vt in Perſidem veniret, inſuper habuit. Clemens Strom. I.

XI. XII. IONIA.

E A. M. 3497. Perſ. 37. V. C. 251. Ante Dn. 503. Darij XIX.

ARiſtagoras Lacedæmone pulſus Athenas pergit. Horum tyrannus Herodot. p. 371. *Hippias vrbe non ita pridem pulſus, ma-* F *gno apud Artaphernem in pretio erat. Id vrebat Athenienſes. Eo gratior illis fuit Ariſtagoræ oratio. Viginti naues illi pollicentur, quæ Ioniam peſſum dederunt. Tum enim Ariſtagoras retectâ facie Ionas ad defectionem ſollicitat, ma-*

gna moliens, plura ſpondens, viribus inferior. Primo impetu Sardes incuſtoditas velut altâ pace capit, eoq; tumultu exortum forte incendium ligneam vrbem protinus abſumſit totam.

XII. XIII. Pythias XIX. A. M. 3498. Perſ. 38. V. C. 252. Ante Dn. 502. Darij XX.

Ptol. l. 4. c. 9. VIceſimo, *inquit Ptolemæus*, Darij, qui Cambyſi ſucceſſit anno, Epiphi XXVIII, ſequente XXIX. horis ſex poſt occaſum ſolis luna defecit annis 245. diebus 327. poſt Nabonaſſarum. *Tempus conuenit Nouembris XX. Artaphernes copijs collectis Ionas profligat, Athenienſes peiora veriti Jonum ſocietatem deſerunt. Nihilominus Darius deierauit nunquam quieturum ſe, quin Athenienſibus talionem rependerit. Jones in incepto pergunt Byzantium, Chalcedonem, Cariam, Cyprum fere totam ſibi adiungunt pari cum temeritate ferociâ torrentis mox diffluxuri inſtar omnia raptantes.* *Herod. p. 373.*

XIV. XV. Olympias LXX. Niceſtas. A. M. 3500. Perſ. 40. V. C. 254. Ante Dn. 500. Darij XXII. Prætore Myrone.

Dionyſ. Halic. A*Naxagoras naſcitur, ſiquidem erat annorum viginti* ὅτι ξέρξης διέβαινεν, *vt docet Laertius. Euſeb. verò ſæpe floruiſſe dicit homines eo anno, quo nati ſunt, vt Anaxagoram hoc anno,*

A *quo & Democritum Abderitam & Heraclitum Epheſium* τ̃ σκοτεινὸν *claruiſſe ſcribit. Hic miſeriæ humanæ perpetuo illacrymabatur; & ipſe inter lugendos, ille ſtultitiam hominum perpetuo riſu ſugillabat & ipſe inter ridendos. Seneca non inuenuſte.* Si quando ride-
B re volo, non longe mihi morio quærendus eſt, me ipſum rideo. *Clemens.* Democriti auditores fuerunt Protagoras & Metrodorus Chius, quem audiuit Diones Smyrnęus. Hunc Anaxarchus, hunc Pyrrho, hunc Nauſiphanes, cuius diſcipulum fuiſ- *Clemens Strom. l. 1.*
C ſe Epicurum perhibent.

Circumferuntur diuerſorum Græcorum epiſtolæ Aureliæ Allobrogum excuſæ A. D. 1606. Inter cæteras multæ Hippocrati tribuuntur, quibus Abderitarum errorem traducit, quod ſe arceſſiuiſſent, vt Democritum, quaſi inſaniâ
D *laborantem, ſanaret. De Hippocrate vide infra A. M. 3540. & 3570. Ibidem extant Darij Hyſtaſpidæ ad Heraclitum Epheſium literæ, quibus eum in Perſidem inuitat, quod Heraclitus abnuit tranquillitatem paucis contentam diuitijs operoſioribus anteponens. Ibidem Da-*
E *rius Epheſios increpat, quod Hermodorum (Metrodorum vocat Cicero in Tuſculanis) ciuium ſuorum optimum vrbe expuliſſent. Heraclitus Hermodorum conſolatur, quod & ipſe Idolorum contemptor impietatis accuſatus ſit.* Ἀποίδευτοι, *inquit*, οὐκ ἴστε, ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς χειρότ-
F μητος; *Primum Anaxagoram* διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστορεῖται. *Forte primus Græcorum proſâ oratione libros ſcripſit. Quanquam ne id quidem ſatis veriſimile eſt. Heraclitus in ſuis ſcriptis Pythagoræ meminit, teſte Clemente.* *Clemens Strom. l. 1.*

XV. XVI.

PYTHAGOREI.

A. M. 3501. Perſ. 41. V. C. 255. Ante Dn. 599. Darij XXIII.

Herod. p 380.

ARiſtagoras belli Jonici fax, multis aduerſus Perſas, modò proſperè, modò infeliciter geſtis in prælio occiditur. Paulo poſt aduenit Hiſtiæus è Perſide elapſus ſpecie miſsionis, quaſi Ioniam Dario redditurus. Eum ne Mileſij quidem admittere voluerunt veriti, ne tyrannidem recuperaret. Ita, ſubmotis defectionis autoribus, perſeuerabat tamen defectio, ſed deferueſcente in dies impetu.

Iuſtin. l.20.

Pythagoræ præcepta Crotoniatis placebant, ſodalitia ſuſpecta erant. Cum ergo treceenti iuuenes ſacramento quodam nexi ſeparatam à cęteris ciuibus vitam exercerent, quaſi cœtum clandeſtinæ coniurationis exercerent, ciuitatem in ſe conuerterunt, quæ eos, cùm in vnam domum conueniſſent, cremare voluit: In quo tumultu LX periere cæteri in exilium profecti. Pythagoras autem cùm annos XX (*legendum* X) Crotonæ egiſſet, Metapontum migrauit.

XVI. XVII. Pythias XXII.

A. M. 3502. Perſ. 42. V. C. 256. Ante Dn. 498. Darij XXIV.

Herod. p. 386.

CVm præliaturæ viderentur Ionum naues 365. aduerſus Perſicas ſexcentas, exorta inter Ionas ſeditio, pleraſque diſsipauit. Soli fere Chij cum na-

A *bis centum prælio congredi auſi ſint, ſed iam inæqualitate nimiâ, eoque infelici ſucceſſu. Mileſios ab omnibus iam deſertos Perſis expugnare promptum fuit. Ita funditus ſubuertitur Miletus Ioniæ lumen, annis ſex poſt defectionem. Nec multo poſt Hiſtiæus ipſe captus & capite* B *truncatus eſt. Jonia tota à Perſis recuperata. Hippocles Theſſalus Pythionices* διαυλοδρόμος *celebratur à Pindaro oda* X. *Hic eſt primus Hymnorum Pindari, quorum tempus notatur. Natus iam erat annos* XXII.

C XVII. XVIII.

PYTHAGORAS.

A. M. 3503. Perſ. 43. V. C. 257. Ante Dn. 497. Darij XXV.

D *ARtaphernes ſublatis ex Ionia factionibus eamque per paraſangas dimenſus, regionatim tributum inſtituit, quod ad Herodoti vſque ætatem, h. e. vſque ad Artaxerxem Longimanum perdurauit.* Herod. p. 393.

Pythagoram obijſſe docet Euſebius E *quarto Olympiadis* LXX *anno. Nec vlterius vitam extendiſſe veriſimile eſt. Nam nonaginta ante hunc annis iam inter pueros Olympico agone certauerat. Hinc colligo eum nec plus biennio Metaponti, nec plus decennio Crotonæ vixiſſe. Ut ut ſit, Metaponti* deceſſit, eiuſq; Iuſtin. l.20. F tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum facerent, eumque pro deo colerent Metapontini.

XVIII. XIX.

Olympias LXXI. Tiſicrates.

A. M. 3504. Perſ. 44. V. C. 258. Ante Dn. 496.

Darij XXVI. Pr. Hipparcho.

Gellius l. 15. c. 23. — *Suidas.*

Hellanicus hiſtoriographus naſci-
B *tur. Siquidem ſexageſimum quin-*
tum ætatis annum agebat initio belli Pe-
loponneſiaci, vt vult Pamphyla apud
Gellium. Euſebius quinquennio prius
eius meminit. Hic Mitylenæus fuit, cum
Herodoto apud Amyntam Macedonum
C *regem vixit æqualis Euripidis, Sopho-*
clis & Hecatæi Mileſij vſque ad Perdi-
cæ Macedonis tempora durauit.

Herod. p. 395. — *Andocides de Myſterijs.*

Mardonius in Græciam cum exercitu
miſſus XX M *hominum naufragio amittit,*
tamen Thaſum, Thracas, Brygos & Ma-
cedonas ſubigit. Athenienſes, cum quin-
D *todecimo ante hunc anno Hippiâ ſublato*
Democratiam reſtituerent, multos ty-
ranni ſatellites vltimo ſupplicio affece-
rant, quoſdam exilio, quoſdam infamiâ.
Vbi viderunt copias à Dario in Græciam
conſcribi, exules reuocandos, ἀτίμους ἐπι-
τίμους ποιῆσαι, infames honori priſtino re-
E *ſtituendos cenſuerunt, vt paribus animis*
ſimul omnes aduerſus communem hoſtem
pugnarent.

XIX. I.

A. M. 3505. Perſ. 45. V. C. 259. Ante Dn. 495.

Darij XXVII.

Herodot. p. 396.

Darius in Græciam legatos mittit,
qui terram & aquam nomine re-
F *gis petant. Æginetæ primi Græcorum ob-*
ſequium pollicentur, tum Perſarum me-
A *tu, tum Athenienſium odio. Athe-*
nienſes Lacedæmona legatos mittunt, qui
auxilium petant aduerſus Æginetas,
quaſi Græciæ proditores. Annuit Cleo-
menes. Demaratus contra. Hinc rixa.
Cleomenes amoliendo Demarato teſtes
ſuſcitat, qui dicant ſe audiſſe Ariſto-
B *nem affirmantem Demaratum ſuum eſſe*
non poſſe. Depulſo Demarato ſubſtitui-
tur patruelis eius Leotychides. Cleome-
nes iniuriæ contumeliam addit, Dema-
rato inſultans. Ita tandem Demaratus
exaſperatus ad Perſas transfugit. Sed po-
ſtea pœnas dederunt fraudis artifices. Si-
C *quidem Leotychides in exilio, Cleomenes*
phrenitide perijt.

XXI. III.

A. M. 3507. Perſ. 47. V. C. 261. Ante Dn. 493.

D Darij XXIX. Pr. Themiſtocle.

Dionyſ. Halic. — *Thucyd. lib. 1.*

Athenienſes Themiſtoclis conſilio,
Piræi extructionem inchoant, quæ
poſt annos demum ſedecim, biennio poſt
pugnam Salaminiam abſoluta eſt.

Diod. l. XI.

Anaxilaus Rhegij in Italia & Zan-
clæ in Sicilia tyrannidem occupat annos
E XVIII.

Dionyſ. Halic. l. 6.

Cum inde à primo M. Valerij Poplico-
læ Kalendæ Octobres fuiſſent initio Con-
ſulatus ſolennes hoc anno vno menſe ci-
tiùs quàm alij Kalendis Septembribus
conſulatum inierunt Sp. Caſſius & Poſt-
humius Cominius. Cauſſa mutationis eſ-
F *ſe potuit concurſus Nouilunij cum Æqui-*
noctio Autumnali Septembris Iuliani
XXIX *à quo initium duxiſſe videtur eo*
anno September Pompilianus cornicul an-
te iam Lunâ. ἀνωμάλως tamen. Nam huic
diei conueniebant Octobres potiùs quàm
Septembres

Septembres Calendæ. Sed huiuſmodi ἀνωμαλίαι frequentes erant in anno Pompiliano negligentiâ an dolo Pontificum. Poſt tertium demum annum Ianuarij Kalendæ Pompilianæ debitum locum recuperarunt, h.e. proximum hyberno Solſtitio Nouilunium. Obtinuit autem September anni caput vſque ad A. M. 3524. V. C. 278.

XXII. IV.

Olympias LXXII. Tiſicrates II.

A. M. 3508. Perſ. 48. V. C. 262. Ante Dn. 492.

Darij xxx. Pr. Diogneto.

Dionyſ. Halic. l. 7. *Sicilia, quidem ſemper, ſed hoc maxime anno tyrannorum feraciſſima, miſerum in modum à latrunculis fruſtulatim diſcerpitur.*

XXIII. V.

MARATHON.

A. M. 3509. Perſ. 49. V. C. 263. Ante Dn. 491.

Darij xxxi. Pr. Hybrillydâ.

Ptol. l. 4. c. 9. PRimo & trigeſimo, *inquit Ptolemæus*, primi Darij anno, Babylone fuit obſeruata lunæ eclipſis Tybi tertio, ſequente quarto paulo ante mediam noctem annis 256, diebus 122. horis 10. 20. poſt Nabonaſſarum. *Primum vocat hunc Darium, tum quia Medum Nabonidum vocabant Græci vel Labynitum, tum quia Babyloniorum rex erat Darius Medus. Darius autem Hyſtaſpida eſt primus huius nominis rex Perſarum. Tempus conuenit cum Aprilis* XXV, *κριῶνος vltimo.*

A *Poſt hanc eclipſim diebus 138. commiſſa eſt pugna Marathonia ſecundo anno Olympiadis* LXXII. *Prætore Hybrylliâ.* *Pauſan.*

Lyſias ait Perſarum quingenta millia in Atticam inuaſiſſe. Lacedæmonijs nefas erat prælium committere ante plenilunium. Legati Athenienſium Lacedæ- *Lyſias τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς.*
B *monem venerunt non nono die menſis, vt vult Herodotus, ſed illis reſponderunt Lacedæmonij, ſibi non licere ante nonum menſis diem Lacedæmone pedem mouere, vt poſſent in campum Marathonium peruenire circa plenilunium. Athenienſibus multis conſultum videbatur auxi-*
C *lium Lacedæmoniorum expectare. Miltiades periculum in mora eſſe arbitratus ſuæ prytaniæ die prælium committit Boedromionis die ſexto, vt docet Plutarchus, Septembris decimo. Ea clade plus probri, quàm damni, niſi quatenus famâ bella conſtant, acceperunt Perſæ. Nec* *Plut. in Camillo & de fortunâ Athenienſium.*
D *enim plures quàm* VIMCCC *Perſas ceciſſe refert Herodotus, Athenienſes vero & Platæenſes* CXCII.

Gelon Syracuſarum dux ſecundo prælio cum Himilcone Carthaginenſium duce congreſſus anno exacto rationes reddit. Vbi ciuibus ſatisfactum videt, ar- *Pauſan.* *Dionyſ. Halic.*
E *mis poſitis nudus inter armatos ambulans, Agite, inquit, ſi quid deliqui, ſupplicium ſumite. Fortitudinem eius ac integritatem collaudantibus omnibus. Eligite igitur alium mei quàm ſimillimum. Cum nemo Geloni par inueniretur, Gelon iterum dux eligitur, ac dein-* *Polyænus l. 1.*
F *ceps ducis loco tyrannus factus eſt. Sic, n. vocabatur quiſquis vi vel dolo principatum inuaſerat, quantumuis integrè adminiſtraret.*

XXIV. VI. Pythias XXIV.
A. M. 3510. Perſ. 50. V. C. 264. Ante Dn. 490.
Darij XXXIII. Pr. Phanippo.

Plutarch. Ariſtide.

PLutarchus putat pugnam Marathoniam commiſſam hoc anno Olympia- B *dis* LXXII *tertio* Ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαινίππου. *Xenocrates Agrigentinus Pythia vincit curru, Midas Agrigentinus tibiâ. Canit hos Pindarus oda* VI *&* XII.

Georgius Chron. c. 49.

Io. Georgius paradoxis adeo delectatur, ut hoc anno ante Chriſti æram 490 velit tẽplum Salomonis à Nabuchodono- C *ſore dirutum. Ita duo diuerſiſſima imperia Babylonicum & Perſicum ſimul ſtabant, eaſdem prouincias Babyloniam, Iudæam, &c. ſimul obtinebant.*

XXV. VII.

MILTIADES.

A. M. 3511. Perſ. 51. V. C. 265. Ante Dn. 489.
Darij XXXIII. Pr. Ariſtide.

Plutarch. Ariſtide.

ARiſtides in Magiſtratu ſuo tantam æquitatis ac iuſtitiæ famam E *comparauit, ut deinceps iuſti cognomen adeptus ſit.*

Herod. l. 6.

Miltiades gloriam Marathoniâ pugnâ partam augere ſtudens deterit infelici in Parum inſulam expeditione. Athenienſes damni quam beneficij memores non puduit Miltiadi eam mulctam ir- F *rogare, cui ſoluendæ non eſſet, & publicæ libertatis aſſertorem carceri mancipare, in quo pædore ac tædio periret. Miltiadis accuſator fuit Xantippus Ariphronis filius, Periclis pater peculatus crimen* A *infælicis pugnæ cauſſam fuiſſe prætexens.*

Vt ut ſit, laude digniſſima eſt Cimonis pietas, qui patrem in carcerem coniectum, ibique defunctum tranſlatis in ſe vinculis ad ſepulturam redemit. — *Iuſtin. l. 2. Val. Max. lib. 5. c. 4.*

XXVI. VIII.
Olympias LXXIII. Aſtyalus.
A. M. 3512. Perſ. 52. V. C. 266. Ante Dn. 488.
Darij XXXIV. Pr. Anchiſe.

Herodot. p. 435.

QVarto poſt cladem Marathoniam anno defeciſſe Ægyptum audit Da- C *rius. Ad utrumque igitur bellum ſe accingens, priùs ſucceſſorem regni confirmat Xerxem, quem ex Atoſſâ Cyri filiâ iam regni potens ſuſceperat, cum priuatus ex alia vxore filios aliquot iam genuiſſet.*

D *Hieroni Syracuſano victoriam equo celete adepto* ἐπινίκιον *canit Pindarus Olymp.* I. *& Epharmoſtum Syracuſanum Olymp.* IX.

Plin. l. 18. c. 7.

Sophocles Sophili filius Athenienſis tragœdias ſcribit annis CXIV. *ante mortem Alexandri magni, inquit Plinius.* E *Sed huic anno tribuenda Sophoclis natiuitas potiùs quàm tragœdiarum ſcriptio. Nam æqualis fuit Euripidis, qui octauo poſt hunc anno natus eſt. Et Suidas diſertè ait natum Olympiade* LXXIII. *Atq; adeò ſeptemdecim annis ante Socratem, qua ratione Pythiade* XXV. *potiùs, quàm* F *Olympiade* LXXIII. *natus ſit. Mortuus eſt ſexennio poſt Euripidem nonageſimo ætatis anno.*

(∴) (∴)
(∴)

Digitized by Google

I. XI.

A. M. 3515. Perſ. 55. V. C. 269. Ante Dn. 485. Xerxis I.

Herodot. p. 436.

DArius βασιλεύσας τὰ πάντα ἓξ ϗ τριήκοντα ἔτεα, cùm regnaſſet omnino annos ſex & triginta moritur in apparatu expeditionis Ægyptiacæ. *Egredietur ſpiritus ex ore eius, cùm illo peribunt cogitationes multæ.* Succedit illi Xerxes, non primogenitus ſimpliciter, ſed primus eorum, quos Darius regnum iam adeptus ex Cyri filiâ genuerat.

II. XII.

Olympias LXXIV. Aſtyalus II.

A. M. 3516. Perſ. 56. V. C. 270. Ante Dn. 484. Xerxis II. Pr. Leoſtrato.

Herodot. p. 438.

X*Erxes, altero poſt obitum patris anno, in Ægyptios expeditionem ſuſcipit, eoſque ſubactos & in arctiorem quam antehac ſeruitutem redactos Achæmeni fratri ſuo, Darij filio gubernandos tradit.*

Pamphyla apud Gellium l. 15. c. 23.

Herodotus Halicarnaſſenſis, cui pater Lyxes, mater Dryo fuit, hiſtoricorum exoticorum, qui hodie extant, antiquiſſimus, & politiſſimus naſcitur, annis quinquaginta tribus ante bellum Peloponneſiacum.

Ageſidamum Locrum Epizephyrium Olympionicem canit Pindarus odâ x.

(∴) (∴)

(∴)

A

TRANSITVS XERXIS.

VI. XVI.

Olympias LXXV. Aſtyalus III.

B A. M. 3520. Perſ. 60. V. C. 274. Ante Dn. 480. Xerxis VI. Pr. Callide.

Diod. l. XI. חמלכר Clemens princeps.

Clemens Strom. l. 1.

Gellius lib. 17. c. 20.

Herodot. p. 447.

D*Vos populos ſuperbiſſimos, duos ingentes exercitus paruis copijs contundit Deus. Amilcar Carthaginien-*
C *ſis trecenta & amplius hominum millia in Siciliam ducens cum toto fere exercitu à Gelone Syracuſano deletur. Xerxis verò quò numeroſior exercitus, eò turpior fuit fuga. De tempore conuenit inter hiſtoricos Atticam à Xerxe peruaſtatam anno Iphiti CCXCVII, vt docet Eratoſthe-*
D *nes apud Clementem, primo Olympiadis LXXV anno, vt tradunt Diodorus, Africanus, Euſebius, annis viginti ſeptem poſt Bruti funus, vt Polybius, quarto ante Menenij Agrippæ & M. Horatij Puluilli Conſulatum anno, vt Aul. Gellius, quadriennio poſt recuperatam*
E *Ægyptum, decennio poſt pugnam Marathoniam, vt Herodotus.*

Herodot. p. 544.

Xerxes igitur ex nauibus ponte facto primo vere traijcit Helleſpontum. Menſis integer huic traiectioni datus, tres menſes reliquo itineri, antequam in Atticam perueniret. Teſtudineus videri poteſt hic
F *gradus. Græcis viſus eſt citiſſimus. Nam, perinde ac ſi multò lentiùs iter facturus fuiſſet Xerxes, nec Lacedæmonij ſua Carnia, nec reliqui Græci ludos Olympicos omittere voluerunt. Ij inciderunt in Iulij XXI. Præmiſerant interim quatuor*

Digitized by Google

Græcorum millia, Spartanos trecentos oc-
p. 513. cupandis Thermopylis duce Leonida. Is
erat XVI ab Ariſtodemo, Herculis abne-
pote, de quo diximus A. M. 2896.
Stemma hoc erat: Ariſtodemus, Eury-
ſthenes, Hegeſis, Echeſtratus, Leoboteus,
Doryagus, Ageſilaus, Archelaus, Te-
leclus, Alcamenes, Polycrates, Eurycra
tes, Anaxander, Eurycratidas, Leo, A
naxandridas. Is Leonidam genuit &
Cleomenem, de quo A. M. 3505. Pote-
rat Leonidas Perſas, quantumuis innu-
merabiles, aditu prohibere, vel diu mo-
rari, niſi inquilini vilis lucelli ſpe noua
viarum compendia Perſis indicaſſent. Ita
Leonidas indagine cinctus cum ſuis pe-
riyt. Græci poſtea cladem hanc inter tro-
phæa ſua numerarunt cum hoc elogio,

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριακοσίαις ἐμάχοντο,
Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

Ælianus terreſtribus Perſarum copijs tre-
Ælian. l. 3. & l. 13. c. 3. centa tantum millia hominum tribuit,
in vniuerſum ſeptingenta millia. A-
thenienſes oraculo monente, vt li-
gneis mœnibus ſe committerent, naues
id interpretati, mulieres & pueros in Sa-
lamina inſulam tranſportant, viri naui-
bus Salaminium fretum tuentur Themi-
ſtocle duce. Summæ rerum præerat Lace-
dæmonius Eurybiades tam impotenter,
vt Themiſtocli reſponſanti baculum in-
tentarit. Cui Themiſtocles, Percute, in-
quit, dum audias. Pedeſtribus copijs im-
perabat Cleombrotus & ipſe Lacedæmo-
nius. Is de reliquâ Græciâ deſperans
Latitudo Lunæ erat graduum 277. 46′. 22″. Iſthmum muro muniebat, cùm exor-
to Solis deliquio, Octobris ſecundo con-
territus relicto Iſthmo Spartam fugit,
neque multò poſt obiyt, eique ſucceſſit
tutoris nomine Pauſanias. Actum erat
de Græciâ, ſi Xerxes Iſthmo traiecto

A in Peloponneſum ſuas omnes copias effu-
diſſet. Sed maritimas copias prius debel-
landas arbitratus & quidem iniquo ac
anguſto loco ſuo exemplo docuit, quàm
ſtolidus ſit imperitæ ſuperbiæ faſtus. Vis
conſilij expers mole ruit ſuâ. Plutar-
chus bis pugnam Salaminiam confert in
B Munychionis XVI: περὶ πανσέληνον. Id in- Plut. in Lyſandro & de fortuna Athen.
cideret in ſequentis Aprilis duodeci-
mum. Sed Autumno pugnatum eſt, non
vere. Mendum igitur eſt, & dicendum
pugnam hanc pugnatam Pyanepſionis
XVI, Octobris XVIII. Themiſtocles hoſti
fugienti ſubſternendum potiùs quàm ſub-
C ducendum pontem ratus monet Græcos, Herod. p. 567.
vt Xerxem fugere patiantur. Nunc, in-
quit, ſementi operam demus. Proxi-
mo vere in Helleſpontum & Ioniam
nauigabimus. Xerxes profugus XLV die
poſt Salaminiam pugnam in Helleſpon-
tum rediyt. Poſtquam eum in Aſiam de- p. 574.
D duxit Mardonius, in Europam rediyt,
& in Theſſaliâ hyemauit. Vix dum diſ-
ceſſerat Xerxes, cùm ab eo defecit Poti-
dæa. Eam tres menſes fruſtra obſidet Ar-
tabazus hyeme anni paludum innunda-
tionibus impeditus.

VII. XVII.

E
A. M. 3521. Perſ. 61. V. C. 275. Ante Dn. 479.

Xerxis VII. Pr. Xantippo.

INeunte vere Mardonius Athenas Herodot. p. 580.
mittit Alexandrum Macedoniæ re-
gem, Amyntæ filium, Alcetæ nepo-
F tem, Aeropi pronepotem, Philippi abne-
potem, Aræi adnepotem, trinepotem
Perdiccæ, qui primus in Macedoniâ re-
gnum obtinuiſſe legitur. Mittunt & le-
gatos ſuos Lacedæmonij, quibus aurem
præbere maluerunt Athenienſes, quàm

Alexandro, licet nomine Xerxis magna
p. 585. *pollicitanti. Per Bœotiam igitur in Atticam venit Mardonius & Athenas adhuc vacuas ingreditur, decimo menſe poſtquam ab ipſo Xerxe fuerant captæ & incenſæ. Rurſus legatum Myrichidem ad Athenienſes Salamine agentes mittit, ad pacem eos cohortans, & fœdus cum rege ineundum. Tanta vero fuit Athenienſium contumacia vt Lycidam, qui id ſuadebat, protinus lapidarint & Atticæ mulieres Lycidæ vxorem ac liberos. Et Græci quidem aliquot naues in Ægeum*
p. 576. *mare mittunt, duce Leotychida, Lacedæmoniorum rege, cuius hoc eſt ſtemma. Charilaus, Nicander, Theopompus, Anaxādridas, Archidamus, Anaxilaus, Leotychides, Hippocratidas, Ageſilaus, Menaris, Leotychides* XI, *à Charilao* XXI. *ab Hercule. Athenienſes cum viderent Atticam iterum deuaſtari, ſe deſeri à ſociis, legatos Lacedæmona mittunt, qui de iis conquerantur, quod dum Iſthmi Corinthiaci murus perficiebatur, magnificè loquerentur, nunc, cùm opus propemodum ad finem perductum vident, lentius agunt, Lacedæmonij decem dies legatos detinent diem de die ducentes. Vbi murum abſolutum eſſe audierunt, noctu quinque Spartanorum millia emittunt duce Pauſania & Euryanacte Doris filio, poſtridie Hyacinthia. Tum rurſus admiſſis legatis, ac querimonias ingeminantibus, reſponderunt iam copias & paratas & profectas eſſe. Hoc ſtratagemate Argiuos deludebant Lacedæmonij, qui clam Perſis fauebant, & ſubinde ſollicitabant Lacedæmonios, ne ſe Athenienſibus adiungerent. Muro perfecto tum denique retectâ facie in Perſas profectionem inſtituerunt. Perſæ relictis A-*

De Charilao Vide A. M. 3102. & 3127.

A *thenis in Bœotiam remearunt, circa Platæas, vbi & pugna commiſſa eſt, ac primum quidem ἱππομαχία, equeſtris velitatio, in quâ Mnaſitheus occubuit, idq; vt videtur Panemi* XXVII. *Auguſti* XXII. *Deinde prælium, quo Mardoni⁹ cum maximâ copiarum ſuarum parte occiſus eſt,*
B *commiſſum Boedromionis* [a] III *vel* IV. [b] *Auguſti 28. vel 29. Eâdem die Græci prælio nauali Perſas vicerūt ad Mycalem duce Xantippo, qui Athenienſium prætor eo anno erat. Nam Leotychides, ſub prælij finem aduenit. Poſt hanc victoriam Iones in recuperandæ libertatis*
C *ſpem erecti ſunt.* Valet ima ſummis Mutare, & inſignem attenuat Deus obſcura promens. *Ælianus vtramque pugnam commiſſam vult Thargelionis ſexto, certè videtur ita ſentire. Sed Æliani, vel, eius, à quo ſua mutuatus eſt, mens hæc fuit. Multas victorias illuſtres à Græ-*
D *cis reportatas περὶ ἕκτην ἱσαμένε, vel φθίνοντος μηνὸς, h. e. ſexti duo ante, vel ſextiduo poſt nouilunium. Græcos quàm plurimos habebant Perſæ in ſuo exercitu. Aduerſus hos pugnabant Athenienſes & Platæenſes. Aduerſus barbaros autem Lacedæmonij & Tegeatæ.*

E *Plutarchus perperam, vt mea fert opinio, cenſet Boedromionis quartum hoc anno concurriſſe cum Panemi* XXVII. *additque.* Τὴν δ' ἡμερῶν ἀνωμαλίαν οὐ θαυμαστέον, ὅπου καὶ νῦν διηκριβωμένων τῶν ἐν ἀστρολογίᾳ μᾶλλον ἄλλην ἄλλοι μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἔχουσι. *Ne mireris, inquit, ſi*
F *vnus idemque dies ſit Macedonibus Lunæ* XXVII. *qui Athenienſibus erat lunæ* IV. *Nam hodieque plurimum variant Lunarium menſium neomeniæ. Certe vnius aut alterius diei diſcrimen occurrit in menſibus lunaribus. Solide autem*

a Plut. de gloriâ Athen. p. 349
b Plut. in Ariſtide.

Ælian. l. 2. c. 25.

Liſias τοῖς κορινθίον βοηθοῖς.

Plut. in Ariſtide.

octidui errorem nec vnquam legimus, neque Plutarchus legiſſe ſe docet, neq; contigiſſe veriſimile eſt. Nam ne ruſticus quidem triduo fallatur in definiendâ ætate lunæ. Sed Plutarchus paßim harum rerum imperitißimum ſe prodit, vt ante me monuit Scaliger. Res igitur ita, vt diximus, concilianda videtur. Xerxes vbi Græcos in Aſiam traieciſſe audijt, Sardibus relictis Suſa repetit.

VIII. XVIII. Pythias XXVII.
A. M. 3522. Perſ. 62. V. C. 276. Ante Dn. 478. Xerxis IIX. Pr. Timoſthene.

Diod. l. 11.

ATHENIENSES quantumuis inuidentibus & obnitentibus Lacedæmonijs ingenioſo Themiſtoclis ſtratagemate adiuti vrbis ſuæ muros inſtaurant. Idem, cùm videret totam Lacedæmoniorum claſſem apud Gytheum ſubductam facile incendi poſſe, & id conſilij animo verſaret, dixit populo ſibi rem magni momenti, ſed minimè vulgandam in animo eſſe. Populus Ariſtidem dedit, cum quo conſilium communicaret. Ariſtides populo renuntiauit Themiſtoclis conſilium vtile, ſed iniuſtum ſibi videri. Populus Themiſtoclem incepto deſiſtere iuſſit.

Cicero Offic. l. 3. Val. Max. l. 6. c. 5.

Scalig. de emēd. tempor. l. 1. p. 44.

Scaliger cum Plutarcho putans pugnam Salaminiam Munychionis XVI, *plenilunio commiſſam, & Nouilunia cum Neomenijs menſium Atticorum non niſi certis quibuſdam annorum periodis conuenire arbitratus, periodorum, quas ſibi finxit, fidem ſecutus confert pugnam Salaminiam in Maias huius anni Kalendas, quæ ſanè in plenilunium inciderunt. Sed ijs nullo modo conuenire po-*

A *teſt Salaminiæ pugnæ tempus, vt vel hinc colligas, quàm fallaces ſint ipſius periodi, quamque procul à veri regione erret, cùm contendit Xerxem eſſe Aſſuerum Eſteræ maritum. Nam hic eſt octauus Xerxis annus. Iam triennio ante Sardibus eclipſim Solis à Xerxe viſam putat* B *Scaliger Aprilis* XIX. *Atqui ſeptimo ſui regni anno ſecurus in palatio Suſis deliciabatur Aſſuerus.*

IX. XIX. PIRÆVM.
A. M. 3523. Perſ. 63. V. C. 277. Ante Dn. 477.
C
Xerxis IX. Pr. Adimanto. C. Horatio Puluillo T. Menenio Lanato Coſſ.

Diod. l. 11. Polyænus lib. 1.

ATHENIENSES Themiſtoclis conſilio & arte priuſquam Lacedæmonij reſcire aut prohibere poſſent, Piræum tres D *commodißimos portus habentem, exædificant. Omnes Aſiæ ciuitates Græcæ, iugum Perſarum certatim excutientes Pauſaniæ faſtum deteſtatæ & Ariſtidis æquitatem admiratæ Athenienſibus ſe ſubijciunt. Quin & proditionis ſuſpectus Pauſanias Lacedæmona reuocatur, am-* E *bitioſæ arrogantiæ & peculatus damnatur. Alioqui proditionis abſoluto potius, quàm conuicto Sparta carceris loco datur. Furtim tamen egreſſus in Aſiam traijcit, ibique denuò cum Perſis res nouas molitur. Tandemque rurſus in vrbem retractus ac conuictus in Mineruæ tem-* F *plum tanquam in Aſylum confugit. Lacedæmonij, cùm Aſyli ius violare nollent, templi fores occludunt, Pauſaniamque inedia perire cogunt. Sed hæc aliquot poſt annus geſta ſunt.*

Thucyd. l. 1.

Romæ ſex & trecenti Fabij patri cum

Digitized by Google

A. Gellius l.17.c.20. familijs ſuis cõſilium ineunt de Vejentib. virtute propriâ debellandis vix vno ſui nominis domi propter infantiam relicto,

Ouidius.
Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes
Ad bellũ miſſos abſtulit vna dies,

Factum id Gellius ait quarto poſt pugnam Salaminiam anno.

X. I.

Olympias LXXVI. Scamander.
A. M. 3524. Perſ. 64. V. C. 278. Ante Dn. 476.
Xerxis X. Pr. Phœdone.

Diod.l.11. LEotychides Lacedæmonius, cùm regnaſſet annos XXII. obit relicto filio regni hærede Archelao. Is regnat annos XLII. Sed in exilio perijſſe Leotychidam docet Herodotus.

Thucyd. lib.3. Catanæ vicina loca Ætnæ incendio ardent, idemque & annis poſt quinquaginta patiuntur ſexto Peloponneſiaci belli anno V. C. 328.

Aſopicum Orchomenium Olympionicen canit Pindarus oda XIV.

Dionyſ. Halic. Comitia Conſularia à Kalendis Septembrib. ad ſextiles retro aguntur, primique Kal. Sextilibus creati ſunt A. Virginius Tricoſtus & Sp. Seruilius Structus Coſſ. idque Solſtitio æſtiuo, inquit Dionyſius. Gelon Syracuſanus, cum regnum iniquè occupatum æquiſſimè adminiſtraſſet annos ſexdecim, XVII. ſui regni anno, placidè moritur Olympiade LXXVI. relicto regno Hieroni fratri, vt docet Pindari Scholiaſtes Pythico III. Euſebius quia putat Gelonem regnaſſe annos ſolidos XVII. differt eius obitum in annum ſequentem. Contra Diodorus Hieronis annum inchoat à tertio anno Olympiadis LXXV. Diodoro fauere videtur Ariſtoteles Polit. V. 12. qui Gelonidas ait tantum regnaſſe annos duodeuiginti. Sed credo eſſe mendum aut σφάλμα μνημονικὸν ac legendum duodetriginta δυοῖν δεόντα τριάκοντα pro δυοῖν δεόντα εἴκοσι. Ita omnia conuenient.

XI. II.

A. M. 3525. Perſ. 65. V. C. 279. Ante Dn. 475.
Xerxis XI. Pr. Dromaclide.

Diod.l.11. Thuc.l.1. LAcedæmonij belli maritimi tædio ἀπαγορεύοντες ἤδη τοῦ Μηδικοῦ πολέμου, Athenienſium gratiam inire cupientes, quibus nuper muros inuiderant, ijs nunc maris imperium deferunt autore Hetoimaridâ, videlicet, quod negare non poterãt, id donaſſe videri voluerunt.

Æmilius Probus. Deinceps Athenienſes inſulanis primò volentibus, dein etiam inuitis CCCCLX. talentorum tributum imponunt, quod in inſulâ Delo, poſthac Athenis aſſeruaretur, quaſi belli aduerſus communem hoſtem Perſam ſumptibus deſtinandum.

Demoſt. Olynth.3. Demoſthenes. Maiores, inquit, noſtri Græcis volentibus, imperarunt annos XLV, quibus verbis innuit hunc annum eſſe XLV, ante belli Peloponneſiaci initium. Idem repetit Demoſthenes oratione περὶ συντάξεως. Lyſias verò Athenienſes annos ſeptuaginta θαλάττης ἄρξαι maris potentes fuiſſe gloriatur, nempe vſque ad prælium nauale, quo Conon à Lyſandro victus eſt anno V. C. 349.

XII. III. Pythias XXVIII.
A. M. 3526. Perſ. 66. V. C. 280. Ante Dn. 474.
Xerxis XII. Pr. Aceſtoride.

Diod.l.11. *HIero Syracuſanus Cumanos ab Heтruſcorum tyrannide liberat, Megaclem Athenienſem νικήσαντα τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην (falſißimum, videtur legendum εἰκοστὴν ὀγδόην) Πυθιάδα canit Pindarus oda VII. nec obſtat quod eodem anno Teleſicrates Cyrenæus Pythia vicit, qui celebratur oda IX. Nam Megacles vicit curru, Teleſicrates ὁπλιτοδρόμῳ Thraſidæus Thebanus ſtadium oda XI. Hiero celete odâ tertiâ, idque νικῶν βασιλεύων, & non multo poſt in morbum incidit, vt teſtatur Pindarus. Sed conualuit, & annos circiter octo poſtea vixit.*

XIII. IV.

A. M. 3527. Perſ. 67. V. C. 281. Ante Dn. 473.

Xerxis XIII. Pr. Menone.

Diod.l.11. *IApyges Tarentinos ac Rheginos prælio ſuperant, Rhegium ipſum capiunt.*

XIV. V.

Olympias LXXVII. Dandes.

A. M. 3528. Perſ. 68. V. C. 282. Ante Dn. 472.

Xerxis XIV. Pr. Charete.

Schol. Pind. *THeron Æneſidami filius ab Oedipode oriundum ſe prædicans Agrigenti tyrãnus Olympiade LXXVII. Olympia vincit curru eamq; victoriam hymno celebrat Pindarus Olymp. II. Is Geloni Demaratem filiam ſuam conlocauerat, à qua Demaratium numiſma dictum. Vicißim Gelon Syracuſarum tyrannus Polyzeli fratris filiam Theroni* Diod.l.11. *dederat. Sub huius anni finem moritur Theron. Huius filius Thraſydæus ingenio ferox ac turbulentus cum auo Poly-* A *zelo aduerſus proauunculum ſuum Hieronem arma capiens ab Hierone vincitur, neque multo poſt à ciuibus occiditur. Ita Agrigentini libertatem recuperant, & Democratiam reſtituunt.*

Archidamus Zeuxidami filius Lacedæmone regnare incipit anno quarto an- B *te terræ motum, de quo mox agetur. Ergotelem Himereum Olympionicem canit Pindarus oda XII.* Plutarch. Cimone.

XV. VI.

THEMISTOCLES.

C A. M. 3529. Perſ. 69. V. C. 283. Ante Dn. 471.

Xerxis XV. Pr. Praxiergo.

THemiſtocles ab Athenienſibus, ob nimiam potentiam ἐξοστρακίζεται. Quæ autem Oſtracïſmum hunc ſecuta D *ſunt, ea quidem multis annis geſta ſunt, ſed quia non commode poſſunt ſuis annis adſcribi, ideò Diodorus omnia ſimul vno ductu contexit. Themiſtocles igitur Athenis pulſus Lacedæmonios adit. Ab his proditionis accuſatus Corcyram fugit, inde in Epirum, dein ad Admetum Mo-* E *loſſorum regem, ac tandem ad ipſum Xerxem, à quo liberaliſſimè exceptus, & tribus vrbibus donatus eſt, ſed eâ lege, vt belli Græcis inferendi dux eſſet. Vbi dicta dies aduenit Taurini ſanguinis potu ſibi mortem conſciuit, ſecundo Olymp. LXXVIII. anno. V.C. 287. teſte Euſebio.* Diod.l.11.

F *Thyrrheni θαλαττοκρατοῦντες Capuam condunt annis quingentis ante Conſulatum Vinutÿ, h.e. ante annum V.C. 783. teſte Velleio Paterculo. Diodorus tamen id confert in annum V. C. 309. Dicuntur autem Thyrreni θαλαττοκρατῆσαι, eo tempore,*

tempore, quia inferi maris potentes erant
à freto forſan Herculeo vſque ad Sici-
liam. Alioqui in Ionio, & Ægeo mare
iam Athenienſes dominium obtinebant.
Thucydides hiſtoricorum Græcorum
Gellius lib. 15. c. 23. *longè grauiſſimus naſcitur annis quadra-*
ginta ante bellum Peloponneſiacum teſte
Pamphila apud A. Gellium.

XVI. VII. Pythias XXIX.
A. M. 3530. Perſ. 70. V. C. 284. Ante Dn. 470.
Xerxis XVI. Pr. Demotione.

Diod. l. 11. *CImon Miltiadis filius Athenien-*
ſium Nauarchus Eionem Thraciæ
vrbem Perſis, Scyrum inſulam Pelaſgis
& Dolopibus eripit. Tum in Pamphy-
lium mare delatus eadem die duas nobi-
liſſimas victorias de Perſis conſequitur
primam mari iuxta Cyprum, alteram D
terrâ ad Eurymedontem Pamphyliæ flu-
uium. Naues trecentas & quinquagin-
ta, Perſarum viginti millia capit. Iſocra-
tes Panathenaico videtur ab hac victo-
ria θαλαττοκρατίαν *Athenienſium in-*
choaſſe.

p. 367. *Cum ait.* Nos quidem annos LXV. E
Lacedæmonij vix annos decem ma-
ris imperium obtinuerunt. *Ibidem*
autem & in Areopagitico, atque alibi
eam Athenienſibus potentiam affingit,
vt dicat Perſas nec longis nauibus intra
Phaſelidem nauigare per ea tempora au-
ſos fuiſſe, nec intra Halym fluuium pede- F
ſtres copias ducere. Sed non eſt temere ſuſ-
cipiendum, quidquid Græcia mendax
fingit in hiſtoriâ, *nedum quidquid Pa-*
negyriſtes apud populum declamat. Hie-
ronem patria Ætnaum Syracuſarum

A *principem Pythionicem canit Pindarus*
oda I. Eundem canit oda III. victoriam
adeptum Pythiade XXVI. & XXVII.

XVII. VIII. SOCRATES.
A. M. 3531. Perſ. 71. V. C. 285. Ante Dn. 969.
B
Xerxis XVII. Pr. Phœdone.

TErtio Olympiadis LXXVII. anno *Laertius.*
ad exitum vergente naſcitur So- *Ælian. l. 2.*
crates Thargelionis ſexto, qua die & Ar-
temin natam ferunt. Conuenit id huic
anno Aprilis XIII. Sed mirum cur A-
C *thenienſium Prætorem Laertius, nec De-*
motionem, nec Phædonem, ſed Apſephio-
nem vel Aphepſionem nominet. Euſe-
bius quadriennio ſerius id refert. Melius
Laertius. Niſi quod mendoſe legitur apud
Laertium obyſſe Socrates anno ætatis
LXX. Olympiade XII. legendum enim XCV.
vt ex Diodoro conſtat V. C. 354.
Lacedæmone horrendo terræ motu vi- *Diod. l. 11*
ginti hominum millia intereunt, & plu-
rima ædificia corruunt, quâ occaſione ac-
ceptâ Hilotes cum Meſſenÿs à Lacedæmo-
nÿs deficiunt, & bellum inchoant, quod
vix decimo poſt anno finitum eſt. Iſocra- *Iſocr. Ar-*
tes vicennale vocat hoc bellum, quaſi re- *chidamo*
bellionem inchoarint Hilotæ ac Meſſenÿ *p. 266.*
continuo poſt Xerxis tranſitum.

XVIII. IX.
Olympias LXXVIII. Parmenidas.
A. M. 3532. Perſ. 72. V. C. 286. Ante Dn. 468.
Xerxis XVIII. Pr. Theagenida.

ARgiui in Mycenates bellum mo- *Diod. l. 11.*
liuntur, tum vetere odio compul-
ſi, tum metu, ne Mycenates priſtinam di-

gnitatem recuperare olim contenderent. A *Cimon Perſicis victorijs nobilitatus ad Lacedæmonios auxilium Athenienſium aduerſus Hilotas poſcentes mittitur & non multò poſt reuocatur.*

XIX. X. MYCITHVS.

A. M. 3533. Perſ. 73. V. C. B 287. Ante Dn. 467.

Xerxis XIX. Pr. Lyſiſtrato.

Diod. l. 11. **L**acedæmonij noui Athenienſium ducis fidem ſuſpectam habentes, Athenienſium auxilia remittunt, retentis tamen, reliquorum ſociorum copijs. C *Hac offenſâ irritati Athenienſes Argiuis inueterato in Lacedæmonios odio laborantibus ſeſe ſocios adiungunt, quorum ſocietate ſubnixi Argiui Mycenates ſuperant, Mycenas euertunt.*

Æmilius Probus. *Ariſtides cum Iuſtitiæ famam ad obitum vſque perpetuaſſet, obit quarto poſt* D *Themiſtoclis æmuli ſui oſtraciſmum anno. Anaxilaus Rhegij & Zanclæ rex moriens liberos Myeithi tutelæ commiſerat. Is cum fideliſſimè ſuo munere fungeretur, tamen in ſuſpicionem rei malè geſtæ ab Hierone Syracuſano adducitur. Huius diffidentiæ pertæſus Mycythus tutelam abijcit & in Arcadiam ſecedit. Hieron* E *ipſe non multo poſt obit, relictâ vtcunq; honeſtâ nominis ſui famâ.*

XX. XI. Pythias XXX.

A. M. 3534. Perſ. 74. V. C. 288. Ante Dn. 466.

Xerxis XX. Pr. Lyſania.

Diod. l. 11. Ariſt. Polit. l. 5. c. 12. **H***iero cum regnaſſet annos decem, obit Thraſybulus Hieronis frater & hæres tantò Hierone deterior, quantò Gelon Hierone melior, Syracuſanorum odia in ſe commouet, adeò vt ciues illi bellum inferre non dubitarint, undecimo regni eius menſe. Eo ſuperato & Locros relegato Democratiam reſtituunt, quam poſtea annos fere ſexaginta obtinuerunt magna felicitate.*

Thaſij ab Athenienſibus deficientes toto triennio obſidentur. Thuc. l. 1.

XXI. XII.

ARTABANVS.

A. M. 3535. Perſ. 75. V. C. 289. Ante Dn. 465.

Xerxis XXI. Pr. Lyſitheo.

A*rtabanus natione Hyrcanus Mithridate Eunucho & cubiculario in partes pellecto in Xerxen conſurat.*

XXII. XIII.

Olymp. LXXIX. Xenophon.

A. M. 3536. Perſ. 76. V. C. 296. Ante Dn. 464.

Art. Longimiani I. Pr. Archemide.

Clemens Dario tribuit annos 46. Xerxi 26. Omnino ſcribere voluit aut debuit 36. & 21. Igitur annis ſolidis quinquaginta ſeptem poſt cędem magorum occiditur Xerxes Artabani, vel Darij filij ſcelere. Ælian. ait *noctu iacentem in lecto iugulatum à filio.* Diodorus ab Artabano F occiſum refert. Ælian. lib. 13. c. 3.

Artabanus, cum procuratoris vel tutoris nomine regnum ſeptem menſes obtinuiſſet, perſuadet Artaxerxem, Xerxem à Dario interfe- Diod. l. 11. Cteſias.

ctum. Darius ad Artaxerxem fratrem ductus factum pernegat. Peruicit tamen Artabanus, vt Darius parricidij inſimulatus occideretur. Dario ſubmoto ipſe Artaxerxem occidere conatur, & vulnerat. Sed leuiter. Artaxerxes contra Artabanum opportunè vulnerat & occidit. Ita vindicatâ patris & fratris nece regnat Artaxerxes annos XL. quorum initium commodè ducit Euſebius ab hoc anno Olympiadis LXXIX. primo. Huius annos à Tiſri inchoari liquet ex Nehemiæ 1. 1. & 2. 1. Talmudiſtæ regum Iudææ annos à Niſan inchoandos putant, regum verò alienigenarum à Tiſri. Neutrum perpetuum eſt. Vna hirundo non facit ver.

ראש השנה Cap. 1. fol. 3. a. & 8. a. ובע״ז Cap. 1. fol. 10. a.

Dictus eſt autem Longimanus, quia dextram ſiniſtrâ longiorem habebat. Vir animi magnitudine & lenitate præſtans. *Plut. Artaxerxe.*

Athenienſes Thaſios triennium obſeſſos tandem ſubigunt. *Thuc. l. 1.*

XXIII. XIV.

A. M. 3537. Perſ. 77. V. C.
291. Ante Dn. 463.
Art. Longimani II.
Pr. Tlepolemo.

Diod. l. 11. A*rtaxerxes ἄρτι τὴν βασιλείαν ἀνακτησάμενος, vt κυρίως loquitur Diodorus, h. e. currente adhuc primo ſui regni, ſiue ab Artabani nece anno, cædis paternæ conſcios caſtigat, pleroſque Satraparum factionis illius ſuſpectos aut vitioſos melioribus commutat, totum regnum æquiſſimè adminiſtrat. Quàm ob cauſſam ſibi metuentes perditiſſimi quiq; Ægyptiorum ſatrapæ, primum quidem*

A *Achæmenem Darij filium, Artaxerxis patruum occidunt, deinde Inarum regem eligunt Pſammitichi filium, Lybiæ regulum. Hinc defectioni ſocios ſe adiungunt Athenienſes, trecentis, vel, vt vult Thucydides, ducentis nauibus inſtructi. Syracuſis ſeptem peregrinorum*
B *millia à Gelone quidem ciuitate donati, ſed tum ab antiquioribus ciuibus adipiſcendorum honorum ſpe deiecti tumultuantur Achradinam regionem & inſulam occupant ac vix tandem exigi potuerunt.*

Romæ. Comitijs, *inquit Liuius*, ha- *Liuius l. 3.*
C bitis creati Coſſ. L. Ebutius P. Seruilius. Kalendis Sextilibus, vt tunc principium anni agebatur, conſulatum inierunt.

XXIV. XV. Pythias XXXI.

D A. M. 3538. Perſ. 78. V. C.
292. Ante Dn. 452.
Art. Longimani III.
Pr. Conone.

A*thenienſes & Ægyptij inſigni prælio nauali Perſas vincunt. Lacedæmonij à Perſis magnis muneribus ad* *Diod. l. 11.*
E *bellum Athenienſibus inferendum ſollicitati, recuſant tum inſitâ generoſitate, & inueterato in barbaros odio, tum proprijs curis implicitis, & à Cimone deliniti, qui velut tacitus pacis ſequeſter inter vtroſq; ſemper eſſe ſtuduit.*

Arceſilaus Polymneſtæ filius Cyre- *Pindari Scholia.*
F *næus ob victoriam Pythiade* XXXI. *curru partam à Pindaro celebratur odâ quartâ. Dicitur & ſequente Olympiade* LXXX. *victoriam aliquam conſequutus.*

Romæ peſtis magnam ſtragem edit. Inter reliquos, etiam ambos Coſſ. L. Æbu- *Liu. l. 3.*

Digitized by Google

tium & P. Seruilium abſumit. Supplicationes fiunt, & aliquot interreges. Cumq; iam aliquot interregna exiſſent P. Valerius Publicola tertio die quàm interregnum inierat Coſſ. creat. L. Lucretium Tricipitinum & T. Veturium Geminum ſiue ille Veturius fuit. Ante diem III. Idus Sextiles Conſulatum ineunt.

XXV. XVI.

A. M. 3539. Perſ. 79. V. C. 293. Ante Dn. 462.
Art. Longimani IV.
Pr. Euippo.

Diod. l. 11. Thuc. l. 1. *Athenienſes & Ægyptij Perſas Memphim fugientes perſequuntur, duas vrbis partes ſiue muros occupant. Tertiam partem longe validiſſimam, quæ murus albus dicebatur, obſident. In Siciliâ plerique eorum, qui à Gelone aut Hierone in exilium pulſi fuerant, patriam & bona ſua inuaſoribus eiectis poſtliminij iure recuperant.*

XXVI. XVII. CIMON.

Olympias LXXX. Toryllas.

A. M. 3540. Perſ. 80. V. C. 294. Ante Dn. 460.
Art. Longimani V.
Pr. Phaſiclide.

Plutarchus huius anni Prætorem Phaſiclem vocat.

Diod. l. 11. *Perſæ naues trecentas in Ciliciâ conficiunt, pedeſtrem exercitum per Phœniciam in Ægyptum deducunt, vt terrâ marique Memphitanis opem ferant. Quæ ſecuta ſunt, Diodorus quidem hoc anno* A *vno ductu contexit, pluribus tamen annis geſta ex Thucydide conſtat. Reliqua vide quadriennio poſt. Ephialtes Simonidis filius inſtigante Pericle in Areopagitarum & optimatum autoritatem debacchatur. Cimonem optimum virum quaſi μισόδημον & φιλολάκωνα, inſectatur,* B *tribunitijs clamoribus efficit, vt oſtraciſmo mulctetur. Ipſe noctu ab Ariſtodico vel ab ipſo Pericle iugulatur. Submoto Cimone, qui pacis inter Lacedæmonios & Athenienſes conciliator hactenus fuerat, inueterata & male tecta vtrorumque odia protinus in mutuam* C *perniciem eruperunt. Alcimedontem Olympionicem canit Pindarus oda 8.*

Euſeb. *Alexander Amyntæ filius Macedonum rex cum regnaſſet annos XLIII. obit relicto filio Perdiccâ, qui regnauit annos XXVIII. vix dum deceſſerat Pater, cum* Soranus. *pellicem eius Philam ardere cœpit Per*D*dicca. Morbi cauſſam aperire vetabat pudor. Cum iam phthiſi tabeſceret, ſuperuenit Hippocrates Cous medicorum princeps. Is ex oculorum motu agnouit Perdiccæ morbum & Philam admonuit vitam regis in ipſius manu eſſe. Philæ, cùm mallet regis vxor, quam nouerca eſſe, gra*E*tum fuit vitam Perdiccæ ſuo dedecore redimere.*

XXVII. XVIII.

A. M. 3541. Perſ. 81. V. C. 295. Ante Dn. 459.
F Art. Longimani VI. Pr. Phylocle.

Diod. l. 11. Thuc. l. 1. *Leocrates Athenienſis Corinthios, Epidaurios, & Æginetas Athenienſibus, quaſi longinquo bello in Ægypto occupatis negotium faceſſentes multis prœlijs ſuperat. Æginetas planè ſubigit.*

Digitized by Google

Lacedæmonij ciuili eoque decennali bello defuncti Jthomen tandem occupant, & Hilotas perdomitos ad officium reuocant. Meſſenios quoque ſubactos procul ab vrbe omnes eijciunt. A

Lyſias Cephali à Syracuſanis oriundi filius Athenis naſcitur Prætore, inquit Plutarchus, Philocle, qui Phraſicli ſucceßit, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας ὀλυμπιάδος. Delenda ſunt hæc duo verba καὶ δευτέρας.

XXVIII. XIX. Pythias XXXII.

A. M. 3542. Perſ. 82. V. C. 296. Ante Dn. 458.

Art. Longimani VII.

Pr. Bione.

Diod l. II. Thuc. l. I.

MEgarenſes à Corinthijs vexati, à Lacedæmonijs derelicti ad Athenienſes deficiunt, qui Myronide duce Corinthios duobus prælijs ſuperant.

Lyſias τοῖς κορινθίων βοηθοῖς.

Lyſias hanc Athenienſium victoriam imprimis magnificat, quod tum Athenæ propemodum vacuæ eſſent, at ſi in varia diſtractis Athenienſibus, ſoli ſenes aut pueri in vrbe manſiſſent. Tantam verò fuiſſe ſenum peritiam, iuuenum obedientiam, omnium fortitudinem, vt Corinthiorum magnis copijs propulſandis pares fuerint.

Liu. l. 3. Val. Max. l. 4. c. 4.

Æqui rupto fœdere duce Clælio Graccho Romanos incurſant. Jn eos miſſus L. Minutius Conſul in Algido monte concluditur. Dictaturâ opus erat. Ea defertur L. Quinctio Cincinnato abſenti & ſuis manibus aranti agellum quatuor iugerum. Is Conſule liberato, fugatis Æquis ſextodecimo die Dictaturâ abdicat.

(∴)

I. I.

A. M. 3543. Perſ. 83. V. C. 297. Ante Dn. 457.

Art. Longimani VIII.

Pr. Mneſithida.

Diod. l. II. Thuc. l. I.

B *ERant iuxta Parnaſſum tres vrbes Cytinium, Boeum, & Erineum (ita vocat Thucydides, Diodorus paulò aliter) Hæ à Dorienſibus Lacedæmoniorum maioribus incolebantur, & exortâ forte ſuper finibus controuerſiâ à Phocenſibus vexabantur. Pauſaniæ filius Pliſtoanax*
C *Lacedæmoniorum rex adhuc ſub tutore erat Nicomede Cleombroti (Diodorus Cleomenem vocat) filio. Nicomedes adducit MD. Lacedæmonios, ſociorum X M. & Phocenſes cogit Dorienſibus ablata reſtituere. Dum reditum parat, aditus ab Athenienſibus cuſtodiri audit. Reuerſus*
D *in Boetiam à quibuſdam ſollicitatur, vt in Atticam irrumpat, Democraticum Reip. ſtatum immutaturus. Subodorati id Athenienſes ipſi excurrunt cum Argiuis & Theſſalis in Boetiam. Pugna committitur iuxta Tanagram. Vbi ad manus ventum eſt, Athenienſes à Theſſalis*
E *deſerti profligantur. Thebani, quod infenſißimi Athenienſium hoſtes eſſent, cùm hactenus Mediſmi nomine infames fuiſſent, à Lacedæmonijs in priſtina iura reſtituuntur, & totius Boeotiæ Principes conſtituuntur. Lacedæmonij duplici victoriâ partâ ad ſua redeunt. Hæc exeun-*
F *te Bionis præturâ acta. Vbi Magiſtratum inijt Mneſithides, Myronides Athenienſis in Boeotiam redit, & LXII. die poſt pugnam Tanagrenſem ἐν Οἰνοφύτοις Boeotos prælio ſuperat. Tanagræ muros ſubruit. Totam Boeotiam ac Phocidem va-*

ſtat, à Locris Opuntijs centum obſides exi-
git. Victor reuerſus longos muros vſque
ad Phalericum & Pyræum portum per-
tingentes abſoluit. Quanquam Plutar-
chus id potius Pericli tribuit.

HEBDOMADES
DANIELIS.

Cedrenus p.116.

FAſti Siculi Danielis hebdoma-
das inchoant ab Olympiadis
octogeſimæ anno primo. Nos à ter-
tio. Eadem mente Cedrenus, Ioh.
Funccius, Henricus Bulingerus, Ro-
dolphus Gualterus eas inchoant à
ſeptimo huius Artaxerxis anno, ad
medium ſcilicet decurrente, Niſan
primo. Is commodùm incidit in
Arietis primum, Martij xxvi, feriam
Eſd.c.7. v.19. tertiam. Ea die Artaxerxes de princi-
pum ſeptem ſententiâ promulgat
edictum, quo 1. cuiuis Iudæo redeun-
di in patriam facultatem largitur. 2.
Vaſa & magnam vim auri donat. 3.
Iubet, vt dentur quot annis Eſdræ
quæcunque petierit, vſque ad cen-
tum argenti talenta; centum vini ba-
tos, olei totidem. Hæc ſacrificijs de-
ſtinat, & reliquis impenſis, quas vſui
futuras iudicaturus erat Eſdras. 4.
v.21. iubet *vt in domo Dei cœli omnia fiant*
ex ſententia Dei cœli. O verba literis
aureis regum palatijs inſcribenda,
atque adeò ſtylo adamantino fide-
lium omnium animis inſculpenda!
Quis non videt his verbis Eſdræ ſa-
tis authoritatis dari ad inſtaurandos
Hieroſolymorum muros? Sed quia
diſertè non id expreſſerat rex, quo
minus inſtaurarentur, obſtitit Iſrae-
lis hoſtium malignitas, & Eſdræ iam
A grauis annis ætas. Quippe annis an- *2. Reg. 25. 18.*
te hunc centum triginta tribus, Eſ-
dræ pater Seraias, & frater Ioſedek *2. Chron. 6.15.*
in captiuitatem cum Sedekia abdu- *Eſd. 2.2. 7.1.*
cti fuerant. Idem Eſdras erat patruus
Ieſuæ ſummi Sacerdotis, qui annis
ante hunc centum duodeuiginti po-
B pulum reduxerat. A creatione ſolis
ad hoc edictum ſunt anni ſolares
3542, præcisè, annorum hebdoma-
des ſex & ſeptingentæ. Ab eodem
edicto ad Chriſti paſſionem ſunt an-
norum hebdomades ſeptuaginta,
præcisê anni Solares 489, dies duo-
C decim.

Chriſtus, inquam, paſſus eſt qua-
dringenteſimo nonageſimo ab hu-
ius edicti promulgatione anno, V.
C. 786, Niſan xiv, Aprilis tertio, fe-
riâ ſextâ, reſurrexit Aprilis quinto,
feriâ primâ, in cœlum aſcendit Maj
D xiv, feriâ quintâ, Spiritum Sanctum
in Apoſtolos immiſit Maj xxiv, Si-
uan ſexto, die Pentecoſtes, feriâ pri-
mâ. Hic eſt exitus hebdomadum Da- לכלא
nielis, quo Chriſtus peccatum, cohi- להתם
buit, conſumpſit, aboleuit, expiauit, לכפר
iuſtitiam ſempiternam adduxit, vi-
E ſiones & prophetias obſignauit, &
vnxit ſanctum ſanctorum. Ita ſcru- *1. Petri 1.11.*
tabantur Prophetæ, in quod vel qua-
le tempus ſignificaret, qui in eis erat
Spiritus Chriſti, prenuntians obuen-
turas Chriſto perpeſſiones, & futu-
ras poſtea glorias. Quamobrem tam
F veterum, quàm recentiorum pleriq;
fatentur exitum hebdomadum an-
no paſſionis Chriſti conuenire, hoc
eſt in plenâ Eccleſiæ liberatione,
quam optabat Daniel. In hebdoma-
dum capite definiendo maior eſt diſ-

ſenſio. Sed diſertè Gabriel eas inchoat ab emiſſione edicti *de reducendo & ædificando*, h. e. de reedificandis Hieroſolymis, vel, ſi lubet, de reducendo populo & ædificando muro. [להשיב ולבנות] Vtrumque fecit Artaxerxes. Solus vtrumq; fecit. Certè nec Cyrus, nec Darius vrbis muros inſtaurauit. Quorſum igitur omnes hiſtoricos mendacij arguamus, vt has hebdomadas à primo Cyri vel Darij Medi anno inchoemus? Fatetur Ioh. Rainoldus perperam à Matthæo Beroaldo ſeriem hiſtoriæ conuelli ſubductis Olympiadibus viginti. [*Rainold. in libros Apocryphos prælectione* 127. & *ſeqq.*] Vult tamen & ipſe, vt Danielis hebdomadas inchoemus à Cyri, vel Darij Medi primo, finiamus in paſſione Chriſti. Atqui medium interuallum eſt annorum 571, vel 592, hebdomadum 81, vel 84 circiter, non 70. Fateor hoc mihi probari non poſſe, maximè, cùm ipſe Gabriel hebdomadas 70 diſtribuat in 7, 62 & vnam, quam diſtributionem explicamus A. M. 3592.

Sub Cyro, Darioque priuati ſuas ædes Hieroſolymis inſtaurarunt, atque ita completum eſt, quod prædixerat Eſaias *dicturum* Cyrum *Hieroſolymis reædificator, & templo, fundator.* [*Eſa.* 44. 25.] Sed Gabriel de ea inſtauratione agit, quę etiam foſſam, חרוץ, pomœria reparet, vt iam Hieroſolyma ſit non pagus, ſed עיר, vrbs, ciuitas. Hebdomadas igitur ſuas inchoat ab edicto regis, cuius authoritate, quæ κωμηδὸν habitabatur, facta eſt ciuitas, inſtaurato muro, eaque ſancta, ordine politico & Eccleſiaſtico reſtituto. Hebdomadas vero

A terminat Angelus in eo anno, quo Ieruſalem deſijt eſſe, ſi non ciuitas, certè ciuitas ſancta. Quidni verò dicam poſt Pentecoſtem, cùm non obſtantibus tot miraculis, quibus Chriſti vocationem confirmauerat Deus, tamen longe maxima pars vr-
B bis Dei fœdus & gratiam proculcabat, deſijſſe iam tum eſſe ciuitatem ſanctam? Certè à maiori parte ſępe fit denominatio. Sed ne qua dubitatio maneret, vltimum hebdomadum annum deſcribit Gabriel ab adiunctis & effectis luculentiſſimè. Tem-
C pli verò excidium eſt quidem complementum prophetiæ Gabrielis. Sed non hinc ſequitur in eo terminari Gabrielis hebdomadas. Nam præter hebdomas LXX, quas terminat Angelus anno paſſionis Chriſti, vt ſciamus quàm indiuiduo nexu
D *Culpam pœna premat comes*, meminit deſolationis Iudææ, quæ munus & ſacrificium abolitura erat non tantum de iure, ſed etiam de facto, vt cum Scholaſticis loquar, quæ deſolatio perficienda erat ſpatio dimidiæ hebdomadis, quod & euentus com-
E probauit. Poſt Chriſti mortem ſacrificia cœperunt eſſe mortua, poſt excidium templi cœperunt eſſe lethalia, vt cum Auguſtino loquar, atque adeò nulla. Quippe ne Iudæi quidem deinceps potuerunt his ſacris operari.
F

II. II.

Olympias LXXXI. Polymnaſtus.

A. M. 3544. Perſ. 84. V. C. 298. Ante Dn. 456.

Art. Longimani IX. Pr. Callia.

Diod.l.11. Thuc.l.1. *Tolmidas Athenienſis Laconicam populatur, Cephaleniam ſubigit, Nanpactum occupat, eamque habitandam dat Meſſeniorum profugis, quos Lacedæmonij triennio ante perpetuo exilio damnauerant. Dum in Europâ ſuis hoſtibus inſultant Athenienſes, ſecuri, quid à ſuis in Ægypto fieret, minimo minus abfuit, quin ibi maximam cladem acceperint. Siquidem Perſæ terrâ marique Memphitanis obſeſſis auxiliantes, non modo Memphitanos obſidione liberarunt, ſed & Ægyptios pleroſque ad officium reuocarunt. Athenienſes ab Ægyptijs deſerti in inſulam Proſopitidem ſe receperant, in qua duodeuiginti menſes obſeſſi ſunt, quorum exitus videtur in hunc annum incidere.*

Proſopitis inſula exiguo freto à continente diuidebatur. Medio interuallo ſtabant naues Athenienſium. Ægypty deriuatis aliò aquis, naues Atticas in ſicco ponunt; Athenienſes terra marique oppugnati, ſuas ipſi naues incendunt, ac Leonidæ ad Thermopylas interitum imitari decreuerant. Megabazus Zopyri filius Athenienſium virtutem admiratus caduceatorē mittit, qui perire volentibus æquas conditionis offerat. Ita Megabazi humanitate ſeruati incolumes in Lybiam ac Cyrenaicam deducuntur, ſexennio poſt tentatam Ægyptum, Athenienſes vix tandem in patriam euadunt. Artaxerxes Ægyptum recuperat capto etiam Inaro defectionis autore, pauci quidam cum Amyrtæo in paludibus latitantes comprehendi non potuerunt. Vt vt ſit Artaxerxes ſuæ in Iudæos beneficentia ampliſſimam à Deo mercedem retulit.

Cenſorin. *Ludi Seculares ex* XV *virorum præſcripto celebrati hoc anno V. C. ſecundum Catonem 297. ſecundum Varronem 298. M. Valerio, Sp. Virginio Coſſ. Vide ſupra ad annum V. C. 245. & 188.*

III. III. CIMON.

A. M. 3545. Perſ. 85. V. C. 299. Ante Dn. 455.

Art. Longimani X. Pr. Soſicrate.

Diod.l.11. Thuc. l. 1. *Pericles Acarnaniæ & Peloponneſi plurimas prouincias populatur. Quin & ea quæ Diodorus de Periclis excurſionibus in Sicyoniam, Arcananiam, & Cherſonneſum narrat biennio poſt ἐπὶ Λυσικράτους, ea videntur ad hunc annum pertinere.*

Athenienſes cladis in Ægypto acceptæ ignari mittunt in Ægyptum quinquaginta naues ſubſidiarias, quæ à Perſis exceptæ. Pleræque captæ, aut demerſæ ſunt. Paucæ euaſerunt. Hæc fuiſſe videtur occaſio cur Athenienſes ſuo damno ſapere edocti Cimonem ab exilio reuocarint.

IV. IV. Pythias XXXIII.

A. M. 3546. Perſ. 86. V. C. 300. Ante Dn. 454.

Art. Longimani XI. Pr. Ariſtone.

Diod.l.11. *Cimon ab exilio reuocatus Athenienſes Lacedæmonijs conciliat, quinquennalibus inter ipſos inducijs factis. Illud Thucydidis non ſatis intelligo* ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν σπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις ϗ Ἀθηναίοις πενταετεῖς. *Niſi quod videtur innuere quinquennales inducias triennio poſt bellum inter Lacedæmonios & Athenienſes inchoatum factas. Et certe ita eſt. Syracuſani Athenienſium* ἐξοστρακισμὸν *imitati* πεταλισμὸν *inſtituunt, quo potentiſſimus quiſque*

quiſq; exilio quinquennali mulctabatur. A
Sed cùm ea res optimos quoſque à Reip. adminiſtratione deterruiſſet, non diu ſeruatus eſt huius Petaliſmi vſus.

Cæterum hîc & ἐπὶ Πραξιέργου. Diodorus vult, vt Petaliſmi, ſic oſtraciſmi exilium quinquennale fuiſſe, cum tamen decennale fuiſſe teſtetur Plutarchus in B *Pericle, Ariſtide, & Cimone, quanquam reuera plerique τῶν ἐξοστρακισθέντων ante decennium, nonnunquam & ante quinquennium reuocarentur.*

V. V. SYBARIS.

A.M.3547. Perſ.87. V.C.301. C
Ante Dn. 453. Artax.
Longimani XII. Pr. Lyſicrate.

Diod.l.11. D*Vcetius Siculorum dux Νεῶν vrbis incolas transfert iuxta templum Deorum Παλικῶν, & ab ijs vrbem Paliceen nuncupat. Templo adhærent κρατῆρες duo, ſcaturigines duæ feruidam* D *aquam ebullientes, iuxta quas, ſi vera canunt Siculi, quiſquis peierat, cæcitate puniri creditur.*

Theſſalus Sybaritarum profugis adunatis Sybarim vrbem inſtaurat annis duodeſexaginta, poſt eius euerſionem, ſed ſexto poſt anno loco pulſi ſunt. E

VI. VI.

Olympias LXXXII. Lycus.
A.M.3548. Perſ.88. V.C.302.
Ante Dn.452. Artax.
Longimani XIII. P. Chærephane.

H*Ic annus apud Diodorum deſideratur, ſed Prætorem huius anni* F *fuiſſe χαιρεφάνη diſcimus ex Dionyſio Halicarnaſſeo. Hoc autem anno factas tricennales inducias inter Lacedæmonios & Argiuos diſcimus, ex Thucydide libro quinto. Pſammis Camarinæus Olympia* Vide A. M. 3578. *vicit τεθρίππῳ, ἀπήνῃ καὶ κέλητι. Pindarus victoriam eius canit Olympico V.*

VII. VII. DVCETIVS.

A. M. 3549. Perſ. 89. V. C.
303. Ante Dn.450. Artax.
Longimani XIV. Pr. Antidoto.

D*Vcetius Siculorum dux, primò à* Diod.l.11. *Syracuſanis dein ab Agrigentinis vict⁹, & iam extrema metuens noctu Syracuſas ingreditur, ibique ἐπὶ βωμοῦ ἱκέτης γενόμενος veniâ impetratâ cum honeſto ſtipendio Corinthum mittitur.*

Anno, *inquit Liuius*, trecenteſimo Liu. l. 3. altero, quàm condita Roma erat, mutatur forma ciuitatis ab Coſſ. ad Decemuiros, *h. e. anno V. C. 302. ſecundum Catonem. Iam App. Claudius & T. Genutius Conſules deſignati erant, ſed abdicato Conſulatu Decemuiri creati ſunt. Idque vt videtur Idibus Maijs.*

VIII. VIII. DECEMVIRI.

Pythias XXXIV.
A. M. 3550. Perſ. 90. V. C.
304. Ante Dn.450.
Art. Longimani XV.
Pr. Euthydemo.

C*Imon ſex & ducentis nauibus in-* Diod.l.12. *ſtructus Citium & Mallum in Cypro occupat, centum Perſarum naues capit, reliquiſque fugatis etiam terreſtri prælio fit victor.*

Cum Decemuiri annum integrum Magiſtratu ſuo potiti decem legum tabulas tuliſſent, & duæ tabulæ deeſſe viderentur, App. Claudius fœdo ambitu obtinuit, vt iterum Decemuir crearetur, cui collegæ noui dati ſunt, idque circa Idus

PP

Liv. l.3. *Majas.* Ille finis Appio alienæ perſonæ ferendæ fuit. Suo iam inde viuere ingenio cœpit, nouoſque collegas, iam priuſquam inirent magiſtratum, in ſuos mores formare. Quotidie coibant remotis arbitris. Inde impotentibus inſtructi conſilijs, quę ſecreto ab alijs coquebant, iam haud diſſimulando ſuperbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles ad Idus Majas rem perduxere. *Sequentis videlicet anni.*

IX. IX. CIMON.

A. M. 3551. Perſ. 91. V. C. 305. Ante Dn. 449.

Art. Longimani XVI. Pedieo.

Diod. l. 12. *Cimon Salamina in Cypro obſidens, Perſas ad pacem petendam adigit, libertatem omnibus Aſiæ ciuitatibus Græcis obtinet. Tum deinde glorioſâ morte fungitur. Hæc Diodorus. Sed Thucydides & Plutarchus in Citij obſidione ante bellum confectum volunt obiſſe. Diodoro aſtipulari videtur viſio, quam refert Plutarchus. Cimon ad Perſicum hoc bellum ſe accingens videt in ſomnis & audit canem* μιξάνθρωπόν τι *eructantem his verbis,* Στεῖχε, φίλος γὰρ ἔσῃ καὶ ἐμοὶ καὶ ἐμοῖς σκυλάκεσσι. Perge mihi gratus, Cimon, catuliſque futurus. *Hui! quantò ſalubriora ſunt Dei flagella, quàm hæc Satanæ poppyſmata mortis æternæ prænuntia!*

Liv. l.3. *Romæ* Idus tum Majæ ſolennes ineundis magiſtratibus erant. *Igitur vbi* Idus Majæ venere, nullis ſubrogatis magiſtratibus priuati pro Decemuiris, neque ad impetium inhibendum animis, neque ad ſpeçiem honoris inſignibus imminutis prodeunt. Id vero regnum haud dubie videri. *Tandem iniuria Virginiæ ab App. Claudio facta populum ad ſeceſsionem impulit, cuius exitus fuit, vt ſubmotis Decemuiris reſtituti ſint Conſules L. Valerius & M. Horatius nepotes eorum, qui ante annos ſexaginta Conſulatum regibus exactis obtinuerant. Cæterum anno V. C. 278. Sextilis factus fuerat anni princeps. Quando id ad Majum fuerit tráſlatum, non conſtat. Et forte Decemuiri non procul à Decembri menſe Magiſtratum exuerunt. Vide A. M. 3557.*

Cenſorin. cap. 17. Secundos ludos ſæculares Antias vult factos anno poſt vrbem conditam quinto & trecenteſimo. *Quippe vt P. Valerius pulſis regibus, ſic L. Valerius Decemuiris exactis ludos ſibi faciendos putauit. Adde quod hic annus erat trecenteſimus à ſecundis Vrbis Encænijs. Hi ſunt primi ludi in ordine centenariorum.*

X. X. MEGARENSES.

Olympias LXXXIII. Criſon.

A. M. 3552. Perſ. 92. V. C. 306. Ante Dn. 448.

Artaxerxis XVII. Pr. Philiſco.

Diod. l. 12. *Megarenſes ad Lacedæmonios deficientes magnis calamitatibus ab Athenienſibus adſiciuntur. Forte eo anno factum eſt illud decretum, cuius meminit Thucydides, quo Megarenſibus omnibus prohibebatur in Atticam aditus. Forſan & tum natum illud prouerbium.* —ὡς μεγαρεῖς οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτε ἐν ἀριθμῷ, *quia videlicet ab Athenienſibus iterum ſubacti, iam nullo loco, neq; numero habebantur. Sybaris rurſus deletur quinq; poſt inſtauratioñe annis. Delphos primo*

Phocenſes, dein Lacedæmonij occupant, ac προμαντείαν *ſibi deberi lupi ænei fronti inſculpunt. Paulò poſt Delphos Phocenſibus reddunt Athenienſes, eidemque lupo* προμαντείαν *ſibi deberi* ἀντιχαρίζε-σθαι. *Hoc bellum ſacrum dictum eſt, tacente interim lupo, ſerpente inquam, veterrimo ac teterrimo hæc certamina ſuſque deque habente. Quis Phocenſibus* προμαντείαν *eripuerit, & quando, mihi non conſtat. Certè poſt annos* XCIII. *rurſus Delphos inuadunt Phocenſes.*

XI. XI. TOLMIDAS.
A. M. 3553. Perſ. 93. V. C. 307. Ante Dn. 447. Artax. XVIII. Pr. Timarchida.

Diod. l. 12. T*Olmidas neglecto Periclis conſilio audaciùs in Boetiam excurſione facta occiditur. Athenienſes, vt captiuos ſuos redimant, ereptam Boeotijs libertatem reſtituere coguntur.*

XII. XII. Pythias XXXV.
A. M. 3554. Perſ. 94. V. C. 308. Ante Dn. 446.
Artaxerxis XIX. Pr. Callimacho.

Diod. l. 12. A*Thenienſes ob impotentiam pridem exoſi, ob cladem à Thebanis acceptam deſpici incipiunt. Euboea ab Athenienſibus deficit. Ad eam recuperandam mittitur Pericles. Interim Megarenſes rurſus deficiunt. Peloponneſij in Atticam irrumpunt duce Pleiſtoanacte Pauſaniæ filio Lacedæmoniorum rege. Eo accurrit Pericles & Cleandridam Pleiſtoanactis* πάρεδρον *ac conſiliarium auro corruptum ab incepto deterrent, ob eam cauſſam à Lacedæmonijs Cleandridas morte, Pleiſtoanax exilio punitur. Pericles in Euboeam redit, eamque recuperat. Chalcidis muros diruit.* Ἑστιαεῖς *omnes in exilium pellit, Colonos Athenien-*

A *ſes ſubſtituit. Fiunt tandem induciæ in annos triginta inter Lacedæmonios & Athenienſes. Sybaritarum exules rurſus vrbem ſuam inſtaurant. Lampus & Xenocritus colonos ab Athenienſibus & alijs impetrant, ſed dum aduenas male tractant, ab ijs pene omnes interne-*
B *cioni traduntur. En illuſtre Nemeſis diuinæ documentum aduerſus contumaces indomitæ ferociæ homines, quos luxus ignauos reddit, & faſtus indociles.*

XIII. XIII. NEHEMIAS.
A. M. 3555. Perſ. 95. V. C.
C 309. Ante Dn. 445.
Artaxerxis XX. Pr. Lyſimachida.

R*Eliquiæ Sybaritarum nouas ſedes quærentes à Brutijs magnâ ſtrage profligantur. Ita arrogantem luxuriam circumferentes vbiuis terrarum numinis ira perſequitur.* Diod. l. 12.

D *Charondas Thurijs, Zaleucus Meſſenius, Pythagoræ diſcipulus Locrenſibus Epizephyrijs leges dant. Præſtantiſſimum legum Zaleuci proœmium, vide apud Stobæum & Diodorum. Euſebius Zaleucum ducentis amplius annis antiquiorem facit. Vult enim floruiſſe circa* Diod. l. 12. Ælian. l. 2.
E *Olympiadem* XXIX. *Antiquiſſimum quoque fuiſſe cenſent ij qui Zaleucum primum leges ſcripto conſignaſſe volunt in Græcia ſcilicet. Quippe Minois & Lycurgi leges erant* ῥηταὶ ἄγραφοι. *Quid ſi duo Zaleuci fuerunt, Meſſenius & Locrenſis? Ælianus Zaleucum Locrenſem*
F *celebrat.*

Accidit autem, *inquit Nehemias,* menſe Caſleu anno [a] viceſimo *Artaxerxis ſcilicet,* cùm eſſem Suſis vrbe regiâ, *&c. Caſleu hoc anno cœpit Nouembris ſexto, feriâ quintâ.* Nehem. 1. 2.

a *ineunte inde à menſe Tiſri.*

XIV. XIV.
INSTAVRANTVR HIEROSOLYMOrum muri.

Olympias LXXXIV. Criſon II.
A. M. 3556. Perſ. 96. V. C. 310. Ante Dn. 444.
Artaxerxis XXI. Pr. Praxitele.

Diod. l. 12. Plutarch. Dionyſ. Halic.

Thurijs Tarentini varijs incurſionibus ſeſe inuicem terrâ marique vexant. Athenienſes Thurijs nouos colonos ſufficiunt, atque inter cæteros Lyſiam oratorem quindecim annos natum, cum fratre Polemarcho, prætore Praxitele, vt teſtatur Plutarchus, annis duodecim ante bellum Peloponneſiacum, vt Dionyſius docet. Eò venit & Herodotus Halicarnaſſeus, hiſtoriamque ſuam Thurijs ſcribit anno V. C. trecenteſimo decimo, vt docet Plinius lib. XI. cap. 4. Agebat autem annum ætatis XLII.

Honeſta aulæ miniſteria pleraque ſunt ſemeſtria, vel trimeſtria, pauca continua. Nehemias Artaxerxis pincerna erat. Sed quo tempore triſtem de Hieroſolymis nuntium accepit, Regi non miniſtrabat. Quinto demum poſt mẽſe, Niſan primo totus adhuc prę mœrore ſquallidus ac macilẽtus erat. (*Nehem. 2. 1.*) Cùm aliàs nunquam niſi hilari & amœno vultu coram rege comparere ſolitus eſſet, huius inuſitatæ triſtitiæ cauſam percontatus Artaxerxes nullum quidem nouum edictum in gratiam Iudæorum promulgat, quia ſufficiebat id, quod XIV ante hunc anno ex Principum ſen-

A tentia fuerat ſancitum, ſed tantum literas ſcribit ad Aſaphum, quibus iubebat vt Nehemiæ daret ligna, quantum opus erat ad inſtaurandas portas arcis domus, i. templi, & muros vrbis ac templi. His literis inſtructus Nehemias Hieroſolyma proficiſcitur, B & inſtaurationem murorum aggreditur menſis Ab die tertio, Iulij vltimo, (*6. 15.*) & incomparabili diligentiâ ac fortitudine circunſtantibus ac nequicquam in frementibus hoſtibus tantum opus quinquageſimo tertio poſt die abſoluit menſis Elul C XXV, Septembris XXI, feriâ ſecundâ.

Africanus apud Hieronymum (*Hieronym. in Daniel. c. 9.*) rectè cõtendit Nehemiam hoc beneficium accepiſſe *viceſimo Artaxerxis anno, Olympiadis octogeſimæ tertiæ quarto, regni Perſici centeſimo ac quinto decimo,* ac proinde imperij Perſici nonageſimo D quinto exeunte, menſe Niſan. Sed plurimùm fallitur, cùm putat ab eo Niſan vſque ad Tiberij XV, colligi Iulianos annos 475, *qui faciunt*, inquit, *annos Hebraicos 490 iuxta Lunares menſes*. Nam, 1. ab huius anni Niſan ad Niſan, qui incidit in Tiberij E XV, ſiue conſulatum duorum Geminorum fluxerunt tantum anni Iuliani 471. 2. Anni Hebraici 490 ęquãt annos Iulianos 490. 3. Chriſtus non paſſus, ſed baptizatus eſt anno Tiberij XV. V. C. 781. duobus Geminis Coſſ. Sed vetuſtior Africano Chro- F nologus aliquis dicere potuit, & quidem verè à Neomeniâ Niſan, qui Hieroſolymitani muri inſtaurationem proximè ſecutus eſt ad neomeniam Niſan, quo paſſus eſt Chriſtus, fluxiſſe Iulianos annos 475, qui con-

Digitized by Google

ficiunt annos 490 duodenûm menſium Lunarium, h.e. Syzygias 5880.

Et certè non ſine Dei prouidentiâ contigit, vt ab edicto Artaxerxis, cuius vi inſtaurati ſunt muri Hieroſolymitani, vſque ad paſſionem Chriſti ſint anni Solares fere 490, præciſè 489. & dies aliquot, ab ipſa verò murorum inſtauratione ad eandem Chriſti paſſionem ſint rurſus anni 490 duodenûm menſium Lunarium. Itaque etiamſi propter ἀμεθοδευσίαν biennio, triennioue deceptus ſit Africanus in epilogiſmo ſuo, tamen cùm numerus annorum 490 Lunarium ὁλοσχερῶς ſumptus reperiatur inter inſtaurationem murorum Hieroſolymitanorum, & Chriſti paſſionem, non mirum, ſi plerique veterum in Africani ſententiam pedibus iuerint, puta Hieronymus, Theodoretus, Rupertus & Dionyſius Carthuſianus in Danielis c. 9, Chryſoſtomus in Iudæos orat. 2. Beda de ratione temporum c. 7, Zonaras Annalium lib. 1. & noſtro tempore Auguſtinus Torniellus, Gerardus Mercator.

XV. XV. PERICLES.

A. M. 3557. Perſ. 97. V. C. 311. Ante Dn. 443.

Artaxerxis XXII. Pr. Lyſania.

Plutarch. Pericle.

Pericles Thucydide alijſque æmulis procul ſubmotis autoritatis & eloquentiæ vi regnum quoddam obtinet Athenis, annos quindecim.

Ἔστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν ἑλλάδα.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

A *Conſules, qui huic anno tribuuntur M. Geganius Macerinus II. T. Quintius Capitolinus V. menſe Decembri Conſulatum inierunt, Idque, vt videtur, circa Idus Dec. obtinuitque mox vſque ad A. M. 3599. V. C. 353.* Dionyſ. Halic.

Nehemiæ non ſatis fuit muros B Hyroſolymorum inſtaurare, niſi etiam politiam Eccleſiaſticam & ciuilem reſtitueret. Cùm igitur videret Sacerdotes confuſis ordinibus vagos, iuſſit inquiri & relegi regeſtum eorum, qui cum Zorobabele redierant. Quotquot igitur non po- C tuerunt probare, à quâ familia ſacerdotali oriundi eſſent, *eiecti ſunt de ſacerdotio. Dixitque Atherſata, ſiue Nehemias eis, vt non manducarent de ſanctis ſanctorum, donec ſtaret Sacerdos doctus & eruditus.* Ita vetus interpres, LXX. ἕως ἀναστῇ ἱερεὺς ἐν τοῖς φωτισμοῖς καὶ D τοῖς τελειώσεσι. Hebr. *Donec ſtaret Sacerdos cum Vrim & Tummim.* Hic Talmudiſtæ. *Perinde eſt*, inquiunt, *ac ſi diceus, donec reſurgant mortui, vel, donec veniat Meſſias. Quippe ex quo primum templum euerſum eſt, deſierunt vrbes ſuburbiorum* Leuiticorum, *deſierunt* E *Vrim & Tummim, & deſijt rex è domo Iuda.* Huic Reip. & Eccleſiæ inſtaurationi Nehemias multis ſudoribus, vigilijs, precibus, multis etiam annis opus habuit.

Nehem. 7. 65.

Talmud בסוטה Cap. 9. f. 48. b.

XVI. XVI. Pythias XXXVI.

F A. M. 3558. Perſ. 98. V. C. 312. Ante Dn. 442.

Artaxerxis XXIII. Pr. Diphilo.

Totus fere orbis tranquilla pace fruitur. Diod. l. 12.

Digitized by Google

Euſeb. *Euripides tragicus & Protagoras ſophiſta florent. Protagoræ ſcripta ἀσεβῆ ut ἄθεα damnantur ab Hierophantis Athenienſium. Euripidi ne fraudi eſſet impietas, vetuit Poeſis. Sed & pias voces Euripidi nunquam elicuit vis veritatis. Quippe lugens, quod Sophocles iuxta*

Euripid. Sophocli epiſt. 2. *Chium naufragium paſſus eſſet*, Quod autem, *inquit*, tanto ſuperueniente malo ſeruatus ſis, neque amicorum aut famulorum, qui tecum erant, quenquam amiſeris, οὐκ ἄλλοθεν ἔγωγε ἢ θεοῦ προνοίᾳ γενέσθαι πείθομαι non aliunde, quàm à Dei prouidentiâ ortum id credo.

XVII. XVII. ASPASIA.

A. M. 3559. Perſ. 99. V. C. 313. Ante Dn. 441.

Artaxerxis XXIV. Pr. Timocle.

Diod. l. 12. Clemens Alexand. Strom. l. 4. *Aſpaſia Mileſia nobile ſcortum, &, niſi quod meretrix, nil meretricis habens, Athenis formæ, eloquentiæ & prudentiæ nomine tam celebris fuit, vt eius domus inſtar ſcholæ publicæ eſſe videretur, quàm diſcendi gratiâ etiam honeſtæ matronæ adirent, illuſtriſſimi Rhetores, & ipſe Socrates. Vt huic gratificaretur Pericles, Mileſijs Samios inique habentibus ſuffragatur. Quam ob cauſſam indignati Samij ab Athenienſibus deficiunt, à Pericle vincuntur. Eo digreſſo, rurſus deficiunt, rurſus oppugnantur. Dum res negligentiùs agit Pericles, & cum pleriſque nauibus longiùs excurrit, Samij ſuos obſeſſores inſigni prælio ſuperant, ac vix tandem poſt nouem menſes expugnantur ac ducentis octoginta talentis mulctantur, muros vrbis ſolo æquare iubentur. Horum malorum incendiaria*

A *fuit Aſpaſia. Ita quomodocumque comatur lupa, ſemper eſt lupa. Grauior tamen hîc eſt Periclis, quàm Aſpaſiæ culpa. In huius vrbis obſidione ab Artemone Clazomenio creduntur inuentæ aliquot machinæ bellicæ, puta aries, teſtudo, & quædam huiuſmodi.*

B

XVIII. XVIII. OLYMPIA.

Olympias LXXXV. Criſo III.

A. M. 3560. Perſ. 100. V. C. 314. Ante Dn. 440. Artaxerxis XXV. Pr. Myrichida.

C *Dvcetius, Siculorum olim dux ante vndecim annos Corinthum relegatus in Siciliam reuertitur, & recuperare tyrannydem moliens, in ipſo conatu opprimitur.* *Diod. l. 12.*

D *Trinacria Sicularum vrbium nobiliſſima & fortiſſimis ducibus inſtructiſſima Syracuſanis parere renuens funditus deletur.*

E *Himeræus Criſon, qui hoc anno tertium vicit ſtadium, vt & Aſtyalus, vel Aſtylus Crotoniates, qui ſtadium vicit Olympiade LXXIII, LXXIV, LXXV, vſque adeò corona huius Olympicæ auidi fuerunt, vt eius conſequendæ ſtudio à veneris vſu temperarent, vt docet Clem. Strom. lib. 3.* φασὶ δὲ καὶ ἀθλητὰς οὐκ ὀλίγους ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι, δι' ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατευομένους, καθάπερ τὸν Κροτωνιάτην Ἄστυλον, καὶ Κρίσωνα τὸν Ἱμεραῖον. *Hoc inſtar miraculi refert Clemẽs. Apoſtolus quaſi de*

F *omnibus id enuntiat.* Πᾶς ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, *& Horatius.* *1. Cor. 9. 25.*

Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer: ſudauit & alſit,

Vide A. M. 3436. Clemens Strom. l. 3. Ælian. l. 3.

Abſtinuit Venere & Baccho. *Videlicet omnes ad tempus, illi in perpetuum continentiam hanc ſibi præſcribebant. O ſi tantum apud nos poſſet cœleſtis gloriæ ſpes, quantum apud Græcos euanidus fumus!* Ecce etiam Amœbæus citharœdus, νεόγαμος ὤν, ἀπέχετο τ̃ νύμφης, ſtatim poſt nuptias, abſtinuit à ſponſæ contactu. *Ælianus.* Amœbeus cùm pulcherrimam vxorem haberet, dicitur μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ, illam non attigiſſe; ſicuti nec Diogenes Tragicus hiſtrio. Clitomachus verò Pancratiaſta, ſi quando canes complexos videret, auerſabatur, & in conuiuio, ſi quis Venereus ſermo effluerer, ſurgens abſcedebat.

XIX. XIX.
EPIDAMNVS.

A. M. 3561. Perſ. 101. V. C. 315. Ante Dn. 439.
Artaxerxis xxvi. Pr. Glaucida.

Diod. l. 12. Thucyd. l. 1.

SYracuſani totius Siciliæ imperium ſibi vindicant.

Epidamnus à Corinthijs & Corcyrenſibus olim extructa graui ſeditione vexatur, qua multi in exilium pelluntur. Exulibus opitulantur Illyrij & Corcyrenſes. Reliquis ciuibus Corinthij. Hinc exarſit bellum Corinthiacum dictum, Peloponneſiaci προπαρασκευαστικόν.

XX. I. Pythias xxxvii.

A. M. 3562. Perſ. 102. V. C. 316. Ante Dn. 438. Artaxerxis xxvii. Pr. Theodoro.

Diod. l. 12. Thuc. l. 1.

COrcyrenſes Corinthios nauali prælio ſuperant circa Actium promontorium, Epidamnum occupant, etiam Corinthiorum ſocijs inſultant ac vim inferunt.

XXI. II.
AMPHIPOLIS.

A. M. 3563. Perſ. 103. V. C. 317. Ante Dn. 437.
Artaxerxis xxviii.
P. Euthymene.

Diod. l. 12.

ATthenienſes Amphipolim urbem ſtruunt inter Toronaicum & Singiticum ſinum in Thraciâ.

XXII. III. ISOCRATES.

Olympias lxxxvi. Theopompus.
A. M. 3564. Perſ. 104. V. C. 318. Ante Dn. 436.
Artaxerxis XXIX. Pr. Nauſimacho.

PLutarchus & Dionyſius Halicarnaſſenſis huius anni Prætorem Lyſimachum vocant, aiuntque eo anno natum Iſocratem ſuauiſſimum oratorem Athenienſem, viginti duobus annis poſt natum Lyſiam, ſeptem annis ante natum Platonem. Addit Dionyſius contigiſſe id πρὸ πέντε ἐτῶν, *i. quinque annis ante bellum Peloponneſiacum.*

Corcyrenſes & Corinthij Athenienſium auxilium implorant. Athenienſes Corcyrenſibus opitulari malunt. Lacedæmonius Cimonis filius dux eligitur. Pericles priſtini in Cimonem odij memor decem tantum naues illi dari ſuadet, & vetat ne pugnam ineat, niſi Corcyrenſibus ſummo in periculo conſtitutis, cauendum prætexens ab induciarum violatione. Mox aliæ viginti naues miſſæ, quæ

A *aliquantò poſt pugnam commiſſam aduenerunt. Erant Corinthiorum naues* CL, *Corcyrenſium* CXX. *Vtrique trophæa ſtatuerunt. Sed quia aduenientenouo Athenienſium ſubſidio, Corinthij loco cedere coacti ſunt, Corcyrenſes pro victoribus habiti ſunt.*

B

XXIII. IV. PINDARVS.
A. M. 3565. Perſ. 105. V. C. 319. Ante Dn. 435.
Artax. XXX. Pr. Antilochida.

Diod. l. 12. *Potidæa Corinthiorum colonia Athenienſium ſocia ab Athenienſibus ad defectionem ſollicitatur. Potidæatæ contra Athenienſium technas ac faſtum exoſi à metropolitanis ſuis diſcedere nolentes Athenienſium ſocietati renunciant. Perdiccas Macedonum rex Alexandri filius à Philippo fratre, & Derda patruele Aridæi filio Athenienſium auxilio ſuffultis infeſtatur, ipſe viciſſim Peloponneſios omnes in Athenienſes animat & Chalcidenſes Athenienſium colonos ad defectionem pellicit.*

C

D

Thomas Magiſter. *Pindarus obit* ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς *falſum* ἢ ὥς τινες ὀγδοήκοντα, *h. e.* LXXXVI. *ætatis anno* ἐπὶ Ἀβίωνος (*vox nihili legendum* Ἀντιλοχίδου) ἄρχοντος κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα, *i. currente quadriennio Olympiadis* LXXXVI.

E

Suidas. *Hæc Thomas Magiſter. Suidas vero. Natus eſt, inquit, Olympiade* LXV. *Itaque quo anno Xerxes in Græciam militauit, natus erat annos* XL. *Vixit annos* π. *lege* πε. *Solidos inquam annos* LXXXV. *Hic Lyricorum princeps Thebas magis nobilitauit, quam vnquam Cadmus aut Bacchus.*

F

(.·.)

XXIV. V. Pythias XXXVIII.
A. M. 3566. Perſ. 106. V. C. 320. Ante Dn. 434.
Artaxerxis XXXI. Pr. Charete.

Thurijs conſulentibus Delphos, quemnam vrbis ſuæ conditorem agnoſcerent, Apollo hunc honorem ſibi vendicat. Diod. l. 12.

Bello Peloponneſiaco omnium, quibus Græcia conflictata eſt, longè celeberrimo ianuam aperuit vox puerilis. Pericles mandato Athenienſium Propylæa Mineruæ, quæ ſunt arcis ianua, ædificanda ſuſceperat, atque in id opus ingentem pecuniam conſumpſerat, atque adeò blandiente licentiâ in alios vſus pecuniam publicam interuerterat. Cùm μετέωρος, σιωπῶν, *triſtis domi ſederet, ſuperuenit puer Alcibiades, cuius haud facile dixeris, vtrum bona an vitia patriæ pernicioſa fuerint. Is auunculum interrogat,* quid ita tantam in vultu confuſionem gereret. Non inuenio, *inquit Pericles,* quo pacto miniſterij mei rationem reddam. *Tum Alcibiades.* Ergo, *inquit,* quære potiùs, quemadmodum rationem non reddas. *Quæſiuit igitur & inuenit Pericles rationem, quâ publicâ potius, quàm priuatâ ruinâ opprimeretur.* Val. Max. lib. 3. c. 1.

XXV. VI. NEHEMIAS.
A. M. 3567. Perſ. 107. V. C. 321. Ante Dn. 433.
Artaxerxis XXXII. Pr. Apſeude.

Nehemias, cùm Iudæam rexiſſet annos duodecim, ad Artaxerxem duo & triceſimo eius regni anno redit, aliquantoq; Nehem. 5. 14. 13. 6.

A *aliquantoque poſt impetratâ rurſus à rege veniâ in Iudæam reuerſus eſt, in eaq; manſiſſe videtur vſque ad decimum ſextum Darij Nothi annum V. C. 346. vt* Diod.l.12. *ſupra diximus A. M. 3542. Meton aſtrologus decennoualem ſuum Cyclum inchoat hoc anno ineunte Apſeudis Præturâ, Hecatombæonis primo, Iunij* XXVII. B *pridie Solſtitij. Inſcripſit autem colum-* Ælianus l. 10. c. 7. *na* τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς, *h. e. in quos Lunaris anni dies inciderent Solſtitia per totum illud nouemdecim annorum curriculum, vocabatque hunc magnum annum. Oenopidas autem Olympiæ columnam æneam poſuit, cui Solſtitia inſcripſit per an-* C *nos 59, videlicet tribus Cyclis Lunaribus biennium adiecit, vt doceret, quomodo in eumdem orbem redirent Solis & Lunæ ratiocinia.*

XXVI. VII. METON.

Olympias LXXXVII. Sophron.
A. M. 3568. Perſ. 108. V. C. 322. Ante Dn. 432. Artax. Longimani XXXIII.
Pr. Pythodoro,
Ephoro Æneſiâ.

Ptol. l. 3. c. 1. *MEton Solſtitium obſeruat exeunte Apſeudis Præturâ, Phame-* Diod.l.12. *not* XXI. *ſequente* XXII. *Scirrophorionis Embolimi* XIII. *Iunij* XXVIII. *Sequentis verò Hecatombæonis neomeniâ, Iulij quintodecimo Pythodorus magiſtratum* Ælianus l. 10. c. 7. & l. 13. c. 12. *init. Ælianus Metonem hunc vocat* Λάκωνα *Lacedæmonium. Sed ex ijs, quæ alibi ipſe narrat, conſtat Athenienſem fuiſſe. Vide A. M. 3586.*

(∴)

BELLVM PELOPONNESIACVM.

INter Perdiccam Macedonũ regem & Calliam Athenieſem primum aliquot prælia, dein induciæ factæ, quas continuò B *poſt violauit Perdiccas, atque ita rurſus prælium cõmiſſum circa menſem Mæmacterionem ſex videlicet mẽſibus ante Platæenſem expeditionem: Victoria penes Athenienſes fuit, ſed Cadmea, amiſſo ſtrenuo duce Callia. Ei ſubſtitutus Phormio bellum reparat, Potidæam obſidet.* C *Interim Athenienſes & Corinthij legatos Lacedæmonem mittunt, inuicem expoſtulantes. Corinthij contendunt inducias ab Athenienſibus violatas. Athenienſes monent, videant, quos hoſtes laceſſant. Lacedæmonij pronuntiant, inducias ab Athenienſibus violatas vide-* D *ri, Hæc ſententia lata annis quatuordecim poſt inducias tricennales, quæ Euboico bello extinguendo factæ fuerant. Mittuntur Athenas legati, multa expoſtulantes, ſed hoc maximè poſtulantes, vt edictum in Megarenſes ſancitum tolleretur, & Potidææ obſidio ſolueretur. Pe-* E *ricles repetundarum manifeſtus inuenit, quomodo rationes reddere non teneretur, ſerendo cauſſas belli, cui conficiendo neceſſarius videretur. Monet hoſti ſocioue ferocienti non magis in paruis, quàm in magnis cedendum. Reſpondent Athenienſes ſe paratos eſſe actorum rationem,* F *in publico Amphictionum conuentu reddere, cùm interim vrgeret Potidææ obſidio. Ita bellum decernitur, quod annos* XXVI *totam Græciam & maximè Athenas attriuit, idque annis duodequinquaginta poſt Xerxis in Græciam traiectum,* Clemens Strom. l. 1.

QQ

vt docet Eratoſthenes apud Clem. Phidias Athenienſis auream Mineruæ ſtatuam pendentem talenta XLIV. *abſoluit, furti ſuſpectus in exilium pellitur. Elidem fugit teſte Philochoro apud Scholiaſtem Ariſtophanis* ἐιρήνῃ.

XXVII. VIII.

ARCHIDAMVS.

A. M. 3569. Perſ. 109. V. C. 323. Ante Dn. 431. Artax. Longimani xxxiv. Belli Peloponneſiaci I. Pr. Euthydemo, Ephoro. Braſida.

A. Gellius l. 17. c. 21.

A Gellius recte ait Bellum Peloponneſiacum inchoatum anno V. C. 323, quo A. Poſthumius Tubertus (Torquatum perperam vocat) Dictator creatus eſt. Thucydides lib. I. *Demoſthenes aduerſus Nexram, Plato legum lib.* III. *Cicero & alij factum id narrant annis quinquaginta, i. anno quinquageſimo poſt Xerxis tranſitum. Igitur, cum adhuc Pythodori Prætura ſupereſſent duo menſes, Thebani captatâ interlunij occaſione. Platæas noctu ingrediuntur. Maij quinto, Munychionis vltimo. Cumque iam victores viderentur, à Platæenſibus repulſi ad vnum omnes occiduntur. Archidamus Lacedæmoniorum rex dilato, quàm diu potuit bello, tandem cogitur in Atticam excurrere* LXXX *die poſt Platæenſem expeditionem, ſegetibus iam maturis circa Hecatombæonis* XXI. *Iulij* XXIV. *Athenienſes Periclis conſilio ex vicinis pagis optima quaque in vrbem aut inſulas comportauerant, cæteris prædæ expoſitis. Acceptas iniurias pari populatione vlciſcuntur claſſe miſſâ, quæ incurſionibus Peloponneſum deuaſtaret.*

Thucyd. lib. 2. Diod. l. 12.

A *Tereum Thracum & Perdiccam Macedonum reges ad ſe pelliciunt. Paulò poſt Archidami excurſionem contigit Solis eclipſis Auguſti tertio, cum Lunæ latitudo eſſet graduum 82. 46′. 23″.*

XXVIII. IX.

B

Pythias XXXIX.

A. M. 3570. Perſ. 110. V. C. 324. Ante Dn. 430. Artaxerxis xxxv. Belli Pelop. II. Pr. Apollodoro, Ephoro. Iſanore.

C *Carcinus Athenienſis cum centum Atticis nauibus & quinquaginta Corcyrenſibus pergit Peloponneſum populari. Methonem inuadit hominibus armatis vacuam. Superueniens Braſidas eam ſeruat. Pheras Elidis vrbem occupat, ac mox amittit. Cephale-* Diod. l. 12. Thuc. l. 2.
D *niam Athenienſibus conciliat. Lacedæmonij rurſus Atticam populantur. Pericles viciſſim Peloponneſum & Megarida. Æginetas omnes ſedibus mouet, colonos alios mittit Athenis exonerandis. Vrbs tamen adhuc iuſto plenior horrendâ lue laborat. Hinc iræ in Periclem, ſed*
E *ſeræ. Quin & talentis octoginta mulctatur, vrbe pellitur, Pax poſtulatur ab Athenienſibus, repudiatur à Peloponneſijs. Pericles igitur reuocatur reſtinguendo igni, quem accenderat.*

Periclis filios abſumpſit peſtis. Pericles conſtantiam inuictam præ ſe ferens etiam Ælian. l. 9. c. 6.
F *Athenienſibus, vt clades ſuas conſtantiùs tolerarent, author fuit.*

HIPPOCRATES.

PEſtis, quæ hoc anno graſſata eſt, graphicam deſcriptionem vide ſis

Digitized by Google

Thucydidem oculatum teſtem. De eâ videtur intelligendum, quod in Hippocratis vitâ legitur. Jllyrij & Pannones lue vexati legatos ad Hippocratem mittunt auxilium poſtulantes. Rogauit ille, quis ventus tum in Jllyrio & Pannoniâ frequentiſſimè ſpiraret. Quo audito, reſpondit ſe non habere, quod illorum cauſâ facere poſſet. Interim coniectans luem in Atticam propediem inuaſuram, eò ſe contulit, & quod in ipſo fuit, medicam manum adhibuit. Incertius eſt ad quem annum referenda ſit illa peſtis, quæ regnum Perſarum depopulata eſt.

Ut vt ſit, extant literæ, ſi modo veræ, quibus Artaxerxes rogat Pætum, vt exercitui ſuo graui peſte laboranti opem ferat. Pætus reſpondet ſe quidem nihil poſſe, ſed eſſe in Græcia Hippocratem Coum, nonum à Criſamide rege, duodeuiceſimum ab Æſculapio, idque paterno genere; materno verò ab Hercule oriundum. Hunc in arte medicâ mira præſtare. Artaxerxes ad Hyſtanem Helleſponti præfectum ſcribit, vt quouis pretio Hippocratem emercetur, &c. ad ſe mittat. Hippocrates reſpondet. Suppetit mihi cenſus, veſtitus, domus, & quæ huic vitæ ſufficiunt. Perſar. opes attingere mihi fas non eſt, neque barbaros Græcorum hoſtes à morbis liberare. *Abderitis offerentibus decem talenta vt Democritum ſanaret.* Si diteſcere, *inquit*, vellem, ad Perſarum regem proficiſceret, &c. Sed ego ex morbis quæſtum non facio, neque lubens audiui Democriti morbum, qui, ſiue valet, amicus eſt, ſiue laborat, curatus magis amicus erit.

οὐ χαρποῦμαι ὅ νόσους, ἀλλὰ δὲ εὐχῆς ἥκοντα Δημοκρίτου παρὰ χρυσόν.

(·.·)

I. X. PHORMIO.

A. M. 3571. Perſ. 111. V. C. 325. Ante Dn. 429. Artax. xxxvi. Belli Pelop. 111. Pr. Epaminonda Ephoro Soſtratida.

PEricles obit duobus annis & ſemis poſt inchoatum bellum Peloponneſiacum circa menſem Pyanepſionem, ſiue Septembrem. Phormio Athenienſis Potidæam capit, Naupactum nauigat, Criſæi ſinus fit potens xx *nauibus. Lacedæmoniorum* XLVII *naues circa Rhium oppugnat,* XII *αὐτανδρους capit. Rurſus noua nauium acceſſione auctos Lacedæmonios aggreditur, ambiguâ recedit victoriâ. Mox* xx. *nauibus auctus Lacedæmonios in fugam conijcit Corinthum vſque.* *Diod. l. 12. Thuc. l. 2.*

Quinque circiter menſibus ante Periclis obitum Apollodori præturâ ad exitum vergente Thargelionis ſeptimo, quo & Apollinem Delium natum volunt, naſcitur Plato ſeptem annis ante natum Iſocratem, XIV *ante præturam Euphemi.* *Laertius Athenæus.*

II. XI. SITALCES.

Olympias LXXXVIII. Symmachus. A. M. 3572. Perſ. 112. V. C. 326. Ante Dn. 428. Artax. XXXVII. Belli Pelop. IV. Pr. Diotimo. Ephoro Exarcho.

SItalces Scytharum rex, equitum LM. *peditum* CXXM. *vel* CLM. *Macedoniam populatur. Perdicca ſororem ſuam alteri Scytharum regi nomine Seuthi pollicetur, vt Sitalcem infeſtet. Jta Sitalces maiore probro quàm lucro Macedoniam* *Diod. l. 12. Thuc. l. 3.*

relinquere cogitur. Mitylene defectionem moliens legatos ad Græcos Olympico certamini operam dantes mittit. Dantur auxilia, ſed lenta & parca. Archidamus tertiò Atticam incurſat. Ducenti Platæenſes annum circiter à Lacedæmonijs obſeßi eruptione factâ Athenas ſe recipiunt.

III. XII. PLATÆÆ.

A. M. 3573. Perſ. 113. V. C. 327. Ante Dn. 327. Artax. XXXVIII. Belli Pelop. V. Pr. Euclide, Ephoro Ageſiſtrato.

Diod.l.12. Thuc.l.3. *MItylenæi à Pachete obſeßi deditionem faciunt. Paches Athenas mittit ſciſcitaturus quid acturus ſit. Cleonis conſilio decernitur in omnes capitalis ſententia. Poſtridie reuocatur. Poſterior nuntius aduenit paulo momento antequam ſupplicium ſumeretur. Qui Platææ manſerant, fame enecti Lacedæmonijs ſe dedunt. Ad clementiam inclinabant multi. Thebanis vrgentibus vicit ſæuitia. Rogantur ſinguli, nunquid eo bello Peloponneſijs profuiſſent, & an non nocuiſſent. Et cum dicto trucidantur ad vnum omnes numero ducenti Platæenſes, Athenienſes* XXV. *Fœminæ ſubhaſtantur.*

Peſtis Athenis ſæuißimè recrudeſcit. Corcyra tumultibus horrendis exagitatur, dum alij Athenienſium operâ Democratiam inducere cogitant, alij Lacedæmoniorum ope Ariſtocratiam retinendam contendunt.

Leontini à Syracuſanis vexati Athenas legatum mittunt Gorgiam plerorumque Rhetorices Schematum inuentorem,
A *cuius oratione perſuaſi Athenienſes cum Leontinis ſocietatem inierunt, parati vltro vrbem ſæua lue tùm infamem fugere, & bella ex bellis ſerere geſtientes.*

IV. XIII. Pythias XL.

A. M. 3574. Perſ. 114. V. C.
B 328. Ante Dn. 426. Artaxerxis XXXIX. Belli Pelop. VI. Pr. Euthydeno Ephoro Angenida.

PHilochorus apud Scholiaſtem Ariſtophanis Prætorem huius anni Scy- Thuc.l.3. Diod.l.12.
C *thodorum vocat. Agis Archidami filius Lacedæmoniorum rex in Atticam irrupturus exortis de repentino multis terræ motibus ab incepto deterretur. Laches Athenienſis Leontinis rogantibus in Siciliam nauigans Mylas & Meſſeniam vi capit. Nicias Melon, Tanagram,*
D *Locroſque populatur. Oetæi Trachiniam ſiue Heracleam* XL *ſtadijs à Thermopylis,* XX *à mari diſtantem vexant. Lacedæmonij nomine pietatis, quia Heraclidas olim benigne exceperat, tuentur, pomœria eius ampliant, & immißis colonis μυριάνδρων reddunt Oetæis & Athe-*
E *nienſibus terrori ac fræno futuram. Sed ipſi mox eam imperioſius regendo & Oetæi ac Theſſali ſubinde incurſando totam penè peſſum dederunt.*

V. XIV.

DEMOSTHENES.

F
A. M. 3575. Perſ. 115. V. C. 329. Ante Dn. 425. Artax. Longimani LX. Belli Pelop. VII. Pr. Stratocle, Ephoro Onomacle.

Digitized by Google

Thuc. l. 4.
Diod. l. 12.

DEmoſthenes non orator, ſed dux
inſignis, Athenienſis Leucadios
proſpero, Ætolos infauſto ſucceſſu popula-
tur. Ampraciotas inſigni prælio ſuperat,
cœpiſſetque vrbem, niſi ab Acarnanibus
nimiâ Athenienſium incrementa ſuſpe-
ctantibus deſertus fuiſſet. Acarnanes
cum Ampraciotis in centum annos indu-
cias faciunt. Nihilo ſecius Demoſthenes
Ampraciotas tribus adhuc prælijs ſupe-
rat, vrbe potiri non potuit.

Jn Sicilia Catanæ vicina loca, Ætnæ
incendio, ardent, quod & ante annos
vnum & quinquaginta paſſi fuerant.

Athenienſes quaſi ad peſtem amo-
liendam Delon inſulam expiant, detra-
ctis ex ea cadaueribus omnibus, vetitoq;
ne quis deinceps in ea naſcatur, aut ſepe-
liatur. Ibidem agona Penta etericum pri-
dem abolitum inſtaurant. Hæc ſunt κα-
θάρματα, quibus Satan, dum expiatio-
nem pollicetur, re verâ ſuos impiat.

BRASIDAS, PHIDIAS.

BRaſidas Lacedæmonius à Perdicca
Macedonum rege arceſſitur, cum ob
alia, tum ad inferendum bellum Arri-
bæo Macedonum Lynceſtarum regi. Vbi
ad rem ventum eſt, Arribæus mandat,
ſe Braſida controuerſiæ arbitro vſurum.
Perdiccas negat ſe dimidiam exercitus
Braſidæ partem alere, vt arbitrum, ſed
vt auxiliarium agat. Braſidas iniquita-
tis argumentum id interpretatus ab infe-
rendo Lynceſtis bello abſtinet. Perdiccas
tertiam tantum exercitus Braſidæ par-
tem nutrit. Fruſtra. Jam enim Braſidas
quamplurimos ſuæ virtutis admiratione
in Lacedæmonum ſocietatem perduxe-
rat, eos maximè, qui Athenienſium mo-
roſitatem pertæſi à Braſida meliora ſpera-

A bant. Phidias, cùm Elide Iouis Olympi-
ci ſtatuam auream abſoluiſſet, creditus
aliquid ſurripuiſſe capite damnatur, teſte
Philochoro apud Ariſtophanem εἰρήνῃ.
En factitij adorantur Dij, tam illuſtris
tot Deorum conditor capite pœnas luit?

Atalanta Euboeæ ciuitas terræ motu
B concuſſa à continente abſcinditur, & in-
ſula fit, vt docent Euſebius, Strabo, Dio-
dorus, Plinius lib. II. c. 88. Thucydides
tamen eam non ἀπορραγῆναι, ſed tantum
maxima ſui parte ἐπικλυσθῆναι ait, cum
iam antea inſula eſſet.

Syracuſani Meſſenem occupant non
C inuitam, Neque multò poſt à Rheginis,
Leontinis, & Athenienſibus in freto
Siculo vincuntur.

Agis Archidami filius Atticam po-
pulatur. Demoſthenes, Athenienſis Py-
lum deſertam occupat & munit. Eò ac-
currit Agis naſcentem ciuitatem oppreſ-
D ſurus, ſuperatur ab Athenienſibus. Pa-
cem deprecantur Lacedæmonij, reſpuunt
Athenienſes Cleonis conſilio. Laceda-
monij ex inſulâ Sphacteriâ Pylum obſi-
dent. Cumque exitio proxima videretur,
Athenienſes Cleoni ſuccenſent, iubent
Pylijs opem ferre. Is ingenio ferox, felici
E temeritate Sphacteriam inſulam adortus
Lacedæmonios ad deditionem adigit,
quod hactenus ſe paſſos fuiſſe non memi-
nerant. Trecentos captiuos Athenas
mittit, xx die, poſtquam Athenis ſolue-
rat, vt & gloriatus fuerat. Pylus Meſſe-
nijs vetuſtiſſimis Lacedæmonum hoſti-
F bus habitanda datur Laconiam è propin-
quo incurſaturis. Pax iterum petitur,
iterum ab Athenienſibus recuſatur.

Artaxerxes Artaphernem ad Lace-
dæmonios mittit legatum. Hunc hyeme
capit Ariſtides Archippi filius, benignè

exceptum Athenienſes cum legatis ad Artaxerxem remittunt.

VI. XV.
AMPHIPOLIS.

Olympias LXXXIX. Symmachus II.
A. M. 3576. Perſ. 116. V. C. 330. Ante Dn. 424.
Artaxerxis XLI. Belli Pelop. VIII. Pr. Iſarcho, Ephoro, Zeuxippo.

TΟῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, *inquit Thucydides p. 138.* εὐθὺς τοῦ τε ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν καὶ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἱσταμένου ἔσεισε. *Thucydides maximam anni partem æſtati, minimam hyemi dat. Æſtatis nomine ver, & Autumnum complectens. Ineunte igitur octauo belli Peloponneſiaci anno, veris initio Sol deficit, terra concutitur Munychionis primo, Martij XXI, feriâ quartâ, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 76. 45'. 23".*

Thuc. l. 4. Diod. l. 12. *Inter Nyſæam, quam alluit mare & Megaram interiectus erat octo ſtadiorum murus, vtramque tenebant Peloponneſij. Sed Megarenſes incurſionibus Athenienſium fatigati noctu ſuas & Niſæa portas illis aperiunt. Quominus Niſæa quoque arx caperetur, obſtitit Braſidas. Nicias Athenienſis Locrida, Boeotiam, Laconicam populatur. In Siciliâ primum Camarinenſes & Geloi, dein Siculi omnes inducias faciunt. Athenienſes, inuitiſſimos domum remittunt. Hi Athenas reuerſi à ciuibus exilio mulctantur, quaſi prædam partam è manib. per ignauiam excuti ſibi ſuſtinuiſſent. Sub anni finem appetente iam hyeme Braſidas Amphipolim ad Strymonis ripam non procul à mari ſitam occupat, quæ olim ab Agnone Niciæ Athenienſis filio condita fuerat.*

VII. XVI. INDVCIÆ.

A. M. 3577. Perſ. 117. V. C. 331. Ante Dn. 423.
Darij Nothi I. Belli Pelop. IX.
Pr. Amynia Ephoro Pitya.

E*Laphebolion Athenienſium hoc anno cœpit Martij decimo* ἐν συνόδῳ, *Geraſtius Lacedæmonum Martij duodecimo,* φάσεως σελήνης. *Igitur Martij* XXIII. *Ætate lunæ* XIII. *Elapheboliionis* XIV. *Geraſtij* XII. ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους *Athenienſes, & Lacedæmonij inducias* ἐνιαυσίους *faciunt vſque ad proxima Pythia. Altero poſt menſe Braſidas induciarum neſcius, Scionem inſulam à tranſfugis proditam Athenienſibus eripit. Paulò poſt adueniunt legati induciarum exemplar ferentes. Braſidas ſe deinceps quieturum pollicetur. Scionem repetentibus Athenienſibus, negant Lacedæmonij id æquum eſſe. Dum recuperandæ Scionæ animum intendunt Athenienſes, altera inſula Mende Braſidæ volens ſe dedit contendenti ne id quidem contra inducias eſſe. Sed eas violari ab Athenienſibus, qui copias conſcribant. Dein in Macedoniam aduerſus Arribæum proficiſcitur Braſidas rogante Perdiccâ. Arribæo opem fert Illyriorum magna vis. Perdicca fugam capeſſit ne præmonito quidem Braſidâ. Braſidas propemodum conclamatus, tamen euadit, iramque in deſertorem Perdiccam euemit peruaſtatâ Macedoniâ. Ita Perdiccas ad Athenienſes tranſfugere cogitur. Braſidas videtur Scionem cœpiſſe ante Thargelionis ſepti-* Thuc. l. 4. p. 158. Diod. l. 12.

Digitized by Google

mum, ideoque contendiſſe, ſe ante caput induciarum eam cœpiſſe, quia induciæ dicebantur ἐκεχειρίαι & finiebantur Pythiorum die, Thargelionis VII. *Ita non tantum manu promptus & animo inuictus, ſed & acutus ſophiſta erat Braſidas.*

PERSICI TVMVLTVS.

SVb finem ſuperioris anni, vel initium huius Artaphernem Artaxerxis ad Lacedæmonios legatum hyeme captum ab Ariſtide Atheniense memorat Thucydides, eâdemq; operâ narrat, quàm liberaliter exceptus, & cum legatis ad Artaxerxem remiſſus ſit. Sed non neceſſe eſt eodem die menſeue, quo captus eſt Artaphernes, in Aſiam remiſſum. Vero propius eſt ver & commodum nauigationis tempus expectatum, vt Sardes aut Cyprum verſus nauigaſent, indeq; Babylonem aſcenderẽt. At prius quàm eò perueniſſent, audito obiiſſe Artaxerxem, domum re infectâ reuerſi ſunt. Cteſias ait Artaxerxem regnaſſe annos XLII. quod ita intelligi poteſt, vt dicamus Artaxerxem obiiſſe ineunte XLII. poſt Xerxis patris mortem anno. Plutarchus tribuit huius regno annos LXII vitæ XC, vtrumque mendoſè, niſi velimus Artaxerxem à Xerxe vix decenni genitum, & Xerxem filio regium nomen communicaſſe primo ſui regni anno. Huic Artaxerxi ex vxore Damaſpiâ filius legitimus vnicus erat Xerxes, ſpurij vero XVII. quorum veterrimus erat Secundianus *Saggi-dan*; i. Magnus Iudex, ex

Athenæus l. 12.

Cteſias.

שגידן

A Alogunâ concubinâ Coſmartidenâ duo Ochus & Arſites, vel Arſes. Secundianus Pharnakyam Eunuchum auro corruptum perſuadet; vt Xerxem è medio tollat. Perficit id Pharnakyas. Atque ita perit Xerxes XLV poſt obitum patris die, eoque ſubla-

פרנקו

Pharn-ku potens dynaſta.

B to regnum occupat Secundianus, paulóque poſt Bagorazum Eunuchum ſibi pridem inuiſum leuiculam ob cauſſam lapidibus obrui iubet. Ea res proceres multos à Secundiano alienauit maximè Artabarum Magiſtrum equitum, Arxanem Ægy-

C pti, & [a] Artoxarem Armeniæ Satrapas. Hi ad Ochum deficiunt, & inuadendi regni ſpem faciunt. Ochus ad Secundianum fratrem amicè ſcribit, monetque eſſe multa, de quibus cum eo colloqui cupiat, modo id tutò facere queat. Metoſtanes Secun-

[a] ארת אחש רש

D dianum monet, caueat fratris inſidias. Vicerunt tamen Ochi blanditiæ, & Secundianum induxerunt ad ſermones cum fratre loco dicto ſerendos. Tum verò inſidiæ ab Ocho paratæ in Secundianum inſurgunt, eumque correptum εἰς σποδὸν ἐμβληθῆναι,

E cum regnaſſet menſes ſex, dies XV. Hunc Iuſtinus Sogdianum vocat, vt & Euſebius. Ita ſublato fratre regnat Ochus Dariumq. ſe dici iubet. Darium quoq; Hyſtaſpis filium Ochum antea dictum refert Valerius. Sed Valerium falli puto, & quæ in magos

Val. Max. l. 9. c. 2.

F cineris tormenta refert ab Hyſtaſpidâ Dario inuenta, ea à Dario notho excogitata ad perdendos fratres. Vtque non tam fratricida, quàm interempti Xerxis vltor diceretur, cædis miniſtrum Pharnakyam ſup-

plicio afficit. Huic Ocho, ſiue Dario A Notho, quem & Syrum quidam dicunt, antequam regno potiretur, ex
חכם a vxore Paryſatide iam nata fuerat [a]
אסתר Amyſtris filia & [b] Arſaces filius. Re-
ארם b gnum adeptus ex eâdem Paryſatide
אחש genuit Cyrum à Sole ſic dictum, [c]
ארת c Artoſtem & Oxendram filios ac pre- B
סתא terea octo liberos, qui viuente patre obierunt, prout ab ipſâ Paryſatide ſe accepiſſe refert Cteſias.

In Darium inſurgit Arſites frater & Artyphius Megabyzi filius. In Artyphium mittitur Artaſyras. Is ſemel atque iterum victus, poſtremò vi- C ctor Artyphium capit, & ad Darium ducit. Paryſatis docet benigno vultu excipiendum Artyphium, vt eiuſdem humanitatis ſpe Arſytes quoq; inducatur ad arma ſponte ponenda, & clementiam fratris tentandam. Ita Paryſatidis lenocinijs dementatus D Arſites ad Darium venit, neſcius arma aduerſus regem aut nunquam ſumenda, aut nunquam ponenda. Tum Paryſatis inuito propemodum Dario Arſitem & Artyphium occidit. Perfidiam hanc deteſtatus Piſouthnes Lydiæ Sattrapa aduerſus E Darium inſurgit aſſumptis aliquot Græcis, quorum Dux erat Lycon Athenienſis. Tiſſaphernes homo vaferrimus Lyconem primùm auro corrumpit, tum Piſouthnem promiſſis ineſcat, vt malit clementiam quàm potentiam regis experiri. Si- F mul arma poſuit Piſouthnes ἐις σποδὸν ἐμβληθέντα. Huius ſupplicij, quænam
2. Machab. 13. 4. fuerit ratio diſces ex Iaſonis epitome. Erant certis locis prææltæ turres, puta Beroenſis turris erat cubitorum quinquaginta. Ex cinere multo implebantur. Tum rei ex faſtigio turris in cinerem deuoluebantur, & vncis, harpagonibus, & id genus inſtrumentis ita rotabantur, & cineri immergebantur, vt viui defoderentur, ac præfocarentur. Mortui verò non inde extrahebantur, ſed quaſi honeſtiore tumulo indigni inibi relinquebantur. Valerius aliter deſcribit.

Vix hæc coniuratio oppreſſa erat, *Val. Max. l. 9. c. 2.*
cum ecce, aliud facinus maioris ab ollæ. Idernes vel Indernes Terituchmem filium & filias quatuor reliquerat, quarum pulcherrima nupſerat Arſaci, qui Artaxerxes poſtea dictus eſt, Darij filio. Viciſſim Terituchmes Darij filiam Amiſtrim duxit, cùm tamen ſororem Roxanem inceſto amore deperiret. Vnde odium in Amiſtrim tam atrox & cæcum, vt non dubitarit, communicato cum trecentis viris conſilio, præcipere vt culleo inſutam confoderent, etiam in ipſum Darium inſurrecturus. Hęc cogitantem Terituchmem occidit Vdiaſta. Contra Vdiaſtæ filius Mitridates Zari vrbe occupatâ Terituchmæ filium aduerſus patrem & Darium protegit. Terituchmæ verò mattem, fratres duos, ſororeſque duas, correptas viuas defodi, Roxanem vero viuam in ſegmenta lacerari iubet Paryſatis. Supererat Indernę filia Statira Arſacis vxor. Hanc cum reliquis exterminandàm cenſebat Darius. Sed Paryſatis Arſacis precibus emollita ei pepercit, vt vt moneret Darius futurum, vt olim inconſultæ, intempeſtiuæque clementiæ ſuæ illam pœniteret, quod poſtea contigit,

contigit, & ſuo loco à nobis referetur. Nos interim hæc vno ductu contexuimus, quia quibus annis ſingula contigerunt, non docet Creſias.

VIII. XVII. Pythias XLI.
A. M. 3578. Perſ. 118. V. C. 332. Ante Dn. 422.
Darij Nothi II. Belli Pelop. X.
Pr. Alcæo, Ephoro Pliſtola.

Thuc. l. 5. Diod. l. 12.

Svb finem hyemis durantibus adhuc inducijs Athenienſes veluti Delum nondum ſatis expurgaſſent, Delios omnes, quaſi contaminatos & ἐναγεῖς, re verà Laconiſmi ſuſpectos faceſſere iubent, nouos colonos ſubſtituunt. Pythiorum die, Thargelionis VII. Finitis inducijs, ex continenti Cleon Athenienſis cum ſelectis vndecumque militibus mittitur Scionem, quæ hactenus fruſtra oppugnata fuerat, recuperaturus. Is audito Toronem non ſatis firmo præſidio muniri, tantâ eam contentione, mari terrâque adoritur, vt eodem die oppugnarit & expugnarit. Septingentos captiuos Athenas mittit. Fœminas ſubhaſtat. Galepſum recuperat. Dum Amphipolim quoque tentat, superuenit Braſidas. Is Cleonem nec opinantem à latere inuadit, in turpiſſimam fugam conijcit. Cleonem ipſum proſternit, ſeptem tantum milites amittit. Sed ipſe lethaliter ſauciatus ab Amphipolitanis pro Heroe ac conditore vrbis colitur dirutis Agnonis Athenienſis veri conditoris monumentis. Sublatis his duabus belli facibus Pliſtoanax Lacedæmonum rex & Nicias Athenienſis ſuos ad pacem aut inducias hortantur. His conſilijs eò lubentius aurem accommodant Lacedæmonij, quod Argiui triginta annorum inducias tum deſinentes continuare nolebant, niſi noua quæpiam illis concederentur.

IX. XVIII. PAX NICIÆ.
A. M. 3579. Perſ. 119. V. C. 333. Ante Dn. 421.
Darij Nothi III. Belli Pelop. XI. Pr. Ariſtone, Ephoro. Clinomacho.

Thuc. l. 5. Diod. l. 12.

INter Athenienſes & Lacedæmonios induciæ paucos dies duraturæ fiunt in annos quinquaginta Nicià procurante: vnde Νικίειος pax ab Athenienſibus quaſi omnis cauſſâ dicta. Fœderis leges erant, vt quiſq; bello parta redderet, præter Platæas, quæ à Thebanis, & Niſæam, quæ ab Athenienſibus retineretur. Tempus à Thucydide ſic notatur, Ἄρχει, *inquis,* τῶν σπονδῶν ἔφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ [a] φθίνοντος, ἐν δὲ Ἀθήναις Ἄρχων Ἀλκαῖος Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς [b] ἕκτῃ φθίνοντος Τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν, αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν, ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἡ ἐσβολὴ εἰς τὴν Ἀττικὴν καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο. *Bacchus dicebatur* Διονύσιος, Ἐλευθερεὺς, *Liber.*

a lege ἕκτῃ.
b lege τετάρτῃ.

Cùm biennio ante Geraſtij Lacedæmonij duodecimus inciderit in Elaphebolionis Attici quartum decimum, ratio poſtulat, vt non Artemiſij Laconici XXVII in Elaphebolionis Attici XXV, ſed contra Artemiſij XXV in Elaphebolionis XXVII incidat, Martij XIII, Ætate Lunæ XXVI, vt dicamus Lacedæmonios, vt biennio ante, ſic nunc quoque ſuum menſem inchoaſſe ἀπὸ φάσεως σελήνης, corniculante Lunâ, Athenienſes verò ab interlunio.

Digitized by Google

A *Quod autem Elaphebolion modo Geraſtio, modo Artemiſio reſpondet, id mirum videri non debet. Cæterum, ſi ab huius infidæ pacis die, Martij xiij retrò muneres annos decem & dies aliquot, incides, non in Thebanorum, nedum Archidami expeditionem, ſed in denuntiationem belli perſecialem Athenis factam* B *à Lacedæmonijs, niſi conuētus Lacedæmone habiti decretu ſtarent. Hæc pax nouorum tumultuum ſementis fuit. Corinthij conqueruntur ſua iura à Lacedæmonijs prodita. Argiui poſt tricennales inducias bellum meditabātur. Elei Lepreatas olim ſibi ſubditos à Lacedæmonijs li-* C *berali aſſertos manu ægre ferebant. Mantinæi verebantur, ne Arcades idem beneficium à Lacedæmonijs impetrarent. Bello capta vel malignè reddebantur, aut confictas ob cauſas retinebantur. Suæ quiſque ambitioni vel iræ famulatur, paci publicæ nemo conſulit, nihil ſine fuco* D *& fallacijs agitur. Hæc infida pax ſub Alceo & Pliſtolâ ſancita quinto poſt menſe, Magiſtratum ineunte Ariſtone iam bello propior erat. Autor orationis de pace, quæ Andocidi tribuitur, vult hanc pacem Athenienſibus tam vtilem fuiſſe, vt eius beneficio pluſquam ſeptem* E *millia talentûm in arcem intulerint, pluſquam quadringentas naues acquiſiuerint, &c. Nos vel hinc colligimus hanc orationem à Dionyſio Halycarnaſſenſi meritò reſpui, tanquam ſpuriam, & ab Andocide minimè ſcriptam, ſed ab aliquo ſciolo progymnaſmatis ergo con-* F *fictam.*

(∴) (∴)

(∴)

X. XIX.

ALCIBIADES.

Olymp. xc. Hyperbius.

A. M. 3580. Perſ. 120. V. C. 334. Ante Dn. 420. Darij Nothi IV. Belli Pelop. XII. Pr. Ariſtophylo, Ephoro Ilarcho.

Alcibiades Lacedæmoniorum captiuos flagrante bello liberaliter exceperat. Pace facta Lacedæmonem delatus, nequaquam pro merito acceptus, ſed ob ineuntis ætatis laſciuiam ſpretus fuerat. Athenas reuerſus vltionis & gloriæ ſtudio ductus ſuadet, vt Argos mittantur legati. Iam Argiui legatos Lacedæmonem miſerant. Vicit tamen impatientia, vt ante reſponſum acceptum cum Athenienſibus tranſigerent. Mittunt & ipſi legatos Athenas, mittunt Elei & Mantinei, mittunt & Lacedæmonij. Hos Alcibiades, vultu benigno, animo ſubdolo exceptos, ita circumſcribit, vt cum reliquis, quàm cum Lacedæmonijs fœdus inire maluerint Athenienſes. Nouum hoc fœdus Olympico ludicro promulgant Elidenſes, tabulis æneis inſculpunt, quaſi in annos centum duraturum. Quin & Lacedæmonij, quaſi violati numinis rei à ſacri Olympici communione arcentur. Heraclea Trachinia ab Ænianibus & Dolopibus vexatur, à Bœotis protegitur. Thucyd. l. 5. Diod. l. 12.

Faſti Siculi è regione Olympiadis xc. *ſic habent.* Hìc Africanus inchoat Danielis hebdomadas. *Atqui vt ſupra A. M. 3555 diximus, conſtat Africanum hebdomadas Danielis inchoare ab*

Digitized by Google

anno quarto Olympiadis LXXXIII. *Videtur igitur hæc fuiſſe mens Africani. Daniel meminit euerſionis Hieroſolymorum. Ideò quidam putabant hanc euerſionem eſſe exitum hebdomadum. His Africanus dicere potuit. Si Danielis hebdomades deſinunt in exilio templi, inchoandæ ſunt ab Olympiade nonageſimâ, quadringenteſimo nonageſimo ante tẽpli ſubuerſionem anno, quod cùm à ratione ſit alienum, ſupereſt, vt eas inchoemus ab anno quarto Olympiadis* LXXXIII, *vel* LXXX. *Scaliger, cùm videret Darium inſtauratorem tẽpli duob⁹* Artaxerxis *ſtipatum ab Eſdra proponi, ſibi perſuaſit hunc eſſe Nothum. In eius ſententiam pedibus iuerunt Fr. Iunius, Sethus Caluiſius, Theobaldus Meuſchius, Ioh. Deodatius, Ioh. Rainoldus, Ioh. Georgius Heruuart. Atque ideò hi omnes præter Rainoldum hebdomadas Danielis inchoant à ſecundo Darij Nothi, qui commodiùm erat primus hebdomadis annus, terminant in excidio templi, vel circiter. Nos ſupra docuimus etiam Darium Hyſtaſpidam eſſe ſtipatum duobus Artaxerxis, Cambyſe & Xerxe, quorum vterque etiam Artaxerxes dictus eſt, atque ideò nihil obſtare, quo minus cum totâ antiquitate, atque adeò cum Scripturâ fateamur inſtauratorem templi eſſe Darium Hyſtaſpis filium.* Sic collapſa ruunt ſubductis tecta columnis.

Vide A. M. 3471. & 3479.

XI. I. CARNIA.

A. M. 3581. Perſ. 121. V. C. 335. Ante Dn. 419.
Darij Nothi V. Belli Pelop. XIII.
Pr. Archia, Ephoro Leone.

Hic annus inſidis negotiationibus & minutis ac plerumque irritis expeditionibus conſumtus fuit, quarum aliæ à Thucydide, aliæ à Diodoro referuntur. Ab vno diſce omnes. Apud Peloponneſios Carnio menſe (qui Metagitnioni Attico *reſpondet, vel Hecatombæoni) quidpiam, maximè bellum ſuſcipere infauſtum & nefas habebatur. Quatriduo ante neomeniam Carnij menſis, Argiui Epidaurum obſident, ipſis & Athenienſibus opportunam futuram, prætextu ſumpto, quod debita Apollini Pythio ſacra non exoluiſſent. Sperabantque paucis diebus vrbem expugnare, antequam auxilia conuenirent. Sane toto menſe Carnio nemo copias conſcribere auſus eſt. Supplicijs ac religionis obtentu effectum eſt, vt Epidauri obſidium intermitteretur. Poſt menſem Carnium Lacedamonij trecentos milites Epidaurum mittunt. Induciarum fœdere cautum erat, ne quis per alterius prouinciam niſi rogato ſocio milites tranſmitteret. Athenienſes maris dominatum iam inde ab annis amplius quinquaginta ſibi arrogantes Argiuorum & Alcibiadis conſilio tabulis publicis inſcribunt fœdera à Lacedamonijs violata videri. Ita quaſi ſacramento ſoluti Pylum Hilotas mittunt, qui Laconicam deprædentur. Ipſi tamen per ſe nondum audebant Lacedæmonas ipſos aggredi. Socios eorum infeſtare nulla religio videbatur. Neque meliori fide Lacedæmones vtebantur. Vtrimque cuniculis agebatur, quod aperto Marte ſuſcipere vetebat pudor.*

Thuc. l. 5. Diod. l. 12.

Vide A. M. 3587.

Digitized by Google

XII. II. Pythias XLII.

A. M. 3582. Perſ. 122. V. C. 336. Ante Dn. 418. Darij Nothi VI. Belli Pelop. XIV. Pr. Antiphonte. Ephoro Chærida.

Thuc. l. 5. Diod. l. 12.

Lacedæmonij cum ſocijs Agide duce Argos petunt. Cum iam pugnæ proximi victoriam ſibi quiſque ſponderent, Thraſyllus & Alciphron Argiui legatos ſe dictitantes ad Agidem adeunt, monent à ſocijs infeſtandis abſtineat, in quatuor menſes inducias det, intra id tempus C *omnia pacatum iri. Annuit Agis & diſcedit, nullius rogato conſilio. Minimo minus abfuit, quin Thraſyllus & Alciphron ab Argiuis lapidibus obruti fuerint. Bonis certe omnibus ſpoliati ſunt. Agis quoque mulctatus & lex lata, ne Regi, ductu fas eſſet inchoatum bellum* D *dimittere, niſi ex decem legatorum conſilio. Paulò poſt inducias factas ſuperueniunt Athenienſes. Monent inducias ementito publicæ autoritatis nomine factas, nullas eſſe. Non eſſe tot copias re infectâ dimittendas. Orchomenon igitur petunt & occupant. Hinc Elidenſes Le-* E *preum, Mantinenſes Tegeam oppugnari volunt. Mantinenſes potiores habiti. Elidenſes indignati diſcedunt. Tegeatibus auxiliaturi accurrunt Lacedæmonij cum ſeptem λόχοις, i. militibus 3584. (λόχος enim eſt virorum 512) præter ſciritas ſexcentos. His copijs hoſtes multò* F *numeroſiores in fugam agunt, ſeptingentos occidunt, ipſi trecentos tantum amittunt. Hoc exemplo docuit Deus, quanta debeat eſſe fidei datæ religio, poſſe ſophiſmata hominibus fucũ facere, Deo nequa-* A *quam. Regreßis ad celebranda Carnia Lacedæmonijs Argiui Epidauri obſidionem repetunt. Poſt Carnia Lacedæmonij mittunt Argos, qui palam rogent, pacem an bellum malint. Priuatim ad pacem hortantur, & perſuadent ignaris Athenienſibus, idque nobilium, quibus De-* B *mocratia diſplicebat, factione. Quia enim Athenis Democratia, Lacedæmone Ariſtocratia obtinebat, quiſquis paucorum dominationi, idem & Lacedæmonijs fauebat, qui popularem ſtatum malebat, Athenienſibus æquior erat.*

C

XIII. III. ARGIVI.

A. M. 3583. Perſ. 123. V. C. 337. Ante Dn. 417. Darij Nothi VII. Belli Pelop. XV. Pr. Euphemo. Ephoro Pataſiade.

D Thuc. l. 5. Diod. l. 12.

Argiui, dum Lacedæmonios γυμνοπαιδίοις celebrandis occupatos ſciunt, nobilium alijs occiſis, alijs eiectis Democratiam reſtituunt, & cum Athenienſibus fœdera renouant. Longos muros ad mare vſque producere conantur. Opus inchoatum ſubruunt Lacedæmonij.

E *Perdiccas Macedonum rex deſultoriâ leuitate modò Lacedæmonijs, modò Athenienſibus fauens, tandem Athenienſium operâ regno eijcitur.*

XIV. IV. MELII.

Olympias XCI. Exænetus.

F A. M. 3584. Perſ. 124. V. C. 338. Ante Dn. 416. Darij Nothi VIII. Belli Pelop. XVI. Pr. Ariſtomneſto. Ephoro Cleoſthene.

Thuc. l. 6. Diod. l. 12.

Melij Lacedæmonum coloni ab Athenienſibus ad defectionem ſo-

Digitized by Google

licitantur. Negant illi ſe poſſe Metropolin & libertatem ſeptingentos annos ſeruatam prodere. Hæc virtus crimini deputatur. Obſeßi & victoriolas aliquot adepti tandemque victi ἡβηδὸν omnes trucidantur. Mulieres mancipantur.

Inter Leontinos & Syracuſanos vetus diſcordia refricatur. Syracuſani Selinuntios in partes trahunt, Leontini Segeſtanos Ἐγεσταίους *vel* Αἰγεσταίους, *quibus accedunt Athenienſes Siciliæ dominationi pridem inhiantes.*

Inter Lacedæmonios & Mantinenſes tricennales induciæ fiunt.

Ælian. l. 2. cap. 8.

Xenocles & Euripides Poetæ tragici inter ſe certant. Xenocles palmam obtinet præter omnium expectationem, idque inquit Ælianus κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἑξηκοστὴν *(lege* καὶ ἐνενηκοστὴν*)* ὀλυμπιάδα, καθ᾽ ἣν ἐνίκα στάδιον Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος. *Addit.* Erant ſuffragia vel inſana, vel corrupta. *Ibidem increpat Ælianus Athenienſes, quod* ἡβηδὸν interfecerint omnes Mitylenæos, *legendum* Melios.

cap. 9.

XV. V. HERMÆ.

A. M. 3585. Perſ. 125. V. C. 339. Ante Dn. 415.

Darij Nothi ix. Belli Pelop. xvii.
Pr. Chabria Ephoro Lycario.

Thuc. l. 6. Diod. l. 13.

NIcias Athenienſes à Siculo bello dehortatur. Alcibiades populum ſponte ſuâ iam in peiora propendentem impellit. Ambo duces eliguntur. Additur & Lamachus. In ipſo apparatu comperiuntur omnes Hermæ vna nocte capite truncati. Cauſam huius mutilationis aperit Clemens Alexandrinus προτρεπτικῷ. *Siquidem tum, vt Veneres omnes ad Phrynes Theſpiacæ meretricis ſimilitudinem effinxerant pictores, ſic ſtatuarij Hermas* πρὸς Ἀλκιβιάδην ἀπεικαζον, *Alcibiadi ſimiles effecerant. Hoc Alcibiadi meritò diſplicuit. Horatius de Cereris Myſterijs loquens ait.* Vetabo, qui Cereris ſacrum Vulgarit arcanæ ſub iiſdem Sit trabibus, fragilemque mecum Soluat phaſelum. *Atqui tum dicebantur à multis euulgata hæc ſacerrima myſteria. Vtriuſque criminis inſimulatur Alcibiades. Tum ille,* Si reus ſum, *inquit*, plectire, ſi inſons, abſoluite. *Populus verò*, Nondum liquet, *inſit*. Tu interim ad bellum ito. *Monebat Lamachus Syracuſas primò impetu petendas, imparatas deprehenſum iri, & maiorem ex improuiſo terrorem. Alcibiades tentandos primum Siculos. Niciæ totum bellum improbanti omnia diſplicebant. Syracuſanorum ea erat ſupinitas, vt eum, qui primus Athenienſium aduentum nuntiauit, perduellionis inſimularint. Sed Niciæ lentitudo, Lamachique cum Alcibiade diſcordia Syracuſanis reſipiſcendi, ac ſuis rebus proſpiciendi facultatem dedit.*

Andocides de myſterijs.

Interim Athenis in Hermarum mutilatores & Cereris myſteriorum violatores inquiritur. Primus delator fuerat Andromachus. Is antequam Alcibiades exiret, conteſtatus fuerat ſe vidiſſe Alcibiadem in æde Polytionis fingentem myſteria cum aliquot alijs, qui confeſtim fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. Sed quia delator erat ſeruus Alcibiadis, ſuſpectum videri potuit eius teſtimonium. Dum in Sicilia pugnabat, Agariſta Alcmæonidæ, dein Dæmonis vxor teſtata eſt in Charmidæ ædibus Alcibiadem, Axiochum, & Adimantum Μυστήρια ποιοῦν *Myſteria celebraſſe. Axiochus & Adi-*

Diod. l. 13. *mantus fugam adornant. Mittitur in Si-* A
ciliam Salaminia nauis, quæ verbis ami-
cis Alcibiadem & alios euocaret. Hi
primò non grauatim ſequuntur. Dein
conſcientia, an calumniæ metu ſeſe prori-
piunt. Alcibiades primò Thurios, dein
Argos, poſtremò Lacedæmonem ſeſe reci-
pit. Forte ſuper euentu Siculi belli conſu- B
lentibus Athenienſibus, reſponderat
Plutarch. Nicia. *Apollo Syracuſanos omnes ab Athenienſi-*
bus captum iri. Quippe erat is Syracuſa-
rum ſtatus, vt nullo negotio capi poſſet
vrbs, ſi Lamacho obtemperatum fuiſſet,
obſtitit Nicias. Sed ſic quoque, vt vera
dixiſſe videretur λοξίας, effecit caſus. Sy- C
racuſani, ſegnitiâ in temeritatem muta-
tâ, Segeſtani cuiuſdam fraude an vecor-
diâ perſuadentur Athenienſium caſtra
facile deprehendi poſſe. Dum cæco impe-
tu ruunt, prope abfuit, vt vrbem va-
cuam Athenienſibus proderent. Felicius
tamen, quàm pro tanta temeritate res D
ceſſit. Perierunt Syracuſani CCLX. *A-*
thenienſes L. *Capta & nauis, in qua Sy-*
racuſanorum omnium per familias &
tribus deſcriptio continebatur. Sic abſo-
lutus eſt Apollo, iam bis mendacij mani-
feſtus. Syracuſani à Corinthijs & La-
cedæmonijs auxilia conquirunt. Obtem- E
perabat nemo, niſi Alcibiades eos acer-
rimè inſtigaſſet. Vix tandem ab eo per-
ſuaſi ſunt, vt opem illis ferrent, idque
primò malignè. Quin & datus eſt forte
an de induſtria dux Gylippus ſæuus &
infidus. Diodorus ab excidio Troiæ nu-
merat ad hoc bellum annos IↃCCLX *Le-* F
gendum IↃCCLXX.

Diagoras ἀθεότητος *accuſatus, capitis*
diſcrimen fugâ euadit. Euſebius Bacchy-
lidem & Diagoram floruiſſe ait Athenis
Olympiade LXXIV. *&* LXXVIII. *De Bac-*
A *chylide Simonidis agnato non negarim.*
Diagoras certe videtur tum nondum
fuiſſe natus.

XVI. VI. Pythias XLIII.
A. M. 3586. Perſ. 126. V. C.
340. Ante Dn. 414. Darij
B Nothi X. Belli Pelop. XVIII.
Pr. Piſandro, Ephoro Eperato.

A*Thenienſes aliquandiu in Siciliâ* Thuc. l. 6. Diod. l. 13.
proſpere & fortiter agunt. Syra-
cuſanos octo prælijs ſuperant, ὅτ' ἦν τὰ
θεῶν ἐξίσου ἀμφοτέροις, *inquit impius Eu-*
C *ripides. Thapſum & Epipolas occupant.*
Syracuſas terrâ marique obſident. La-
machus in prælio Callicratem peculiari-
ter aggreditur. Alter alterius gladio
cadit. Lamacho occiſo fugiunt Athenien-
ſes, inſequuntur Syracuſani. Minimo mi-
nus caſtra occupant. Virtute tamen Ni-
D *ciæ repulſi & ad deditionem prope ada-*
cti ſunt. Gylippus primò Syracuſanos con-
clamatos audiens, in Italiam diuerterat
ſociorum animos confirmaturus. Vbi La-
machum perijſſe audiuit, propius ſucceſ-
ſit. Cumque iam de deditione ageretur
inſperatus ſuperuenit tria hominum mil-
E *lia ſecum ducens.* Ex illo fluere & re-
trò ſub lapſa referri omnia. *Cauſſam* p. 173.
doceat Euripide religioſior Thucydides.
Inducias quidem vtrimque pridem vio-
latas diximus, ſed furtim & quæſito præ-
textu. Palam obſeruari videbantur, quia
neuter in alterius fines excurrebat & ob-
F *tinuit id annos ſex, menſes decem. Ij de-* p. 233.
ſinunt in Idus Ianuarias huius anni. Pri-
mi igitur Athenienſes verecundiæ fines
tranſilierunt, & triginta naues Laconi-
cam populaturas miſerunt, vnde certam
conceperunt fiduciam Lacedæmonij in- p. 238.

Digitized by Google

fauſtum Athenienſibus *futurum belli exitum. Quin & Meton* Aſtronomus *tam certò ſibi perſuaſit exitioſum* Athenienſibus *futurum bellum maritimum, vt, cùm catalago eorum, qui Siculæ expeditionis participes futuri erant, inſcriptus eſſet, nec vlla ratione poſſet obtinere, ne eò mitteretur, inſaniam ſimulauerit, eique ſuſpicioni firmandæ ſuas ipſe ædes incenderit.* Dum vult videri furere, re vera furit.

Ælian. lib. 13. c. 12.

XVII. VII. DECELEIA.
A. M. 3587. Perſ. 127. V. C. 341. Ante Dn. 413. Darij Nothi XI. Belli Pelop. XIX. Pr. Cleotrito, Ephoro Onimantio.

P*Lutarchus Prætorem huius anni Clearchum vocat, Diodorus Cleocritum. Agis* Archidami *filius* Atticam *populatur, & Alcibiadis conſilio Deceleiam munit propugnaculum aduerſus* Athenienſes *futuram. Unde poſthac bellum Deceleicum dictum. Diſtabat Deceleia ſtadijs* CXX. *ab* Athenis. *Huic bello tribuit Diodorus annos duodecim, perperam, legendum decem. Certe decimo anno finitum eſt. Athenienſes obſeſſis ſimiles licet à Niciâ moniti, quàm lubrico loco eſſent res Siculæ, tamen ab obſidione Syracuſarum diſcedere flagitioſum rati Demoſthenem cum* LXXIII *nauibus mittunt. Is primò proſpere agit, epipolas à Gylippo occupatas recuperat, mox turpiter profligatur. Dum de receptu cum Niciâ deliberat, terrentur ambo luna deliquio noctis initio. Deliquium autem Lunæ nullum hoc anno fuit niſi Aug.* XXVIII. *feriâ tertiâ, cum latitudo Lunæ* A *eſſet graduum 277. 38′. 11″.*

Thuc. l. 7. Diod. l. 13. Plutarch. Nicia. Ælian. lib. 13. c. 38.

Niciam ſuopte ingenio lentum, tum etiam ſuperſtitio affligit, vt crederet aliud nouilunium expectandum. Dum cunctantur, ſemel atque iterum iniquo loco pugnare cogitur. Amiſſis aliquot nauibus, reliquas ipſe incendit quaſi tu- B *tius terreſtri itinere fugam arrepturus. Duodeuiginti millia vno die caſa. Septem capta & inclementer habita. Reliqui palantes inedia aut gladio confecti. Pauciſſimi ex* XLM *euadunt. Ultima clades ad fluuium* Aſinarum *contigit* τετράδι φθίνοντος Καρνείου μηνὸς, ὃν Ἀθηναῖοι Μεταγειτ- C νιῶνα προσαγορεύουσι, *hoc eſt Septemb. nono.*

Hoc, i. vndecimo Darij Nothi anno Ægyptum à Perſis defeciſſe ſcribit Euſebius, vocatque hanc XXVIII *Ægyptiorum Dynaſtiam. Sed eius annos ab Euſebio male diſtribui conſtat ex ijs quæ dicemus A. M. 3603.* D

XVIII. VIII. DEFECTIONES.
Olympias XCII. Exænetus II. A. M. 3588. Perſ. 128. V. C. 342. Ante Dn. 412. Darij Nothi XII. Belli Pelop. XX. Pr. Callia, Ephoro Alexippida.

E A*Thenienſes pridem ob faſtum ac ſæuitiam exoſi poſt cladem Siculam etiam deſpicabiles à plerìſque deſeruntur, puta ab Eubœenſibus, Lesbijs & alijs inſularibus. Contra Lacedæmonijs Artaphernem conciliat Alcibiades. Chij* F *quoque defectionem pollicentur, modò idoneo auxilio protegantur. Nondum tamen* Athenienſes *deficiebat animus.*

Thuc. l. 8. Diod. l. 13.

Peloponneſij naues vndiq; cōparant in Helleſpontum, Lesbon, Chium mittendas

Digitized by Google

Corinthij naues XXI per Iſthmum tranſuexerant primo vere è portu ſoluturæ poſt Iſthmia tamen. Iſthmijs interfuerant & ipſi Athenienſes, vt promptum eſſet videre, quid in illos pararetur. Itaque & ipſi armantur, & Corinthijs obuiam eunt, in fugam vertunt, Lacedæmonij interim Chium, Erythrum, Clazomenas & Miletum ad ſe pelliciunt. Athenienſes Clazomenas recuperant, Mitylenem, Chium. Alcibiades reditum in patriam parans Tiſſaphernem à Lacedæmonijs alienat. Bis inter ipſum & Lacedæmonios repetuntur fœdera, ſed nuſquam fida.

XIX. IX.

QVADRINGENTI.

A. M. 3589. Perſ. 129. V. C. 343. Ante Dn. 411. Darij Nothi XIII. Belli Pelop. XXI. Pr. Theopompo. Ephoro Miſgolaida.

Diod. l. 13. Thuc. l. 8. *SVb finem hyemis, tertium inter Darium & Lacedæmonios ſancitur fœ-*
p. 281. *dus, cuius hoc eſt initium* τρίτῳ κ̀ δεκάτῳ *ἔτει, ineunte,* Δαρείου βασιλεύοντος, ἐφορεύοντος δὲ Ἀλεξιππίδα, *&c. Alexippida, inquam, Magiſtratu ad medium decurrente, vel ad exitum vergente. Athenien-*
p. 282. *ſes diſſentionibus inteſtinis laborant, quas deſcripturus Thucydides* ὑπὸ γὰρ τούτου, *inquit,* τὸν χρόνον κ̀ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο. *Hi motus*
p. 284. *iam anno ſuperiore cœperant anno centeſimo poſt Piſiſtratidas eiectos. Democratiâ obtinente ſuffragij ius habebant ciuium millia quinque, vel potius ſex. An-*
Andocides de myſterijs. *docides.* Pater meus, *inquit,* Speuſippum ἐγράψατο παρανόμων γραφήν, κ̀ ἠγω-

A νίσατο ἐν ἑξακισχιλίοις Ἀθηναίων, præuaricationis accuſauit, & cauſam egit coram ſex millibus Athenienſium. *Cauſam hanc egit Andocidis pater anno V. C. 339.*

Erant & Senatores quingenti, qui dicebantur οἱ ἀπὸ κυάμου. *Democratiâ ſu-*
B *blatâ Remp. regebant Athenis quadringenti. Apud Samios trecenti. Mox Oligarchiæ ſatias cœpit. Primi Democratiam reſtituunt autoribus Thraſybulo &* Thuc. l. 8.
Thraſyllo; vt idem quoque Athenis efficere poſſent, ſuadent reuocandum Alcibiadem. Quadringenti opem à Lacedæ- p. 288.
C *monijs petunt. Dum hi cunctantur, Theramenes idem Ariſtocratiæ præcipuus Architectus & euerſor Alcibiadi iunctus Democratiam reſtituit. Iam Helleſpontus, Ionia mediumque mare ac inſulæ & totum pene Athenienſium imperium penes Lacedæmonios erat. Sed Al-* p. 294.
D *cibiades pellecto in partes Tiſſapherne vires Athenienſium nonnihil reficit. Mindarus Lacedæmonius Tiſſaphernis loco Pharnabazum ſibi adiungit. Athenienſes claſſem reparant nauium* LXXXVI. p. 295.
Occurrunt Lacedæmonij cum nauibus LXVIII *vel* LXXXVIII. *Concurritur*
E *iuxta Hecubæ monimentum* κυνὸς σῆμα *dictum. Athenienſes amittunt naues* XV. *perdunt* XXI. *capiunt octo. Hic deſinit octauus Thucydidis liber. Sed videtur olim extitiſſe nonus vnius anni continens hiſtoriam, & ibi deſinens vbi incipit Xenophon. Itaque Diodorus ait Thu-*
F *cydidis octo vel nouem libros complecti hiſtoriam annorum* XXII. *Mindarus circa montem Atho quinquaginta naues naufragio amittit. Cæterum cum præcipua Athenienſium vitia eſſent leuitas & loquacitas Thucydides ita ſcripſit, vt*

Græcorum

Digitized by Google

*Græcorum omnium grauiſsimus & à
verboſitate alieniſsimus ſcriptor dici
queat, cuius ſententiæ numerum verbo-
rum propemodum æquant.*

Plutarch. in Lyſia. Dionyſ. Halic. *Thurij Lacedæmonijs fauentes Lyſiam
& trecentos alios Atticiſmi accuſatos
vrbe pellunt. Is Athenas venit exeun-
te primo Olympiadis* XCII *anno, & Cal-
liæ Præturâ,* ἤδη τῶν τετρακοσίων κατεχόντων
τὴν πόλιν, iam vrbem obtinentibus
quadringentis. *Septennio poſt à* XXX *vi-
ris pulſus cum alijs exulibus redijt &
Athenis cauſas egit viginti minimum
poſt* XXX *viros exactos annis, vt conſtat
ex eius orationibus aduerſus Theomne-
ſtum. Dionyſius Lyſiam Athenas reuer-
ſum ait* XLVII *ætatis anno, cùm potiùs
dicere debuerit eum* XLVIII *annos na-
tum.*

XX. X. Pythias XLIV.
A. M. 3590. Perſ. 130. V. C. 344. Ante Dn. 410.
Darij Nothi XIV. Belli Pelopon. XXII. Pr. Glaucippo, Ephoro Iſia.

Diod. l. 13. *Selinuntij Athenienſium clade, &
Syracuſanorum ſocietate turgidi Se-
geſtanis inequitant modò controuerſos
olim agros, modò nunquam controuer-
ſos ſibi vendicantes. Ante aliquot annos*
חוקה s. fortis. *Giſco Pœnus Amilcaris (qui anno V.C.
274. à Gelone victus fuerat) filius odio
patris in exilium pulſus à Selinuntijs be-
nignè exceptus fuerat. Giſconis filius An-
nibal auitæ dignitati reſtitutus Cartha-*
חניבעל Gratioſus Bahalis. *gine tum principem locum obtinebat. Ad
hunc adeunt Segeſtani, opem aduerſus
Selinuntiorum ſuperbiam implorant. An-
nibali parum honeſtum erat patris ho-*

A *ſpites bello laceſſere, vicit tamen ambitio.
Sed ita, vt primò modeſtè de Selinuntijs
apud Syracuſanos Segeſtanorum nomine
conqueſtus ſit: vbi modeſtiâ nihil profi-
ci videt, palam armis agit, & Segeſta-
nis auxiliatur, Syracuſani contra Seli-
nuntijs. Hæc fuit noui belli ſementis.*

B *Circa Dardanum* Athenienſium *na-* Xenophon Hellen. l. 1
ues LXXIV. *cum Lacedæmonum* XCVII.
*pugnant. Superuenit Alcibiades cum
nauibus* XVIII. *Huius beneficio vincunt*
Athenienſes, *naues* XXX. *capiunt. Alci-
biades Tiſſaphernem adit dona ferens, de
victoriâ gloriaturus. Iam tædebat Tiſſa-*
C *phernem* Atticæ *ſocietatis. Alcibiadem
igitur corripit, vincit, hoc dono Laconum
gratiam redempturus. Sed euadit Sinon,
& ad ſuos reuerſus Mindari claſſem ſtra-
tagemate eludit, & totam capit, præter
paucas, quas ipſi Syracuſani incenderant.
Agis Athenas pergit, pacem petit, ea*
D *lege, vt quiſque bello capta ſeruet. Athe-
nienſes amiſſa repetunt. Hæc hoc anno
narrat Diodorus. Videntur tamen à Xe-
nophonte anno ſequenti tribui. Corcy-
ra perpetuis diſsidijs ardet, dum Oligar-
chia Democratia ſubſtituitur, & viciſ-
ſim. Hoc anno pluſquam mille nobilium*
E *occiditur, reliqui fugati, mox non ſine
ſanguine redituri.*

*Athenis Glaucippo Prætore celebra-
ta Panathenæa magna teſtatur Lyſias*
περὶ δωροδοκίας.

XXI. XI. SELINVS.
F
A. M. 3591. Perſ. 131. V. C. 345. Ante Dn. 409.
Darij Nothi XV. Belli Pelop. XXIII. Pr. Diocle. Ephoro Araco.

SS

Diod.l.13.

ANnibal in breui naues LX, *onerarias* MD *comparat. Peditum* CM. *equitum* IV M. *congregat. Selinuntios imparatos adoritur decimo obſidionis die expugnat,* XVI M. *virorum trucidat, ſeptem millia capit, vrbem funditus ſubuertit annis* CCXLII. *poſtquam primum extructa fuerat. Vix exorari potuit, vt captiuos pretio redimi & vrbem inſtaurari pateretur ſub tributi conditione. Hinc Himeram petit, vbi primo victus, dein maiore animo reſurgens vrbem eò adigit, vt alij Syracuſas, alij Meſſanam fugerint. Reliquos comprehenſos omnes ad vnum iugulat hoc cruore aui ſui manibus parentans, cùm interim patris Giſconis hoſpites funditus ſubuertiſſet, adeò iniuriarum quàm beneficiorum tenacior eſt memoria. Obiter notes licet* ANNIBALEM *contractè dici pro* ANNIBAALEM. *Quam ob cauſam veteres ſyllabam* ba *producebant, vt Valerius Probus, & Ennius apud Gellium.* Qui propter Annibâlis copias conſederant.

Gell.l.4. c.7.

חנניה חניבעל

Ananias eſt κεχαριτωμένος τῷ Θεῷ. *Annibal,* κεχαριτωμένος τῷ Βαάλ. *Is tertiâ Siciliæ parte perdomitâ Carthaginem redit victor, rebus magnis trium menſium ſpatio peractis. Himera ſteterat annos* CCXL. *Annibalis pater Giſo dicitur pro* Chiſkoli, *vt Aſtyages pro* Staachaſch.

חזקה שתאאחש

Xenoph. Hellen.l.1.

Athenienſes recuperant Perinthum, Selymbriam, Chryſopolim, atque inibi arcem ſtruunt, cuius beneficio naues Ponticas, decimam mercium ſibi, tributi nomine, pendere cogunt. Vnde & arx δεκατευτήριον *dicta pleraſque Thraciæ vrbes ſibi adiungit Thraſybulus, Byzantium obſidet Theramenes.*

Pharnabazus liberalitate magnâ La-
A *cedæmonijs naues & pecuniam præbet, eò largiùs quod videbat ſuam prouinciam ab Alcibiade infeſtari. Lacedæmonij Pylum obſident, capiunt annis* XVI, *poſtquam ab Athenienſibus occupata fuerat.*

XXII. XII.

B

HERMOCRATES.

Olympias XCIII. Eubotas.

A. M. 3592. Perſ. 132. V. C. 346. Ante Dn. 408.

Darij Nothi XVI. Belli Pelop. XXIV. Pr. Euctemone.

C Ephoro Euarchippo.

Xenoph. Helle.l.1. Diod.l.13.

THraſyllus Athenienſis Colophonem capit, Lydiam populatur, Mileſios prælio ſuperat, ducentis occiſis, cum Epheſijs pugnans primo trecentos viros amittit, dein XXV *naues profligat.*

D *Syracuſani Lacedæmonijs gratiam referentes auxiliares aliquot naues ipſis dederant Hermocrate duce. Vbi eas cum Mindaro perijſſe audierunt, Hermocratem & reliquos, qui euaſerant, quaſi eorum culpâ contigiſſet clades, exilio damnauerant. Hermocrates tamen in Sici-*
E *liam delatus in Carthagininenſium ſocios graſſabatur. Circa Himeram magnum inſepultorum cadauerum numerum conſpicatus, quærit, quo loco ſtetiſſent Syracuſani. Horum oſſa legit, Syracuſas mittit. Quò minus ſepeliantur, obſtat, Diocles Hermocratis odio. Populus Diocli*
F *ſuccenſet, ſolum vertere iubet. Necdum tamen Hermocrates reditum impetrare poterat. Syracuſas ergo clam ingreditur cum armatis. Id ſiniſteriùs interpretatus populus in Hermocratidas inſurgit. Concurritur. Cadit Hermocrates cum mul-*

Digitized by Google

tis. Captiui clementer tractantur, inter quos & Dionyſius, qui poſtea tyrannidem inuaſit. Huic pœnas luerunt Syracuſani ſua in Hermocratem ingratitudinis. Cæterum falli videtur Xenophon, qui inter legatos ad Darium anno ſequente miſſos, etiam Hermocratem Syracuſanum adnumerat, atque eos triennium à Pharnabazo detentos, ac vix tandem abſolutos, niſi forſan alius quiſpiam eſt Hermocrates.

NEHEMIAS.

MEritò Syrus ait *Diſcipulus eſt prioris poſterior dies*. Non niſi paſſim ceſpitando veri metam adipiſcimur. Vix dum excuſum erat proximè præcedens folium, quo ad A. M. 3557 de Nehemiâ explicaui, quod legitur Nehem. 7. 65. videlicet inductus proximè ſequentibus verbis Nehem. 8. 10, cùm incidi in CXVI eruditiſſimi Rainoldi prælectionem. Is ex Abenezrâ docet Atetſatam eſſe non proprium nomen, ſed officij. Perſuadet imprimis He demonſtratiuum cum ſuo puncto Dageſch. Ita perſpicuæ fiunt compoſitionis partes. Nam *Sta* quod poſt *Schin* ſcribitur per *Samech*, vt in *Achaſch-ſta*, poteſt alibi ſcribi per *Schin*, vt in *Tir-ſchata*. Vocula *Tir* freques itidem eſt in nominibus Perſicis, qualia ſunt hæc, *Tiribazus, Tiridates, Terituchmes*. Igitur *Tir-ſchata* nomen eſt officij, quo nomine Regum Perſidis in Iudæâ fungebatur Zorobabel ſub Cyro, Cambyſe, Dario Hyſtaſpidâ, Nehemias ſub Artaxerxe Lógimano & Dario Notho. Igitur de Zorobabele intelligendum puto, quod dicitur Eſdræ 2. 63, & Nehemiæ 7. 65. De Nehemia verò, quod dicitur Nehem. VII. 70. VIII. 10.

הא
הידיעה

אחש
סתא
תרשתא

Erant Aaronitarum viginti quatuor familiæ ſacerdotales, quarum principes, qui ſub Ieſuâ Iotſedeki filio vixerunt, duos tantum & viginti numerat Nehemias cap. XII. Cauſa videtur eſſe, quod duarum familiarum locum obtinerent primarius & ſecundarius Sacerdos. Sub Ioakimo verò Ieſuæ filio viginti tantum numerat Nehemias, quod viuerent adhuc Chatthuſch, & Mijamin, qui ſeptimo & quarto decimo loco numerati fuerant ſub Ieſuâ. Ioakimo natus eſt Eliaſib, huic Ioiadah, huic Ionatan, ſiue Ioannes, Huic Iaddua. Et Iaddua quidem iam natus erat, cùm ſcriberet Nehemias. Ait enim. *Temporibus Eliaſibi, Ioiada, Iohannis, & Iaddua ſcripti ſunt Leuitici principes* πατριῶν *& Sacerdotes vſque ad regnum Darij Perſæ*. Sed ne quis putaret iam tum Iadduam fuiſſe Sacerdotem, quaſi κατ' ἐπανόρθωσιν addit. *Leuitici principes parentelarum inſcripti ſunt Chronicis vſque ad tempora Iohannis filij Eliaſibi*. Quod Iohannes dicitur filius Eliaſibi potiùs quàm Ioiadæ, hæc cauſa fuiſſe videtur, quod eſſet opiter, cui mortuo patre Ioiadah ſuperſtes eſſet auus Eliaſib. Igitur Darius hic, cuius meminit Nehemias, eſt nothus, cuius ſextus decimus annus videtur fuiſſe Nehemiæ poſtremus, vt Eſdræ ſimul & Nehemiæ præfectura fuerit annorum vnde quinquaginta. Ita magna lux affulgebit hebdomadibus Danielis. Huic

1. Chron. 24. 1.

Nehem. 12. 11.

Daniel. 9. 25.

enim Gabriel. *Scito*, inquit, *ab emiſſione verbi de readificandis Hieroſolymis vſque ad Chriſti principatum futuras hebdomadas ſeptem, & ſexaginta duas.* Intra hebdomadas ſeptem *inſtaurabitur platea & murus, idque in anguſtiâ temporum. Poſt hebdomadas autem ſexaginta duas excindetur Chriſtus, idq; non ſibi.* Prius tamen *confirmabit* Chriſtus *fœdus hebdomade vnâ*, cuius vltimo anno exciſus, i. paſſus eſt Meſſias. Ita commodè diſtributas habemus LXX Danielis hebdomadas in ſeptem, ſexaginta duas & vnam. Septem hebdomades aſſignantur inſtaurationi muri ac plateæ in temporum anguſtiâ factæ, quibus verbis, cùm murus perfectus ſit duodus & quinquaginta diebus, quid commodiùs intelligere poſſumus, quàm Eſdræ ſimul & Nehemiæ principatum? Inſtaurarunt hi quantumuis rerum aduerſarum anguſtijs coarctati murum, plateam, politiam ciuilem & eccleſiaſticam. Sequentes hebdomades ſexaginta duæ deducunt nos vſque ad annum V. C. 780, quo vndetrigeſimum ætatis annum iniuit Chriſtus. Paulò poſt Ioh. Baptiſta, dein Chriſtus prædicare cœperunt vſque ad vltimum ſeptuageſimę hebdomadis annum, quo paſſus eſt Chriſtus.

Nehemiæ liber vulgò dicitur Eſdræ ſecundus. Huic alij duo ſubnectuntur. Eſdræ quidem nomine ſcripti, ſed diu poſt Eſdram. Hos quidem Patres nonnunquam Eſdræ nomine citant, eoq; tanquam canonicos, ſiue titulis credentes, prout, quò quiſque candidior eſt, eò minus eſt ſuſpicax, ſiue breuitatis ſtudio

A potiùs quàm credulitatis vitio. Sed
quoties diſertè fuit inſtituendus li-
brorum canonicorum catalogus, ha-
ctenus extitit nemo, qui plures duo-
bus libris Eſdræ tribuerit. Reliquos
duos ſuppoſititios & fabuloſos eſſe
diſertè teſtantur Hieronymus, Tho-
B mas Aquinas, Clemens VIII. Bellar-
minus autem, Sixtus Senenſis, Ioh.
Rainoldus id ab Hieronymo verè
dictum eruditè probant ex ijs quæ
habentur l. 4. c. 6. de Behemoth &
Leuiatam, c. 13. de decem tribubus in
alium ac nobis inacceſſum orbem
C ablegatis c. 14. de libris quatuor &
ducentis, quos Eſdras eructatus di-
citur, & de LXX voluminibus ſapien-
tiæ fontem continentibus, ſed cum
pauculis tantum ſecretò communi-
candis. Sunt hæc deliria merè Iudai-
ca, atque adeò pluſquam Iudaica,
D quæ meritò totius orbis Chriſtiani
iudicio pridem exploſa ſunt. Vnum
ſupereſſe puto, quod non ſine cauſ-
ſâ, nec ſine fructu diſquiri queat,
nempe quandonam ſub Eſdræ no-
mine conficti ſint hi duo libri. Ad
eam rem coniecturis opus eſt. Eas
E expēdet pius lector. Primum vtrum-
que Pſeudoeſdram vnius authoris
eſſe colligo, quod, cùm prior à Ioſia
rem repetat, alter ſic incipit. *Secun-
dus liber Eſdræ.* Sed prior ante Domi-
tiani mortem ſcriptus ſit neceſſe eſt.
Nam Ioſephus, qui ſuas Antiquita- Ioſeph.
F tes abſoluit tertiodecimo Domitia- Ant. l. 11.
ni anno meminit fabellæ, quæ de c. 4. & l. 20.
Zorobabele refertur in eo libro, qui
tertius Eſdræ dicitur. Fabularum au-
tem libri quarti nuſquam meminit
Ioſephus. Meritò. Nam libri quarti

cap. duodecimo recenſetur hiſtoria duodecim Cæſarum ad necem vſq; Domitiani. Vnde colligas authorem ſcripſiſſe ſub Neruâ. Regnabat is anno triceſimo poſtquam imperium auſpicatus fuerat euerſor templi Veſpaſianus. Hæc potuit eſſe cauſa, cur viſiones illas oblatas Eſdræ fingat anno triceſimo poſt euerſum à Nabuchodonoſore teplum, à quo cum numeret annos quadringentos ad paſſionem vſque Chriſti, ſequitur eum numeraſſe tantum annos 490 à primo Nabuchodonoſoris ad ſecundum Veſpaſiani, quem fœdum errorem auiditate malignâ complexi ſunt omnes Iudæi.

Vide A. M. 3410.

Lex nonnunquam totum vetus Teſtamentum complectitur. Cùm igitur LXX dicuntur à Ioſepho vertiſſe legem, intelligendum eos totum vetus inſtrumentum vertiſſe. At certè non verterunt duos iſtos ſuppoſititios Eſdras, qui nondum extabant. Quam ob cauſſam hodieque pleræque Græcæ Teſtamenti veteris editiones vtrumque Pſeudoeſdram ignorant. Quod vterque, vel aliorum prior in quaſdam editiones irrepſit, puta in Aldinam, ſiue Venetam & in eam quâ vſus eſt autor Synopſeos, quæ S. Athanaſio affingitur, non continuò putandum in omnes Eccleſias ſtatim ab initio vel proximè poſt Apoſtolorum tempora diffuſum hoc vitium. Itaque probabilior mihi videtur Bellarmini ſententia, qui putat Innocentium I, Africanos, Gelaſium in canone recenſendo non Pſeudonymos, ſed tantum genuinos Eſdræ libros in canonem admiſiſſe, quanquam ſciò aliter viſum doctiſſimo Rainoldo.

Rainold. de Apocryphis prælect. 27.

XXIII. XIII.

ALCIBIADES.

A. M. 3593. Perſ. 133. V. C. 347. Ante Dn. 407.
Darij Nothi XVII. Belli Pelop. XXV. Pr. Antigene. Ephoro Pantade.

Xenophon Hellen. l. I. Diod. l. 13. Plutarch. Alcib.

Ἔαρος, inquit Xenophon, ἀρχομένου δυοῖν καὶ εἴκοσιν ἔτοιν πολέμου παρεληλυθότων. *Hæc notatio temporis alieno loco poſita eſt, quæ ſtatim initio libri poni debuerat hoc modo,* Μετὰ δὲ ταῦτα δυοῖν καὶ εἴκοσιν ἐτῶν παρεληλυθότων ἔαρος ἀρχομένου ὁ πολλαῖς, *&c. Alcibiades Chalcedonem & Byzantium capit* ἐπεὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, *i. ſub finem hyemis.* Ἀρχομένου δὲ ἔαρος *in Cariam nauigat, tributi talenta centum exigit. Dein Athenas venit, Plynteriorum feſto, Thargelionis* XXV, *Junij quinto, vergente ad exitum Euctemonis Præturâ. Quia autem inter* ἀποφράδας *omnes & nefaſtos dies hic omnium infauſtiſſimus cenſebatur, ideò aduentum hunc quidam Alcibiadi & Reip. ominoſum fore coniectabant. Nec deerant, qui plura eius malefacta, quam beneficia recenſerent. Vicit tamen admiratio hominis tot caſus experti, ducentis hoſtium nauibus potiti. Abolentur edicta in eum olim ſancita. Laudibus obruitur, dux belli totius eligitur, neque multo poſt leuem ob cauſſam exauthoratur.*

Darius Cyrum filium ſuum cum ſummo imperio in Ioniam mittit. Lyſander multum de Tiſſaphernis fraudibus &

Digitized by Google

auaritiâ queſtus proteruis in diem obolis, quaternos impetrat, cum primò ſenos obolos, i. drachmam Atticam ſingulis militibus pollicitus fuiſſet Tiſſaphernes. Agis Athenas vacuas arbitratus, vndecunque corradit peditum grauis armaturæ XXM. *leuis* XIVM. *equites* MCC. *Sed ſpe deluſus cum pudore regredi cogitur. Hæc omnia Diodorus ſub Euctemone, Xenophon ſub Antigene narrat. Vero propiùs mediam partem Euctemoni, mediam Antigeni aſsignaris. Antequam vlteriùs pergo, ſoluendus eſt nodus quem nectunt verba Xenophontis dicentis de Alcibiade, καὶ μετὰ τὸν κατάπλουν τρίτῳ μηνὶ ἀνήχθη ἐπ' Ἄνδρον. Xenophon aliud dicit, aliud intelligit, tertio menſe poſt aduentum ſoluiſſe ait, qui totos tres amplius menſes, at certe non totos quatuor menſes Athenis commoratus fuerat. Venit Athenas die Plynteriorum, h. e. Thargelionis* XXV, *Junij quinto. Hecatombæon ſequens cœpit Julij decimo. Ea die magiſtratum inierunt Antigenes & Pantacles. Boedromion cœpit Septembris octauo. Magna eaque trieterica Cereris myſteria fiebant tertio quoque anno,* XV. *menſe poſt vel decem menſibus ante agonem Olympicum à Bœdromionis* XV. *vſq; ad* XX. ᾗ τὸν μύστικον Ἄκχον ἐξῆγον, *i. quâ die Myſticum Bacchum in pompâ circumducebant, inquit Plutarchus in Phocione. Cum igitur inde ab initio belli Deceleici, Athenienſes coacti fuiſſent ſacra illa mari peragere, Alcibiades dedit operam, vt poſſent tutò peragi in terra, quod magni beneficij loco habitum eſt. His ſacris operatus Boedromionis* XXI, *Septembris* XXVIII *è portu ſoluit Andrum petens.*

p. 258.

Hoc circiter anno Lacedæmonij cùm

A *viderent ſtationarios ſuos milites, quos Deceleiæ collocarant, ambulationibus veſpertinis, potiùs quàm incurſionibus in Atticam vacare,* δειλινὼ ποιούμενοι τῷ χρόνῳ τὴν φρουρὰν, καὶ παραμυθούμενοι πανταχόθεν αὐτὸν εἰς τὰ ἐπιτηδεύματα, *ſuo more Scytalam ad ducem ſuum mittunt, in quâ ſcriptum* Ælian. l. 2. c. 5.

B *erat.* Μὴ περιπατεῖτε. Ne ambuletis. *Rationem addebant tabellario verbatim.* Δεῖν Λακεδαιμονίους οὐ διὰ περιπάτου, ἀλλὰ διὰ τῶν γυμνασίων τὴν ὑγείαν ποιεῖσθαι. Oportere Lacedæmonios non ambulationibus ſed exercitijs militaribus valetudini conſulere.

C

XXIV. XIV. Pythias XLV.

A. M. 3594. Perſ. 134. V. C. 348.
Ante Dn. 406. Darij Nothi XVIII.
Belli Pelop. XXVI. Pr. Callia,
Ephoro Pitie.

D *HVnc annum ſic deſcribit Xenophon* τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει ᾧ ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας καὶ τῷ πολέμῳ τεττάρων καὶ εἰκοσιν ἐτῶν παρεληλυθότων, *&c. Xenophon annum à vere inchoat, quo ineunte, nondum præterierant anni ſolidi* XXV. *ab Archidami in Atticam incurſione, à* Xenoph. Hellen. l. 1. Diod. l. 13.

E *qua quidam hoc bellum auſpicantur. Luna vero deliquium non vere, ſed Autumno Octobris decimo, feriâ quintâ contigiſſe putant Caluiſius & Temporarius. Sed vero propius eſt à Xenophonte deſignari Kalendas Apriles, quâ die Lunæ latitudo erat graduum 77. 17′. 5″. &* Ioh. Temp. Chronol. l. 3. p. 204.

F *conſequenter eclipſis capax.*

Callicratidas Lacedæmonius cum nauibus CL. *Cononem viribus imparem inſequens nauium* XXX *fit potens. Conon poſtea viribus auctus cum claſſe nauium* CL. *Callicratidam adoritur iuxta Ar-*

Digitized by Google

ginuſas vincit, Athenienſes amittunt naues XX, *Lacedæmonij* LXX. *Callicratidas ipſe cadit. Victoriam perſequi vetuit tempeſtas. Ea res ducibus crimini data, ſuaſore Callixeno: ſex vltimo ſupplicio affecti, & mox plurimum deſiderati. Callixenus ipſe male perit. Cyrus duos ex*
B *agnatis ſuis obtruncat, quod ſibi regios honores non exhibuiſſent. Ob id à patre arceßitur facti rationem redditurus, an ad cernandam hæreditatem, quia moribundum ſe ſentiens Darius domui ſuæ proſpicere volebat.*

Hermocrates Syracuſanorum gratiam
C *captans Carthaginienſium tributarios vexauerat. Eo perempto Pœnis ſatisfactum videbatur. At illi pœnas à totâ Siciliâ ſumpturi colligunt, vt Ephorus,* CCCM. *vt Xenophon & Timæus* CXXM *hominum imperium totius Siciliæ ſibi ſpondentes. Initium faciunt ab Agri-*
D *gentinis, qui omnium humanißimi in Selinuntios fuerant, vt pote hoſpitales ac munifici, ſed luxu perditi. Huius luxuriæ matrem opulentiam, olei præcipue commercio comparauerant. Erant capitum* CCM. *Eò vberiorem prædam futuram ratus Annibal vrbem obſidet. Sed*
E *dum impetu potiùs quàm conſilio rem agit, à Syracuſanis impetitus, vnis caſtris & vitâ ſpoliatus temeritatis & ſæuitiæ pœnas luit. Quod ſi altera caſtra, quibus præerat Himilco, eodem impetu adorti fuiſſent Agrigentini, bellum vno die confici poterat. Obſtitit cæcitas, ignauia,*
F *& Himerenſium recens exemplum, quibus temeritas damno fuerat. Ea res multis ducibus fraudi fuit. Siquidem lata culpa dolo proxima eſt, & quidam proditionem ſuſpectabant. Octo tamen menſes reſtiterunt Agrigentini. Tandem re-*
A *liquus Afrorum exercitus, fame peſteq; confectus iam domuitionem parabat, cum Syracuſani negligentiùs Agrigentinis frumentum aduehentes naues ſuas ab Himilcone intercipi patiuntur. Hæc fuit Agrigentini fundi calamitas. Omnes quoquo verſus nauibus diffugiunt. Reli-*
B *qui Himilconis ſæuitiæ præda fuerunt. Huius cladis commiſeratio Syracuſis diſſenſionum ſemina ſpargit, dolo Dionyſij, qui nobilißimum quemque ignauiæ aut proditionis inſimulans effecit, vt ipſe primò cum Hipparino & alijs, dein ſolus dux eligeretur. Poſtea inſidias à nobili-*
C *bus ſibi ſtrui fingens, corporis cuſtodes impetrat, exules reuocat, militum aucto ſtipendio gratiam emercatur, tyrannidem denique munimentis omnibus ſtatuminat, quam vſque ad vitæ finem perpetuauit, annos circiter duodequadraginta. Et reliquos quidem collegas ſuos vi vel frau-* Plato ep. 7 Plutarch.
D *de circumſcriptos procul amolitus eſt.* in Dione.
Vnum Hipparinum ob ſenectutem minus ſuſpectum ſibi adiunxit ducta in matrimonium eius filiâ Ariſtomachâ, ex quâ & Dionyſium II. ſuſcepit. Erat hæc Dionis ſoror. Ælianus Ariſtænetam *vocat, aitque Dionyſium I. duas eodem die vxo-* Ælian. lib. 13. c. 10.
E *res duxiſſe Ariſtænetam, & Doridem Locrenſem.*

Superſtitioſis ſuperſtitioni firmandæ nunquam defuit prætextus. Dionyſium Ælian. lib. 12. c. 46.
ferunt ante aliquot annos vadum equo traijcientem, cum equum collabentem ſentiret, in ripam inſiluiſſe. Paulò poſt
F *equus ad eum reuertitur. Dionyſius equum iuba prehendit. Dum laſciuientem equum demulcet, examen apum in manum incidit. Super eo conſulti vates reſpondent regnum Dionyſio portendi. Hos vates* γαλεώτας *vocat Ælianus. Quin*

& *Phanodemus & Rinthon apud Heſychium aiunt in Sicilia vates γαλεὺς vocari. Videlicet Syris Gau, Siculis γάλλια dicuntur inteſtina: γαλεὸς, eſt ἀσκάλαβος, ſcarabæus, &* γαλιᾶν, ἀκολασταίνειν, *laſciuire. Quidni verò proteruos & ſcarabæos voces, qui in brutorum inteſtinis cæli fata rimantur?*

Lyſias aduerſus Alcibiad.

Alcibiades pollicitus fuerat futurum, vt ſi reuocaretur Athenas, Darius Perſarum rex in ſui gratiam claſſem Athenienſium aleret. Alcibiades tamen claſſis dux electus neq; quidquam eximium aduerſus Lacedæmonios præſtitit, & ducenta talenta ab Athenienſibus accepta dilapidauit. Quamobrem, licet & dicendi peritus eſſet, & amicis ac opibus abundaret, tamen Athenas factorum rationem redditurus redire non eſt auſus, ſed apud Thracas aut quamuis aliam vrbem exulare maluit, quàm in patriam reuerti. Sed & pater eius ac ſocer Megacles bis vterque ab Athenienſibus ἐξωστράκισται, *Oſtraciſmo mulctatus fuerat. Quin & libidinibus adeò infamem fuiſſe familiam hanc contendit Lyſias, vt quidam ex ſororibus, quidam ex filiabus liberos ſuſceperint.*

XXV. XV.

LYSANDER.

A. M. 3595. Perſ. 135. V. C. 349. Ante Dn. 405. Darij Nothi XIX. Belli Pelop. XXVII. Pr. Alexia. Ephoro Archyta.

I*Dem circiter annus duabus ampliſſimis & æmulis vrbibus Syracuſis & Athenis libertatem eripuit.*

Xenoph. Hellen. l. 2. Diod. l. 13. Plut. Lyſ. & Alcib.

A *Cyrus à patre Dario vocatus ſuas vrbes Lyſandro tradit. His opibus auctus aſtu tamen quam viribus agere mauult Lyſander. A Conone igitur* CLXXX *nauium numero ſuperbiente toto quatriduo laceſſitus pugnam detrectat. Conon quaſi confecto bello negligentiùs agere &*
B *longiùs vagari incipit. Alcibiades tum in Thraciâ exulans monet cauendas Lyſandri inſidias: duorum Thraciæ regum auxilia pollicetur, modo in partem curarum vocetur. Conon exulis opem & conſilium aſpernatur. Tum verò (ſi Lyſiæ credimus aduerſus Alcibiadem huius*
C *Alcibiadis filium declamanti) indignatus Alcibiades claſſis incuriam Lyſandro ſignificauit.* Auſus eſt, *inquit Lyſias*, cum Adimanto claſſem Lyſandro prodere.

Vt vt ſit, ea erat Alcibiadis felicitas ac ſolertia, vt beatiùs propemodum exu-
D *laret in Thraciâ, quam in patriâ regnaſſet. Lyſander, vbi ſecure palantes Cononis naues vidit,* περὶ αἰγὸς ποταμοὺς *non procul à Lampſaco derepente Cononem adortus in fugam conijcit. Conon vix cum nouem nauibus euadit. Reliquas aut mergit aut occupat Lyſander. Gylippo*
E *Scytalam & talenta* MD *Lacedæmonem perferenda tradit. Gylippus Scytalæ oblitus* XXX *talenta ſuffuratur. Lacedæmonij auri pellaciam deteſtati minimo minus Lyſandro iraſci cœperunt, qui vrbem & Lycurgi inſtituta ante annos* CCCCLXXX *ſancita, & hactenus ſanctè obſeruata te-*
F *meraſſet, vetant, ne cui priuatim aurum poſſidere liceat, ſic Lycurgo ſe ſatis facturos arbitrati. Lyſander victoriam impigre perſequens Athenas ducentis nauibus mari obſidet, Agis & Pauſanias terrâ. Pacem petentibus Athenienſibus Lacedæmonij*

Lyſias in Agoratū. *Lacedæmonij reſpondent ſe daturos, modo longorum murorum dena vtrimque ſtadia euertant. Iniquum id Cleophonti viſum. Theramenes gloriatur, ſi mittatur Spartam legatus* αὐτοκράτωρ *de pace acturus, ſe conſequuturum, vt Piræi longi muri conſeruentur, ſeque alias aliquot tolerabiles conditiones impetraturum. Spartam miſſus terit tempus, vt obſidionis tædio & cladium numero enectus populus quibuſuis conditionibus pacem redimeret. Interim Cleophontem per factionis ſuæ complices calumnijs circumſcribendum curat, quaſi libertatis vindicem. Subornatur & Agoratus, qui quaſi inuitus proferret nomina* στρατηγῶν καὶ ταξιάρχων, *quaſi cum hoſtibus occulta haberent conſilia. Paulò poſt duces carceri mancipatos Lyſander ita vrget obſidionem vt coactus ſit populus ſe dedere multò deterioribus quàm pridem conditionibus.*

1. Reg. 23. 13. Diod. l. 13. *Amilcar, ſiue Chamilcar, qui Latinis etiam, Himilco (Græcis Hamilcas vocatur) Agrigento diruto Gelam obſidet. Gelenſibus opem fert Dionyſius Syracuſanus* XXXM. *militum ducens. Sed nec Gelam, nec Camarinam, tanti eſſe arbitratus, quæ ſeruari poſſent, aut mererentur, iubet omnes mature Syracuſas petere. Id Syracuſani mala mente fieri arbitrati in Dionyſij ædes inuolant, omnia diripiunt. Vxorem eius, Hermocratis filiam male tractant. Ea pudori conſulens ſibi manus infert. Interim ſuperuenit Dionyſius, & Syracuſanorum petulantiam ſtrenue vlciſcitur. Carthaginenſes harum ſeditionum ignari, & ſuopte ingenio, in ſuſcipiendis bellis acres, continuandis impares, Dionyſio pacem offerunt, eâ lege, vt ipſi bello parta teneant,*

A *Dionyſius Syracuſas, reliqua Siciliæ ſui iuris ſit. Conditiones lubens ſuſcipit Dionyſius, ſatis ſciens ſe Siculis ſimul & Pœnis edomandis minimè parem eſſe. Xenophon hæc in ſequentem annum differt.*

Currente adhuc Olympiade XCIII. *Euripides Mneſarchi & Clitus filius moritur natus annos ſeptuaginta quinque. In vtero geſtabatur à matre, quo tempore Xerxes in Græciam traiecit, natus eſt quâ die à Græcis victus eſt. Palæſtræ primum, dein picturæ ſtuduit, 3. Rhetoricæ ſub Prodico, 4. Philoſophiæ ſub Socrate & Anaxagorâ. 5. Poeticæ, compertus Anaxagoræ periculoſam fuiſſe ſuam Philoſophiam. Mulierum oſor bis tamen vxorem duxit, vtramque repudiauit. Cum cæcâ nocte turpem ob cauſam ſolus iret, canes vel mulieres ab æmulis Poëtis irritatæ eum laceraſſe dicuntur.* *Suidas. Val. Max. l. 9. c. 12. A. Gellius l. 15. c. 20.*

XXVI. XVI.

XXX. Viri. Olympias XCIV.

A. M. 3596. Perſ. 136. V. C. 350. Ante Dn. 404. Artax. Mnemonis I. Pr. Pythodoro. Ephoro Eudico.

Hunc annum rectè Diodorus vocat DCCLXXX *ab Ilij excidio, eum, inquam, qui fuit belli Peleponneſiaci & libertatis Athenienſium vltimus. Plutarchus ait Athenas ſex menſes obſeſſas Munychionis* XVI. *captas. Id conuenit Martij* XXVI. *Thebani cenſebant vrbem funditus ſubuertendam, quomodo Athenienſes Scionem, Melum, Toronem tractauerant. Lacedæmonijs glorioſius viſum eſt hoſti parcere. Naues Athenienſium & arx vrbis Lyſandro traduntur.* *Diod. l. 14. Plut. Lyſ. & Pelopida.*

TT

Democratia in Oligarchiam mutata.

Rurſus Lacedæmonij Piræum & longos muros ſolo æquant. Plures duodecim nauibus habere vetant. Paulò poſt Athenas captas obiiſſe Darium Nothum teſtatur Diodorus, cum regnaſſet annos XIX. *Succedit Artaxerxes filius, Mnemon dictus, i. Memor, ſiue Memorioſus regnatque annos* XLII. *Athenis ſponte Lyſandri eliguntur* XXX *viri, quaſi leges conſcripturi. Factum id poſt Pyrai euerſionem, & quidem, vt videtur, Hecatombæone menſe, qui cœpit Iulij ſeptimo.* Κατὰ δὲ *(forte* μετὰ δὲ*)* τοῦτον τὸν χρόνον περὶ ἡλίου ἔκλειψιν Λυκόφρων, *&c. Hæc eclipſis contigit Septembris tertio, feriâ ſextâ. Per id tempus Lycophron Pheræus in Theſſalia dominationem vſurpat. Lyſander Samum capit, totoque Athenienſium imperio ſubacto Oligarchia atque adeo decadarchia vbique inſtituta. Rebus compoſitis Lacedæmonem victor redit ſub finem æſtatis, i. ineunte hyeme,* ἐς ὃ ἑξάμηνος καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. *Bellum hoc cœpit exeunte Æneſiæ Magiſtratu. Xenophon ab ineunte initium facit, h. e. ab æſtate A. M. 3568. Hinc ad finem huius anni & hyemis initium ſunt anni* XXVIII *menſes ſex. Ita non male rationes init Xenophon. Sed illud incommodum, quod deinceps nullam temporum notationem, annorumue diſtinctionem adhibet. Nos eam à Diodoro petemus. Interim Athenis* XXX *viri conſtituendæ Reip. cauſſâ conſtituti, ſæuire incipiunt primùm in peſſimos, dein in locupletiſſimos, poſtremò in optimos quoſque. Theramenes hactenus ſeruire foro & tempori cedere edoctus (vnde à quibuſdam Cothurno verſatilior dictus) tamen improbitatem collegarum pertæſus,*

Xenoph. p. 170. Editionis H. Steph.

A *fortem animum induit. Critiæ omnium peſſimo obnititur, feriâ ſed ſerâ conſtantiâ, à collegis accuſatur, & cicutam bibere cogitur. Hinc terror in reliquos. Fugit optimus quiſq;. Vetant Lacedæmonij ne quis fugitiuos recipiat. Ita paſſim quaſi fugitiua mancipia obtorto collo retra-*
B *huntur in vrbem. Hac Lacedæmonum in victos ſæuitia, & in ſocios impotētia multorū animos alienauit. Primos Thebanos perculit indignatio in Laconas, & in Athenienſes, quibus hactenus omniū infenſiſſimi fuerant, commiſeratio. Hi feſtiuum edictum faciunt.* Si quis Athenienſium
C tyrannos fugiat aut in tyrannos arma comparet, Bœotorum nemo videat, nemo audiat. *Poſthac etiam mulctam indicunt, ſi quis ſiccis oculis aut remiſſis manibus Athenienſem ad* XXX *tyrannos pertrahi viderit. Dionyſius Syracuſanis perdomitis egreditur vrbe, ad*
D *Erbeſenos debellandos. Ciues nihil morati è veſtigio recuperandæ libertati animum intendunt. Munitiſſima quæque vrbis loca occupant. Iamque de laqueo cogitabat Dionyſius, cùm precatus, vt cum quinque nauibus diſcedere liceret, & conſpicatus eos, quaſi re confectâ ne-*
E *gligentiores iam factos, in vrbem irrepit, munita vrbis loca reciperat, & arctioribus, quàm pridem, compedibus Syracuſanos vincit. Iam Syracuſæ, iam Samos, iam Athenæ ceciderant, perierat & Darius, & adhuc ſtabat Alcibiades Lacedæmonijs & Athenienſibus*
F *inuiſus, de vtriſque optimè & peſſimè meritus. Lyſander per literas Pharnabazum monet nunquam tranquillo, nunquam tuto loco fore res regis, quandiu viuat iſte Chamæleon. Pharnabazus Lyſandro & ſuo dolori credens per emiſſa-*

Digitized by Google

rios è medio tollit hominem, cuius virtutes & vitia, proſpera & aduerſa, humanum modum videntur exſuperaſſe. Perierat Græcia, ſi duos Alcibiadas, duoſque Lyſandros ſimul tuliſſet.

Thraſybulus fugitiuos Athenienſes colligit, I. ſeptuaginta, dein ſeptingentos, tum mille, occupatque I. Phylem centum ſtadijs ab vrbe diſtantem dein Munychiam, tum Piræum. Xenoph. Hellen. l. 2. p. 278. *Prælioq; cum* xxx. *Tyrannis proſpere facto per Cleocritum præconem ἀμνηστίαν ciuibus pollicetur. Solos ſe Tyrannos petere.* Non videtis, *inquit*, vos peſtem veſtram fouere, ſalutem fugere, vix plures Athenienſes Peloponneſij omnes decennali bello, *i. Deceleico* occiderunt, quam hi xxx viri menſibus octo. *Athenienſes Lacedæmonum potentiam veritì, tyrannos quidem abigunt, ſed Laconicam Decadarchiam inſtituunt. Decemuiri nihilo meliores* xxx *viris, ſed per occulta & magis fida illis fauentes vrbem intus lacerant, cum foris imminerent Thraſybulus è Piræo,* xxx *viri Eleuſine. Poſt* xxx *viros Pythodorum Prætorem electum colligo ex Lyſiæ Areôpagitico. Idem Lyſias aduerſus Alcibiadem Alcibiadis filium.* Illi quidem, *inquit*, maris imperium Lacedæmonijs tradiderant, vt vobis imperarenr. Veſtra verò multitudo reuerſa hoſtes quidem abegit, ciues antem etiam illos qui volebant ſeruire, libertate donauit.

Cteſias ait Darium Nothum, qui & Ochus dictus, regnaſſe annos xxxv. Sed cum id verum eſſe non poſſit crederim legendum ἔτη ιθ´, ἡμέρας λε´. Vt dicamus eum regnaſſe præciſe annos vndeuiginti & dies xxxv. Sic enim dixerat Cteſias Secundia-

A num regnaſſe menſes ſex, dies xv. Xerxem dies XLV. Cyrus Babylonem venerat aliquantò antequam ſupremum diem obiret pater Darius. Sed iam validiùs erant firmatæ res Arſacis, quam vt regnum obtinere potuerit à Dario, licet id percupien-
Cteſias. Plutar. in Artaxer.

B te matre Paryſatide. Pater quoque Cyrum quàm Arſacem impenſiùs diligere videbatur. Et erat in promptu ratio. Nam Xerxes Dario regnanti natus fratri primogenito, ſed nato ex patre priuato prælatus fuerat. Sed iam opes, arma, procerum

C plerorumque ſuffragia penes Arſacem erant. Regnum igitur obtinet Arſaces & Artaxerxem ſe dici iubet. (Additum & à Græcis δακρυτικὸν Mnemonis epithetum) multum indignante Cyro. Quam ob cauſſam vitæ diſcrimen incurrit, maieſtatis ac-

D cuſatus. Sed Cyrum vix duodeuiceſimum annum agentem puerilis propemodum ætas & matris lachrymæ præſenti periculo exemerunt. At certe inuitiſſimâ Paryſatide Artaxerxis vxor Statira in paternę necis autores graſſata eſt. Siquidem Vdiaſtam, qui

E Darij iuſſu Terituchmem interemerar, excarnificari iuſſit, linguam abſcindi & pone auelli. Vdiaſtæ vero filium Mithradatem, qui Terituchmę filiolum ſtrenuè protexerat, Vdiaſtæ Satrapia donauit. Poſtea tamen & Mithradates exſatiandæ Paryſatidis

F iræ datus, & ab ea Perſicâ immanitate tractatus eſt. Siquidem Perſicum erat aleę iactu virorum illuſtrium capitibus illudere, videbanturq; veluti certatim contendere, vt viri fœminas luxu, fœminæ viros ſæuitiâ ſupe-

tarent. Cæterum *Art*, & *Eres* ſiue *Ars* pro eodem ſumi poteſt. Itaque Mnemonis prænomen eſt *Arſes*, vel, vt Dino pronuntiat apud Plutarchum, *Oartes*. Additum nomen *Achaſch*. Ita fit *Arſaces*, vel *Arſicas*. Vbi regnum obtinuit, aſſumpſit cognomen *Sta*. Ita dictus eſt *Artachaſch-ſta*. *Artaxeſtes*, pro quo Græci dicunt *Artaxerxes*, vel, vt Plutarchus *Artoxerxes*. Nomen vxoris *Statira* idem quod *Thirſata*.

ארת אחש
סתא שתא
תירה תיר
סתא

XXVII. XVII.

A. M. 3597. Perſ. 137. V. C. 351. Ante Dn. 403.

Artax. Mnem. II. Pr. Euclide.

Xenoph. Hellen. 2. Diod. l. 14.

LYſander, cui fidem frangere, peierare luſus iocuſque erat, tot populis ſubactis, tot vrbibus expilatis, ne teruncium quidem ſibi relinquit, omnia Reip. reddit, præter virtutis bellicæ laudem nullius auarus. Huic ſubſtituitur Nauarchus Clearchus. Is interritus, ſed immitis ac ferox, feruente bello admirationi erat, vbi deſierat periculum, odio.

Cteſias. Plut. in Artax.

Cyrus apud fratem Artaxerxem à Tiſſapherne maieſtatis accuſatus, ac vix matris precibus ſeruatus, vbi in Ioniam remeauit, clementiam fratris contumeliæ deputans, viros vndecunque ſelectos, ſed fortiſſimos quoſque magno in pretio habere. Clearchus ob ſæuitiam apud ſuos accuſatus ad Cyrum confugit & munificè excipitur.

Dionyſius Aimnaſtum monet, vt Ennam ſibi ſubijciat. Aimnaſtus Ennâ potitus Dionyſio nihil ſe debere putat. Dionyſius perduellionem id interpretatus correptum Aimnaſtum Ennenſibus
A *tradit. Catanam ab Arceſilao, Naxon à Procle ſibi proditas diripit, & peregrinis incolendas donat, Leontium eodem modo habet. Cum Athenienſes inteſtinis diſſenſionibus æſtuarent, his motibus ſedandis Lacedæmonij Lyſandrum mittunt. Pauſanias Lyſandro inuidens & A-*
B *thenienſium miſertus, docet non eſſe idoneas Lyſandro rei tantæ conficiendæ copias. Mittitur igitur cum alijs copijs & Pauſanias cum ſummo imperio. Is amicè rem componit, tyrannos omnes exautorat, Athenienſibus αὐτονομίαν ac libertatem reſtituit, permittit, inquam, eos*
C *πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, vti Solonis legibus, menſuris ac ponderibus, Draconis θεσμοῖς, quomodo & pridem. His inſtaurãdis eligitur Cliſthenes. Hunc enim Iſocrates ait tyrannis eiectis democratiam reſtituiſſe & legum Solonis vſum reuocaſſe. Plutarchus factum id ait Bœdro-*
D *mionis duodecimo, eamque ob cauſſam feſtum inſtitutum. Tempus conuenit cum Septembris quinto.*

Xenoph. Hell. l. 2. Lyſias. Plutar. de fortuna Athen.

Xenophon ait poſt tyrannos demum eiectos creatum Prætorem Euclidem. Videlicet Hecatombæonis antecedentis initio Iunij XXVII. *vigente adhuc Oligar-*
E *chiâ nullus Prætor electus fuerat. Cumq; antiquatis aliquot veteribus legibus, deſcriptæ fuiſſent eæ, quibus in poſterum vtendum erat, additum.* Νόμοις δὲ χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος. *Item* Nemini licere legem condere ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ, κρύβδην ψηφιζομένοις niſi placeat
F ſex millibus clam ſuffragia ferentibus. *Iuſiurandum quoque factum* οὐ μνησικακήσω non rependam iniuriam cuiquam ciuium niſi XXX viris & XI viris, atque adeò ne his quidem, ſi ſiſtant ſe ad reddendam factorum ra-

Andocides de myſterijs.

tionem. *Sin minus*, Quicunque imperauit, quandiu ſoluta fuit Democratia, impune occidatur. Qui occiderit, ſanctus eſto, & occiſi opum poſſideto ſemiſſem. *Quinto poſt ſancitas iſtas leges die celebrantur Myſteria Boedromionis* XVI *vſque ad Boedromionis* XX, *quâ fiebat ἔνδειξις, & ἕδρα, i. Senatus habebatur in Eleuſinio. Eâ die Callias Hipponici filius accuſat Andocidem agnatum ſuum ἱκετηρίαν θεῖναι, ſupplicationem feciſſe in Eleuſinio, quod capital erat. Andocides pernegat, & calumniæ cauſam aperit.*

XXVIII. XVIII. Pythias XLV.
A. M. 3598. Perſ. 138. V. C. 352. Ante Dn. 402.
Artax. Mnem. III. Pr. Mycione.

Diod. l. 14. *LYſander homines auro corrumpere ſuetus etiam Deos ſuos δωροδοκεῖν conatur. Delphicum, inquam, Dodonæumque dæmonem, ſi forte horum ſuffragijs emendicatis regnum poßit inuadere. Sed cur nummis inhiet Dæmon, quos Lyſander ſpernit? Ita ἀδέκαστος, incorruptus videri volens Satan* coruum deluſit hiantem. *Iam totius Græciæ potentes videbantur Lacedæmonij, necdum induci potuerant Elidenſes, vt eos ſemel à ſacro prohibitos ante annos* XVIII *admitterent, non offenſam, ſed religionem prætexentes. Lacedæmonij primò ludicrum Olympicum ludibrio habere, dein indignari. Agis poſt decennalem in Decelea ſtationem vltimo agone Olympico ſeſe oſtentaturus Elidem venerat. Sed, quæ prædicabat trophæa, religionis ſcrupulum non exemerunt. Repulſam iniquo animo ferens Laconibus perſuadet fruſtra Græcis imperare, quos vna ciuitas impune traducat. Mittuntur igitur Legati Elidem, qui bellicorum ſumptuum partem expoſtulent. Iniqua poſtulari reſpondentibus bellum indicitur. Sed obortus terræ motus Lacedæmonios ab incepto deterret.*

I. XIX.
A. M. 3599. Perſ. 139. V. C. 353. Ante Dn. 401. Artax.
Mnem. IV. Pr. Exæncto.

CYrus aduerſus Artaxerxem fratrem ducit barbarorum CM. *Græcorum* XIII M. *Prælium in Babylonia commiſſum. Itaque, cùm ait Xenophon eſſe ſtadiorum* XIIII M. *à loco pugnæ Babylonem vſque, pro εἰς Βαβυλῶνα legendum εἰς Σοῦσα.*[a] *Græci ſtrenue feliciterq; dimicant. Cyrus fortiter pugnans occiditur. Continuò Barbari Artaxerxi manus dant, Græci non item. Sed Clearchus & cum eo tres duces ab Tiſſapherne deliniti ac promiſſis ineſcati capiuntur, & in barbarum in modum trucidantur. Græci duces alios ſufficiunt. Chiriſophum Lacedæmonium qui agat, & Xenophontem Athenienſem, qui claudat agmen, Tiſſapherne à tergo & barbaris omnibus vndecunque inſidiantibus. Hi profugi, omnium egeni, locorum ignari, per abrupta montium, viarum anguſta, itinerum auia, cœli ſolique inclementiam, ac longæ hyemis intemperiem, mirâ Dei prouidentiâ & ſingulari Xenophontis prudentiâ, plerique in Græciam incolumes euadunt. Poſt pugnam erant circiter* XM. *Iuxta Ceraſuntem Græcam vrbem Sinopenſium Coloniam recenſiti ſunt* VIIIMDC. *Admirabile hoc iter ſuum*

Xenoph. Anab. l. 1. Diod. l. 14.

a Plut. ait locũ pugnæ diſtare à Babylone ſtadijs quingentis.

deſcribit Xenophon libris ſeptem ἀναβάσεως.

Huius anni Prætor Diodoro quidem dicitur Εξαίνετος, *Lyſiæ verò* περὶ δημοσίων ἀδικημάτων *dicitur* Εὐξαίνετος.

Plutarch. Araxerxes amplis quidem muneribꝰ eos ornauit, qui vel Cyrum vulnerauerant, vel primi mortem eius nuntiauerant, ſed eâ lege, vt dicerent ſe præmia illa accepiſſe, ὡς εὐαγγέλια, non quod ipſi Cyrum occidiſſent, cùm ipſe gloriam hanc ſibi vendicaret, quum tamen vulnus accepiſſet, non inflixiſſet. Illi, cùm mallent regis vanitatem imitari, quam mandatis obſequi, ſæuam ſuæ loquacitatis mercedem reportarunt. Quippe Paryſatis filij mortem impatienter ferens ab Artaxerxe obtinuit, vt hi ſibi caſtigandi traderentur.

Simul id impetrauit, diris tormentis excarnificauit primùm Caunium, qui vltimo & lethali vulnere Cyrum ſauciauerat, deinde Mithridatem, qui primus eum læſerat, poſtremò Meſabatem, qui regis iuſſu Cyri manum & caput amputauerat. Quumq; nulla eſſet, cur Meſabates puniretur, cauſſa, aleâ cum filio ludens ſponte Daricos mille perdit, dein rogat, vt liceat illi, qui vicerit, quemlibet Eunuchum eligere pro arbitrio tractandum, quinq; tantum exceptis. Cum Artaxerxes incogitans Meſabatem non excepiſſet, Paryſatis illum barbaricâ fœtitate laniandum tradidit.

Et Caunium quidem poſt decem dierum tormenta ære in aures infuſo perire iuſſit. Mithridatem σκαφευθῶναι, i. binis ſcaphis includi, donec à vermibus arroderetur. Meſabatem

A viuum excoriari præcepit. Hæc quum ægre ferret Statira, veneno tollitur à Paryſatide. Artaxerxes alioqui vxoriò hæc inſuper habente. Aliquantò poſt, cùm filias duas haberet Artaxerxes Atoſſam, & Amiſtrim, vtramque maximè Atoſſam B inceſto amore deperire cœpit, indulgente viciſſim Paryſatide, donec Deus tantum piaculum abominatus Atoſſam leprâ percuſſit.

Hæc ſpurcities eo intolerabilior erat, quod habebat concubinas CCCLX, & quod Ameſtrim, dein Atoſ- C ſam Tiribazo pollicitus, neutram dedit, ſed vtramque ipſe vitiauit, quam ob cauſſam Tiribazi & multorum optimatum odium ſibi conciliauit.

Agis bellum in Elidenſes anno ſuperiore deſtinatum ſuſcipit, Elidenſium agros populatur, vrbe abſtinet, creditus D *eam magis noluiſſe, quam non potuiſſe capere. Dein ſacris, quæ pridem Ioui Olympico vouerat, operatus Lacedæmonem redit impoſitis Elidi, quas viſum eſt, legibus.* *Diod. l. 14.*

Romæ ſex tribuni militum Conſulari poteſtate magiſtratum inierunt Kalendis E *Octobribus cum antea Idus Decembres ſolennes eſſent. Cauſſam ferunt, quia M. Sergius aliquantò ante inſignem cladem ad Veios acceperat. Sed cur potius Kal. Octobribus quàm alio menſe id factum, cauſſa hæc fuiſſe videtur, quod Kalendæ Octobris Pompiliani cum Kalendis Octo-* F *bris Iuliani concurrere potuerunt in Nouilunium, Libræ tertium.* *Liuius.*

(.·.) (.·.)

(.·.)

II. I.
Olymp.xcv. Minos.
A. M.3600. Perſ. 140. V.C.
354. Ante Dn. 400.
Artax.Mnem.v. Pr.Lachete.

Xenoph. Anab.

B *GRæci in hoſtico fortes & cauti, apud ſocios effrenes barbaricum ſolum ſummâ felicitate emenſi, ex quo Ceraſuntem Græcam vrbem attigerũt, dum Byzãtium paulo incautiùs ac inſolentiùs properant plures in ſociali quàm in hoſtili agro milites amiſerunt. Quippe vix ſex millia Byzantium appulerunt.* C *Aderat tum Chion Ponticus Philoſophus, cuius verba audire iuuabit.* Magnam, *inquit*, habeo gratiam ventis, qui nos detinuerunt, coegeruntque aliquandiu Byzantij degere, quamuis initio ſuccenſerem ipſis, *&c. Et mox* Græci D longâ& difficili expeditione fatigati cùm non aliud tantorum laborum inuenirent præmium quàm incolumitatem à Byzantinis timore percul‑ſis recepti decreuerunt vrbem diripere. Magna perturbatio derepente Byzãtinos inuadit. Et cum peregrini E armarentur ad pręconis ſignum, ego quoque ſcutum & lanceam ferens ad mœnia curro, vbi videram quoſdam iuuenes congregatos. Nihil verò proderat mœnia cuſtodire, quùm hoſtes occupatam tenerent vrbem. Attamen ſatius eſſe arbitrabamur F pugnare ex eo loco, qui facultatem nobis præbebat vincendi aut minus citò moriendi.

Chion Matridi ep.3.

κομῶντα ἄνδρ᾽ ἐς κα‑λὸν πάνυ

Quum in hoc eſſemus rerum ſtatu, Græcis tumultuantibus vidimus crinitum quendam perpul‑A chrum & miti aſpectu ſingulorum ordines percurrentem, ac ſingulorum impetum ſedantem. Ille autem Xenophon erat. Cùm contrà milites rogarent ipſum, vt ipſe vnus multis obſecundaret, efficeretque tandem aliquando, vt ab iſtâ miſerâ B iactatione liberarentur, dixit illis. Referte igitur pedem & denuò conſilium inite. Nec enim verendum eſt, ne conſultando occaſio elabatur. Eſt enim res in noſtra poteſtate. Illos igitur puduit immorigeros ſe præbere. Itaque Xenophon in me‑C dio eorum ſtans admirabiles habuit ſermones, quemadmodum docuit exitus. Quos tamen audire non poteramus. Hos igitur, qui paulò ante decreuerant vrbem diripere, videbamus modeſtè in foro emere res ſibi neceſſarias, ſicut & reliqui Byzanti‑D ni, neque amplius iniquum & rapacem Martem ſpirantes. Hoc ſpectaculum fuit ſpecimen Xenophontis animi, quantùm prudentiâ & eloquentiâ poſſit. Certe Philoſophia nihilo amicis inutiliorem eum reddidit. Spetoq; me, vbi Philoſophiæ E operam dedero, meliorem euaſurum, & nihilominus fortem ſed minus audacem.

καὶ πρᾶον ἰδεῖν.

οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος, ἀλλ᾽ ἧττον θρασύς.

Socrates Sophroniſci filius Ethicæ Philoſophiæ parens annos ſeptuaginta natus ab Anyto & Melito impietatis acF cuſatur Olympiade XCV. *& Athenis, παιδεραστὴς, iuuentutis corruptor concinnatur. Et tum quidem vicit calumnia. Socrates cicutam bibere coactus eſt. Mox agnito errore furens populus iram in accuſatores vertit, quibus indictâ cauſſâ damnatis peiorem quàm pridem Socra‑*

Laertius.
Diod.l.14.

Digitized by Google

tis cauſſam fecit. Socratica Philoſophia
tanta fuit admiratio, vt etiam Clemens
dixerit. Τοῖς ὑπὸ φιλοσοφίας δεδικαιω- Clemens
μένοις, βοήθεια ἐπιπαρέζεται, καὶ ἡ εἰς θεοσέ- Alexand.
βειαν [illegible]. Ἦν μὲν οὖν πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου Strom. l. 1.
παρουσίας εἰς δικαιοσύνην Ἕλλησιν ἀναγκαία
φιλοσοφία, νυνὶ δὲ χρησίμη πρὸς θεοσέβειαν
γίνεται, προπαιδεία τις οὖσα τοῖς τὴν πίστιν
δι' ἀποδείξεως καρπουμένοις. Ἐπαιδαγώγει
καὶ αὐτὴ τὸ Ἑλληνικὸν, ὡς νόμος τοὺς Ἑβραίους
εἰς χριστόν. *Non deſunt hodie, qui nouita-*
tem in antiquitate quærentes hunc opti-
mi alioqui ſcriptoris næuum deoſculen-
tur & propugnent.

Tiſſaphernes pridem Græcis inuiſus &
infenſus Artaxerxis animum exaſpe-
rat, quaſi non ſolum XIIIM. *Græcorum,*
ſed Iones ac Græci omnes Cyro militaſ-
ſent. Igitur in Lydiam reuerſus omni Io-
niæ libertatem ereptum ibat. Lacedæmo-
nes quaſi libertatis Græciæ vindices Na-
uarchum Thimbronem mittunt Ioniæ
tutandæ. Huic commodum adiungunt
ſe Seuthes Thracum rex odio vicinorum
& cum eo ſex Græcorum millia ex Cyri
expeditione reducum. Thimbron octo,
nouemue vrbes occupat. Sed quia militi
indulgens, ſocijs iniurius erat, à Lacedæ-
monijs exauctoratus etiam exilio ple-
ctitur.

Agis tertio poſt inchoatum Elidenſe
bellum anno perit. Huius vxorem com-
preßiſſe dicebatur Alcibiades, ex eoque
adulterio natus Leotychidas tum à ſuſpe-
ctante Agide, tum à ſubridente inter
æquales matre Alcibiades indigetaba-
tur. Et id vulgo notum. Leotychidæ ve-
rò frater Ageſilaus pro genuino Agidis
filio habebatur. Sed monuerat oraculum
cauerent ſibi à claudicante regno. Lyſan-
der contendit tum denique claudicatu-

A *rum regnum, non ſi claudus, ſed ſi ſpu-*
rius regnet. Ageſilaus igitur claudus
Leotychidæ notho præfertur. Euentus is
fuit, vt nunquam altius euecta, nun-
quam inferius depreſſa fuerit antehac
Lacedæmon, quam ſub Ageſilao, vt du-
bites, vter ſagacius ſenſerit, Lyſander, an
B *Apollo. Per idem fere tempus Lyſandri* Ælian. l. 6.
filiam ambit Lacedæmonius aliquis, quod
audiſſet ſub eius tecto pernoctare noctuas,
i. latitare nummos Atticos. Vbi mor-
tuo Lyſandro comperit ſe fruſtra fuiſſe,
ſponſalibus & ſponſæ renuntiat. Ephori
deſertorem graui mulctâ caſtigarunt.

C *Plato duodetriginta annos natus cum* Laert. in
octo annos Socratem audiſſet, & Mega- Platone.
ram proficiſci cogitaret, vt ab Euclide
deinde à Theodoro Cyrenæo diſciplinis
Mathematicis imbueretur. Interim
Chion Byzantio Sellybriam, Perinthum,
Chium delatus, Athenas venit, Athe- Chion Matridi epiſt. 4. & 5.
D nas, *inquit*, peruenimus & cum Pla-
tone Socratis familiari colloquimur.
Et in cæteris quidem omnibus ſa-
piens vir eſt, ac reipſa familiaribus
ſuis efficit Philoſophiam Reip. ad- [a] οὐκ ἀπολί-
miniſtrationi [a] non ineptam, ſed τευτον, ἀλ-
plane ad vtrumuis paratam, tam ad λὰ καὶ ταῖν
E res gerendas, quàm ad quietem otio- ἀμφοῖν,
ſam. Ego operam do, vt in eorum πρός τε τὸ
numero ſim, à quibus ait ſe benefi- πρακτικὸν
cio affici, quoties ipſe poteſt eos be- τὸ βίον, καὶ
neficio afficere. Siquidem non mi- πρὸς ἡσυ-
noris felicitatis eſſe ait bonos facere, χίαν ἁ-
quàm bonum eſſe. *Miſerat Matris ad* ϱμόζου-
F *Chionem filium tria argenti talenta,* σα.
Chion verò, malim, *inquit*, mittas [b] καὶ πλά-
fructuum ὀπωρείων primitias. His τωνα σοφί-
enim licet cùm alios amicos oblecta- ζεσθ' ἀδω-
re, tum maximè Platonem [b] decipe- ϱοδόκητον
re à muneribus abhorrentem. Gra- ὄντα.

tius

tius ergo erit, ſi mittas, quæ nobis patriam *Pontum*, quàm quæ diuitias in memoriam reuocent.

Inuenit tamen Chion rationem honeſtam, quâ etiam aureo munere Platonem ſibi deuinciret. Platoni quatuor ex ſororibus vel fratribus erant filiæ. Jam tres honeſtiſſimis Athenienſibus vſque locupletibus deſtinauerat aut etiam elocauerat. Supererat grandior. Hanc ducit Speuſippus Philoſophus, cum dote triginta minarum à Dionyſio miſſarum. Chion ſexaginta adijcit, eoque nomine ſibi apud patrem gratulatur. Ego, *inquit*, amplectendam occaſionem ratus doti talentum adieci. Et diu quidem recuſauit *Plato*. Sed nos illum expugnauimus plane verâ & iuſtâ oratione. [c] Diximus enim. Nos tibi opitulamur non ad diuitias ſed ad humanitatem.

[c] ἔφαμεν γὰρ ὅτι οὐκ εἰς πλοῦτον ἀλλ' εἰς φιλανθρωπίαν συμβαλλόμεθα.

Hoc lucrum putaui tibi indicandum eſſe, quo maius an totâ vitâ nobis poſſit contingere, haud ſcio. *O verè liberalis & Philoſophici animi characterem! Erat tum Platoni cum Dionyſio I. Siciliæ tyranno familiaritas tanta, vt Athenis Dionyſij Procurator aut Agens in rebus eſſet, &, prout res ferebat, Dionyſij opibus, quas ipſe adminiſtrabat, tam libere vteretur, quàm ſuis. Quamobrem triginta illas minas quas Speuſippo dedit, à Dionyſio petit, vel potiùs accepiſſe ſe per literas teſtatur, quod ijs indigeret.*

Plato epiſt. vltimâ.

Idem Heliconem Cyzicenum Eudoxi diſcipulum Mathematicis diſciplinis & Socraticis præceptis imbutum de meliore notâ apud Dionyſium I. cõmendat. Addit, φιλαίδης παρὰ βασιλέως ἥκων τοῦ μεγάλου ἔλεγε περὶ σοῦ. *Cuiacius vertit.* Philædes à Dario rege magno veniens de te verba faciebat, ac niſi valde prolixæ & verboſæ epiſtolæ opus eſſet, quæ ille dicebat, perſcriberem. *Magnus ille rex erat non Darius, ſed Artaxerxes Mnemon. Ita* μνημονικὸν *aut* ἰσοειδὲς σφάλμα *magno Cuiacio obrepſit.*

III. II.

A. M. 3601. Perſ. 141. V. C. 355. Ante Dn. 399.

Artax. Mnem. VI. Pr. Ariſtocrate.

Dercyllidas Thimbroni ſubſtitutus priuatas cum Pharnabazo inimicitias exercebat. Pharnabazus Lacedæmonijs hactenus amicus & beneficus tum regis metu hoſtilem vultum potiùs quàm animum induerat. Dercyllidas prætexens ſe duobus debellandis imparem eſſe, cum infido veteratore Tiſſapherne antiquata fœdera renouare, quàm priuatas inimicitias patriæ condonare maluit. Diod. l. 14.

Erat Pharnabazus Æolidis Caranus. Zenis vero Satrapa. Zeni defuncto Satrapiam à Pharnabazo obtinuerat Mania Zenis vidua, & virtute pluſquam muliebri exercuerat. Manes *Perſis bonus*, Mania bona. *Unde* Summanus *Summe bonus*, Immanis, *ſæuus. Maniam Græci, quomodo &* Εὐμενίδας *dixerunt* κατ' ἀντίφρασιν *&* εὐφημισμόν, *vt & Latini* Carmentes *duas, licet* Proſa *tantum ſit bona domina, naſcenti pariter & parienti fauens. Poſtuerta verò contra vtrique aduerſa. Maniæ filius Midia videtur Hebraicâ voce dictus* ἀπὸ μετριότητος. *Sed mater, non qualem optabat, filium experta eſt.*

מנח

ברמן Gellius l. 16. c. 16.

מדד

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Digitized by Google

A *Maniam iugulat filius Midia, Satrapiâque occupatâ placando Pharnabazo munera mittit. Pharnabazus parricidam auerſatus negat ſibi fas eſſe munera accipere, priuſquam de rerum ſumma conuenerit. Dum vltionem meditatur, ſuperuenit Dercyllidas & incolas Midiæ infenſos, libertatis auidos nactus, cum vix* B *mille militum haberet, nouem vrbes octo diebus occupat, & Pharnabazo induciarum in octo menſes poſtulandarum neceſſitatem imponit.*

Dionyſius Syracuſanum portum adornat. Extruxerat olim ſtationes quaſdam binis pleraſque nauibus appoſitè collocan- C *dis idoneas. Νεωσοίκους indigetabant. Huiuſmodi centum quinquaginta veteres iniuriâ temporis, & incuria ciuium contritos inſtaurat, & nouos CLX extruit Dionyſius, & naues plus minus treeetas.*

Suidas. *Sophocles Sophili filius Tragicorum princeps ſexennio poſt Euripidem mori-* D *tur. Is iam in ſcena periclitatus, tamen veritatem hanc proponere ſpectatoribus auſus eſt.* Clemens Alexand. προτρεπτικῷ.

Εἷς τ᾽ ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν Θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τ᾽ ἔτευξε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίας.
Θνητοὶ δὲ πολυκερδείᾳ πλανώμενοι (Euſeb. Chron. Græc. l. 1.)
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν.
Θεῶν ἀγάλματ᾽ ἐκ λιθίνων ἢ ξύλων
Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους.
Θυσίας δὲ τούτοις καὶ κενὰς πανηγύρεις
Νέμοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Lucian. in Macrobiis Val. Max. l. 9. c. 12. Is cùm vltimæ ſenectutis Tragœ- F diam in certamine dixiſſet, ancipiti ſententiarum euentu diu ſollicitus, aliquando tamen vna ſententiâ victor, cauſam mortis gaudium habuit.

IV. III. Pythias XLVI.

A. M. 3602. Perſ. 142. V. C. 356. Ante Dn. 398. Artax. Mnem. VII. Pr. Ithycle.

Dionyſius vbi ciuium animos beneficijs placaſſe & vrbem ad externum bellum ſatis inſtruxiſſe ſibi viſus eſt, communicato cum Siculis aliquot vrbibus conſilio, die dictâ omnes Pœnorum, qui tum in Siciliâ plurimi erant, & ſecure negotiabantur, naues, merces, domus occupat. Huius exemplum ſecuti etiam alij, qui nihil audierant, veluti dato ſigno in Pœnos inuolant, etiam in corpora quidam ſæuiunt. Tum fecialem Carthaginem, quam ſciebat atrociſſimâ peſte laborare mittit Dionyſius, libertatem Siculis omnibus expoſtulat. Sin autem, bellum denuntiat. Diod. l. 14.

Pharnabazus Dercyllidæ & ingratis Lacedæmonijs meritò ſuccenſens Artaxerxem docet, Lacedæmonum potentiam regi multò damnoſiorem & inſolentiorem eſſe, quam vnquam Athenienſium fuerit. Nec poſſe Græcos commodiùs quàm ab ipſis Græcis debellari. Eſſe Athenis E *Cononem rei nauticæ peritiſſimum, & deprimendo Lacedæmonum faſtui aptiſſimum. Nec abnuit Artaxerxes, ſed luxu fractus, rem lentiùs agit, quàm par erat. Itaque in Ioniam regreſſus Pharnabazus inducias cum Lacedæmonijs in annum renouat. Hi Dercyllidæ, quaſi re* F *præclare geſta, in alterum annum imperium continuant. Seuthes Thraciæ Cherſoneſi rex opem Dercyllidæ implorat aduerſus vicinos Thracas. Huic negotio conficiendo induciæ cum Pharnabazo factæ opportunæ fuerunt. Eò delatus Dercylli-* Xenoph. Hellen. l. 3.

das iniecto Thracibus terrore Iſthmum duodecim vrbes complectentem muro communit. Tum Chium octo menſes obſidet, capit.

V. IV.

A. M. 3603. Perſ. 143. V. C. 357. Ante Dn. 397.

Artax. Mnem. VIII. Pr. Lyſiada.

Diod.l.14. Xenoph. Hellen.l.4. I*Am pleraque Siciliæ ciuitates Pœnorum iugum excuſſerant, cum adhuc reſtitabant ſex, Afrorum metu, an Dionyſij odio. Harum alias incurſionibus vexat, Motyam obſidio premit Dionyſius. Pœni tum peſte ſæuiente bello impares erant. Quod vnum poterat Himilco, piraticam agit, & modo in Syracuſanos ſecuriùs agentes, modo in Dionyſij claſſem Motyæ obſidioni intentam impetu facto recedit, opportuniore tempore rediturus. Euſebius inde ab* XI *Darij Nothi anno tribuit Amyrtæo quidem annos ſex, Nepheritæ (Nephrem alij vocant) annos totidem, quos perducit vſque ad quartum Artaxerxis annum. At hoc anno Artaxerxis* VIII. *viuebat adhuc Nephres.*

Artaxerxes Pharnabazi conſilio Cononem Athenienſem Phœniciæ claſsi præficit. Conon Rhodios auxilio deſtitutos facile perſuadet, vt à Lacedæmonijs deficiant. Nephres Lacedæmonum ſocius, rei ignarus Rhodum mittit ſuppellectilem inſtruendis centum nauibus ſufficientem & σίτου πεντήκοντα μυριάδας, *h. e. quingenta medimnûm frumenti millia. Hæc Cononi commodùm euenerunt.*

Hactenus Lacedæmonij bella maritima per Nauarchos geſſerant. Hoc anno viſum eſt, in Aſiam Ageſilaum regem A *mittere, Tiſſaphernes fœderum ſanctitatem vtilitate metiri pridem edoctus Lacedæmonijs negotium faceſsit rogitans, quid tumultuatum veniant. Nos inquiunt, Græcos in libertatem aſſerturi venimus. Et hoc ipſum, inquit, volo. Vos igitur Harmoſtas veſtros omnes amo-* B *uete. Sitque ſui quiſque iuris. At ego, inquit Ageſilaus, gratias tibi ago, Tiſſaphernes, quod tuâ perfidiâ Deos mihi propitios facias. Ita vterque ſpecioſa iactabat, neuter vera.*

VI. V.

C Olympias XCVI. Eupolis.

A. M. 3604. Perſ. 144. V. C. 358. Ante Dn. 396. Artax.

Mnem. IX. Pr. Phormione.

D*Ionyſius Motyâ captâ Segeſtæ Pœnis fauenti imminebat. Pœni, in-* Diod.l.14.
D *iuriam facere, quàm ferre ſueti, quadringentas naues longas armant, ſexcentas onerarias, militum, Ephoro,* CCCM. *Timæo* CM: *Dionyſius cum ante ambulonibus proſperè prœliatus, vbi integræ claſsis molem venientem vidit. Segeſtâ relictâ Syracuſas fugit. Himilco Meſſanam obſi-* E *det, in qua prædixerant vates Pœnos aquam hauſturos. Baiulos ſperabant Meſſenij, Dominos experti ſunt, & quidem ſæuiſsimos, vt qui non contenti ignem tectis ſubijcere etiam ſudibus deijcerent, & veſtibus protererent, quæ ignis integra reliquerat. Hoc exemplo territæ pleraq;* F *Siciliæ ciuitates Himilconi obuiam eunt, ramum oliuæ prætexunt. Ita Dionyſius heri Siciliæ Dynaſta, hodie Syracuſis abditus latet, vltima metuens, ne domi quidem tutus, Syracuſanis ſubinde ad libertatem ſuſpirantibus. Obſtitit ciuium vo-*

tis Pharacides Lacedæmonius, miſſum ſe dictitans ad opem ferendam Syracuſanis & Dionyſio, non Syracuſanis aduerſus Dionyſium. Cùm iam de prædâ herciſcundâ cogitarent Pœni, ſpem eorum affligunt primum aliquot velitationes, & prælia improſperè facta, dein peſtis totum exercitum peruadens. Tum ignis naues & caſtra populatus, atque è cœlo, vt videbatur, delapſus. Poſtremò clam ad Dionyſium legatos mittit Himilco, rogitans, vt ſibi tutò abire liceat. Annuit Dionyſius, ſed Pœnis ſolis. Reliquorum ſtrages horrenda facta. Periiſſe cenſentur amplius CLM.

Xenoph. Helle. l. 4.

Ageſilaus Epheſios, reliquaſque Aſiæ ciuitates Græcas militaribus exercitiis inſtruit, Tiſſaphernem ex improuiſo adortus profligat. Hinc occaſionem arripit Paryſatis criminandi Tiſſaphernis, tam ignaui, quàm perfidi Ducis. Mittitur Tithrauſtes, qui Tiſſaphernem obtruncet, & Cariam regat. Eo peracto Tithrauſtes Ageſilao mandat communem hoſtem præuaricationum ſuarum ambobus pœnas luiſſe. Supereſſe, vt ipſi inter ſe amicè agant. Non negare ſe Græcis vrbibus libertatem, modo vetera regi tributa pendant. Ageſilaus reſpondet rem cum Ephoris amplius communicandam. Ut interim à Cariâ diſcedat, triginta talenta ſtipendii loco accipit. Tithrauſtes in Græciam quinquaginta talenta mittit per Timocratem Rhodium corrumpendis Græcis, & ſerendis inter eos bellorum cauſſis, quos ſciebat mutuis odiis flagrare, ſed mutuò metu quieſcere. Occaſionem vltrò præbuere Phocenſes & Locrenſes de finibus diſceptantes. Phocenſibus opem ferunt Lacedæmonii, Locrenſibus Thebani & Athenienſes. Lyſander ante Pauſaniæ aduentum temere pugnans milleſimus cadit. Poſtero die Pauſanias adueniens cadauera ad ſepulturam poſtulat. Negant Thebani, ni prouinciâ diſcedat. Annuit Pauſanias, & ob eam rem abſens capite damnatur, eiuſque loco regnat filius Ageſipolis.

תתרי
שתא
Videtur. a.
תתרי
idem ſignificare, quod
מתרי

Ageſilaus multis modis Pharnabazi rebus incommodat. Colloquium poſtulat Pharnabazus, ſua in Laced nonios beneficia commemorat, & acceptas iniurias. Tum Ageſilaus. Vt amicus, *inquit*, tibi ſim, tu regis inimicus eſto. *Pharnabazus negat id ſibi fas eſſe. Ita poſt multos amplexus collachrymantes diſcedunt.*

Interim Conon Babylonem aſcendit, docet Artaxerxem, ſibi per Medorum inuidiam non licere Regis voto reſpondere. Si rerum ſummæ præſit, meliora præſtiturum. Nec abnuit rex, aurum, naues, milites, Cononis fidei committit. Conon Pharnabazum à Lacedæmoniis irritatum ſibi ſociat.

VII. VI.

A.M. 3605. Perſ. 145. V.C. 359. Ante Dn. 395. Artax. Mnem. x. Pr. Diophanto.

Xenophon. Helle. l. 4.

IN Lacedæmonios conſpirant Athenienſes, Bœoti, Corinthii, Argiui. Synedrium Corinthi ſtatuitur. A Midiâ Theſſalo aduerſus Lycophronem Pherarum tyrannum inuitati, Pharſalum capiunt, tum Trachiniam, quâ expugnatâ in Lacedæmonios ſolos ſæuiunt. Phocenſes quoque prælio ſuperant. Tum belli molem in Peloponneſum transferunt. Xenophon tribuit Lacedæmoniis equites MCCC. *pedites* XIIIMD. *Diodorus equi-*

tes D. *peditum* XXIIIM. *Hoſtibus eorum Xenophon tribuit equites* MDC. *pedites* XXIVM. *Diodorus equites* D. *pedites* XVM. *Sed apud Diodorum numeri mendoſi ſunt. Scripſerat ille fuiſſe Lacedæmonijs equites* MD. *peditum* XVM. *Athenienſib⁹ equites* MD. *peditum* XXVM. πλατυκώτερον *ſcilicet exercitus recenſens, quàm Xenophon.*

Victoria penes Lacedæmonios fuit. Viſum tamen illis Ageſilaum reuocare, & Periarchum (Xenophon Piſandrum vocat) Nauarchum illi ſubſtituere. Redit in Europam Ageſilaus inuitiſſimus & magno Græcorum deſiderio. Per Theſſaliam iter faciens inſidiantes Theſſalos prœlijs aliquot profligat. Piſander cum LXXXV. *nauibus aduerſus Cononis* XC. *naues circa Cnidum fortiter pugnans occumbit. Conon naues* L. *capit, homines* D, *pauci euadunt. Hic erat* XVII. *annus à pugnâ, circa canis tumulum commiſſa, in qua deſierat Thucydides, & à quâ exorſus Theopompus hiſtoriam ſuam huſuſque continuauerat.*

Cladis ad Cnidum acceptæ nuntius ad Ageſilaum perfertur, cùm iam in Bœotiâ eſſet & aduerſus hoſtes dimicaturus in procinctu ſtaret. Veritus igitur ne ea res milites ſuos exanimaret, tabellarium vetat vera renuntiare. Ipſe palam pronuntiat Piſandrum quidem cecidiſſe. Ceterùm victoriam penes Lacedæmonios eſſe. Dum ſe eò intentiùs ad prœlium parat, poſtero die Sol deliquium patitur. Tempus huius Eclipſis conuenit Auguſti XXV. *feriâ primâ, cum Lunæ latitudo eſſet graduum 81. 49'. 46".*

Ne id quidem Ageſilaum exterruit, ſed confidenter conteſtatus eſt omen hoc hoſtibus cladem portendere & ſane vi-

A *cit, ſed ita ſauciatus eſt, vt victoria vti ex animi ſententia non potuerit.*

Chion natione Ponticus, patria Heracleotes quinquennium iam ſtudiorum cauſa in Attica cum Platone commoratus à Matride patre reuocatur. Ille alterum quinquennium poſtulat, quò inſtructior B *in patriam redeat. Mox audito Clearchum Heracleæ tyrannidem occupaſſe, conſilium mutat, nefas putans ſibi bene eſſe, cùm patriæ male eſſet. Clearchus olim Philoſophica attigerat, dein quietis impatiens ad res gerendas animum adpulerat, quaſi in ſomnis monitus* C *ne Philoſophiam ſibi infenſam ambiret. Neque multò poſt ſuum in patriam reditum in ciuium offenſionem incurrerat, & in exilium pulſus ſub Mithridate ſtipendia aliquot meruerat. Paulò poſt Heracleotæ inteſtinis diſſenſionibus laborantes Clearchum quaſi concordiæ ſequeſtrum* D *futurum ab exilio reuocant. Huic ad iter ſe accingenti fertur in ſomnis apparuiſſe Euopius, qui olim Heraclea tyrannus fuerat, hæc inſuſurrans.* Age, tyrannidem inuade, & à Philoſophiâ caue. *Iam voti compos erat Clearchus cum Silenus tyranno arcem eripit. Clearchus* E *Chionem licet procul agentem ſuſpectans percuſſorem immittit. Chion percuſſori ſicam eripit, eumque manibus poſt terga reuinctis captiuum iudicibus Athenienſibus tradit. Tum ad Clearchum ſcribit, iniquas & à ratione alienas eſſe eius ſuſpiciones, cum ipſe totum ſe* F *Philoſophicæ quieti tradiderit. Quin & ſe propediem in patriam rediturum, vt apud ipſum Clearchum reliquam vitæ partem in otio degat. Ita deluſum Clearchum Chion Heracleam reuerſus nec opinantem obtruncat Dionyſiorum feſto,*

Chion Matridi epiſt. 11. & 12.

Suidas.

Chion Matridi epiſt. 13. 14. 15. 16. 17.

Digitized by Google

&, ſi modo verè vaticinatus eſt, ipſe A *quoque fortiter pro patriâ pugnans occumbit.*

VIII. VII.

Pythias XLVIII.

A.M. 3606. Perſ. 146. V. C. 360. Ante Dn. 394. Artax.

Mnemonis XI. Pr. Eubulida.

Xenoph. Helle. l. 4. Diod. l. 14. Plutarch. Ageſ.

AGeſilaus vix dum à vulnere ſanatus iubet ſe Delphos deferri Pythiorum die, inquit Plutarchus. Aprilis XXIV. *Targelionis ſeptimo, lunâ ſextâ. Spoliorum Aſiatico bello partorum de-* C *cimas Apollini donat. Ea centum circiter talentorum erant. Conon & Pharnabazus victoriam impigrè perſequentes pleraſq; Græciæ ciuitates ſibi conciliant, libertatis & immunitatis ſpe propoſitâ, Abydum fruſtra tentant. Conon ſponte Pharnabazi Perſicis ſumptibus Piræum* D *inſtaurat. Pedeſtrium copiarum dux ab Artaxerxe miſſus Tiribazus Cononis virtuti inuidebat. Apud hunc Lacedæmonij Cononem criminantur, quod regias opes in Piræo exornando prodigeret. Societatem ſuam Regi vtiliorem, & Græcis gratiorem futuram. Conon contendit* E *ſe Græcis Aſiaticis libertatem largitum ex ſententiâ regis. Lacedæmonij teſtantur ſe etiam Europæis idem beneficium largituros. Conon nouum id eſſe, nec ſatis æquum. Tiribazus Cononem quaſi iniquius agentem in vincula conijcit & Babylonem mittit. Struthas tamen Tiriba-* F *zo ſubſtitutus Athenienſibus quam Lacedæmonijs fauere maluit.*

(.·.) (.·.)

(.·.)

IX. VIII.

A. M. 3607. Perſ. 147. V. C. 361. Ante Dn. 393. Artax.

Mnem. XII. Pr. Demoſtrato.

Diod. l. 4. Xenoph. Helle. l. 4.

B *CVm Lacedæmonijs fauentes Sicyonij agros Corinthiorum infeſtarent, ipſi ſuos ſtrenue tutarentur, quidam id ægre ferentes differebant, quot mala perpeſſi eſſent, ex quo à Lacedæmoniorum ſocietate defecerant. Defectionis auctores, quibus vna in turbidis rebus ſpes, Eucliorum die vltimo in opti-* C *mos quoſque impetu facto vrbem cruore complent. Paſimelus cum paucis fugiens ope Praxitæ Lacedæmonij Lechæum occupat admirabili modo ac præter omnium ſpem* ἔδωκε ὁ θεὸς αὐτοῖς ἔργον οἷον, οὐδ' ἂν εὔξαιντό ποτε, *inquit piè Xenophon. Sic & lib. v. pag. 320.* ἐὰν μέντοι θεὸς D ἐθέλῃ, *& mox,* ὅπως πλεύσομεν, ἔνθα θεὸς ἐθέλει *& paſſim alia huiuſmodi multa, quæ Xenophon à præceptore ſuo Socrate didicerat.*

X. IX.

Olympias XCVII. Terires.

E A. M. 3608. Perſ. 148. V. C. 362. Ante Dn. 392. Artax.

Mnem. XIII. Pr. Philode.

Xenoph. Helle. l. 4. Diod. l. 4.

AGeſilaus Argiam populatus ad Iſthmum accedit quum Argiui Iſthmia celebrarent, & Neptuno ſacra facerent. Vbi Ageſilaum aduentantem F *audiunt, ſacris abiectis fugam adornant. Ageſilaus Corinthiorum exules ſecum ducens ſacra inchoata peragit. Eo digreſſo reuerſi Argiui ſacra inſtaurant, adeò vt non nemo eodem ludicro bis Iſthmia vicerit. Hæc huic anno conuenire conſtat*

ex ijs quæ diximus A. M. 3588. Iſthmia verò primo vere & quidem adhuc rigente fieri conſtat, ex ijs quæ deinde narrat Xenophon, quæ tu vide apud ipſum Xenophontem, & multa minuta prælia, quæ ſtudio breuitatis omittimus, eo vel maximè nomine, quod hîc Xenophon temporum nullam notationem adhibet, & Diodorus à vero paulum deflectit, cùm horum Iſthmiorum biennio ante meminit. Sanè biennio ante hunc annum Iſthmia celebrata ſunt, ſed vno menſe ante Pythia: hæc autem XXIII. *vel* XXIV. *menſibus poſt Pythia ab Ageſilao celebrata anno V. C. 360.*

XI. X.

A. M. 3609. Perſ. 149. V. C. 363. Ante Dn. 391. Artax. Mnemonis XIII. Pr. Nicotele.

Diod.l.14. מגן Clypeus. *LAcedæmonij Rhodum recuperant. Magon Carthaginienſis magno ſed inglorio conatu Siciliam tentat.*

T.Liu.l.5. *Romæ iam inde ab anno V. C. 353. Conſules Kal. Octobris creari cœperant. Cùm ergo eâ die L. Valerius & M. Manlius conſulatum iniſſent anno ſuperiore, Hoc anno menſe circiter Majo conſulibus morbo implicitis L. Valerius Interrex tribunos militum ſex conſulari poteſtate creat, qui Kal. Quintilibus magiſtratum inierunt. Anni Lunaris analogia poſtulat, vt dicamus eas hoc anno incidiſſe in Junij noſtratis tertium decimum. Sequente anno V. C. 364. in Iulij ſecundum. Anno denique V. C. 365. in Iunij viceſimum, quindecim circiter diebus ante Cancri octauum, vt ſuo loco ex Plutarcho docemus.*

Circa hoc tempus Corinthijs adhuc, A *ſeditione laborantibus, cùm potentiores eſſent, qui Lacedæmonijs & Oligarchiæ fauebant, Athenienſes, quaſi Græcorum libertatis vindices non ſine periculo ſuo debiliori parti opitulantur, & Democratiam Corinthi reſtituunt. Athenienſes ſuos ciues, qui in hoc prælio ceciderant,* B *ſumptibus publicis ſepeliunt. Lyſias oratione eleganti, tanquam epitaphio magnifico memoriam eorum concelebrat.* Lyſias τοῖς κορινθίων βοηθοῖς.

XII. XI.

Pythias XLIX.

C A. M. 3610. Perſ. 150. V. C. 364. Ante Dn. 390. Artax. Mnem. XV. Pr. Demoſtrato.

THraſybulus Aſpendi milites ſuos paulò petulantiùs agere permittens cum ſuis militibus obtruncatur magno D *Athenienſium deſiderio.* Diod.l.14.

XIII. XII.

A. M. 3611. Perſ. 151. V. C. 365. Ante Dn. 389. Artax. XVI. Pr. Antipatro.

E *DIonyſius Syracuſarum tyrannus in Jtaliâ victoriam illuſtrem conſecutus præter omnium ſpem captiuos humaniſſimè excipit. Soli Rhegini ſæuitiam eius experti ſunt, iuſſi centum talenta, naues quadraginta & obſides centum dare.* Diod.l.14.

F *Romani à Gallis ad Alliam vincuntur annis centum viginti poſt reges exactos. Quintilis Pompiliani* XVI, *Iuliani quinto, Cancri nono, Lunâ* XV. *Quia ergo veteres Solſtitium fieri putabant octauo Cancri, ideò Plutarchus notat factum* Dionyſ. Halic. Plut. in Camillo.

id περὶ θερινὰς τροπὰς, περὶ πανσέληνον. Cæterum Tribuni militares tum Magiſtratum inibant menſe Quintili. Biduo poſt, Quintilis Pompiliani XVIII, *Iuliani ſeptimo, Cancri vndecimo, Lunâ* XVII. *Româ à Gallis capta & incenſa. Senatus Dictaturam deferre cogitur M. Furio Camillo abſenti, quem nuper iniquè in* B *exilium egerant. Is contracto Veijs exercitu Gallos nec opinantes aggreſſus in fugam agit. Fugientibus inſtant Itali, vt vix quiſquam relictus ſit, qui gloriari poſſet Romam à ſe incenſam. Cæterum perplexa per hæc tempora Magiſtratuum ſeries facit, vt in anno cladis huius deſi-* C *gnando æſtuent hiſtorici. Sigonius, Panuinius (forſan & Polybius) ſuperiori anno V.C.364. id tribuunt. Sed rem hoc anno geſtam docet character plenilunij cum Solſtitiali centro, ſiue Cancri octauo concurrentis.*

A. Gell. l.17.c.21. *Non multò poſt Romam à Gallis ca-* D *ptam Eudoxus Aſtrologus in terrâ Græciâ nobilitatus eſt.*

Romanæ ſuperſtitionis futilitatem vide. Quia pugna Allienſis poſtridie Idus

l.5.c.17. *Quintiles pugnata,* complures, *inquit, Gellius,* Senatores recordari ſeſe dixerunt, quoties belli gerendi gratiâ E res poſtridie Kalendas, Nonas, Idus à Magiſtratu populi Rom. facta eſſet, eius belli proximo deinceps prælio rem male geſtam eſſe. Tum Senatus eam rem ad Pontifices rejecit, vt ipſi quod videretur, ſtatuerent. Pontifices decreuerunt, nullum ijs die- F bus ſacrificium recte futurum. Ante diem quoque quartum Kalendas vel Nonas, vel Idus tanquam inominalem diem plerique vitant. Eius obſeruationis an vlla religio ſit tra- A dita, quæri ſolet. Nihil ſuper ea reſcriptum inuenimus, niſi quod Claudius Annalium quinto cladem illam pugnæ Cannenſis vaſtiſſimam factam dicit ante diem quartum Nonas Sextiles.

B

XIV. XIII.

Olympias XCVIII. Soſippus.

A. M. 3612. Perſ. 152. V. C. 366. Ante Dn. 388.

Artax. Mnem. XVII.

Pr. Pyrrhione.

C *TEleutias Ageſilai frater in Aſia aliquandiu cum laude verſatus Lacedæmonem reuocatur magno Græcorum deſiderio. Hierax Nauarchus Teleutiæ ſubſtitutus præſidiarios Athenienſium milites ex Ægin à ejcit.* *Diod.l.14.*

D *Dionyſius mittit equos, arma, currus, viros, qui ipſius nomine in Olympico agone pugnent. Hæc quia magni pretij erat, laudibus excepta ſunt. Ipſius verò ridiculi verſus exſibilati. Neque tamen ab inſania poetica vnquam curari potuit Dionyſius. Nec enim deerant paraſiti,* E *qui eum Homero & Pindaro anteferrent.*

XV. XIV.

A.M.3613. Perſ.153. V.C.367. Ante Dn. 387. Artax. Mnem. XVII. Pr. Theodoto.

F *LAcedæmonij tuendo maris imperio impares Græcarum Aſiæ vrbium libertatem tot bellis partam, toties à Perſis extortam vno pacis edicto produnt procurante Nauarcho Antalcidâ, vt* *Diod.l.14. Iſocrat. panez. p. 96. & panath. p. 383.*

Ageſilai

Xenoph. Hell. l. 5.

Ageſilai & Teleutiæ, quorum gloriæ inuidebat, acta reſcinderet. Inter Artaxerxem igitur & Græcos fit pax his conditionibus, vt Clazomenæ, Cyprus, & omnes Aſiæ vrbes regi parerent, Lemnus, Imbrus, & Scirus Athenienſibus. Reliquæ liberæ eſſent. Hoc modo pacis arbitros ſeſe ferebant Lacedæmonij & Thebanorum, Argiuorumque, qui ciuitates aliquot duriore iugo premebant, faſtum ſeſe deiecturos ſperabant.

Dionyſius olim à Rheginis vxorem rogauerat, vt hoc ἐπιγαμίας iure ſocietatem cum illis iniret. Reſponderant illi eſſe ſibi carnificis filiam, quam Tyranno dent, ſi velit. Et cum dicto petulãti ſplene cachinnum tollit populus. Hui! quot lachrymis, quàm tragicis doloribus emptus eſt hic riſus! Hanc contumeliam altâ mente tam diu repoſuit Dionyſius, donec iram abunde exſatiauerit. Igitur poſt aliquot vltionum præludia, vrbem obſidet totos vndecim menſes tam arctâ cuſtodiâ, vt ad vltimam inediam eos redegerit. Medimnus tritici quinque minis vænijt. Tritico conſumpto, equi, mures, coria deuorantur. Etiam herbam more pecudum depaſcuntur miſeri, vbi etiam herba defecit, ad deditionem veniendum fuit. Sex millia ciuium ſupererant. Syracuſas deducuntur nudi. Mina lytrum à ſingulis exigitur. Cum ne teruncius quidem illis ſupereſſet, mancipio dantur. Etiam exquiſitis quorundam ſupplicijs oculos ſuos pauit Dionyſius, ἀκλήσιτα λέλογχε δαιμόνα γεραγέρας.

Pindarus.

(∴) (∴)

(∴)

A XVI. XV. Pythias L.

A. M. 3614. Perſ. 154. V. C. 368. Ante Dn. 386. Artax. Mnem. xix. Pr. Myſtichida.

Diod. l. 15. Xenoph. Hellen. l. 5.

B *Artaxerxes Græcorum metu liberatus in Euagoram Cyprium arma conuertit, qui octennio vel ſexennio ante defecerat, initâ cum Athenienſibus & Ægyptijs ſocietate. Armat igitur rex naues trecentas, & trecenta peditum millia. Euagoras reliquâ Cypri parte ſpoliatus, Salaminem filio commendat. Ipſe* C *ad Achorim Ægypti regem ſe confert, auxilium poſtulaturus.*

In Græciâ pax Antalcidæ inteſtinarum diſſenſionum ſementis fuit. Remouentur ab vrbibus præſidia, reuocantur exules veteres iniurias vlturi. Lacedæmonij, dum infirmioribus opem pollicen- D *tur, libertatem omnibus ereptum eunt, verbo quidem prædicantes ſe ciuitates liberas dimittere, interim Harmoſtas ſuos ex vrbibus non reuocabant.*

Polyb. l. 4. p. 297.

Primos aperto bello inuadunt Mantinenſes tricennalibus iam finitis inducijs expoſtulantes inducias ab illis malignè E *ſeruatas, hoſtibus quàm amicis Lacedæmoniorum æquiores fuiſſe. Muros vrbis æquari iubent, vrbem in pagos, vt olim, diffindi, Oligarchiam reſtituit. Tam iniquis poſtulatis annuunt Thebani, non Laconum amore, ſed Mantinenſium odio. Thebanorum duces Pelopidas & Epa-* F *minondas priuatas hactenus inimicitias exercuerant. In prælio tamen vulnerato Pelopidæ ſuccurrens Epaminondas & ipſe ſauciatur. Ambos ſeruat Ageſipolis Lacedæmonum rex. Ita deinceps amiciſſimi fuerunt Pelopidas & Epaminon-*

das. Thebani contra Lacedæmonijs infen- A *ſiores & inuiſiores quam pridem.*

XVII. XVI.
A. M. 3615. Perſ. 155. V. C. 369. Ante Dn. 385. Artax. Mnem. xx. Pr. Dexitheo.

Diod. l. 15. Iſocrat. Euag. Xeno. l. 5.

Achores Ægypti rex, ſibi iam metuens, parca Euagoræ auxilia ſubminiſtrat. Euagoram ſtrenue vrgebat Tiribazus. Hunc tamen quaſi præuaricatorem criminatur Orontes, amotoque Tiribazo belli regimen obtinet. Milites Orontis perſidiam deteſtati imperium aſper- C *nantur. Cogitur ergo Orontes Euagoræ multò plura largiri, quàm Tiribazus. Ita Euagoras decennali cum Artaxerxe bello defunctus, nuper à Tiribazo totâ Cypro ſpoliatus, Orontis ignauiâ totum regnum recuperat. Lacedæmonij Mantinenſes longa obſidione fractos adi-* D *gunt ad ea exequenda, quæ anno ſuperiore imperauerant. Id primò durum vſus gratiſſimum fecit.*

Artaxerxes eo æquiore animo pacem Euagoræ largitus eſt, quod ipſe longinquo aduerſus Caduſios bello implicitus erat.

Obiter vel hinc collige id non conueni- E *re Hieroſolymorum inſtauratori, qui xx. regni anno, altâ pace in regiâ fruebatur. Multò minus hoc tempus conuenit Ezdræ Saraiæ filio, cùm ante quinque & ducentos annos in captiuitatem abductus ſit tam Saraias pater, quàm Ioſedek frater Ezdræ. Ieſua quoque affingendus* F *erit principatus annorum circiter centum & viginti. Sed & inſtauratoribus vrbis ac templi multo rectius conueniunt, anores Longimani & Hyſtaſpidæ, quam Nothi & Mnemonis, ac proinde Danie-*

2. Reg. 25. 18. 1. Chron. 6. 15.

lis hebdomades non à Nothi ſecundo, nedum Mnemonis ſeptimo, vel viceſimo, ſed à Longimani ſeptimo, vel viceſimo inchoandæ, vt in Chriſti paſſione deſinant.

XVIII. XVII.
B
Olympias xcix. Dion.
A. M. 3616. Perſ. 156. V. C. 370. Ante Dn. 384. Artaxerx. Mnemon. XXI. Pr. Diotrephe.

Dionyſius Illyrios & Tyrrhenos piraticis incurſionibus infeſtat, templa quædam ſpoliat, Ex præda talenta amplius MD. *corradit.* Diod. l. 15.

Ariſtoteles Stagirita Philoſophiæ Peripateticæ parens naſcitur Olympiade XCIX. *teſte Apollodoro apud Laertium. Gellius natum refert ſeptimo poſt Romam à Camillo recuperatam anno.*

Laertius. Ariſt. Gell. l. 17. c. 21.

XIX. XVIII.
A. M. 3617. Perſ. 157. V. C. 371. Ante Dn. 383. Artax. Mnem. xxii. Pr. Phanoſtrato.

Dionyſius Siculos cohortatur ad excutiendum Pœnorum iugum, Magonem prælio ſuperat pacem poſtulantem iubet omni Siciliæ renuntiare. Inducias tamen largitur, dum Carthaginenſium mẽtem exploraret. Interim Magonis filius adhuc puer militũ animos ita confirmat, vt Dionyſium prælio victum ad pacem petendam adegerint, eâ lege, vt præter vrbes, quas tum tenebant Pœni, etiam Selinuntem & Agrigentum ipſis redderet Dionyſius, & mille talentorum mulctam ſolueret. Diod. l. 15.

נאח a Gaos [a] Artaxerxis Nauarchus, Tiri- A
bazi gener odio Orontis à rege defecerat,
תחש b & Tachon [b] in partes pertraxerat, ab
idem quod Achore [c] Ægyptio certum auxilium ſpe-
אחש rans, cum Euagoræ exemplo diſcere prom-
אחחרש c ptum eſſet, quam fluxa ſit Ægyptiorum
fides. Artaxerxes Caduſiaco bello de-
functus, Tiribazum inſontem compertus B
priſtinæ dignitati reſtituit: Oronti iuſtas
infligit pœnas, Gaonem, Tachonemque
debellatos promerito caſtigat.

Xenoph. Hellen. l. 5. Olynthij Iſthmum Palleniacum, Pel-
lam & aliquot Amyntæ Macedonum
regis vrbes ſibi ſubiecerant, iamque A-
polloniæ & Acantho imminebant A- C
thenienſium ſocietate fulti. Apolloniatæ
& Acanthij opem à Lacedæmonijs poſtu-
lant. Mittitur Eudamidas. Is confeſtim
Neodamodarum & Sciritarum duo mil-
lia eò ducit. Reliquas copias Phœbidæ
fratri colligendas committit. Ipſe in Ma-
cedoniâ proſpere agit. Phœbidas in tranſ- D
curſu Thebanos rogat auxiliares aduerſus
Olynthios copias. Reſpondet Iſmenias
Polemarchus Thebanis iam cum Olyn-
thijs ſocietatem eſſe, Iſmeniæ diſſidens al-
ter Polemarchus Leontiades Phœbidam
rogat, tantiſper ſubſiſtat, quaſi feſſis co-
pijs recreandis, dum ipſe gratiſſimam E
Lacedæmonijs rem faciat, Theſmophorio-
rum die, dum choreas agūt mulieres, viri
pelliciente veris (ſic enim θέρους vocem
hîc interpretor) ſerenitate meridianum
ſolem captant magnâ in plateis ſolitudi-
ne. Leontiades Phoebidam in Cadmeam
arcem inducit, Iſmeniam nec opinãtem in F
vincula conijcit. Thebani conterriti A-
thenas fugiunt amplius quadringenti.
Lacedæmonij Phœbidæ factum primo
quidem, quia iniquum, improbant, pu-
blicæ infamiæ metu: idem, quia vtile
viſum eſt, probant, autore Ageſilao, Iſ-
meniamque, quaſi multorum criminum
reum, capite damnant.

Hiparchus apud Ptolemæum teſtatur obſeruatum Babylone Lunæ deliquium Phanoſtrato Prætore, anno Nabonaſſari 366, menſe Poſideone, Thoth XXVI, ſequente XXVII. Tempus conuenit Decembris XXIII, cum Lunæ latitudo eſſet graduum 259. 5′. 6″. poſt mediam noctem horis quinque & ſemis, cùm Sol circa Sagittarij finem eſſet. Ptolem. l. 4. c. 11.

XX. XIX. Pythias LI.
A. M. 3618. Perſ. 158. V. C. 372. Ante Dn. 382. Artax.
Mnem. XXIII. Pr. Menandro.

TEleutias Ageſilai frater cum amplioribus copijs aduerſus Olynthios mittitur agros eorum peruaſtat, cum Amyntâ Macedonum rege ſocietatem init. Hanc iniquitatem multis exaggerat Iſocrates Panegyrico, quem hoc circiter anno recitauit, quod Lacedæmonij, cum publicæ libertatis vindices audiant, tamen liberis ciuitatibus infeſtiſſimi, cum babaro Artaxerxe, & cum tyrannis Amyntâ & Dionyſio arctiſſima ſocietate coniunctiſſimi ſint. Xenoph. Hellen. l. 5. Diod. l. 15. Iſoc. p. 98.

Hipparchus apud Ptolemæum refert obſeruatum Babylone Lunæ deliquium exeunte Phanoſtrati Præturâ, anno Nabonaſſari 366, Scirrophorione menſe, Phamenoth XXIV, ſequente XXV, cùm Sol circa finem Geminorum eſſet, diebus 177, horis tredecim, gradibus 173 poſt eclipſem Lunæ ſub finem anni ſuperioris memoratam, horis quinque & ſemis Ptolem. l. 4. c. 11.

ante mediam noctem. *Tempus conuenit Junij Iulianij die* XVIII, *cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 83.6′.20″.*

Phanoſtrato qui ſucceßit Prætor, Diodoro dicitur Menander, Ptolemeo Euander, facili calami lapſu, cujuſcumque tandem ſit error. Præturam autem inijt Hecatombæonis primo, Iulij quarto. Igitur Hipparchus ibidem refert obſeruatum Babylone deliquium Lunæ, cum Athenis Prætor eſſet Euander, anno Nabonaſſari 367, diebus 177, gradibus 175 poſt eclipſem modo memoratam, cùm Sol beſſem Sagittarij peregiſſet, horis duab. & ſemis ante mediam noctem, Toth XVI, ſequente XVII, menſe Poſideone primo. *Videtur vacare vox* primo. *Tempus conuenit Decembris* XII, *cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 267.7′.53″.*

XXI. I.

A. M. 3619. Perſ. 159. V. C. 373. Ante Dn. 381. Artax. Mnem. XXIV. Pr. Demophilo.

Diod. l. 15.
Xenophon Hell. l. 5.

OLynthus & Apollonia nonaginta ſtadijs inuicem diſtabant. Crebris igitur excurſionibus altera alterius agros infeſtabat, vario ſucceſſu. Tlemonidas fugientes Olynthios acrius inſecutus, terga vertere cogit, ac centeſimus cadit. Teleutias equites ſuos ab Olynthijs caſos indignatus Tlemonidæ, Olynthiorum ſanguine parentare cupiens, perit ipſe cum MCC. *peditibus: illuſtri documento, nuſquam minus iræ indulgendum, quàm in bello, vbi non licet bis peccare. Teleutiæ ſubſtitutus Ageſipolis Lacedæmonum rex, & ipſe non multo poſt obit, eiuſque loco regnat frater Cleom-*

A *brotus, Olynthum vero mittitur Polybiades. Phliaſiorum exules reſtitui iubet Ageſilaus, abnuentibus Phliaſijs bellum infert.*

XXII. II.

Olympias c. Dionyſiodorus.

B

A. M. 3620. Perſ. 160. V. C. 374. Ante Dn. 380. Artax. Mnem. XXV. Pr. Pythea.

Xenoph. Hell. l. 5.
Diod. l. 15.

PHliaſij viginti menſes ab Ageſilao obſeßi deditionem faciunt. Eliguntur ciues quinquaginta, exules totidem,
C *qui controuerſias omnes dirimant, nouas leges condant; præſidium vrbi imponitur.*

Olynthij quoque belli tædio & longa obſidione à Polybiade fracti, deficiente annona pacem petunt. Ita iam tota Græcia quaſi perdomitæ inſultabant Lacedæ-
D *mony. Sed, vt hic pie notat Xenophon, nunquam impios multos patitur Nemeſis.*

Horat.

Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Plutarch. Pelopida.

Melon Athenis Thebas ducit ſex vel duodecim viros pugionibus tantum ar-
E *matos habitu ruſticorum. Sub veſperam vrbem ingrediuntur pridie Aphrodiſiorum & apud Charonem diuertunt. Poſtridie Phyllidas ad Archiam & Philippum Polemarchos adit* Ἀφροδίσια ἄγοντας ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς, *docet eſſe ſibi notas inſigni formâ meretrices, quarum, ſi lu-*
F *beat, copiam ipſis facturus ſit.* Poſt cœnam, *inquiunt,* adducito. *Interim rumor incertus ad Polemarchos defertur homines ſuſpectos apud Charonem latitare. Arceßitur Charon. Ille primò reſtitare, dein vultu compoſito Polemarchos*

Digitized by Google

adit, rogat, quid velint. Vbi rei ignaros animaduertit. Nolite, *inquit*, vos dare referentibus. Ego tamen inquiram & renunciabo. *Interim accumbunt menſæ Polemarchi, hilaria agunt. Pergræcantibus literas offert tabellio ab Archia Athenienſium Hierophanta ſcriptas, quibus totius proditionis ſeries narrabatur, monebat nuntius rem ſeriam agi. Illi iam vino madidi* ἐς αὔριον *inquiunt,* τὰ σπουδαῖα. *Compotationes repetunt, neue quid feſto Veneris deeſſet, promiſſas veneres adduci iubent. Adducti muliebri habitu iuuenes Polemarchos obtruncant, tam proſperè, vt ne clamor quidem auditus ſit. Deinde in Leontiadæ ædes pergunt quaſi à Polemarchis miſſi. Ille riſu & oſculo meretrices excipiens confoditur. Hinc carcerem petunt, reum aliquem Polemarchorum nomine petunt. Recluſo carcere cuſtodem iugulant, captiuos ſoluunt. Poſtridie populum conuocant, docent quid egerint. Populus* σῶστρα *ſacrificat, libertatem recuperat.*

XXIII. III.

A. M. 3621. Perſ. 161. V. C. 275. Ante Dn. 379. Artax. Mnem. XXVI. Pr. Nicone.

Xenoph. Hell. l. 5. Diod. l. 15. Plutarch. Pelopida.

THebani annum & magiſtratus ſuos à bruma inchoabant. Polemarchis, quos inſtituerant Lacedamonij, occiſis, creantur Melon & Charon Polemarchi, Bœotarchæ vero Geon, Gorgidas & Pelopidas. Hi confeſtim Cadmeam arcem obſident, occupant.

Athenienſes duo factionis huius conſcij fuerant. Hos Magiſtratus Lacedæmoniorum metu alterum capite, alterum abſentem exilio mulctant.

Simul Lacedæmonem perlatus eſt nuntius, rogatur Ageſilaus, vt publico dedecori obuiam eat. Ille cauſæ diffidens, excuſat ſe prætexens ætatem, ſe iam emeritum, & ſexagenario maiorem eſſe. Cleombrotus eò miſſus, re infecta redit relicto Theſpiæ Sphodria, qui Thebanos incurſionibus vexet. Bœotarchæ exploratam habentes ſtolidam Sphodriæ temeritatem mittunt, qui moneat Athenienſes factionis participes eſſe, Piræum à Sphodria facile occupari poſſe. Eò profectus Sphodrias, ludibrium debuit. Mittunt Lacedæmonem Athenienſes, qui de Sphodria conquerantur. Ageſilaus filij precibus victus pro Sphodria intercedit, riſu quàm ſupplicio digniorem prætexens. Ephori ſe Sphodriæ gratiam facturos pollicentur, ſi Ageſilaus ipſe Bœoticam expeditionem ſuſcipiat. Sed & ipſe re infecta redire cogitur relicto Theſpiæ Phœbida, qui non multò poſt fortiter pugnans à Thebanis occiſus eſt. Athenienſes interim, vbi Sphodriam impunitum videre, meminiſſe incipiunt meliorem eſſe Thebanorum cauſſam.

XXIV. IV. Pythias LII.

A. M. 3622. Perſ. 162. V. C. 376. Ante Dn. 378. Artax. Mnem. XXVII. Pr. Nauſinico.

INeunte vere iterum in Bœotiam proficiſcitur Ageſilaus, & multis prælijs Thebanos fatigat quidem, ſed & bellicoſos reddit, oblitus illius Lycurgi retræ, qua cauerat, ne ſæpius aduerſus eoſdem populos pugnarent. Tandem accepto vulnere domum redit, & ab æmulo An-

Xenoph. Hell. l. 5. Diod. l. 15. Plut. Ageſilao pag. 1115. & Lycurgo p. 86.

talcidæ ſcommatis excipitur. Hæc ſunt, inquit, tua διδασκάλια, qui Thebanos nolentes pugnare docueris.

XXV. V.

A. M. 3623. Perſ. 163. V. C. 377. Ante Dn. 377.
Artax. Mnem. XXVIII.
Pr. Callia.

Xenoph. Hell. l. 5. Diod. l. 15.

D*Vm Ageſilaus vulneribus & ſenio fractus domi reſidet, Cleombrotus in Boeotiam miſſus Citharonis anguſtias ab Athenienſibus & Thebanis captas nactus Spartam regreditur. Mittitur mari Pollis cum* LX. *nauibus. Athenienſes Chabriæ dant* LXXXIII. *Is Pollim illuſtri prælio ſuperat inter Naxon & Paron. Parte alia Timotheus Corcyram verſus nauigans tum* LX. *nauibus virtutis & humanitatis ſuæ admiratione multas vrbes Athenienſibus conciliat. Aduerſus hunc mittuntur Nicolochus & Antalcidas, cùm nauibus* LXI. *Dum Antalcidas cum ſex nauibus abeſt, Timotheus Nicolochum adortus ſuperat. Superuenit Antalcidas & prælium offert. Recuſat tum Timotheus. Mox decem nauibus auctus ipſe hoſtes prouocat, fugat, maris fit potens. Thebani ſedulò cuſtoditis Citharonis anguſtijs ſecure iam agentes ſuas vrbes recuperant, vicinis talionem rependunt maximè Phocenſibus. Demoſthenes Athenienſes alloquens.* Vos, *inquit,* προστάται principes Græcorum fuiſtis annos ſeptuaginta tres, Lacedæmonij annos vndetriginta, poſtremis verò his temporibus Thebani poſt pugnam Leuctricam. *Demoſthenes principatum Athenienſium inchoat à pugna Mycalenſi anno V. C. 275. vſq; ad pugnam ad Ægos potamos, ſiue Capræ fluuium anno V. C. 349. Annus ab eo vndetrigeſimus deſinit in Chabriæ victoriam, quæ Lacedæmonijs maris imperium eripuit magnorum Cereris Myſteriorum die primo, Boedromionis ſexto decimo, pleniluni0, Septembris viceſimo.*

Dem. Philippica 3.

Plutar. in Phocione p. 1366.

XXVI. VI.

Olympias ci. Damon.
A. M. 3624. Perſ. 164. V. C. 378. Ante Dn. 376.
Artax. Mnem. XXIX.
Pr. Chariandro.

Xenoph. Hell. l. 6. Diod. l. 15.

C*Leombrotus in Phocidem delatus Thebanorum quidem impetum reprimit & Phocenſes vtcumque tutatur, in Boeotiam irrumpere non poteſt. Pharſalij inita pridem ſocietate cum Lacedæmonijs, vrbis ſuæ arcem Polydamanti cuſtodiendam dederant. Iaſon ſubacta Theſſaliæ magna parte Polydamanti imminebat. Polydamas monet fidem vita potiorem eſſe. Monendos priùs Lacedæmonios, quàm de noua ſocietate conſultandum. Iaſon Polydamantis integritatem laudat, Deliberandi ſpatium largitur, quantum ſatis erat monendis Lacedæmonijs. Ij ingenue agnoſcunt ſibi iam vires non ſuppetere tanto, tamque longinquo bello ſuſcipiendo. Non recuſare, quin ipſe rebus ſuis conſulat. Iaſon igitur Polydamantis viribus auctus, totius Theſſaliæ fit potens. Id poteſtatis* ταγὸν *vocabant. Erant illi equitum* VIM, ὁπλιτῶν, *i. peditum grauis armaturæ* XXM. πελταστῶν, *i. Scutatorum & vrbium immenſus numerus,* πελταστικὸν μὲν ἱκανὸν

πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀντιπαχθῆναι. Ἔργον γὰρ ἐκείνων Theſſalorum καὶ τὰς πόλεις ἀεθλμῦντα. Hæc ſunt Xenophontis verba, quæ ſanè fidem excedunt.

XXVII. VII.
A. M. 3625. Perſ. 165. V. C. 379. Ante Dn. 375. Artax. Mnem. xxx. Pr. Hippodamo.

Xen. l. 6. Diod. l. 15. *ATheníenſes piraticis Æginetarum incurſionibus infeſtati, & Thebanorum gloriæ inuidẽtes cauſati iniquum eſſe, vt ipſi ſoli maritimarum expeditionum ſumptus tolerent, Artaxerxis monitu de pace tranſigunt eâ lege, vt omnibus Græciæ vrbibus liceret* αὐτονόμοις καὶ ἀφρουρήτοις εἶναι, *i. ſuo arbitratu & ſine præſidio viuere. Soli Thebani ſua in Boeotos iura ſibi eripi nolẽtes pacem reſpuunt. Reliqui Græci alij volentes, alij inuiti pacis conditiones admittunt. Mittuntur igitur quaquauerſus* ἐξαγωγεῖς, *qui ex vrbibus præſidia deducant, libertatem reſtituant: Ea res nouis tumultibus ianuam aperuit, quos graphice diſcribit ac deplorat Iſocrates Archidamo p. 269. & 270. editionis Francofurtenſis.*

XXVIII. VIII. Pythias LIII.
A. M. 3626. Perſ. 166. V. C. 380. Ante Dn. 374. Artax. Mnem. xxxi. Pr. Socratide.

Xenoph. Hell. l. 6. Diod. l. 15. *HActenus Græci Ægyptiorum ſocietatem aduerſus Perſas expetiuerant. Nunc Perſis aduerſus Ægyptios militant. Armat rex quingentas naues, triremes trecentas,* τριακοντόρους *ducentas, barbarorum* CXXM. *Græcorum* XXM. *Græcis Iphicratem Athenienſem præficit, Artabazum barbaris, Pharnabazum vniuerſis. Nili oſtium illud occupant, quod omnium diligentiſſime cuſtodiebatur. Iphicrates territis inſtandum monet, Metropolim ipſam petendam, Memphin adhuc imparatam, viris vacuam. Pharnabazus procraſtinator, & Iphitrati iam inuidens copias expectandas, vt vno impetu ac totâ mole regni caput obruant. Interim veniunt Eteſiæ & Memphin inacceſſam reddunt. Ita re infectâ diſceſſum. Cononis exemplum metuens Iphicrates furtim Athenas redit. Zacynthiorum exules à Timotheo adiuti inſulam totam infeſtant. Thebani Theſpias & Plataas euertunt. Plataenſes ab Athenienſibus humaniſſime excipiuntur & ciuitate donantur.*

I. IX.
A. M. 3627. Perſ. 167. V. C. 381. Ante Dn. 373. Artax. Mnem. XXXII. Pr. Aſtio.

MNaſippus Lacedæmonius naues LXV. *aduerſus Corcyram ducit, inſulam vaſtat, vrbem obſidione premit. Cum iam inſolentius ageret, Cteſicles Athenienſis cum quingentis in vrbem illapſus Corcyrenſes confirmat, irruptioneque factâ Mnaſippum occidit, reliquos profligat. Mittit Dionyſius Lacedæmonum ſocius naues inſtructiſſimas decem. In has Iphicrates incidit, conficitque prædam talentorum* LX. *Tum nauibus* XC. *Acarnaniæ litora populatur, vir in quo dubites, fortitudinem, prudentiam an integritatem potius laudes. Satan mendacij parens & homicida Helicenſibus olim reſponderat male ceſſurum ipſis, vbi in ipſorum altari ſacrificauerint Iones* Xenoph. Hell. l. 6. Diod. l. 15.

ipſorum propago. Hi ex quo in Aſiam migrauerant, modo Mycale, modo Epheſi Panionia ſua celebrauerant. Hinc dubium & cõtentio, vter locus ſacris aptior ſit. Apollo conſultus reſpondet ea ἀφιδρύματα ſanctiſſima fore, quæ ex maiorum ſuorum templo deſumpſerint. Oraculum Heliceñſibus exponunt Iones. Huic alind oraculum opponunt Heliceñſes. Amphictyones conſulti Heliceñſes iniquitatis damnant. Iones inuitis Heliceñſibus in ipſorum templo ſacra faciunt, quaſi ſanctificatura eos lapides, quos inde exportaturi erant. Heliceñſes hoſtias ſubuertunt, aras cruore complent. Superuenit terra motus & maris inundatio, quæ Helicem abſorpſit. Ita qui ad ſcelera proritabat, ſcelerum vindex ac caſtigator videri volebat. Sed verus Deus longe grauiores habuit cauſſas, ob quas Helicem perderet. Buram Euſebius Diodorum ſecutus cum Helice abſorptam refert. Attamen Polybius Helicem tantum à mari hauſtam dicit, idque paulò ante Leuctricam pugnam quam biennio poſt memoramus. Buram ſuo quoque tempore extitiſſe refert idem Polybius. Olenum autem his vicinam & XII. Achæarum vrbium vnam euerſam quidem refert. quando, aut quo modo, non docet.

Polyb. l. 2. p. 128.

II. X. Olympias CII. Damon.

A. M. 3628. Perſ. 168. V. C. 382. Ante Dn. 371. Artax.

Mnem. XXXIII. Pr. Alciſtene.

Xenoph. Helle. l. 6. Diod. l. 15.

QVi nono ſui imperij anno Græcorum diſſenſiones auro emercatus fuerat Artaxerxes, poſtquam Antalcidæ pacis beneficio res ſuas in tuto vidit, cœpit Græcos qui iam vtiliter ipſi ſerui- A *bant, ad pacem ſeriò cohortari, tum tertio ante hunc, tum hoc ipſo anno.*

Athenienſes Thebanis ſuccenſebant, quod Plateas & Theſpias de Græcia olim bene meritas vrbes & ſibi amicas euertiſſent. Sed ſciebant ſe mari quam terrâ ſolertiùs & feliciùs pugnare. Et ingloriũ B *ac intutum videbatur ab hoſte pacem petere, vt amicum laceſſas. Itaq; conſultius viſum Artax. obſequi, ac publico bono conſulere. Mittunt igitur Thebas, qui ad pacem hortentur. Suadent legatos Lacedæmonem mittant. Suos quoque die dictâ ad futuros, ſibi nuper mari multa proſpe-* C *re ceßiſſe. Sed & ſpes ſuæ renuntiaturos, & poſt vltimam pacem parta reddituros, dum quouis pretio pacem Græciæ redimant. Dum vltrò citròque nuntij commeant, de hoſtili furore aliquid remittitur.*

D

III. XI.

A. M. 3629. Perſ. 169. V. C. 383. Ante Dn. 371. Artax.

Mnem. XXXIV. Pr. Phraſiclida.

Xenophon lib. 6. Diod. l. 15. Plut. Pelopida pag. 1117.

POſt multas diſceptationes pacis fœderi ſubſcribunt etiam Thebanorum E *legati die* XIV *Scirrophorionis, Maj* XVIII. *Poſtridie legati Thebanorum rogant, vt in ſubſcriptionibus Bœotorum, non Thebanorum legati nuncupentur. Ageſilaus reſpondet, ſe eorum nomina deleturum, ſi velint. Quidquam verò μεταγράφειν fas non eſſe. Interim in armis* F *erant, & Thebani in Bœotia, & Lacedæmonij in Phocide duce Cleombroto. Huic mandant Ephori, in Bœotiam protinus irrumpat, niſi Thebani dicto audientes ſint. Thebani Cleombroto reſpondent, ſe Theſpias & Plateas inſtauraturos,*

ros, Bœotis αὐτονομίαν reddituros, modo Lacedæmonij Meſſenem inſtaurent, & Laconas ſui iuris eſſe patiantur. Cleombrotus pronuntiat Thebanos fœderis violatores videri, & cum dicto in Bœotiam penetrat, ſed aliâ viâ quam Thebani crediderant. Tandem concurritur ad Leuctra. Hippodromij, qui Hecatombæon Athenienſibus dicitur, ſexto, Iulij ſeptimo, quinquaginta diebus poſt inducias, non viginti, vt putat Plutarchus. Certe adduci non poſſum vt credam, tam multa viginti diebus fieri potuiſſe. Cauſa erroris Plutarcho fuit, quòd in anno à Scirrophorionis XIV. *ad Hecatombeonis ſextum ſolent eſſe* XX. *dies tantum. Et præter ordinem factum, vt hic annus embolimæus fuerit. Nam emboliſmus, antecedenti potius anno conueniebat, vel ſequenti, quo pugnam Leuctricam factam vult Scaliger Eratoſthenem autorem laudans. Cùm tamen fateatur reliquos omnes huic anno Leuctricam pugnam adſcribere.* At *cum reliquis paria facit etiam Eratoſthenes: Is enim apud Clementem Stromatum lib.* I. *numerat à tranſitu Xerxis ad bellum Peloponneſiacum annos* XLVIII. *Hinc ad captas Athenas* XXVII. *Hinc ad pugnam Leuctricam* XXXIV. *Latinus interpres perperam ſcripſit* XXX. *Expende ſingula, ne latum quidem vnguem ab Eratoſthene diſcedit Diodorus.*

Erat tum præcipua apud Thebanos Ælian. l. 5. c. 5. *Epaminondæ authoritas. Huius auſteritatem ita deſcribit Ælianus.* Habebat, *inquit,* ἓν τρίβωνα, καὶ αὐτὸν ῥυπῶντα pallium vnicum, idque ſquallidum, quod, ſi fulloni emaculandum daret, domi manere alterius penuriâ cogebatur. *Cùm tanta eius paupertas eſſet, & rex Perſarum magnam auri copiam* A *miſiſſet, recuſauit, magnificentiorem eo, qui aurum offerebat, ſe præbens.*

Epaminondas, vt Thebanis victoriæ ſpem faceret, multa τεχνάσματα comminiſcitur. Sed illud neque ſuſpectum, neque contemnendum, quod memorant ſcriptores olim à Lacedæmonijs in agro Leu- B *ctrico vitiatas virgines mortem ſibi conſciuiſſe. Sceleris autores corruptione iudicum ſupplicio exemptos, eò loci tandem Lacedæmonios tum veteris huius piaculi, tum nouorum criminum pœnas luiſſe. Cecidere Bœoti quadringenti, Spartiatæ quingenti. Peloponneſij, Xenophon-* C *ti mille. Diodoro quatuor millia. Maximè duces Cleombrotus, Dinon, Sphodrias Cleonymus. Cladis nuntius Lacedæmonem perfertur vltimo Gymnopædiorum die. Ephori licet intus lugentes, tamen & choreas continuari ſufferunt, & defunctorum viduas ac matres moneri, ne* D *palam planctum facerent. Inſequenti die ſoli ij lugere conſpecti ſunt, qui neminem amiſerant.*

Archidamus Ageſilai adhuc ægrotantis filius, cum reliquis, quæ domi manſerant, cohortibus millenarijs (μόρας Lacedæmonij vocabant) Thebanis obuiam E *it, ſecum ducens Tegeatas, Mantinenſes, Corinthios, Sicyonios. Venit & Iaſon Pheræus tantâ diligentiâ vt pleriſque locis priùs conſpectus, quàm auditus ſit, in ſpeciem Thebanis auxiliaturus, re verâ concordiæ ſequeſter futurus. Pacem cùm obtinere non poſſet, inducijs impetratis* F *domum reuertitur. In Thrachiniâ Heracleam proditione captam funditus ſubuertit eorumque regionem Oetæis ac Melienſibus diſtribuit.*

Ne bellum Thebanum fœdera nuper ſancita infringeret, Athenienſes com-

YY

municato cum ſocijs conſilio fœdus renouant in hæc verba. Ἐμμενῶ ταῖς σπονδαῖς, ἃς βασιλεὺς *Artaxerxes* κατέπεμψε, καὶ τοῖς ψηφίσμασι τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων. Ἐὰν δέ τις στρατεύηται ἐπί τινα πόλιν τῶν ὀμοσασῶν τόνδε τὸν ὅρκον, βοηθήσω παντὶ σθένει. *Mittuntur quaquauerſus* ὁρκωταὶ, *qui ab vrbium ſingularum Magiſtratibus iuſiurandum exigerent. Elidenſes Thebanorum exemplo fœdus reſpuunt, negantes æquum eſſe, vt ſuo in Marganenſes, Scilluntios, & Triphyllios iure ſpolientur.*

IV. XII. Pythias LVI.

A. M. 3630. Perſ. 170. V. C. 384. Ante Dn. 370. Artax. Mnem. XXXV. Pr. Dyſcineto.

Diod. l. 15. HIc annus inſignis fuit trium regum morte. Siquidem Iaſon hoc anno obijt circa Pythia, vt paulo poſt fuſius dicturi ſumus. Tum Amyntas Tharralei filius, Macedonum rex. Is reliquit tres filios Alexandrum, Perdiccam, & Philippum, quorum veterrimus Alexander, vnicum annum regnauit. Perijt & Ageſipolis Lacedæmonum rex, cùm annum vnum regnaſſet, eique ſuccedens frater Cleomenes regnat annos XXXIV (inquit lib. 15. Diodorus) LXI. dicere debuit, vt & ipſe ait lib. 20. & nos ſuo loco notabimus anno V. C. 445.* p. 488. p. 747.

Xenoph. Hellen. l. 6. Diod. l. 15. *Iaſon Phocenſibus mandat, quàm maximam pecorum copiam comparent, Cupere ſe præſentem Pythia celebrare, ac plurimas Hecatombas Apollini offerre. Phocenſes Apollinem rogant, quid facturi ſint, ſi Iaſon ſpoliandi templi, non ſacrificandi animo veniat.* Ego, inquit, proſpiciam. *Paulò ante Pythia in Iaſonem conſpirant fratres duo Polydorus*

A *& Polyphron. Septem ſicarios immittunt, qui Iaſonem quamuis multis ſatellitibus ſtipatum obtruncant, ex his euadunt quinque, duo opprimuntur, Polyphron conſortis impatiens Polydorum dormientem iugulat, & annum vnum parricidio duplici fruitur.*

B *Argiui tabulæ Sycophantijs ſuis eò impudentiæ venerunt, vt amplius* MCC. *ciues oppreſſerint, donec populus errore agnito iram in quadruplatores vertit, eoſque ad vnum omnes excarnificat. Hic tumultus* σκυταλισμὸς *dictus eſt.*

Mantinenſes beneficio fœderis vſi ſuos C *pagos, rurſus in vrbis formam reuocant, Lacedæmonijs fruſtra diſſuadẽtibus. Elei verò tria talenta. Arcadibus ſuam operam ad id vltrò impendentibus.*

Dum quoquouerſus perferuntur fœderum tabulæ, Proxenus & Callibius ſuadent, vt Arcades omnes, quaſi vnam D *vrbem efficiant, fœderi ſubſcribant, i.* τῶν μυρίων *duces, Staſippus cenſet, nomine omnium Arcadum ſingulis vrbibus præſtandum iuſiurandum. Hinc rixæ. Staſippus Proxenum occidit, Callibius impetrato à Mantinenſibus auxilio Tegeam occupat, Staſippus in templum Iunonis* E *fugit, atque inibi tegularum iactu occiditur. Staſippidæ amplius octingenti Lacedæmonem fugiunt, Ageſilaus in Mantinenſes quaſi fœderis violatores exercitum ducit, & mox cogente hyeme domum reuertit. Sed iræ impotentes Lacedæmonij protinus nouas in Arcadiam* F *copias mittunt hyeme anni duce Polytropo.*

(∴) (∴)

(∴)

V. XIII.

A. M. 3631. Perſ. 171. V. C. 385. Ante Dn. 369.

Artax. Mnemon. XXXVI.

Pr. Lyſiſtrato.

Xenoph. Helle. l. 6. Diod. l. 15. Plut. Pelopida.

Polyphron Pheræus Theſſalorum principatum (ταγείαν vocant) duobus parricidijs adeptus ab Alexandro fratre veneno tollitur. Js autem regnat annos duodecim, fratres ſuos tyrannicis artibus ſuperans. Sub finem anni ſuperioris Lacedæmonius Polytropus nouum exercitum in Mantinenſes duxerat. Hunc Lycomedes Mantinenſis Arcadum dux occidit, reliquos magnâ ſtrage editâ profligat. Ad prædam inuitat Eleos, Argiuos, Athenienſes, Thebanos. Athenienſes fœderum reuerentiâ & hoſti proſtrato inſultare inglorium rati, vltioni temperant. Thebani contra toto impetu alacres aduolant armatorum XLM, inermium XXXM ducentes. Bœotarchæ Polemarchis Epaminondæ & Pelopidæ ſpecie modeſtiæ exercitus regimen tradunt, re verâ ſuæ ſaluti conſulentes. Nam inſtabat bruma & anni finis. Jneunte autem nouo anno menſe Bucatio, qui Gamelioni Attico, Ianuario noſtro ferè reſpondet, neceſſe erat nouos Bœotarchas ac Polemarchos creari, vltra diem dictam imperium continuare, capital erat. Hi legis obliti in Lacedæmonios pergunt, Laconiam hactenus intactam totos tres menſes, certe dies LXXXV peruaſtant. Vbi Spartam ipſam capi poſſe deſperant, inſtauratâ Meſſene prædâ onuſti domum remeantes vix capitis periculum effugerunt, quod quatuor menſibus vltra præſtitutam diem Polemar-

A *chiam retinuiſſent. Vide Appianum p. 80. Tanto periculo defuncti, tot cladibus attriti Lacedæmonij vix quidquam de ſolita generoſitate remittunt. Siquidem fœdus cum Athenienſibus renouantes, maris quidem imperio illis cedunt, modo terræ potentes ipſi agnoſcantur. Cephiſo-* Xenoph. Helle. l. 7.

B *dotus Athenienſis, monet æquius futurum, vt tum mari, tum terra, alternis quinos dies imperent,* ὅπως ἐν μέρει τὸ κατὰ πενθήμερον ἑκάτεροι ἡγῶνται, *annuentibus etiam Corinthijs & Epidaurijs. Sed animi ſui robur, tum maxime exeruerant Lacedæmonij, cùm afflictiſſimæ*

C *erant eorum res, ac iam conclamatæ. Legatos quidem ad Thebanos mittere non puduit pacem poſtulaturos. Thebani pacem offerunt eadem lege, quam ante Leuctricam pugnam poſtulauerant, vt Meſſenem inſtaurarent & Laconas ſui iuris eſſe paterentur. Cùm plerique aſſentirent,*

D *exurgit Archidamus Ageſilai filius, negat deſpondendum animum, aut pacem iniquis conditionibus accipiendam ijs qui pacem dare, non accipere ſoliti ſint. Meſſenem iuſtas ob cauſſas euerſam non poſſe niſi inique inſtaurari maximo Lacedæmonium probro. Mortem potius for-*

E *titer appetendam, quàm vitam ignauiâ per dedecus redimendam. Extat oratio apud Jſocratem, ab eo quidem animi gratia conficta, ſed ita, vt quàm accuratiſſime poſſet hiſtoriæ veritati ſtylum accommodaret. In hoc vno decorum ſeruare non potuit, quod pro more verboſus à*

F *Laconicâ breuitate alieniſſimam regio adoleſcenti orationem affingit.*

Js ergo de Meſſene loquens pag. 256. ταύτην δὲ διὰ τετρακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσι, inique *inquit*, poſtulant Thebani, vt inſtauretur Meſſene, tam iuſtas ob

cauſſas trecenteſimo ante hunc anno diruta. *Thebani, quod à Lacedæmonijs extorquere non potuerant, id ipſi præſtiterunt, & Meſſenem readificarunt, Meſſenijs, Hilotis & conuenis vndique conquiſitis, qui quotidianis incurſionibus Laconicum agrum ex propinquo infeſtarent. Iſocrates autem pag. 256. illius euerſionis meminit, quæ facta eſt anno V. C. 86. poſtea pag. 366. etiam illius meminit, quæ contigit anno V. C. 295.*

Thebani non contenti Pelopidæ & Epaminondæ pepercisse, rurſus copijs militaribus, eos præficiunt. Pelopidam in Theſſaliam mittunt aduerſus Alexandrum Pheræum. Is poſt aliquot prælia proſpere facta Alexandrum ad æquitatem cohortatus, Theſſalos vt cumque conciliat.

Epaminondas Iſthmum à Lacedæmonijs & Corinthijs cuſtodiri videns aliquãdiu ſubſiſtit. Tum reditu ſimulato primo diluculo nec opinantes Iſthmi cuſtodes adortus in fugam agit, Corinthiorum & Epidauriorum agros populatur. Huius impetum reprimit Chabrias Athenienſis & viginti naues à Dionyſio Syracuſano miſſæ. Ita non magna re hac æſtate confecta in Bœotiam redit. Interim Arcades corporis robore ſtolidè feroces Græciæ imperium ſomniabant, Lycomedes Arcadiæ. Quippe ſe ſolos indigenas eſſe, nihil vſquam præclari ſine Arcadibus actum. Neue ſolis corporis viribus pollere viderentur. Eleis prædæ partem poſtulantibus reſpondent Triphylijs prius ab Arcadia oriundis libertatem reſtituendam. Ita quos in breui plurimum euexerat concordia, gliſcens diſcordia facile diſsipauit.

Philiſcus ab Artaxerxe miſſus Græ-
A *corum diſſenſiones multis verbis increpat, ſimultates exuere iubet, & pacis ſuæ fœdera ſanctè obſeruare. Pollicentur obſequium omnes, præter Thebanos, eorumque ſocios. Adeos caſtigandos pecunias ſuppeditat Philiſcus.*

B VI. XIV.

Olympias CIII. Pythoſtratus.
A. M. 3632. Perſ. 172. V. C.
386. Ante Dn. 368.
Artax. Mnem. XXXVII.
Pr. Nauſigene.

C *ARchidamus Ageſilai filius aduerſus Arcadas tam proſperum prælium facit, vt nemine amiſſo Arcadas plurimos occiderit. Hoc nuntio Spartam perlato omnes præ gaudio collachrymaſſe dicuntur. Arcadum inſolentiam repreſſam etiam Thebani & Elei gaudebant.* *Xenophon lib. 7. Diod. l. 15. Plutarch. Pelopida p. 532.*
D *Ne tamen id ipſis damno eſſet, ſuadent legatos ad Artaxerxem mittendos. Mittunt Arcades Antiochum, Elei Archidamum, Thebani Pelopidam. Athenienſes contra Leontem & Timagoram. Pelopidas Timagoram Leonti diſcordem auro, an comitate ſibi conciliat, vbi ad rem*
E *ventum, docet Thebanos ſolos Perſis nunquam nocuiſſe, ſemper fauiſſe. Ideoque ſe Lacedæmonijs & Athenienſibus inuiſos, Arcadas nuper ideò victos, quod ſine Thebanis pugnare cum Lacedæmonijs auſi fuiſſent, ſe Græcorum nullis virtute ſecundos cum Lacedæmonijs ſemper*
F *proſpere pugnaſſe, ſe primos Laconicam hactenus intactam populatos, Spartanos in ordinem redegiſſe, ne progredi quidem extra vrbem auſos, ſe vera dicere ne Timagoram quidem negaturum. Tacente Timagorâ, Leonte fruſtra obmurmuran-*

Digitized by Google

te pronuntiat Artaxerxes Athenienſes claſſe priuandos Meſſenios à Lacedæmonum iugo liberandos, Thebanos pacis inter Græcos Perſarum iuſſu ſanciendæ miniſtros autorat. Timagoras Athenas reuerſus morte mulctatur.

Thebani Regis literas Græcis oſtentant, ab omnibus iureiurando confirmari iubent. Corinthij iureiurando opus eſſe negant. Etiam Antiochus Arcas Archidamo Eleo poſthabitum ſe dolens Perſarum luxum & faſtum ridet. Epaminondas æquitatis ac fortitudinis ſuæ admiratione multas vrbes Thebanis conciliat, permittit ſingulis pro arbitrio viuere, ſiue Democraticum, ſiue Ariſtocraticum regimem mallent. Quia tum Lacedæmonij eandem libertatem omnibus offerebant, Thebani Epaminondæ humanitatem Laconiſmo deputantes Epaminondam exautorant, Oligarchias vbiuis instituunt, ſuaque impotentia multorum animos alienant.

Pelopidam in Macedoniam miſſum, rebus proſperè geſtis per Theſſaliam hactenus amicam incautiùs redeuntem Alexander tyrannicâ perfidiâ, & audaciâ corripit. Protinus copias in Theſſaliam mittunt Thebani Alexandrum caſtigaturas. Contra Athenienſes Alexandro auxiliares naues XXX mittunt. Alexander tanto impetu Thebanos repellit, vt vltimo exitio proximos reddiderit. Erat in exercitu Epaminondas gregarij tum militis munia obiens. Hunc Thebani ſupplices rogant, ingratis parcat, pereunti patriæ ſubueniat, exercitus regimem ſuſcipiat. Epaminondas pari cum fortitudine prudentia Theſſalorum impetum retundit, ac ſuos incolumes in patriam reducit.

Dionyſius Syracuſanus, rurſus tentat

A Pœnos ex Sicilia eijcere, ſed tam infelici ſucceſſu, quàm antea, cumque tragœdiam à ſe ſcriptam Athenas miſiſſet, eaque Lenæorum feſto recitata fuiſſet, Athenienſes ſiue recto iudicio, ſiue tyranno adulantes præmium Dionyſio adiudicarunt. Huius victoria lætitiâ ita elatus eſt capularis

B ſenex, vt eodem die compotationi largius indulgens crapulâ præfocatus perierit, cùm regnaſſet annos duodequadraginta. Succedit illi filius Dionyſius vitiorum quidem patris hæres, virtutibus inferior, regnatque annos duodecim. Non videbatur hoc morbi genere numi-

C nis iræ ſatisfactum. Itaque tametſi, inquit Valerius, debita ſupplicia non exoluit, dedecore tamen filij mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Lento enim gradu ad ſui vindictam diuina procedit ira: tarditatemque ſupplicij grauitate com-

Val. Max. l. 1. c. 1.

D penſat.

At ita filius patri debitas pœnas luit, vt eas & ipſe commeritus eſſet, & pater ita ſupplicium in ſpeciem effugit, ſcelera & ſacrilegia ſua iocoſis dictis proſequi ſolitus, vt inter ridendum, & epulandum ſubinde conſcientiæ ſtimulantis

Pindarus rapacium κέρδεα vocat εὐτράπελα.

E aculeos ſentiret, & ad enſis diuini ſuo capiti vſque imminentis minas totus cohorreſceret, quod & ipſe Damocli paraſito fateri coactus eſt. Huc ſpectant præclari illi Horatij verſus.

Cicero Tuſcul.

Diſtrictus enſis cui ſuper impiâ
Ceruice pendet, non Siculæ da-
F pes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non auium citharæque cantus
Somnum reducent.

A *deeſt, modo facultas adſit.*

VII. XV.

A. M. 3633. Perſ. 173. V. C. 387. Ante Dn. 367. Artax. Mnem. XXXIX. Pr. Polyzelo.

Diod. l. 15. Plut. Pelopida p. 534. Xenoph. Hellen. l. 7.

B *ALexander Pheræus Scotuſæ & Melibœæ ciues vultu placido ad concionem conuocat. Congregatos iugulat ad vnum omnes, vrbemque diripit. Cum eo tamen paciſcitur Epaminondas, vt amicum ſuum Pelopidam carcere liberaret. In Achaiâ multas vrbes Thebanis inſenſas placat, propoſitâ, quam Thebani* C *negauerant, libertatis ſpe. Sicyonios Euphron à Lacedæmonum ſocietate abductos Thebanis adiunxerat, Phliaſios, quia fidē Lacedæmonijs conſtanter ſeruabant, acriter vexabat. Tandem in ipſo Senatu confoſſus eſt, ne Thebanis quidem iure occiſum Tyrannum negantibus. Non defue-* D *runt tamen gnatones, qui prædoni defuncto diuinos honores deferrent.*

VIII. XVI. Pythias LV.

A. M. 3634. Perſ. 174. V. C. 388. Ante Dn. 366. Artax. Mnem. XXXIX. Pr. Cephiſodoro.

Xenoph. Hell l. 67. Diod. l. 15.

TOtam Arcadiam regebant οἱμύειοι. i. σύστημα, corpus quoddam conſtans decem hominum millibus. Horum dux Lycomedes belli tædio ſocietatem cum Athenienſibus init nomine μυρίων. F *Horum exemplum imitantur Argiui, Corinthij, Phliaſij, ea lege vt ſuas quiſq; res habeat, quo nomine Phliaſijs Tricaranū eripiunt Argiui, quaſi poſtliminij iure. Adeò ad nocendum prætextus nunquam*

IX. XVII.

A. M. 3635. Perſ. 175. V. C. 389. Ante Dn. 365. Artax. Mnem. XL. Pr. Chione.

Xenoph. Hell. l. 7. Diod. l. 15.

B *ELeis, ex quo Oligarchiam Democratiæ præferre cœperant, erant duo corporatorum genera, trecenti & quadringenti. Ex amborum conſilio Laſionem vrbem olim ſui iuris tum Arcadibus parentem recuperant Elei. Arcades toto impetu hanc iniuriam vltum eunt. Cha-* C *ropus Democratiæ reſtituendæ ſtudio Olympiam Arcadibus prodit. Sitalces acerrimus Olygarchiæ patronus & Charopum Arcadaſque etiam Elidi imminentes, & quadringentos amplius Eleos Democratiam expoſtulantes vrbe pellit. Exules Pylum ſecedunt. Arcades poſt* D *aliquot populationes relicto in Olympia præſidio diſcedunt.*

Dionyſio II cùm alij multi, etiam Philoſophi aſſentabātur, tum imprimis Ariſtippus, Protei inſtar omnes formas induere doctus. Atque ita Omnis Ariſtippum decuit color & ſtatus & res. *Si* E *modo Polypum quidquam decere poteſt. Is modo Syracuſas petens, modo Corinthum repetens incidit in Diogenem olera lauantem.* Si Dionyſium, *inquit,* adulare velles, iſta non eſſes: Imò, *inquit Diogenes*, ſi tu iſta eſſe velles, non adulares Dionyſium.

Diogen. Laertius. Val. Max. l. 4. c. 3.

F

X. XVIII.

Olympias CIV. Phocides.

A. M. 3636. Perſ. 176. V. C. 390. Ante Dn. 364. Artax. Mnem. XLI. Pr. Timocrate.

Digitized by Google

Xenoph. Hell. l. 7. Diod. l. 15.

LAconum, quantum colligo, mili- A
tia, conſtabat, 1. Spartanis, 2.
Neodamodis, 3. Sciritis, 4. Cohortibus
quingenarijs (λόχοις *vocabant*) *duo-*
decim. Archidamus in Eleorum gra-
tiam Arcadiam *populatur, Cromnum oc-*
cupat, atque inibi φρουρὰν καταλιπὼν τῶν
δώδεκα λόχων τρεῖς, *i. relicto trium cohor-* B
tium præſidio diſcedit. Digreſſo Archi-
damo Arcades Cromnum recuperant,
& Elidem profecti agonis Olympici ius
Piſatis, qui olim id obtinuerant, reſti-
tuunt. Dum ludis operantur, Elei hacte-
nus pro imbellibus habiti, fortiſſimum
animum induentes, ac veluti pro focis & C
aris pugnantes in Piſatas, Arcadas, Ar-
giuos, Athenienſes magno numero ludi-
crum celebrantes impetum faciunt, in fu-
gam agunt. Ipſam Olympiam ac Iouis
templum propemodum occupant. Poſtero
die cautius ludos faciunt Piſatæ. Orcho-
menij, cùm occaſione cuiuſdam feſti (Ἐξιπ- D
πασίαν *vel* Ἐξοπλισίαν *vocant*) *Thebanos*
incurſare meditarentur ac Reip. ſtatum
immutare, detecti, expugnati, ac fundi-
tus deleti ſunt.

Plut. Pelopida.

Pelopidas aduerſus Alexandrum
Pheræum dimicans, victoriam quidem
inſignem conſequitur, ſed ipſe cadit, elo- E
quio, prudentia, comitate, fortitudine
præſtans, Thebaniſque adeo charus, vt
poſt Cadmeam recuperatam aut Boeotar-
cham aut ἱεροῦ λόχου, *i. ſacræ cohortis*
ducem ſemper eſſe voluerint, quod hacte-
nus nemini conceſſerant. Eo defuncto li-
cet victoriæ beneficio bonam Theſſaliæ F
partem ſubiecerint ſibi, tamen victos ſe
putarunt, quibus vnus Pelopidas erat in-
ſtar plurimorum.

XI. XIX.

A. M. 3637. Perſ. 177. V. C. 391.
Ante Dn. 363. Artax.
Mnem. XLII. Pr. Chariclida.

Xenoph. Hell. l. 7. Diod. l. 15.

ERat Arcadibus militum quoddam
B *corpus, quos Eparitos à virtute nun-*
cupabant. His alendis Olympici templi
theſauros commodè impendi quidam cen-
ſuerant. Mox ſubijt pudor, & horror ſa-
crilegij. Primi Mantinenſes, dein alij pe-
cuniam reſtituunt, teſtantes ſe ſuis Epa-
ritis ex ærario ſuo ſtipendia præbituros.
C *Eparitorum duces peculatus ſibi conſcij,*
magnas turbas cient adnitente Thebano
Harmoſtâ, qui cum trecentis viris Te-
geam regebat. Poſtea conſultius viſum
cum Eleis conciliari, & Olympiam ac
templum Iouis Olympici ipſis reddere.
Pacis fœdera Tegeæ ſancita probantibus
D *in ſpeciem Eparitis, & ipſo Thebano.*
Dum ſecuri hilaria agunt Arcades, *Epa-*
riti nec opinantes inuadunt, carceres Ar-
cadum proceribus complent. Perpetrato
ſcelere, tum demum magnitudo eius ap-
paruit. Et vrebat Eparitos, quod Man-
tinenſes omnes, quibus maxime infenſi
E *erant, euaſerant. Poſtero die* Thebanus
carceribus recluſis, omnes liberat, neſcio
quid cauſæ commentus, quò facinus excu-
ſaret. Thebas *mittunt Arcades legatos,*
qui de iniuriâ ſibi factâ conquerantur.
Epaminondam non puduit contendere
Arcadas iuſtius captos, quàm dimiſſos.
F *Nos, inquit, veſtrâ cauſâ bellum ſuſcepi-*
mus, vos ſine nobis tranſigere audetis?
Hactenus igitur Epaminondas de Theba-
nis æquitate non minus quam fortitudi-
ne optimè meritus, tum hoc improbo con-
ſilio ſe & patriam peſſum dedit.

Digitized by Google

Nec deerant Thebanis vires. Omnes A
Theſſalos, etiam ipſum Alexandrum
Pheraum in ſocietatem pertraxerant.
Tum Eubœenſes, Argiuos Meſſenios, etiam
in Arcadia Tegeatas, Megalopolitas &
alios. Elei contra & Arcadum plerique
Achaos, Athenienſes & Lacedamonios,
tanquam aduerſus communes hoſtes ani- B
mant. Nec defuit Epaminonda virtus ac
prudentia. Quippe cum audiſſet Agidem
totum equitatum ac τὸ ξενικὸν *Manti-*
nαam verſus ducere, eoque etiam Ageſi-
laum aduentare, Spartam fere totam ho-
Plut. Ageſilao pag. 1124. *minibus vacuam eſſe. Epaminõdas Man-*
tineâ ad dextram relictâ recta Laceda- C
monem contendit. Quod ni Cretenſis ali-
quis θεία τινι μοίρᾳ, *inquit Xenophon, ad*
Ageſilaum excurrens maturè monuiſſet,
defenſoribus deſtitutam Spartam occupa-
uerat Epaminondas. Primum impetum
ignem ſpirantis retundit Archidamus
vix centum milites ducens & iniquo lo- D
co pugnans. Ea ſpe deiectus Epaminon-
das aliud tentat, mittit equites Nemeam
(perperam apud Xenophontem legitur
Mantinαam) qui vrbem indiligentius,
vt tempore meßis, cuſtoditam occupent.
Sed Athenienſes pridie in Iſthmo cœ-
nati, præter omnium ſpem vrbem ſerua- E
runt. Tandem Epaminondas, tentandam
cum Lacedæmonijs & Arcadibus prælij
aleam arbitratus ne hic quidem negle-
ctis ſtratagematis Lacedæmonios quidem
fortiter repulit. Sed ſuâ morte Thebanos
quoque ſecum in ruinam dedit. Hoc præ-
lium Mantinenſe Scirrophorionis duode- F
cimo commiſſum refert Plutarchus de
gloriâ Athenienſium. Id conuenit cum
Iunij XV. Cùm iam animam ageret, iußit
arceßi Deiphantum, dein Iollaidam: vbi
vtrumque interijſſe comperit. Vos igi-
tur, *inquit,* cum hoſtibus tranſigite. Ælian. l. 12. c. 3.
Iam enim Bocotia ducem non ha-
bet.

Tum repetita pacis fœdera, vt cuique
ciuitati libertas redderetur. Ageſilaus
à fœdere Meſſenios excludebat, quo no-
mine peßimè audijt & Artaxerxes cauſ-
ſam Meſſenijs adiudicauit, vt qui agrum
non minus amplum & fœcundiorem
quàm Lacones poßiderent. Atque hic ſi-
nit Xenophon mel Himettium atq; adeò
Chriſtianum neſcio quid ſpirans, ſi modo
quid Chriſti eſſe poſſet, in ijs, qui veri Dei
expertes erant. Meritò certè cum Gellio
dixerim Xenophontem & Platonem
fuiſſe duo Socraticæ amœnitatis lumina,
Sed quod ait eos exiſtimatos quidem Gell. l. 14. c. 2.
certare æmularique inter ſeſe, *re vera*
tamen inuidiam & obtrectationem tam
ab illorum moribus abfuiſſe, quàm à
Philoſophiæ præceptis, in quâ illi duo
omnium iudicio excelluerunt, *non*
opus habet alio refutatore, quàm ipſo
Gellio, qui facta refert illorum, quæ non
aliunde prodire potuerunt, quàm ab
amarulentiſſimâ ſimultate & inuidia.
Vterque plurimos Socratis diſcipulos ce-
lebrat. Neuter alterius meminit. Politi-
ca Platonis præcepta Xenophon carpit in
Cyripædia. Plato Cyrum ὐκ ὀρθῶς παιδείας
ἧφθαι τοπαράπαν. Plato Socratem in-
ducit de Mathematicis diſciplinis co-
pioſe diſſerentem. Xenophon So-
cratem ait illas diſciplinas nec attigiſ-
ſe, nec comprobaſſe, quin & turpi-
ter eos mentiri, qui diſſertationes
iſtiuſmodi Socrati tribuerent. *Vſque*
adeò pronum eſt ad inuidiam hominis
ingenium, vt nobis propemodum diffici-
lius ſit ad aſſequi, ne cuiquam inuidea-
mus, quàm ne quiſquam nobis inuideat.

Præſtabit

Præſtabit fortean Philoſophia, vitium illud vt tegas. Radicitus vt reuellas, vnus efficiet regenerationis Spiritus.

XII. I. Pythias LVI. A. M. 3638. Perſ. 178. V. C. 392. Ante Dn. 362. Artax. Mnem. XLIV. Pr. Molone.

Diod. l. 15. Xenoph. & Plut. Ageſilao.

INgenti conſpiratione factâ aduerſus Artaxerxem inſurgunt Tachos Ægypti rex, Ariobarzanes Phrygiæ, Mauſolus Cariæ, Orontes Myciæ, Autophradares Lydiæ, Datamas Cappadociæ Satrapæ ac pleræque maritimę ciuitates. Ageſilaum octuagenarium, neque piguit, neque puduit peregrinam militiam ſuſcipere, vt eſſet ſub Tachone peditum grauis armaturæ dux, quemadmodum Chabrias Athenienſis Perſicæ claſſis. Sed tam inuicem, quàm regi ſuo infidi fuerunt hi perduelles. Itaque alterum alter, Datamam Mitrobarzanes ſocer prodit. At is mox duplicis periurij pœnas genero dedit. Tachonem quoque prodit, primò Rheomitras dux L. nauium, dein Ægypti prorex, tum filius Nectanebos. Tot proditionum igitur pertæſus Thacos Artaxerxi vltrò ſe committit. Is regiâ clementiâ vitam & Ægypti præfecturam Tachoni donat. Neque multò poſt obit Ageſilaus, ſiue in patriâ, vt vult Xenophon, ſiue in Lybiâ, vt Diodorus & Plutarchus, qui more regio melle conditum & Lacedæmonem delatum cadauer Ageſilai narrant. Ageſilao ſuccedit filius Archidamus.

Artaxerxes, vt ciuilibus motibus A ac procerum ſuorum coniurationibus obuiam iret, bætedem regemq; pronuntiat filium ſuum natu maximum Darium. Hæc vbi fiebant, moris erat, vt optio daretur nouo regi petendi quidlibet. Darius Aſpaſiam Ionicam meretricem patris concu- B binam poſtulat. Pater recuſare non auſus annuit, modo volentem non inuitam Aſpaſiam abducat. Vbi præter ſpem vidit Aſpaſiam Dario lubenter aſſentientem, ereptam filio pellicem, Veneris (quam Anytim vócabant) ſacerdotem eſſe iuſſit, per- C petuæ deinceps caſtimoniæ mancipandam, pro magno peccato paulùm ſupplicij patri ſatis eſſe arbitratus. Darius verò inceſti amoris œſtro percitus clementiam patris contumeliam interpretabatur. Oleum incendio addit Tiribazus Artaxerxi D pridem infenſus ob eas cauſſas, quas recenſuimus A. M. 3599. vir alioqui ſcæuus, leuis, ferox, ad peſſima quęque pronus. Non defuerunt Dario ſceleris miniſtri. Sed Artaxerxes pręmonitus & inſidias vitauit, & nefarios illos meditati parricidij pœnas E luere iuſſit, Darijque loco Ochum regem pronuntiauit. Hæc Plutarchus quaſi ſub finem vitæ Artaxerxis geſta refert, quod tamen veriſimile non eſt. Nunquid Darius tum demùm Aſpaſiæ amore arſit, cùm ſexagenaria eſſe cœpit? Iuſtinus vult F cum Dario quinquaginta fratres in patrem conſpiraſſe. Plutarchus cum Dario Eunuchos non fratres coniuraſſe. Vt vt ſit, ſupererant Ocho fratres duo, Arſames ſpurius prudentiâ, Ariaſpes legitimus humanitate præ-

Plutarch.

celleſ. Hunc Ochus dolo tollit, mittens, qui monerent Artaxerxem meditari in illum, quaſi parricidij cum Dario conſortem, ſententiam triſtem. Ariaſpes vt mortem fugeret, ſibi mortem conſciuit. Subodoratus id pater tanto impenſius Arſamem diligebat, & Ochum oderat. At Ochus Arſamem palàm per Arpatem Tiribazi filium ferro confodit.

Artaxerxes annos XCIV natus curis & ſenio fractus auditâ filij Arſamis nece præ ægritudine obijt, cùm regnaſſet annos LXII. inquit Plutarchus, quod ita demum verum erit, ſi Mnemonis annos ab obitu Longimani inchoes omiſſo Dario notho. Propriè verò regnauit annos XLII, & forte Plutarchus ita ſcripſit, aut ſcribere cogitauit. Mnemonidæ huius proprium, ſiue præcipuum nomen erat *Ochus* ſiue, *Achaſch*. Prænomen erat *Art*. Agnomen modo *Sta*, modo *Veroſch*. Itaq; in Scriptura dicitur *Achaſch-veroſch*, Aſſuerus. LXX. vr & Ioſepho integrè dicitur *Art-achaſch-ſta*. Artaxerxes. Euſebio & Valerio modo ſolo nomine dicitur Ochus, modo cum prænomine & cognomine *Art-achaſch-ſta*, Artaxerxes. Huius quoque ſoror erat *Achaſcha*, Valerio dicitur Ocha. q. d. Martia, bellicoſa. אחשא

ארת אחש סתא κλητικὸς, Ἀρήϊος, ὄμβριμος. אחש זראש Martius & princeps.

XIII. II.

A. M. 3639. Perſ. 179. V. C. 393. Ante Dn. 361.

Ochi I. Pr. Nicophemo.

Diod. l. 15.

ALexander Pheræus, aduerſus Leoſthenem Athenienſem proſpere pugnat, naues quinque capit, quam ob cauſſam Leoſthenes ab Athenienſibus morte multatur; eique ſubſtituitur Chares hoſtium quidem inſidias prudenter cauit, ſed ſocios maletractando, plurimos Athenienſibus hoſtes conciliauit.

Ioſeph. Ant. l. 11. 7.

Bagoſes Artaxerxis IV. ſiue Ochi in Iudæa dux Ieſum Ioiadæ filium optabat ſummo Sacerdotio cohoneſtare. Id metuens Johannes Jeſum ſiue Jeſuham fratrem in ipſo templo occidit. Bagoſas Johannem vſque in templum perſequitur. Cùm impetum eius inhiberet populus docens non licere illi in templum ingredi. Quid? parricidæ, inquit, licebit in templum ingredi, mihi non licebit? οὐχὶ ἐγὼ καθαρώτερος εἰμὶ τοῦ ἀνῃρηκότος τὸν ἀδελφὸν ἐν τῷ ναῷ; Bagoſi ſatis non fuit Iohannem caſtigaſſe, niſi & populum, qui videbatur parricidam protegere, graui mulcta plecteret. Eius modus hic fuit. Binis in diem agnis peragerebatur ſacrificium iuge. Bagoſes in ſingulos agnos exigebat quinquagenas drachmas. Id efficit in annum LX. talenta Attica. Hîc Torniellus. Hinc, *inquit*, inferri poteſt non ſatis firmam eſſe opinionem eorum, qui hiſtoriam Eſter ſub hoc Artaxerxe Ocho collocare non dubitarunt. *Imbelle eſt hoc Tornielli telum. Potuit enim id accidere ſub initium regis Ochi. Tributum hoc ſeptennale tantum fuit. Fauor autem Mardochæi duodecimo demum Ochi anno cœpit. Et forte Bagoſis hiſtoria incidit in quintum potiùs quàm in primum Ochi annum.*

Johannis erant duo filij Iaddus & Manaſſes, cui nupſit Nicaſo Sannaballathi filia. Iohanni igitur ſuccedit Iaddua, vt pote maior natu. Galli Romanum agnum populantur anno, *inquit Polybius*, trigeſimo vel *vndetrigeſimo* poſt-

Polyb. l. 2. p. 106. Liu. l. 7.

Digitized by Google

quam Romam cœperant anno C. Licinio Caluo II. C. Sulpicio Petico II. Coſſ. *prouocant ad ſingulare certamen Romanum aliquem. Procedit T. Manlius L. F. & Gallum ſuperat. Galli ſequenti nocte diffugiunt. Manlius torq; aureo donatur vnde & Torquati cognomen accepit. Acta hæc ſub finem huius anni vel ſequentis initium.*

XIV. III.
Olympias cv. Porus.
A. M. 3640. Perſ. 180. V. C. 394. Ante Dn. 360. Ochi II. Philippi I. Pr. Callimede. Vel Callidemida.

SVb hoc Prætore (*quem Diodorus Callimedem, Laertius Callidemidam vocat*) *mortuum Xenophontem refert Laertius. Hunc Apim Atticam, hiſtoriæ Græcæ decus ac delicias meritò dixeris.*

Diod. l. 16. *Hactenus in Macedonià regum mendicabula potiùs quam reges fuerant, vt qui, prout ferebant tempora, à Thebanis, à Lacedæmoniys, ab Athenienſibus opem emendicare cogerentur. Amyntas quatuor filios reliquerat, Alexandrum, Ptolemæum, Perdiccam & Philippum quem obſidem Thebanis dederat. Alexandrum Ptolomæus, Ptolomæum Perdicca occiderat. Perdicca ab Illyriys captus & occiſus eſt. Eo audito Philipp⁹ furtim elabitur ad capeſſendum regnum, cui inhiabāt Pauſanias & Argæus, Pauſaniæ fauebant Illyrÿ, Pannones, Thraces, Argæo Athenienſes. Philippus Pānonas & Thraces munerib. corrumpit. Athenienſibus Amphipolim offert. Cum ne ſic quidem ab Argæo iuuando deſiſterent, prælio* A *cum iis proſpere facto in ſpem fauſti ſucceſſus erigitur.*

Plato Dionis amicis rerum à ſe in Siciliâ geſtarum ſeriem enarrans ſub finem prioris epiſtolæ ait ſe paulo poſt ſuum ex Siciliâ reditum conueniſſe Dionem Olympiacos ludos ſpectantem. Pertinet id omnino ad Olympiadem hoc anno celebra- B *tam. Res ita fere ſe habet. Hipparinus Syracuſanus liberos tres reliquerat Megaclem, Dionem, & Ariſtomacham, quæ Dionyſio I. nupſit. Forſan & Dionyſii I. filia Dioni nupſit. Forte Plato Syracuſas appetierat viuente adhuc Dionyſio I. &* Plutar. in Dione p. 1770. Plato ep. 7.

C *cum Dione ſapientiæ, virtutiſque ſtudioſo magnam familiaritatem inierat. Defuncto Dionyſio I. Dio ſuaſit Dionyſio II, vt Platonem arceſſeret, futurum ipſi à cōſiliys. Ægrè perſuaſus eſt Plato vt ad tyrannum veniret. Quarto poſt menſe Dion affectata tyrannidis accuſatus in exilium* D *pellitur. Idem periculum imminebat Platoni ac reliquis Dionis amicis, ſed Dionyſius ſæuitiæ famam extimeſcens blandè cum illis agebat. Et Plato diſſuendas potius quàm abrumpendas amicitias ratus vix tandem impetrauit, vt ſibi in Græciam redire liceret. Neque multò* E *poſt enixis, ac ſæpius repetitis Dionyſii precibus reuocatur. Reditum ſuadebant Dio, Archytas Tarentinus, alii. Redit Syracuſas Plato eo conſilio ac ſpe vt Dionem Dionyſio conciliet, Dionyſium ad ſaniora conſilia & ſanctiorem vitam reuocet. Fruſtra. Dionyſius primò polliceri* F *Dionis reditum, tum vt ſuas res ſibi habeat, earumq; pretium in Græciam tranſportet, permiſſurum. Tum vt de ſemiſſe ſaltem diſponere illi liceat. Alterum ſemiſſem Dionis filio, pupillo & ἀδελφιδῷ ſuo ſeruandum. Poſtremò Platonem*

Digitized by Google

ipſum quaſi Dioni, Heraclidi, Theodoto nimis addictum ſuſpectans vix ab Archyta & totâ Tarentinorum Rep. perſuaſus eſt, vt Platonem incolumem in patriam redire permitteret.

XV. IV.

A. M. 3641. Perſ. 181. V. C. 395. Ante Dn. 359. Ochi III. Philippi II. Pr. Eucharisto.

Diod. l. 16. P*Hilippus audito Agidem Pannoniæ regem obiiſſe, Pannoniam inuadit, Bardylim Illyriæ regem aggreditur, fugat occiſis ſeptem Illyriorum millibus. Illyrios pacem petere cogit, ac ciuitates omnes olim maioribus ſuis ereptas abundè recuperat.*

Dionyſius II. cum Pœnis & Italis fœdera renouat.

Quiſnam ſit Aſſuerus Eſteræ maritus, plurimùm ambigitur. Xerxem fuiſſe contendit Scaliger, quia vxor Xerxis Herodoto dicitur *Amyſtris*, Perſicè *Ham-Eſter*. Sed Amyſtris vxor Xerxis erat filia Satrapæ inter Perſas celebris ac potentis, quem Herodotus Otanem, Cteſias Onopham vocat, erat religione Ethnica, moribus ſæuiſſima, vt docet crudelitas immanis, qua in Mnaſiſtis vxorem vſa eſt, & XIV. Perſas illuſtres, quos viuos defodi iuſſit, vt eos inferorum Deo immolaret. (Herodot. p. 477. p. 632. & Plut. de ſuperſtitione p. 171.) Prętereà Aſſuerus ſeptimo ſui regni anno erat Suſis. Xerxes ſexto, VII & VIII ſui regni anno bello Græcis inferendo implicitus Suſis aberat. Tertiò nomen non conuenit. Nam licet Græci mirum in modum deprauent nomina peregrina, maximè Perſica, tamen in eo conſtantiam aliquam retinent. Cum ergo Græci conſtanter Artaxerxem vel Artoxerxem vocent eum qui Perſis eſt *Art-achaſch-ſta*, ſequitur vt Græcis quoque Xerxes dicatur is, qui Perſis eſt *Achaſch-ſta*, non autem *Achaſch-uerosch*, pro quo Græci dicunt Ἀσσουῆρος vel ὀξυάδρης. Sic in compoſitis *Artoxares, Tanyoxares*, latini vero dicunt Aſſuerus. Cur Gręci Artaxerxem dicant, quem potius Artaxeſtem ſiue Artoxatam dicere debuerant, videntur id feciſſe, diſtinctionis ergo. Nam Artoxata eſt vrbis nomen pro Artoxaſta. Has ob cauſſas Xerxes non poteſt eſſe is, cui nupſit Eſter. Non item Cambyſes, non magus, quia magus ſeptem menſes, Cambyſes ſeptem annos, Aſſuerus duodecim amplius annos regnauit. Non Longimanus, quia tam ſacra, quàm exotica hiſtoria vocat eum Artaxerxem, non Aſſuerum.

Non Nothus, quia tam à Nehemiâ quàm à Græcis vocatur Darius. Deinde Cteſias, qui eius & antecedentium Perſidis regum hiſtoriam deſcribit, non omiſſurus fuiſſet Eſteræ hiſtoriam. Poſtremò Aſſuerus non poteſt eſſe Artaxerxes Mnemon, quia nec Cteſias, nec Plutarchus, qui eius vitam deſcribũt, quidquam tale de Mnemone dicunt, quale de Aſſuero memorat Scriptura: quin potius ea de Statirâ vxore eius referunt, quæ nec Vaſti, nec Eſter feciſſe potuit. Vide A. M. 3576. 3599. Supereſt igitur, vt Ocho nupſerit

A Eſter vt & ſentiunt Serarius ac Gretſetus Ieſuitarum poſt Bellarminum anteſignani.

Igitur Ochus tertio ſui regni anno proceribus omnibus ſuis conuiuium inſtruit, ac continuat totos dies centum & octoginta. Tum omnib' ſuſārū incolis ſeptiduum integrum epu- B las parat, hinc Ochus viris, illinc fœminis Regina Vaſti. Hebræi *Vau* literam, cùm copulæ vicem fungatur, nolunt à fronte radicalem, imò nec Heemanticam eſſe, diſtinctionis videlicet cauſſa. Id verò patiuntur, Arabes, Perſæ. Docent id nomina C [a] *Vaſti*, [b] *Hyſtaſpes*, [c] *Hydaſpes*, [d] *Vdiaſta*. Huius reginæ nomini prænomen PAR adijce, fiet *Par-uaſti*, Græcis Paryſatis dicta, mater Artaxerxis Mnemonis. In profuſis huiuſmodi conuiuijs, ac ſuperbis pomparum ferculis vt plurimum *Extrema gaudij* D *luctus occupat*.

a ושתי b ושתא־ספא c ודיספא d ודישתא

Ab Æquinoctio verno ad Æquinoctium Autumnale numerantur dies 187. Cùm conuiuium fuerit totidem dierum, videtur inchoarum Arietis primo, Martij XXVI. Abſolutum Virginis vltimo, Septem- E bris XXVIII. Ea die Rex mittit Satrapas ſeptem ad Reginam, iubens vt ad ſe veniat, Regem, proceres, populum ex hilaratura, & in ſuæ pulchritudinis admirationem raptura. Nec enim dubium, quin eadem fere vanitate Rex vxoris ſuę formam oſten- F taturus eſſet, quâ pridem Candaules apud Gygem. Regina, cùm id ſibi minus decorum putaret, maximè cùm iam vino florentes atque adeò prurientes procerum animos non dubitaret, credidit ſibi licere Regis imperium detrectare. Aſſuerus irâ percitus rogat, quid facto ſit opus. Proceres rebellionem Reginæ repudio caſtigandam cenſent. Ochus inuitus, ſed iræ præceps vxorem repudiat. Adeò *nihil eſt ab omni parte beatum*.

XVI. V. Pythias LVII. A. M. 3642. Perſ. 182. V. C. 396. Ante Dn. 358. Ochi IV. Philippi III. Pr. Cephiſodoto.

Andromachus pater Timæi hiſtorici Naxi ciues olim à Dionyſio Syracuſano relegatos ac palantes congregat vrbem Tauromenium extruit. Diod.l.16.

Byzantij, Chij, Rhodij, Coi, ſocietate initâ iugum Athenienſium excutiunt. Hoc bellum triennale fuit & ſociale dictum, πόλεμος συμμαχικός. Chium Chares terrâ, Chabrias mari obſidet, Chijs Mauſolus Cariæ Dynaſta, & oborta tempeſtas auxilio fuit. Chabrias ſtrenuè pugnans occiditur. Philippus iterato prælio Illyrios aggreſſus ſuperat, & multis vrbibus ad Lychnitidem vſque paludem ſpoliat, Amphipolim & Pydnam occupat, Olynthios Pydnâ eis datâ ſibi conciliat. Auri fodinas in Macedoniâ hactenus neglectas ita adornat, vt deinceps ex ijs quotannis mille talentorum prouentum collegerit, quorum beneficio ſæpiùs auro quàm ferro pugnabat.

Crenidas vrbem tum perexiguam ampliat & communit aduerſus Thracum incurſiones propugnaculo futuram ac Philippos indigetat.

XVII. VI.
A. M. 3643. Perſ. 183. V. C. 397. Ante Dn. 357. Ochi V. Philippi IV. Pr Agathocle.

Diod.l.16. Plutarch. Dione, p. 1770.

Dion Syracuſanus Hippariti filius Siciliam liberali aſſerturus manu, an iniurias à Dionyſio II. acceptas ulturus non inſcio, non abnuente, ſed nec adiuuante Platone, vt pote ſeptuagenario, & violata hoſpitalitatis infamiam metuente in Græcia colligit mille plus minus

Plato ep. 7.

militum, arma forſan, quæ quinque virorum millibus ſufficerent, naues duas aut quinque. Erant Dionyſio II. naues quadringentæ, opes magnæ, arces inacceſſæ: Cum inſanire videretur Dion. Hi, *inquit*, non milites, ſed duces futuri ſunt. *Nec fefellit ſpes. Vix dum in Siciliam appulerat Dion, cum odio Dionyſij & libertatis deſiderio Dioni ſe offerunt Agrigentini, Gelenſes, Syracuſani ac Leontini fere omnes. Dionyſius libertatis pollicitatione, & varijs in Dionem calumnijs Siculos circumſcribit, ad nitente potiſſimum Heraclidâ fraudum peritiſſimo conſarcinatore: Pelopidam, quo tempore ab Alexandro Pheræo detinebatur, viſitauerat quondam Alexandri vxor, cumque videret hominem tantæ famæ ac præſtanti forma vinctum quaſi conſolatura illum dixerat.* Miſeret me tuæ vxoris, tantum virum in compedibus habentis. *Tum Pelopidas*, Et me tui miſeret, quę nullis pedicis vincta Alexandrum patiaris. *Ea vox perculit mulierem. Sed conſilio Pelopidæ, decimo demum poſt anno vti auſa fratres Lycophronem & Tiſiphonem cædis miniſtros*

Plutarch. Pelopida.

A *adhibuit. Et illi quidem primò apud populum gloriantur ſe tyrannum occidiſſe, mox vbi ſperarunt Alexandri ſatellites auro corrumpi poſſe, etiam ipſi tyrannidem inuadunt, & fratricidæ quam tyrannicidæ audire malunt.*

Ælianus Dionyſij opes ita deſcribit. Ælian. lib. 6. c. 12.

B Erant illi, *inquit*, peditum CM, equitum IXM, medimnorum tritici decies centena millia, naues inſtructæ quadringentæ, & σκευὴ ſupellex quingentis alijs nauibus ſufficiens, & id genus alia, vt Dionyſius pater dicere ſolitus eſſet ſe vinculis C adamantinis fultum regnum filio relinquere. *Sed horum nihil profuit regi tam ſtolido, quàm inuiſo, tam ridiculo, quàm odioſo.*

XVIII. VII.
Olympias CVI. Porus.
D A. M. 3644. Perſ. 184. V. C. 398. Ante Dn. 356. Ochi VI. Philippi V. Pr. Elpino.

Diod. l. 16.

In Lucaniâ latrones aliquot & ſeruorum fugitiuorum colluuies diu impune graſſati, tandem Thurios, Arpinium E *& Therinam vrbes occupant, & Brutios ſe nuncupant. Nam id nominis eo loci ſeruum fugitiuum ſignificat Δραπέτας, inquam, Βρεττίους dicebant, forſan ab Hebræo* birchat; *i. fuga.*

ברחת

Dion poſt multa non tam aduerſus Dionyſium, quam aduerſus ingratos, le- F *ues, & factioſos Syracuſanos, certamina, tandem Dionyſium fugere cogit, libertatem patriæ reddit.*

Plutarch. Dione.

Philippus Potydaam Athenienſibus eripit. Ea res coegit Athenienſes promptius & pacatius cum ſocijs tranſigere.

Qua die autem Potydæam cœpit Philippus, tres nuntij gratiſsimi ad illum portati ſunt, ſe Olympionicem ἵππῳ κέλητι pronuntiatum, Illyrios à Parmenio victos & Alexandrum ex Olympiade natum.

Ælian. l. 2. *Ælianus notat multa magni momenti contigiſſe Græcis ἕκτῃ φθίνοντος & ἕκτῃ ἱσταμένου, h. e. quinque circiter diebus ante vel poſt Nouilunium, atque inter cætera natiuitatem & mortem Alexandri. Alexender non plus triduo ante Nouilunium obijt. Natum verò Plutarchus ait Hecatombæonis Attici & Loi Macedonici ſexto. Atqui ſæpiùs Hecatombæoni reſpondebat Panemus, quàm Lous. Sed hinc colligas Panemi Neomeniam fuiſſe Nouilunium Cancri primo proximum, cùm Hecatombæonis Neomenia eſſet Nouilunium octauo Cancri proximum. Igitur hoc anno Panemus cœpit Iunij XVI, decem diebus ante primum Cancri. Lous & Hecatombæon Iulij XVI, tredecim admodum diebus poſt octauum Cancri. Alexander natus eſt Hecatombæonis & Loi ſexto, Iulij XXI, eademque die templum Epheſinæ Dianæ conflagrauit.*

XIX. VIII.

A. M. 3645. Perſ. 185. V. C. 399. Ante Dn. 355. Ochi VII. Philippi VI. Pr. Calliſtrato.

Diod. l. 16. *Phocenſes aliquot agros Apollini ſacros occupaſſe accuſati ab Amphictionibus graui mulctâ puniuntur ſponte Thebanorum. Iidem quingentorum talentorum mulctam Lacedæmonijs quaſi fidei publicæ violatoribus irrogauerant. Philomelus Phocenſis monet non eſſe ferendam Amphictionum iniquitatem.*

A *Conſilium clam cum Archidamo communicat, ab eo quindecim talenta accipit. Ipſe quindecim alia offert, milites aliquos conſcribit. Templum Delphicum inuadit iugulatis eius cuſtodibus, qui Tracidæ dicebantur. Hinc oritur ſæuiſsimum ac nouennale bellum ſacrum dictum.*

B *Athenienſes ſociali bello defunctos & Lacedæmonios non puduit ſacrilego ſuppetias ferre, Amphictionum odio. Thebanis & Locrenſibus gratum fuit ſpecie pietatis veteres in Phocenſes inimicitias exercere. Huic conſimile bellum vidimus A. M. 3552.*

C Ochus vxorius ac cœlibi vitæ intonans, iubet vndique conquiri præſtanti corpore virgines, in gynæceum ſuum deducendas, vt ex ijs eligat aliquam, quæ vxoris ac reginæ locum obtineat. Inter reliquas adducitur Hadaſſa Iudæa, quæ Perſis Eſter dicta eſt, comitante patruele Mardochæo. Suſas, inquam, adducta eſt anno Aſſueri ſeptimo, menſe decimo, qui & Thebet dicitur. Huius dies tertius incidit in Ianuarias huius anni Kalendas. — Eſter c. 1. — הדסה Myrthus — D — אסתר Latens.

E Cæterum Darius Artaxerxis Longimani ex pellice filius quaſi generis ſui labem emaculaturus diſcrimen ſuſtulerat inter vxorem & pellicem. Sed feruẽs Cyri in Aſpaſiam Hermotimi filiam amor & Aſpaſiæ caſtitas fecit vt Aſpaſiam vxoris loco haberet. Mortuo Cyro frater eius Mnemon, Aſpaſiam non minus efflictim

F depetijt, quàm Cyrus. Igitur & Mnemon Aſpaſiam pro vxore habuit. Sic & Mnemonis filius Ochus repudiatâ Vaſti pellicum ſuarum numerum aut mores faſtidiens non conquie-

uit, donec incidit in formam vxorio nomine dignam. De Aſpaſiâ vide Ælianum l. 12. c. 1.

Kiſch Mardochæi & Eſteræ proauus abductus eſt in captiuitatem cum Iechonia anno V. C. 153. Demus bimulum fuiſſe. Tamen ipſum & filium ac nepotem eius neceſſe eſt liberis operam dediſſe vſq;ad LXXVII vel octogeſimum circiter ætatis annum. Ita Semei Kiſchi filius natus ſit circa annum V. C. 227. Abichail Semei filius circa A. V. C. 303. Eſter Abichailis filia circa A. V. C. 379. viginti circiter annis antequam ad Aſſuerum duceretur. Neruoſæ viuacitatis maiores habuit Eſter. Vegetiores habuerat Dauid, vt monuimus ad A. M. 2999. De longæuitate (vt ad Abrahami maiores vſque non regrediamur) multa Plinius, Valerius, Lucianus. Sed cum Arcadum regibus, cum Ætolis ducentos, vel trecentos annos tribuunt, non dubitandum eſt hos eſſe Arcadicos annos, i. trimeſtres, vt rectè monet Plinius. Quibus octingenti tribuuntur anni, totidem menſes vixerunt. Vide A. M. 3652.

Plin. l. 7. c. 48. *Val. Max. l. 8. c. 13.* *Luciano μακρόβιοι.*

XX. IX. Pythias LVIII.

A. M. 3646. Perſ. 186. V. C. 400. Ante Dn. 354.

Ochi VIII. Philippi VII.

Pr. Diotimo.

Diod. l. 16. P*Hocenſes Pythiorum προμαντείαν, ſibi olim ab Amphictionibus ereptam recuperant, à Delphis tributa exigunt, Locrenſes prælio ſuperant. Sed Thebanis, Theſſalis, alijſquè ad ſacrilegos opprimendos concurrentibus, Philomelus ſuadet, vt tutando templo, templi opes impendant. Cum ab hac pecuniâ boni abhorrerent, aucto ſtipendio militum, perditiſſimum quemq; allicit. Sed non multò poſt victus & ad deſperationem actus, meritas impietatis ſuæ pœnas manu ſua luit, neque tamen extimuit frater Onomarchus ſacrilegæ ſedis ſucceſſor eſſe. In Siciliâ Calippus occiſo Dione fortiſſimo & optimo ciue, patria liberatore, tyrannidem obtinet menſes tredecim.*

Plutarch. Dione p. 1797.

XXI. X.

A. M. 3647. Perſ. 187. V. C. 401. Ante Dn. 453.

Ochi IX. Philippi VIII.

Pr. Eudemo.

Diod. l. 16. A*Rtabazus aduerſus Ochum inſurgens, ab Athenienſi Charete, dein à Thebanis auxilia impetrat, & aliquandiu regi negotium faceſſit. Theſſalorum nobiles Aleuadæ dicti à Philippo aduerſus Lycophronem Pheræum opem petunt. Lycophron ab Onomarcho. Onomarchus primo victor, mox à Philippo victus, captus & ſuſpenſus eſt. Reliqui quoque, qui cum eo capti ſunt, tanquam ſacrilegi in mare abiecti ſunt, Onomarcho tamen ſuccedit frater Phayllus fratrum ſuorum exitio nihilo melior factus. Hipparinus Dionyſij II. filius occiſo Calippo, regnum paternum recuperat annos duos.*

(∴) (∴)

(∴)

XXII. XI.

XXII. XI.

Olympias CVII. Smicrinas.

A. M. 3648. Perſ. 188. V. C. 402. Ante Dn. 352. Ochi X. Philippi IX. Pr. Ariſtodemo.

Diod.l.16. *PHayllus deficientibus militibus ſtipendium ingeminat, neque multo poſt φθιράδι νόσῳ. i. tabe correptus miſerè perit. Succedit Phalacus Onomarchi filius adhuc puer ſuadente tutore Mnaſea, Mnaſeas ipſe non multo poſt perit. Phalacus ſæpe ſuperatus nullis verberibus ſa-* C *pere diſcit.*

Philippus Lycophrone debellato, Pherais libertatem reddit, magnam apud omnes Theſſalos gratiam init.

Thebani Phocenſi bello fracti Artabazo deſerto ad Ochum transfugiunt, ab eoque trecenta talenta expiſcantur. Ei- D *dem aderant Aſiatici Græci, Argiui, & Athenienſis Phocion, quin & Euagoras Cyprius. Aduerſus Ochum pugnabant Aegyptij, Cyprij & Sidonij. Cyprum caſtigat Cariæ Dynaſta, Phocionis potiſſimum conſilio utens. Sidonios Mentor ac* E *Tennas Ocho produnt. Sidonij ubi Ochum in urbem ingreſſum videre, ſuis ipſi manibus urbem incendunt, eoque igne, ſe ſuaſque uxores, ac liberos conſumunt. Periere ea clade hominum* XLM. *Erant Ocho peditum* CCCM. *equitum* XXXM. *triremes* CCC. *naues onerariæ* D. *Thebani* F *mille, Argiuorum tria millia, Græcorum Aſiaticorum ſex millia. Athenienſes & Lacedæmonios puduit ob ſocietatem nuper cum Aegyptijs initam aperto Marte aduerſus Aegyptios pugnare, Ocho militare. Tamen & fœdus cum* A *Perſis renouarunt, & paſſi ſunt quoſdam ex ſuis Ocho potius quàm Aegyptijs ſeruire. Quamobrem Phocion, vt diximus in Cypro pro Ocho pugnabat.*

XXIII. XII.

B A. M. 3649. Perſ. 189. V. C. 403. Ante Dn. 351. Ochi XI. Philippi X. Pr. Theſſalo.

CUm Phocion & Euagoras vrgerent Protagoram Salaminis regem, is tandem Ocho ſe dedens veniam impetrauit & regnum. Euagoræ, qui Cypri C *regnum recuperaturus venerat, Satrapiam donat Cypro ampliorem, ſed Euagoræ minus gratam, Euagoras. dum ſe miſerum putat, miſerum ſe reddit. Quippe in Cyprum regreſſus, & captus vltimo ſupplicio affectus eſt.* Diod.l.16.

Ochus in Aegyptum pergit, cuius rex D *Nectanebos habebat ex Græcia mercenariorum militum* XXM. *ex Lybia totidem. Ægyptiorum* LXM. *Erat & Ægyptus aggeribus, Nili diductionibus, & vrbium munitiſsimarum copia inſtructiſſima. Sed hæc omnia inutilia reddidit ſtoliditas & ignauia. Ita Nectanebos ne* E *prælij quidem vnius aleam tentare auſus primo Memphim, dein in Æthiopiam fugit. Ochus tota Ægypto non magno labore recuperatà opima ſpolia Babylonem refert. Diodorus hæc quidem duo bella Phœnicium & Ægyptiacum biennio geſta refert. Sed biennium iſtud confert in* F *hunc & ſequentem annum. Nobis conuenientius viſum eſt conferre in hunc & proxime præcedentem annum. Diſcrimen eſt vnius anni.*

Digitized by Google

XXIV.. XIII. Pythias LIX.
A. M. 3650. Perſ. 190. V. C.
404. Ante Dn. 350.
Ochi XII. Philippi XI.
Pr. Apollodoro.

REx Perſarum, cui nupſit Eſter, ab Hebræis dicitur Achaſchueroſch. Vulgo Aſſuerus, à LXX. interpretibus, Ioſepho & alijs Artaxerxes. Vtrumque nomen conuenit Artaxerxis Mnemonis filio. Nam pater huic Ocho nomen fecerat Perſicè *Achaſch*. Ipſe dici voluit de nomine patris Artaxerxes. Nihil igitur conuenientiùs videmus, quàm vt is ſit, cui nupſit Eſter. Adde quod Epiphanius libro de menſuris & ponderibus, R. Azarias in Seder Holam & alij docent librum Eſter eſſe vltimum veteris Teſtamenti librum Canonicum. Nehemias hiſtoriam ſuam perduxit vſque ad vltima Darij Nothi tempora. Eſter vixit ſub eius nepote Ocho vel Aſſuero. Ita conuenit tempus & nomen.

Eſter 4.1. Aman igitur in ſummam potentiam ab Ocho euectus ægre ferens ſe ab vno Mardochæo non adorari, Mardochæo quidem ſuſpendium, Iudæis vero omnibus vltimum exitium parat, cumque dubitaret, quàm potiſſimum diem huic facinori deſtinaret, rem ſortibus committit. Sors
4.7. iacta eſt, duodecimo Ochi anno, menſe Niſan. Sors vero incidit in tredecimum diem menſis Adar. Niſan cœpit Martij XII. feriâ tertiâ. Adar XIII. incidit in Februarij XIII. anni ſequentis. Sed malum conſilium
A conſultori peſſimum & excidium Iudæis deſtinatum in Amanis & Amanitarum caput ſingulari Dei Opt. Max. prouidentia recidit. Rem tam memorabilem ab exotico ſcriptore nullo attingi non eſt quod miremur. Nam qui Ochi hiſtoriam deſcripſe-
B rit, neminem habemus præter Diodorum Siculum, qui res Perſicas non vltra attingit, niſi quâ Græcis cohærent rebus.

Sed ne id quidem apud exoticos legere memini Perſarum edicta fuiſſe prorſus inuiolabilia. At refert
C Ælianus aliud Perſarum inſtitutum illo non minus à ratione alienum. Si Rex ſemel ſententiam dixiſſet, & regno vel regi pernicioſam quiſpiam putaret, tum licebat illi laterem aureum conſcendere, & ſuam ſententiam aperire, ſi vera dixiſſe cenſere-
D tur, præmij loco laterem accipiebat, ſed nihilo minus flagris cædebatur, quod regi contradicere auſus eſſet. Ælian. lib. 12. c. 61.

Quod autem Aſſuerus, maluit regnum ſuum cruore complere, quàm temerarium edictum abrogare, id Ochi moribus conuenit. Valerius.
E *Apertior*, inquit, *& tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham ſororem, atque eandem ſocerum, viuam capite defodit & patruum cum centum amplius filijs, ac nepotibus vacua area deſtitutum iaculis confixit; nulla iniuria laceſſitus, ſed quod in his*
F *maximam apud Perſas probitatis & fortitudinis laudem conſiſtere videbat.* Sane Perſarum, forſan & Ochi ſpurcities ac ſæuitia ea fuit, quam deſcribunt Græci, eoſque ſecuti Romani. Suſpectum tamen eſt hoſtis de hoſte Val. Max. l. 9. c. 2.

Digitized by Google

teſtimonium. Cùm igitur Aſſuerus Græcis quâ Perſa Ægyptijs, quia Apim immolauit, & toti regno, quia Iudæis tantum licentiæ dedit, odioſus fuerit, verendum, ne hominem alioqui ſæuum, inuidiâ & confictis criminibus onerarint, ſuppreſſâ interim præcipuâ odij cauſâ.

XXV. XIV.

A. M. 3651. Perſ. 191. V. C. 405. Ante Dn. 349. Ochi XIII. Philippi XII. Pr. Callimacho. L. Furio Camillo App. Claudio Craſſo Coſſ.

Eſter 9. 1. ETiam ſi perijſſet Aman, eique ſubſtitutus fuiſſet Mardochęus, tantus tamen fuit Amanitarum furor, vt dictâ die Adar XIII, Februarij XIII, feriâ quintâ, in Iudæos impetum facere auſi ſint. Sed Dei virtus, Mardochæi autoritas, ac Ochi Diplomata Iudæos ita confirmarunt, vt hoſtes ſuos non magno negotio debellarint, & internecione deleuerint non modo Suſis, ſed & in toto Ochi regno ab India vſq; ad Æthiopiam. Ad perpetuam huius mirificæ liberationis memoriam inſtitutum eſt feſtum, quod hodieque à Iudæis obſeruatur Adar XIII. Niſan ſequens cœpit Martij vltimo, feriâ tertiâ. Anno ætæ mundi Iudaicæ 3412. Iudæi vero ſiue δι' ἀμεθοδευσίαν, ſiue prudentes hanc epocham confundunt cum inſtauratione templi. Siquidem templum ſub Dario abſolutum cenſent anno mundi 3412. atque ita à ſexto Darij anno ad æram contra-

A ctuum numerant tantum annos XXXVII. quod eſt abſurdiſſimum, cum re verâ ſint anni ducenti & quatuor. At certè à XIII. Ochi anno ad æram contractuum ſiue Seleucidarum ſunt anni præciſe XXXVII. Harum epocharum (cum ambæ ſint il-
B luſtriſſimæ) alteram cum alterâ confundere facile fuit Iudæis Perſicæ atque adeò totiùs exoticæ hiſtoriæ ignaris. Cum igitur ambiguum eſſet, cuinam Perſarum regi nupſerit Eſter, inter reliquas coniecturas etiam hęc viſa eſt non contemnenda, quæ tam
C craſſi Iudęorum erroris fontem aperiebat. Quanquam & aliam inſuper viam conciliandæ mundi æræ Iudaicæ cum verâ docebamus A.M. 1653. *Eſter 9. 16.*

Iudæorum cum Hamanitis toto Perſico regno pugna neceſſariò fuit cruentiſſima. Interfecerunt Iudæi *Plut. de Iſide p. 355.*
D hoſtium ſuorum LXXV M. Atque hęc cauſſa eſſe potuit, cur Ægyptij in ſuis hieroglyphicis pro Ocho pingerent gladium: quam ob cauſſam etiam Plutarchus Ochum Perſarum omnium truculentiſſimum & terribiliſſimum vocat. Eundem adhuc vi- *p. 363.*
E uentem ſub aſini figurâ pinxerant Ægyptij, quem inter omnia animalia maxime execrantur, quod ruſus ſit, vt & olim Typhon.

Id reſciens Ochus, At hic aſinus, inquit, Apim veſtrum κατευωχήσεται, i. deuorabit. Itaque miſit, qui bo-
F uem Apim dictum ad ſe perducerēt & immolatum menſæ apponerent, quo nomine Ægyptijs magis ac magis inuiſus fuit. Hæc Ocho, qui Iudæis fauebat, optimè conueniunt. Namque & Iudæos imprimis ode-

Digitized by Google

rant Ægyptij eamque ob cauſſam Iudam & Hieroſolymum Typhonis filios fabulabantur. Quidquid enim βλαϐερὸν, ἢ φθαρτικὸν, noxium putabant, id Typhoni adſcribebant.

pag. 369. & 371.

M. Valerio cum Gallo certamen ſingulare ineunti auxiliator adfuit coruus Gallum roſtro & vnguibus petens. Hinc conſternatio non hunc tantum ſed & reliquos Gallos occupauit, quam ſecuta eſt inſignis Romanorum victoria. Hinc Valerius Coruini cognomen & anno ſequente Conſulatum obtinuit. Factum id annis duodecim poſt Gallorum in Romanos irruptionem, de qua diximus A. M. 3639.

T. Liu. l. 7. Polyb. l. 2. p. 106.

XXVI. XV.

Olympias CVIII. Polycles.

A. M. 3652. Perſ. 192. V. C. 406. Ante Dn. 348. Ochi XIV. Philippi XIII. Pr. Theophilo. M. Popilio Lænate IV. M. Valerio Coruo Coſſ.

Athenæus. Laertius.

Plato tanto in Theologicis Ariſtotele ſublimior, quanto Ariſtoteles in Logicis ac Phyſicis Platone ſubtilior, obit Olympiade CVIII. *Prætore Theophilo, qui Callimacho ſucceßit, vt recte Athenæus. Quod autem Laertius ait* ἐπὶ Στρατοκλέους, *eſt* σφάλμα μνημονικόν. *Et forte ſequentem annum deſignabat, quo Prætor fuit Themiſtocles vel Stratocles, Philippus Olynthum & Toronem vrbes proditione captas ſubuertit fruſtra obmurmurante Demoſthene, & obnitentibus Athenienſibus.*

Horat.

Aurum per medios ire ſatellites

A Et perrumpere amat ſaxa, potentius,
Ictu fulmineo.

Ignauiam Athenienſium his verbis increpat Demoſthenes Olynthiaca III. Cum, *inquit*, iam perijſſent Lacedæmonij, Thebani occupati eſſent, re-
B liquorum nullus exiſteret, qui nobiſcum de primatu poſſet contendere, cum liceret nobis noſtra in tuto habere, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν & aliena præmij loco obtinere, *vel* aliorum iura moderari regione noſtra ſpoliati ſumus & amplius M D.
C talenta prodegimus εἰς οὐδὲν δέον in ſumptus minimè neceſſarios. *Illud vero feſtiuum* οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. *Idem* pauciora peccauimus annis LXX noſtri principatus, pauciora Lacedæ-
D monij annis XXX ſui primatus, quàm his XIII annis, poſtquam Phillippus cœpit regnare & nobis inſidiari, & tamen πόλις δημοκρατουμένη βεβαίως, ὡς οὐδ᾽ ἥτις ἐπὶ τῶν πασῶν λοιπῶν, πλὴν ἡ ἡμετέρα, vrbs noſtra Democratiâ regitur reliquarum omnium firmiſſimâ. *Habet*
E *igitur etiam validißimè fulta Democratia ſuos næuos.*

Demoſt. de pace f. 32. Philippica 3. f. 69. Philipp. 4. f. 79.

Centenariorum ludorum ſeries poſtulabat, vt anno ſuperiore celebrarentur. Bellum Gallicum in cauſa potuit eſſe, cur in hunc annum differrentur. Vt vt ſit, hoc demum anno factos M. Popilio Lana-
F *nate* IV, L. *Cornelio Scipione Coſſ. refert Zozimus lib. 2. Cenſorinus hos ludos omiſit, & quatuor inſuper alios, ſi modo credimus lapidi, cuius inſcriptionem refert Ioh. Georgius Heruuart, his verbis.* MEMORIÆ SEX VIGELLI

Georg. Chron. c. 230.

AQVINATIS QVI ANNVM ATTIGIT CENTESIMVM IS ALTERVM ET NONAGENSIMVM PERPETVO INOFFENA VALETVDINE EXEGIT RELIQVOS VII. ET DIES XIIX. DECVBVIT ET OCCVBVIT NATVS LVD. SÆC. VII. OBIIT SEQVENTIBVS. *h. e. quantum ex ludorum ſæcularium collatione colligere poſſumus, natus eſt hoc anno V. C. 406, mortuus anno V. C. 505. Hinc colligas ante hunc annum factos tres ludos ſæculares centenarios, nempe anno V. C. ſecundum Pictorem centeſimo, ducenteſimo, trecenteſimo, ſecundum Varronem ann. V. C. 105, 205, 305. Duos verò ludos* [illegible] *ann. V. C. ſecundum Varronem 188. & 298, quibus adde Valerij Publicolæ ludos ſæculares extra ordinem factos anno V. C. 245. Ita qui hoc anno facti ſunt ludi ſæculares, rectè dici poterunt ſeptimi, quibus natus Sex. Vigellius obijt ſequentibus, cùm centeſimum iniret annum. Huius longæuitatis admiratio inuitat nos ad tranſcribenda Plinij* περὶ μακροβίων *verba, tum ad ea confirmanda, quæ de Ezdræ, Iadduæ, & maiorum Eſteris longæuitate diximus, tum ad illuſtrandam & firmandam faſtorum Conſularium ſeriem.*

Arganthonio Marteſſiorum regi tribuunt annos centum quinquaginta decimeſtres, qui conficiunt Iulianos 125. Itaque Aſinius Pollio tribuebat illi CXX, *vel* CXXX *annos. Alij cùm quadrageſimo ætatis anno regnare cœperit, octoginta regnaſſe dicunt, qui vera, quàm ſtupenda narrare malunt. Idem forte cenſendum de Epimenidis annis* CLVII. *vel potius* CXLVII. *Addit Plinius.* Maſſa-

A niſſam ſexaginta annis regnaſſe, indubitatum eſt. Gorgiam Siculum centum & octo vixiſſe. Q. Fabius Max. Augur ſexaginta tribus annis augur fuit. M. Valerius Coruinus centum annos impleuit: cuius inter primum & ſextum Cõſulatum XLVI *Plin. l. 7. c. 48.*
B anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius. Æquauit huius vitæ ſpatium Metellus Pontifex. Et ex fœminis Liuia Rutulij XCVII annos exceſſit: Statilia Claudio principe ex nobili domo nonaginta nouem. Terentia
C Ciceronis CIII. Claudia Officij CXV. hæc quidem etiam enixa quindecies. Luceia Mima centum annis in ſcena pronuntiauit. Galeria Copiola & Boliaria reducta eſt in ſcenam, Cn. Pompeio, Q. Sulpitio Coſſ. ludis pro ſalute diui Auguſti votiuis, an-
D num centeſimum quartum agens: quæ producta tyrocinio à M. Pomponio Ædili plebis, C. Mario Cn. Carbone Conſulibus, ante annos nonaginta vnum: & à Magno Pompeio magni theatri dedicatione, anus pro miraculo reducta. Samulam
E quoque centum decem annis vixiſſe, auctor eſt Aſconius Pedianus. Minus miror Stephanionem (qui primus togatus ſaltare inſtituit) vtriſq; ſecularibus ludis ſaltaſſe, & diui Auguſti, & quos Claudius Cæſar Conſulatu ſuo quarto fecit, quãdo LXIII.
F non amplius anni interfuere quanquam & poſtea diu vixit. In Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempſin CL. annis viuere, Mutianus auctor eſt. Totidem annos cenſum Claudij Cæſaris cenſura T. Fullo-

Digitized by Google

nium Bononienſem : idque collatis cenſibus, quos ante detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit. *Quàm cruda, viridiſque Maſſaniſſæ fuerit ſenectus vide Ciceronem de Senectute, & Valerium. Is inter cætera ait eum poſt ſextum & octogeſimum annum generaſſe filium cui Metimnato nomen fuit.*

XXVII. XVI.
A.M. 3653. Perſ. 193. V.C. 407. Ante Dn. 347.
Ochi XV. Pilippi XIV.
Pr. Themiſtocle.

Diod.l.16. *DIonyſius Syracuſas recuperat decimo poſtquam pulſus fuerat anno, eiecto Hiceta.*

Phocenſes cum Bœotis vario ſucceſſu pugnant. Tandem quingenti à Bœotis fugati cùm in quoddam Apollinis templum ſe recepiſſent quod totum palea ſubſtractum erat, obortus ignis & templum Dæmonis & ſacrilegos concremauit.

XXVIII. XVII. Pythias LX.
A.M. 3654. Perſ. 194. V.C. 408. Ante Dn. 346.
Ochi XVI. Philippi XV.
Pr. Archiâ.

Diod.l.16. Æſchines aduerſ. Cteſiph. p. 63. *THebani Phocenſi bello fracti ſimul à Philippo & ab Athenienſibus opem petunt. Erat Philipp⁹ Thracico bello implicitus. Thebanis tamen pollicebatur ſe quamprimum adfuturum, & Athenienſibus ſe velle cum ijs ſocietatem quàm firmiſſimam inire. Dum Thracicum bellum magno Athenienſium damno vrget, ope Philocratis Hagnuſij credulos*

A *Athenienſes promiſſis lactat, adnitentibus etiam oratoribus, quos auro corrumpebat Philippus, inter quos Æſchines contendit fuiſſe & Demoſthenem. Prima pacis conſilia inita ſunt Elapheboliones octauo, ὅτι καὶ Ἀσκληπιῷ ἡ θυσία. i. Aſclepij feſto. Pax ſancita eſt Elapheboliones* *Vide anno V.C. 333.*
B *XVIII, & XIX. εὐθὺς μετὰ τὰ ἐν ἄστει Διονύσια. i. continuo poſt vrbana Liberalia, Prætore Themiſtocle. Demoſthenes contendit non ſe, ſed Æſchinem huius infidæ pacis architectum fuiſſe, Sed vbi ſancitam vidit, tum denique ſuaſiſſe, vt quam primum Philippo denunciaretur, ne Philip-* *Demoſt. de Corona f. 6.*
C *pus pro more tempus terens, noua Athenienſibus damna inferret, ſe, inquam id ſuaſiſſe Hecatombæonis ἔνῃ καὶ νέᾳ, i. vltimo, φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος. Sed Athenienſium legati ad omnia conniuentes, quandiu Philippo libuit, morati ſunt, dum ipſe res pro arbitrio gerit in*
D *Thraciâ, & mox in Phocide, vbi tantâ celeritate bellum confecit, vt licet pace nuper factâ, tamen Athenienſes ſibi metuentes iuſſerint omnia in vrbem transferri Mæmacterionis viceſimo, Prætore Mneſiphilo, quem Diodorus Archiam vocat.* *f. 8.*

E *Philippus Phocenſium omnes vrbes euertit, euerſarum muros inſtaurari vetat, iubet in pagis quinquagenarum ædium habitare, quotannis LX talenta Apollini pendere, donec omnia reſtituerint. Hæc ex ſententia Amphictyonum ſancita, quorum albo Philippus inſcribi*
F *voluit.* Secundos, *inquit Cenſorinus,* ludos ſæculares Antias vult anno poſt vrbem conditam quinto trecenteſimo factos : vt verò in commentarijs quindecim virorum ſcriptum eſt, anno octauo & quadrin- *Cenſorin. de die natali c. 17.*

gentesimo M. Valerio Coruino ite- A rum C. Pœtilio Coſſ. *Hæc non pugnant. Primi XV virales ludi poſt annos decem & centum celebrandi facti ſunt anno V. C. 298, Secundi 408, Ludi verò facti anno V. C. 305. Cenſorino quidem ſunt ſecundi, ſed magis propriè ſunt tertij in ordine centenariorum.*

Vide anno V. C 245. & 406.

I. XVIII.

A. M. 3655. Perſ. 195. V. C. 409. Ante Dn. 345. Ochi XVII. Philippi XVI.

Diod.l.16.

SYracuſas olim condiderant Corinthij, Hipparinum Dionyſij II filium Syracuſis eiecerat Hicetas, Hicetam Dionyſius II, Dionyſium II rurſus Hicetas ejcere conabatur, vtrumque Pœni ab Hiceta tamen aceiti. Superuenit Timoleon vix mille viros habens, à Corinthijs miſſus, libertatem Syracuſanis redditu- D *rus. Inſulam tenebat Dionyſius, vrbem Hicetas. Portum Pœni, quibus naues erant* CL, *peditum* LM, *currus trecenti, bigarum duo millia, armorum & tritici magna copia. Adranitæ libertati inhiantes opem ab Hicetâ petunt. Eò ducit Hicetas peditum* VM. *Timoleon celerita-* E *te vſus Hicetam nec opinantem à tergo adortus fugat, Adranitas liberali manu aſſerit, fugientem Hicetam inſequitur, tantâ diligentiâ, vt etiam in vrbem irrepſerit.*

II. XIX.

Olympias CIX. Ariſtolochus.

A. M. 3656. Perſ. 196. V. C. 410. Ante Dn. 444. Ochi XVIII. Philippi XVII. Pr Lyciſco.

A *SYracuſas quatuor exercitus infeſtabant quorum minimus erat Corinthiacus. Sed Timoleonti opem ferunt Catanenſes & Tyndaritani. Pœnos timor Panicus ab vrbe fugat.*

Diod.l 16

III. I.

B A. M. 3657. Perſ. 197. V. C. 411. Ante Dn. 343. Ochi XIX. Philippi XVIII. Pr. Pythodoro.

Diod.l.16. Plutarch. Timoleonte p. 440.

ERrant Dionyſio arma, quæ LXXM. *hominum ſufficerent. Hæc vocabat* C *adamantina tyrannidis vincula. Sed erant illi duo tantum armatorum millia, & forte vir nullus. Certè ipſi vis deerat & animus. Itaque Timoleontis inſperato ſucceſſu territus dat manus, imperio abdicat, & cui olim fuerant naues* CCCC, *tum leui cymbâ Corinthum deducitur,* D *inibi ludimagiſter futurus, & pueros virgâ caſtigaturus. Plutarchus ait Dionyſium deditionem feciſſe quinquageſimo poſtquam Timoleon in Siciliam aduenerat die. Ex Diodoro vero propius dixeris menſe, quam die quinquageſimo. Dionyſium Corinthi docentem nactus Dio-* E *genes,* Non bene, *inquit,* doces. *Huic Dionyſius.* Humane facis, qui ſortem noſtram doleas. Imò, *inquit Diogenes,* dolet mihi, quod ἐλευθεριάζεις, & ſaluus es, quem ob ſcelera terrâ marique perpetrata pridem perijſſe oportuerat. *At non videbat maledicus* F *Diogenes Dionyſium igne lento tabeſcentem, illuſtriùs ac diutius pœnas dantem, quàm ſi ſtatim fuiſſet confoſſus Vrbem adhuc obtinebat Hicetas. Is ſibi diffidens Pœnorum opem iterum implorat ac totum ſe illis tradit. Venit Mago naues* CL

p. 443.

Diogenes Eugneſio epiſt. 8.

ducens, peditum LXM. *Arcem Leoni cuſtodiendam tradit Timoleon: Ipſe Catanam abit auxilia conquiſiturus. Eò Timoleontem inſequitur Mago, relicto in vrbe idoneo, vt putabat præſidio. Sed illi, dum negligentius excubias agunt, Leo impetu facto Achradinam occupat. Redit Syracuſas Mago, Achradinam recuperaturus, ſed fruſtra. Fiunt aliquot dierum induciæ. Interim Corinthij Syracuſanos ſocordiæ accuſabant, qui tam elegantem vrbem barbaris proditum irent. Mago proditionem veritus iterum fugit. Mox iram ciuium metuens ſibi manus conſciſcit.*

IV. II. Pythias LXI.
A. M. 3658. Perſ. 198. V. C. 412. Ante Dn. 342. Ochi XX. Philippi XIX. Pr. Soſigene.

Diod. l. 16. Plutarch. Timol. p. 448.

IAm Dionyſium, iam Pœnos fugauerat Timoleon, & adhuc vrbem mordicus tuebatur Hicetas, vix tandem hoc anno victus ac fugatus. Timoleon tyrannis eiectis, etiam tyrannidis inſtrumenta euertit, acropolim & ædes Dionyſij quorum loco δικαστήρια *i. Prætoria extruit. Tum conditæ leges, inſtituti magiſtratus annui, Iouis Olympij Amphipoli dicti, quorum autoritas magna fuit annos circiter trecentos, donec tandem præfulgente Prætorum Rom. autoritate vileſcere cœpit. Iam libera erat vrbs, ſed deſerta. In plateis adnaſcebatur herba, oberrabant cerui & apri. Corinthij nouos colonos mittunt vndecunque conquiſitos. Timoleon victoriam perſequens Hicetam qui Leontium profugerat, ad deditionem adigit, quin & Leptinem Apolloniæ tyrannum, quem Corinthum mittit, Græcis ludibrio futurum. Multas quoque vrbes Pœnorum iugo ſubducit.*

Dionyſij II. mater Doris Locrenſis erat. Hanc ob cauſam Locrenſes cùm inuiſeret Dionyſius, ſpeciè ciuilitatis nihil ad petulantiſſimam libidinem reliqui fecerat. Hæc Locrenſes tolerare cogebantur. Poſtquam imperio ſpoliatus eſt, filiæ eius Locros quaſi in patriam ſe recipiunt. Tum verò impunitatem nacta vindictæ cupido propinquos earum, quas vitiauerat Dionyſius, impulit primùm ad talionem. Vbi proteruiæ ſatisfactum putarunt, ſæuire cœperunt, vnguibus, acubus, ſudibus, & quæ furor arma miniſtrat, atque in tantum efferbuit veſania, vt nudatis ac comminutis oſſibus diris deuouerint, ſi quis à carnibus abſtineret. Ælian. l. 9. c. 8.

V. III.
A. M. 3659. Perſ. 199. V. C. 413. Ante Dn. 341. Ochi XXI. Philippi XX. Pr. Nicomacho.

PHilippus victorias ex victorijs ſerens nunquam deficiente prætextu Perinthum obſidet in Propontidis litore munitiſſimam vrbem. Perintho ſuppetias ferunt Byzantini & Ochus ipſe incrementa Philippi iam ſuſpectans. Eò pertinacius Philippus Perinthum ſimul & Byzantium oppugnat.

Interim Alexander XVI *annum agens Medaros rebellantes perdomat, eorumque metropoli captâ eiectis barbaris nouos colonos ſubſtituit.*

VI. IV.

Olympias cx. Anticles.

A. M. 3660. Perſ. 200. V. C. 414. Ante Dn. 340. Ochi XXII. Philippi XXI. Pr. Theophraſto. T. Manlio Imperioſo III. Pr. Decio Mure Coſſ.

Diod. l. 16. *Athenienſes pacis fœdera à Philippo ByZantium obſidente violata cenſentes, Chios, Coos, Rhodios, & alios aduerſus Philippum excitant, coguntque & Byzantij & Perinthi obſidionem ſoluere.* Iuſtin. l. 9. *Ipſe more negotiantium impenſas belli alio bello refecturus fingit ſe vouiſſe Herculi ſtatuam vltra ripam Iſtri ponere. Atheas Iſtrianorum rex tranſitum negat & acceſſum. Scytharum robur aſtu Philippi vincitur. Capiuntur mulierum & puerorum* XX M. *Nobilium equarum totidem, Auri & argenti nihil. Redeuntem excipiunt Triballi, grauiſſimeque in femore ſauciatum fugant, ac prædam dimittere cogunt.*

Onuph. ex Liuio. Antiatibus in agros Oſtienſem, Ardeatem & Solonium incurſiones facientibus, Manlius Conſul, quia ipſe per valetudinem id bellum exequi nequiuerat. L. Papiriũ Craſſum, qui tum forte Prætor erat, Dictatorem dixit, ab eo Magiſter Equitum L. Papirius Curſor dictus. *De huius anni Dictatore Cicero ad L. Papirium Pætum anno V. C. 709. Quia tum Cæſar ex plebeis oriundus & plebeiorum partes ſecutus Principatum obtinebat, multi ſe in Cæſaris gratiam Patricios negabant, & plebeios mentiebantur, inter quos L. Pætus, quem ſic Cicero refellit.*

A Sed tamen, mi Pæte, qui tibi venit in mentem negare Papirium quenquam vnquam niſi plebeium fuiſſe? Cicero l. 9. epiſt. 21. Fuerunt enim patricij minorum gentium quorum [a] princeps L. Papirius Mugillanus, qui Coſ. cum L. Sempronio Atratino fuit, cùm [f] antea B Cenſor cum eodem fuiſſet annis poſt Romam conditam CCCXII. Sed tum Papiſij dicebamini. Poſt hunc XIII. fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui primùm Papirius eſt vocari deſitus. Is Dictator cum L. Papirio Curſore Magiſtro C Equitum factus eſt annis poſt Romam conditam CCCCXV. & quadriennio poſt Coſ. cum Duillio. *Hic Cicero bis Romæ annos inchoat à* XXII. *Iphiti anno. Cauſam vide ad A. M. 3246.*

[f] *Videtur hic eſſe memoriæ lapſus, vel calami vt potius dicendum ſit,* cum poſtea fuerit, &c.

VII. V.

D A. M. 3661. Perſ. 201. V. C. 415. Ante Dn. 339. Ochi XXIII. Philippi XXII. Prætore Lyſimachidâ.

Carthaginienſes ingentem apparatum in Siciliam ducunt, curruum E *decem, peditum ſeptuaginta millia. Naues longas ducentas, vel* CCLXX, *onerarias mille.* Diod. l. 16

*Timoleonti vix erant hominum duodecim millia, ex quibus mille primo hoſtis aduentu fugiunt. Thraſio duce, qui nomine audax, in ſeditionibus aper, in prœ*F*lio ceruus erat. Timoleon nihil territus occaſionem expectat. Videt Pœnos Crimeſum traijcientes, iamque decem millia tranſmiſerant, cùm in hos inuadit Timoleon. Dum pugnant, coorta tempeſtas Pœnorum oculos ferit, Crimeſum inflat,*

Digitized by Google

ordines turbat maximè Pœnorum, quibus grauior erat armatura. Fugiunt igitur Pœni tam confuſo pauore, tam iniquo torrente, vt plures fluuius quàm gladius abſumpſerit. Periere decem, capta quindecim millia, & loricæ mille, ſcutorum decem millia. Ea Timoleon Corinthum mittit templis appendenda. Pugnæ tempus ita deſcribit Plutarchus, τὸ μὲν ἔτος ἱσταμένου θέρους εἶχεν ὥραν, καὶ λήγοντι Θαργηλιῶνι μηνὶ πρὸς τὰς τροπὰς ἤδη συνῆπτεν τὸν χρόνον. *Alibi factum id ait* Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος. *Tempus conuenit Thargelionis* XXIV *Kal. Iuniis, ſexto Didymonis, qui menſis Solſtitium proximè antecedit, diebus* XXXV *ante exitum Præturæ Theophraſti. Siquidem Lyſimachides magiſtratum iniit Hecatombæonis primo, Iulii ſeptimo. Hicetas toties à Timoleonte victus, nondum ſpem recuperandæ tyrannidis abiecerat. Igitur initâ cum Mamerco Catanæ & Hippone Meſſanæ tyrannis ſocietate Carthaginem mittit, qui Pœnos moneant, actum eſſe de Sicilia, ni maturè ſubueniãt & Græcis potiùs quàm Afris aut Hiſpanis militib⁹ vtantur, experimento didiciſſe Græcos eſſe omniũ hominũ bellicoſiſſimos &* ἀνυποστάτους. *Pœni hactenus Græcis nunquam vſi, nunc primum ſollicite conquirunt, ac geminum ſtipendium pollicentur. In Siciliam delati incautos milites Timoleontis abſentis adorti prælio ſuperant, occiduntque cum alios, tum maximè quadringentos* Phocenſes, *qui ferè ſoli ex bello ſacro ſupererant. Vbi Timoleon aduenit, viceuerſa, profligantur Pœni, eorumque milites Græci. Capiuntur Hicetas, Mamercus & Hippo. Ii Syracuſis capite plectuntur. Et quia Hicetas in Dionis vxorem & agnatas ſæuierat, lege talionis in Hicetam*

Plutarch. in Dione p. 453 & in Camillo p. 251.

Diod. l. 16.

A *vtendum cenſuerunt Syracuſani. Corinthii colonorum quinque millia Syracuſas mittunt, prout triennio ante rogati fuerant. Confluunt & alii vltro* Timoleontis *virtutem admirati amplius* XLM. *Dioclis leges reſtituuntur. Nouæ aliæ conduntur autore Cephalo Corinthio.*

B *Eodem anno ſecundo* CX. Olympiadis *Prætore Lyſimacho Speuſippus Philoſophus à pediculis corroditur, eique ſuccedit Xenocrates Agathenoris filius Chalcedonius, Scholamque obtinet annos* XXV.

Laertius.

VIII. VI. Pythias LXII.
C A. M. 3662. Perſ. 202. V. C. 416. Ante Dn. 338.
Arſis I. Philippi XXIII.
Pr. Charonda.

Philippus, cui vna fidei in lucro norma, ſciens iam demiſſas Athenien- D *ſium copias, cùm, vt videtur, quaſi Pythia celebraturus veniſſet, repente Elateam in Phocide ſitam Athenienſibus tum obſequentem inuadit, ibique ſocios vndique conuocatos expectat, per Bœotiam, quam amicam putabat, in Atticam irrupturus, Athenienſes à Demoſthene* E *excitati Thebas mittunt, qui moneant ponendas priuatas inimicitias, vt hoſti publico obſiſtatur. Pugnatur ad Chæroneam Metagitnionis ſeptimo, Auguſti ſecundo magna contentione. Cadunt Athenienſes mille, Bœoti plures. Capiuntur bis mille, quibus inſultantem Philippum* F *acriter increpat Demades Athenienſis & ipſe captiuus.* Non pudet, *inquit,* te Agamemnonis perſonam ſuſtinentem Therſitam agere? *Hæc libera vox perculit Philippum, vt eum Athenienſibus benignè ageret, & captiuos*

Diod. l. 16.

gratis dimitteret. Diodorus vult Philippum eadem humanitate in Bœotos vſum, niſi quod præſidium Thebis impoſuit. Iuſtinus contra captiuos Thebanorum venditos, atque adeo cadauera ad ſepulturam. Principes ciuitatis alios ſecuri percuſſos, alios in exilium miſſos, trecentos exules rectores ciuitati datos.

Ælian. l. 6. c. 8. *Vt olim Cambyſes, ſic & Ochus Artaxerxes Apin Ægyptium occiderat, & aſino immolauerat. Eam ob cauſam cum multis odioſum eſſe ſciret Bagoas Eunuchus, non tantum occidit, ſed & felibus deuorandum abiecit, cadauer aliud regio ſepulchro imponens. Ochi quoque filios omnes trucidandos curauit præter minimum Arſen, vt ipſe tutoris nomine regia munia obiret.*

IX. VII.
A. M. 3663. Perſ. 203. V. C. 417. Ante Dn. 337.
Arſis II. Philippi XXIV.
Pr. Phrynicho.

Æſchin. aduerſ. Cteſiphontem. *Demoſthenes bis terque monet Athenienſes, vt ſibi caueant, ac muros inſtaurent currente adhuc Charondæ Prætura Thargelionis* XXIX *& Scirrophonis* II *&* III, *h. e. Maj* XVI, XIX, XX. *Delecti ad eam rem ex quaque tribu* ἐπιστάται, ἐπιμεληταὶ, τειχοποιοὶ, *operis inſpectores, Architecti &c. At Philippus maius opus mouet,* Diod. l. 16. Iuſtin. l. 6. *Corinthi Synedrium conuocat. Monet iam tempus eſſe, vt Græci Perſis talionem rependant, videant, quid poſſint quem rei tantæ ducem eligant. Ita belli Perſici nomine totius Græciæ dux eligitur Philippus. Pollicentur Græci peditum* CCM. *equitum* XXM. *Hoc conſilium ſibi pridem in votis fuiſſe,* Iſoc Philippo ep. 4. A *huius autorem ſe Philippo fuiſſe gloriatur Iſocrates iam centenarius.*

Timoleon, cum octo ſummum annis in Sicilia multa præclarè egiſſet, primò cæcitate, dein morbo correptus ſupremum diem obit, & à Syracuſanis publico ſumptu ſepelitur. Impenſæ in eam rem minæ B *ducentæ. Inſtituti agones Gymnici, Circenſes, Muſici, quibus tanquam Herois, Timoleontis memoria celebraretur. Athenienſes verò ſimulatâ cum Philippo concordiâ, non mortem eius expectarunt, vt dijs inſcriberent,* Clemens Alexand. προτρεπτικῷ. ἐν Κυνοσάργει νεῷ θέντες προσκυνεῖν τὸν τὴν κλεῖν κατεαγότα, C καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένον, ὃς ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν. Lege latâ iubet eum adorari, qui neque coxam, neque crus, neq; oculum ab exitio ſeruare potuerat.

Ælian. lib. 12. c. 50. *Menecrates verò medicus ne expectatâ quidem cuiuſquam vrbis ſententiâ ſic nouo huic deo Philippo ſcribere auſus eſt.* D *Menecrates Iuppiter Philippo* χαίρειν. *Philippus primò reſcribit. Philippus Menecrati* ὑγιαίνειν. Suadeo vt Anticyram nauiges. *Poſt inuitat ad cœnam, ſeorſimque collocato nihil præter thus apponi iubet, appoſitè, vt deo & quidem* καπνοφάγῳ. *Cum igitur tralatitia vel impu-* Clemens Alexand. προτρεπτικῷ. E *nita eſſet diuinitatis affectatio, Nicagoras Mercurium dici ſe iuſſit, & habitu Mercurij ſuperbus inceſſit.*

X. VIII.
Olympias CXI. Cleomantis.
A. M. 3664. Perſ. 204. V. C. 418. Ante Dn. 336.
F Darij I. Alexandri I.
Pr. Pythodoro.

Diod. l. 6. Arr. l. 1. *Arrianus Prætorem huius anni Pythodemum vocat. Philippus ad*

BBb ij

Perſicum bellum ſe accingens, anceps pro A *more reſponſum ab Apolline accipit.* Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύσων. Eſt qui ſacrificet, præſto eſt bos, iam morituros. *Philippus ex Olympiade Alexandri Epirotarum regis ſorore ſuſceperat Alexandrum & Cleopatram. Hanc Alexandro patruo collocat, cùm iam ipſe* B *Cleopatram alteram vxorem ſuperinduxiſſet, multum indignante Olympiade. Ipſo nuptiarum die cum* XII *dijs maiorum gentium quaſi* XIII *ſeſe inſeruiſſet, à Pauſaniâ interficitur inter Alexandros duos filium & generum. Multi ſcelus vxoris ſuſpectabant. Alexander ta-* C *men vix annos* XX *natus, cædis paternæ conſcios ſtrenue vlciſcitur. Sed & Cleopatræ nouercæ filium ac fratrem Attalum occidit, ſecuritati ſuæ conſulens, & iræ matris obſequens. Rebellionem vndique meditantes Græcos alios blanditijs, alios metu in officio continet, tantâ dili-* D *gentiâ Delphos, dein Corinthum delatus, vt Amphictyones & Corinthi Synedri territi plura ipſi quam Philippo detulerint. Bagoas* Arſem *vix biennium regno potitum eâdem confidentiâ, quâ Ochum, è medio tollit, eique ſubſtituit Darium (qui Codomannus dictus eſt) Arſanis*[a] E *filium, Oſtanis*[b] *nepotem. Darij Nothi pronepotẽ. Darius perfidi ſpadonis inconſtantiam veritus Bagoam maieſtatis & parricidij damnat magno procerum, populique gaudio. Ælianus l.* XII. *c. 43. ait hunc Darium fuiſſe* δοῦλον, *h. e. è ſeruâ natum. Cæterum etiamſi* Sta *Perſis* F *vt plurimùm cognominis vice fungatur, tamen etiam nominis locum ſupplet, vt ex nomine* Vaſti *colligere eſt. Vt igitur ex* Eres, *vel* Arſes *fit* Arſan, *ſic ex* Sta *fit* Oſtanes.

Iuſt. l. 9. Plutarch. Alex.

[a] ארסן
[b] ושתן

Vide A. M. 3641.

A *Galli cum Romanis fœdus iciunt annis tredecim poſt pugnam quam A. M. 3651. deſcripſimus. Fœdus autem illud integrum ſeruarunt annos triginta. Hæc ita digeſta leguntur apud Polybium, ſed videtur aliquid deeſſe in Polybij textu, vt dicamus annis tredecim quieuiſſe Gal-* B *los hoc anno Romanum agrum incurſaſſe, atque iterum ſeptennio poſt: ac tum demum fœdus cum Romanis pepigiſſe, anno V. C. 425.*

Polyb. l. 2. p. 107.

XI. IX.

A. M. 3665. Perſ. 205. V. C. C 419. Ante Dn. 335.

Darij II. Alexandri II. Pr. Euæncto.

A*Lexander ineunte vere Thracas, Triballos, Illyrios, Pannonas rebellantes reprimit. Interim Phœnix &* D *Prothutes, monent Thebanos Alexandrum vltra Iſtrum diſtineri, prælijs aliquot victum. Non negligendam recuperandæ libertatis occaſionem. Thebani igitur Cadmæam negligentiùs cuſtoditam occupant, cuſtodes occidunt. Eo audito, Alexander confeſtim aduolans ad-* E *uentus ſui famam anteuertit, factionis duces poſcit, horum ſupplicio ſuam iram poſſe ſatiari. Thebani reſpondent ſe non tantum ſuæ, ſed & totius Græciæ libertatis vindices eſſe. Sed Thebanorum confidentiam Macedones retundunt virtute potiùs quàm numero potiores, ſi-* F *quidem Ælianus ait perijſſe capitum nonaginta millia, vænijſſe 3000. Vt vt ſit, Thebani virium fiduciâ excurſione factâ Macedonum caſtra inuadere auſi, tanto impetu repelluntur, vt cum fugientibus in vrbem penetrarint Macedones. Vrbe*

Arrian. l. 1. Diod. l. 17. Iuſtin. l. 11. Plutarch. Alex. & Camillo p. 251. Ælian. lib. 13. c. 7.

captâ rogat Alexander, quid facto opus ſit. Phocenſes, Platænſes, Bœoti ſolo æquandam cenſent impotentis inſolentiæ vrbem, Perſarum amicam. Diſſuadere auſus eſt nemo. Ita euertitur vrbs inclyta, Græciæ lumen. Caduntur ſex hominum millia. Væneunt XXXM. *Paucis parcitur, puta Sacerdotibus, Macedonum hoſpitibus, Pindari familiæ, & ſi quis probare poterat ſe bellum diſſuaſiſſe. Fugitiuos conquiri & mancipio dari iubet. Parent reliqui. Soli Athenienſes magna Cereris myſteria tum celebrantes Boedromionis* XX, *fugientes humaniſſimè excipiunt. Succenſentem Alexandrum placat Phocion. Primus Thebani motus nuntius ad Alexandrum perlatus fuerat inſtante Dæſio, Maj* XXV, *quo bellum inchoare nefaſtum cenſebatur. Alexander omen eluſurus iuſſit pro Dæſio Artemiſium II. dici. Fuit igitur hoc bellum menſium quatuor. Erat cyclus lunæ vndecimus, epactæ tres. Daeſius & Scirrophorion cœperunt Maj* XXV. *Panemus & Hecatombæon Junij* XXIII. *Thebæ dirutæ ſunt vltimo Myſteriorum die Boedromionis* XX, *Septembris* IX. *Cœperant autem hæc trieterica myſteria Boedromionis* XVI. *Septembris quinto, Plenilunio. Nec obſtat Seneca, quem autorem laudat Scaliger, vt probet myſteria Boedromionis, ſiue maiora myſteria fuiſſe pentaeterica. Nam Seneca pentaeterica innuit fuiſſe non myſteria, ſed Olympia.*

Quantus Eleum coit ad Tonantem
Quinta cum ſacrum reuocauit æſtas. *Seneca Hercule Furente.*

Hactenus quinquennalia Olympica. Sequuntur Myſteria,

Quanta cum longæ redit hora noctis
Creſcere & ſomnos cupiens quietos
Libra Phœbeos tenet æqua currus
Turba ſecretam cererem frequentat
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare myſtæ.

Hæc myſteria ſæpe quidem in Libram incidebant, vt vult Seneca, ſed non ſemper.

Lampſacenis idem qui Thebanis imminebat exitus. Quippe fauerant aut fauiſſe dicebantur Perſis aduerſus Macedonas. Græci cùm eſſent, piaculare videbatur hoc crimen. Igitur Lampſaceni iram Alexandri merito metuentes maturè obuiàm eundum rati Anaximenem ad Alexandrum mittunt, cùm ipſi, tum Philippo patri notum, & charum. Forſan & Alexander aliquandiu eo præceptore vſus erat. Alexander non expectato, quid dicturus eſſet Anaximenes, dixit fruſtra deprecationibus vſurum Anaximenem. Se enim iam iuraſſe, nihil minus facturum, quam quod dixiſſet. At enim, inquit Anaximenes, peto vt Lampſacum diruas. Hac velocitas ſagacitatis oppidum vetuſtâ nobilitate inclytum exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit. *Pauſanias Eliacis. Val. Max. lib.7.c.3.*

XII. X. Pythias LXIII.
A. M. 3666. Perſ. 206. V. C. 420. Ante Dn. 334.
Darij III. Alexandri III.
Pr. Cteſide.

ALexander primo vere domo egreſſus XX *poſt die Seſtum peruenit, in* *Arr.l.1.*

Aſiam traijcit ducens peditum XXXIIM. A *Diod.l.17.* *equitum* V M. *minimum. Summum equitum* XXM. *peditum* CXXM. *Prima pugna ad Granium commiſſa in campis Adraſtijs.* *Iuſtin l.11.* *Alexander impetu potius quâm conſilio, feliciùs quam prudentiùs pugnans Perſas fugat imbelles ſane & luxu fractos.* B *Plut. Alex.* *Ceciderunt Perſarum equitum duo millia, peditum* X M. *vel* XXM. *Victori omnes Aſiæ vrbes Græcæ ſe tradunt ſpe libertatis, quam & lubens conceßit Alexander. Miletum vi capit Perſarum nauibus* CCCC.CX *Mycalâ opem ferre non auſis. Halicarnaſſum fruſtra defendit Memnon.* C *Alexander Cariam, Lyciam velut in tranſcurſu occupat. Piſidiam ac Phrygiam facilitate pari ſubigit, ne hyeme quidem intermiſſo bello.*

Ioſephus Ant.l.11. c. 8. *Manaſſes Iaddua ſummi Iudæorum Pontificis frater, Iohannis filius, Ioiadæ nepos, Eliaſibi pronepos gener erat Sannaballathi Chuthæi ſiue Samaritani.* D *Vide anno V.C.356.* *Populus id contra Dei legem eſſe ſciens Iadduam monet, ne Iudæo quidem è plebis fæce, nedum Leuitæ, Sacerdoti fas eſſe cum exterâ matrimonio copulari. Videat igitur, vt fratrem ſuâ authoritate compellat ad repudiandam Sannaballathi filiam aut ipſum Manaſſem ab altari re-* E *moueat. Iaddua populum æqua monere videns Manaſſem rogat, vt alienigenam vxorem dimittat. Id legem, id populum flagitare. Manaſſes ad ſocerum adit, docet ſibi quidem chariſſimam eſſe vxorem. Sed non poſſe ſe vxorem ſimul* F *& Sacerdotium (quo nihil Hieroſolymis antiquius ſit) retinere: Ne Sannaballatho quidem honeſtum futurum, infamem generum habere. Reſpondet Sannaballat ſe daturum operam, vt non modo Sacerdos, ſed & ſummus ſit Sacerdos.* A *Extructurum ſe in monte Garizim iuxta Samariam templum Hieroſolymitano conſimile, cuius ipſe ſit antiſtes, atque id authoritate Darij confirmaturum. Iamque ad Manaſſem multi confluebant Sannaballathi liberalitate & rei nouitate pellecti, cum aduentus Alexandri Hel-* B *leſpontum tranſgreßi fama, conſilium hoc ad tempus interpellauit. Scaliger hunc Sãnaballathum vult eum eſſe cuius meminit Nehemias paßim, ſed maxime* c. IV. I & XIII. 28. *Si ita eſt, qui ſit vt altaris à Sannaballathi genero aduerſus altare erecti non meminerit Nehemias?* C *Omnino duo fuerunt Sannaballathi, Samaritani ambo, ambo impij, Iudæorum hoſtes, & tamen Sacerdotum affinitatem ambientes. Primi generum, Ioiadhæ filium amouit Nehemias. Alterius generum, Ioiadæ nepotem amouit frater Iaddua.*

D

XIII. XI.

A.M. 3667. Perſ. 207. V.C. 421. Ante Dn. 333.
Darij IV. Alexandri IV.
Pr. Nicocrate.

E *Memnon, qui, ſimulac Alexander in Aſiam traiecit, autor fuerat transferendi in Europam belli, tum Nauarchus à Dario conſtitutus, conſilium ſuum repetens Chium petit & occupat, naues trecentas ſecum ducens. Inde Lesbon pergit, vbi continuò præter* *Arr. l.2.* F *Mitylenem omnes vrbes ſe dedentes occupat. Quin & iam trepidabat tota Euboea. Et Lacedæmonij ſoli tum è Græcis Perſis fauentes ἐνεωτέριζον. Sed vanas illorum ſpes fefellit repentinus Memnonis prudentis ac ſtrenui ducis obitus, magno* *Diod.l.17.* *Plutarch. Alex.*

Iuſt. l. 11. *Perſarum damno. Nam Pharnabazus & Autophradates eius legati non eâdem virtute, nec felicitate huic bello incubuerunt. Alexander Paphlagoniæ & Cappadociæ vltrò ſe dedentibus Satrapas*
Q. Curt. *præficit. Ipſe Ciliciæ anguſtias, iuxta Cyri caſtra, vbi olim Cyrus maior ſtatiua habuerat, obſeſſas videns, nihilominus tantâ audaciâ impetum facit, vt cuſtodes per ſummam ignauiam abſterriti terga dederint. Tarſum quoque ab Arſame derelictam nactus plenus pulueris & ſudoris in Cydnum puriſſimæ, ſed frigidiſſimæ aquæ fluuium inſilit. Hinc febri ſubitò correptus & à cæteris medicis deſertus vnum habebat Philippum Acar-*
Val. Max. l. 3. c. 8. *nanem, qui non deſperaret. Sed pridie literas acceperat, quibus monebatur, vt ab illo Philippo ſibi caueret. Itaque cum dubius eſſet, alterâ manu literas Philippo tradit, alterâ pharmacum à Philippo accipit, & poſtquam vidit Philippum oculo irretorto literas legentem, & ipſe imperterritus poculum epotauit.*

Alexander Tarſo Anchialon petit. Hinc Solos retrogreditur eique præſidium imponit, & ducenta argenti talenta mulctæ nomine exigit. Ibi proſperam Ptolomæi cum Orontobate circa Halicarnaſſum pugnam accipit. Tum Mallum progreditur ibique audit Darium circa Sochos vrbem duorum Stathmorum interuallo à Pylis diſtantem caſtra metatum. Ipſe tertio poſt die Pylis ſuperatis circa Myriandrum caſtra locat. Erat locus committendo prælio Dario opportuniſſimus propter apertam camporum planitiem. In qua liberè ex ſpatiari poterant, immenſæ Darij tum pedeſtres, tum equeſtres copiæ. Et id rectè monebat Amynthas profugus. Sed Deus in Perſa-

A *rum luxum ſimul & tyrannidem merito animaduerſurus Darium impulit, vt grata potiùs quàm fida monentibus aurem præberet.*

Darius Alexandri aduentum ignorans, ac putans eum intra Pylas Amanicas adhuc ſimulato morbo deliteſcere,
B *atque adeo monitus verendum ac proſpiciendum ne effugeret præda, perſuadet ſibi ſerpentem in ipſo luſtro proculcandum. Itaque Alexandrum à tergo relinquens Pylas & ipſe ſuperat & Iſſum occupat, vbi & quoſdam Alexandri milites morbo confectos deprehendit, &*
C *contumelioſius habet, quàm milite ac rege dignum erat. Alexander tantam ſibi felicitatem oblatum iri, ne ſperare quidem auſus pedem referre cogitur, & exoptatiſſimo loco intra duarum Pylarum Ciliciæ ſcilicet, ac Syriæ anguſtias, & abrupta montium vaſtis Darij copijs per*
D *incommoda caſtra locat. Erant Dario, Arriano quidem & Plutarcho, ſexcenta hominum millia, Diodoro & Iuſtino, quadringenta peditum, centum equitum, Q. Curtio, equitum ſexaginta, peditum ducenta quinquaginta millia. Sed inter viarum anguſta prælantibus pariter ac*
E *fugientibus, tanta copia impedimento erat, ac veluti mole obruebatur ſuâ. Nam & in prælio æquis fere conditionibus pugnantes Macedones virtute facile ſuperiores extitere, & vbi fugam ſemel adornare cæperunt Perſæ, plures à ſuis quàm à Macedonibus obtriti ſunt. Ceciderunt*
F *barbarorum peditum [a] centum vel [b] LXI, equitum decem millia; Macedonum vero equites centum quinquaginta, pedites Diodoro trecenti, lege CXXX ex Iuſtino, Q. Curtio CXXXII. Capta Darij caſtra, mater, vxor, liberi, fœminæ nobi-*

[a] Diod. [b] Iuſtin.

les quàm plurima & argenti talenta ter mille, Hæc μηνὸς μαιμακτηριῶνος acta teſtatur Arrianus ἐπὶ Νικοςράτου. Damaſcum vero à præfecto proditam hyeme iam ſæuiente captam prodit Q. Curtius. Victoria tum moderate vſus Darij matrem & vxorem humaniſſimè excepit.

Eumenes Sardianus ad Antipatrum apud Lucianum περὶ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.

Eadem æquitate ac moderatione in ſuos tum vtebatur. Nam cum Hephæſtion ante hanc pugnam Iſsicam Alexandrum primo diluculo ſalutans per imprudentiam dixiſſet ὑγίαινε, pro χαῖρε, quod conuitij ſpeciem præ ſe ferre videbatur. Nam de mentibus optamus ὑγιαίνειν. Hephæſtionem pudore ſuffuſum, ac concremiſcentem ita conſolatus eſt Alexander, δέχομαι, inquit, τὴν κληδόνα, τὸ γὰρ σῶος ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς μάχης ἤδη μοι ὑπισχνεῖται. Cumque Darij mater Hephæſtionem pro Alexandro quaſi regem ſalutaſſet, errorem agnoſcenti, ac deprecanti ſubridens dixit. Bono, *inquit*, animo eſto. Etiam hic Alexander eſt. *Caſtitati verò tum ac ſanctimoniæ ita ſtudebat, vt nobiles Perſarum vxores pulchritudine præſtantiſſimas Damaſci captas ne videre quidem voluerit, ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν Περσίδας, vocans, quanquam Iuſtinus ait tum vnam ex captiuis Barſenem dilexiſſe & ex eâ filium Herculem ſuſcepiſſe.*

Arrian. & Q. Curt.

Quod ſi ſemper eundem ſe præſtitiſſet longe beatior ac maior merito cenſeretur, quam ſi geminos inſuper mundos debellaſſet. Cæterum ex narratione huius anni colligere eſt, quam falſus ſit Ioſephus, cum ait Alexandro ceſſiſſe mare Pamphylium & Macedonib⁹ aliam viam non habentibus, viam ad imperij Perſici euerſionem aperuiſſe. *Hæc non finxit Ioſephus, ſed popularibus ſuis mendaciorum loquatiſſimis temere fidem adhibuit.*

Ioſephus Ant. l. 2. c. 7. p. 61.

XIV. XII.

Olympias CXII. Gryllus.
A. M. 3668. Perſ. 208. V. C. 422. Ante Dn. 332.
Darij V. Alexandri V.
Pr. Nicerato.

Alexander Damaſco potitus Cœlem Syriam non inuitam facile obtinuit. Phœnicia quoque vltro, etiam inuito Stratone Sidoniorum rege Alexandro ſe tradidit. Ideoq́ Strato regno excuſſus, & Hephæſtioni poteſtas facta, vt amicorum ſuorum cuipiam regnum traderet. Eligit Hephæſtion hoſpitem Sidonium, quem hoc beneficio ornet. Recuſat hoſpes, probus pariter ac generoſus, munus oblatum, negans licere cuiquam regnum illud obtinere, niſi ex regiâ ſtirpe orto. Miratus Hephæſtion tantam animi magnitudinem cum pari probitate coniunctam, iubet ex iis, qui ſupereſſent è regiâ ſtirpe eligeret, quem hac poteſtate dignum cenſeret. Eligit hoſpes Habdalonymum quẽdam omnium pauperrimum ſed inculpatæ vitæ. Sed nec corporis habitus degener Alexandro viſus eſt. Rogatus verò inopiam quâ patientiâ tuliſſet. Vtinam, *inquit*, eodem animo regnum pati poſſim, Hæ manus ſuſtecere deſiderio meo: nihil habenti nihil defuit. *Amyntas, qui ad Perſas ab Alexandro transfugerat, cum quatuor Græcorum millibus è fugâ reſiduis, Ægyptum, veluti vacuam mortuo Satrapâ poſſeſſionem inuadere tentat. Nec improſperè prima ceſſere, prout Ægyptiorum*

Arr. l. 2.

Diod. l. 17.

Iuſt. l. 11.

Curtius 1.

Plutarch. Alex.

rum vaniſsima gens, odio præſentium, & ingenij mobilitate rebus nouandis quàm gerendis ſemper aptior fuit. Sed mox prædæ cupidine & hoſtium cõtemptu incautiùs oberrans cum ſuis omnibus cæſus meritas geminatæ perfidiæ pœnas luit.

Alexandro totius Phœnices iam potenti Tyrus quoque non maligna ſubminiſtrabat auxilia, ſed ita vt ſocietatem potius quàm obſequium offerre videretur. Alexandrum, ne in Dario quidem ſocietatis nomen ferentem irritabant potius hæc officia, quam demerebantur. Itaque Tyriorum animos ampliùs tentare cupiens ſcribit, ſibi in animo eſſe, Herculi Tyrio ſacra, quæ pridem vouerit, peragere. Tyrij, quid hoc ſibi vellet, ſatis agnoſcentes, reſpondent eſſe foris Herculis fanum ἐν παλαιτύρῳ, vbi ſacra, quæ lubebit, peragere liceat. Id ſophiſmatis Alexander in ſui contumeliam interpretatus feciales mittit, qui bellum de-
D nuntient, niſi iuſsis propere pareant. Eos Tyrij, quaſi petulantius, quàm legatos deceat, inſoleſcentes, in mare præcipitant, cùm Alexander, tum ſuæ dignitatis ac famæ, quâ maxime bella conſtant, tum violati gentium iuris vindex futu-
E rus, toto impetu in vrbis obſidionem incumbit. Tyrij inacceſsis, vt putabant, vrbis ſuæ munimentis, & præſentibus copijs, quibus totum illud mare obtinebant, confiſi putabant magnam ſe & apud Darium gratiam, & apud poſteros gloriam conſecuturos, ſi, dum Darius no-
F uas colligit copias; ipſi interim exundantis huius torrentis impetum infringerent. Erat vrbs inſulæ inſtar: a terrâ, quâ minimum, ſtadijs quatuor disiuncta. Muri centum quinquaginta pedes alti. Virorum animo & robore, artificum

A induſtriâ præſtantium, copia erat quàm maxima. Carthaginenſes à Tyrijs oriundi, per legatos certa pollicebantur auxilia. Sed ipſos inexpectata calamitas auxilia ſibi conquirere prius coegit, quàm alijs præſtare. Ita cùm proxima quæque ſui nominis famâ conterruiſſet Alexan-
B der, vnicam Tyrum tum oppugnandam habens, quantumlibet ſitu loci munitam, & ab incolis quàm fortiſsimè propugnatam, tamen expugnauit tandem ſeptimo obſidionis menſe. Ἐπ' Ἀνικήτου, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος τῇ τετράδι, Iulij XXI. Armatorum, etiam poſt vrbem — Q. Curt. Arrianus. Plutarch.
C captam peruicaciter obſiſtentium, ſex millia trucidata ſunt, duo millia cruci affixa. Quindecim millia à Sidonijs, cognationis memoriâ commiſerantibus clam ſubducta. Triginta millia ſub haſtâ venierunt, ἡ παλαίτυρος, ne veſtigia quidem remanſerunt, cum omnia eius rude-
D ra in mare cõportari iuſſerit, Alexander, vt Tyrum ex inſulâ Cherſonneſum faceret. Hanc nouam vltrix flamma populata eſt. Ita vtriuſque Tyri luxus à Deo ſeuerè ſed iuſtè punitus. Nihilominus haud multo poſt inſtaurata tantas in breui opes adepta eſt, vt ſedecim poſt annis Anti-
E gono totius Aſiæ potenti reſiſtere auſa ſit. Gazenſes ſuis fidentes mœnibus, &, quod a litore longius, quàm Tyrus, nempe viginti ſtadijs, diſsiti eſſent, & Batis Gaza Satrapa eximiæ in Darium fidei, Alexandrum ab Iſthmiorum ludicro cum reliquis Græcis celebrando repule-
F rant ineunte videlicet vere, cum adhuc Tyrum obſideret Alexander. Sed quo longiùs à terra diſtabat Gaza, eo minus liberum mare obſtabat, quo minus agger quantumlibet amplus, circumquaque duci poſſit. Itaque Alexander, cui ba-

ſulorum, quanta lubebat, copia abunde ſuppetebat, vrbem vndique aggere cingit, cuius latitudo, duorum ſtadiorum erat, altitudo pedum ducentorum ac quinquaginta. Ita velut ex continente, vrbs arietibus & cuniculis acerrimè oppugnata, multo facilius quam Tyrus capta eſt. Nam Tyrus ſeptem, hæc duobus tantum menſibus obſeſſa eſt, ac proinde circa Kal. Octobris capta. Viri omnes etiam poſt captam vrbem acriter pugnantes aduerſis vulneribus ſuo quiſque loco ceciderunt. Pueri ac fœminæ mancipatæ. Agis Lacedæmoniorum rex, neſcio quid in Græcia tumultuatur, Cretam Macedonibus eripere moliens, ſed irrito ſucceſſu. Iam nimiæ felicitatis modum Alexander ferre non poterat. Itaq; & Dario totam Aſiam ad Euphratem vſque, filiam & decies mille talenta offerenti, longè inſolentiùs, quàm par erat, reſpondit, & Batin Gazæ Satrapam, cuius fidem ac conſtantiam admirari & colere debuerat, viuum per plateas raptari iuſſit, hoc modo Achillem proauum ſuum imitari ſe gloriatus. Hoc ſolo nomine excuſandus, quod bilem mouerat geminum vulnus in illa obſidione acceptum.

Ioſephus Antiq. l. 11. c. 8.

Sannaballathus, qui Darij aduentum lætus exceperat, ſperans futurum vt Alexandro deuicto, votis facile potiretur, vbi Darium victum & in Perſidem reuerſum vidit, ad Alexandrum transfugit, ſecum octo millia hominum ducens, licet iam ſenio confectus, lætantem Alexandrum rogat, vt ſibi liceat in monte Garizim templum extruere. Id è re Alexandri futurum, Iudæorum quippe vires diuiſas infirmiores futuras. Alioqui, ſi vniti maneant, non rarò præpotentes & regibus graues eſſe. Probante conſi-

A *lium Alexandro opus impigrè aggreditur, neque multo poſt obit. Facta hæc, quo tempore Tyrum obſidebat Alexander. Is interim quaqua verſus legatos mittebat, qui à ciuitatibus iuſiurandum & auxilia exigerent. Miſsi igitur etiam Hieroſolyma feciales eadem flagitantes.*
B *Reſpondet Iaddua ſibi ſocietatem iureiurando ſancitam eſſe cum Dario, quamdiu ille viuat, ſibi non licere fidem violare. Hoc reſponſo exacerbatus Alexander Hieroſolymitanis excidium minabatur, ſimulac Tyrum & Gazam ſubegiſſet. His peractis Hieroſolymam in feſto exer-*
C *citu petit. Iamque vltima metuebat Iaddua, & vrbs tota, cum in ſomnis viſio offertur Sacerdoti, bono animo eſſe iubens. Eat modo obuiam infulatus cùm ſupplicum Leuitarum ac popularium turbâ. Vbi accedentem turbam vidit Alexander, hactenus ignem ac ſanguinem*
D *ſpirans, protinus in genua concidit & Iadduæ ſupplicat. Stupentibus omnibus, & quid hoc rei eſſet roganti Parmenioni, vt qui à Principibus adoraretur, ipſe reum ſupplicem adoraret.* Non hunc, inquit, adoro, ſed Deum cuius eſt Sacerdos. Mihi enim iter in Aſiam
E meditanti in ſomnis apparuit vir huic conſimilis, qui me ad iter cohortatus eſt, & fauſta ſperare iuſſit. *Tum Iaddua etiam Danielis prophetiam indicauit, qui prædixerat à Græciæ rege deuictum iri Perſidis ac Mediæ regem.*
F *Hæc Alexandrum permouerunt, vt non modo Iudæis parceret, ſed & immunitatem anno Sabbathico largiretur, αὐτονομίαν concederet, & quæcunque ſub Perſis habuerant, priuilegia confirmaret. Neque multò poſt defuncto Iaddua ſuccedit filius Onias.*

Digitized by Google

Diodorus. Arrianus. *Ægyptij tum propriâ leuitate, tum Perſica tyrannidis odio, iugum Alexandri non inuiti ſubeunt. Alexander non cupidine, ſed ſpe maiora iam conſecutus, deinceps immortalitatem maximè ambiebat. Primò igitur in Ægypto ſui nominis vrbem maritimam amœno & ſalubri loco condere geſtiens Pharon eligit. Inſulam iuxta Canobicum Nili oſtium ſitam, quam triginta ſtadiorum longitudine, decem latitudine, vel octoginta ſtadiorum ambitu, & vicorum Eteſijs excipiendis congruenti diſpoſitione quàm ornatiſſimam perficere ſatageret. Diodorus vrbis ambitum paulo aliter definit, vult enim fuiſſe quadraginta ſtadiorum longitudine, & Plinius ait hanc XV millia paſſuum laxitate ſua inſidere, vterque notat eam Macedonicæ chlamydis inſtar, circularem formam imitari, & in angulos prominentes hinc inde procurrere. Dein per arenoſas ac propemodum inacceſſas Lybiæ ſolitudines Iouis Hammonis oraculum inuiſit, præmiſſis, qui ſacerdotes monerent, quid maximè in votis rex haberet. Itaque primò Alexandro accedenti pro χαῖρε παιδίον ficto linguæ errore dixit Sacerdos χαῖρε παῖ Διὸς, tum roganti, num patris interfectores ſatis pro officio vltus eſſet. Reſpondit patrem Alexandri nullius parricidio violari poſſe. Philippi manibus plus ſatis parentatum. Cæterum pergere: confidenter, terrarum orbis imperium ipſi portendi. Rogantibus aulicis, Num ipſis liceret diuinos honores regi deferre. Reſponſum. Rem hanc Hammoni fore gratiſſimam. Itaque deinceps pro Deo ſe palam oſtentauit, & adorari iuſſit, licet apud Græcos paulo timidiùs quàm apud barbaros. Ac licet conſcientia ipſi paſſim*

Q. Curt. Ioſeph. belli Iud. l. 2. c. 16.

l. 5. c. 10.

A *veras voces exprimeret, vt cum læſus dixit. Atqui hoc eſt* αἷμα καὶ οὐκ ἰχὼρ οἷόσπερ μακάρεσσι θεοῖσι. *Tamen audito tonitru Ariſtarcho roganti* Μὴ σύ τι τοιῦτο, ὁ τοῦ Διὸς. *Non puduit reſpondere.* Nolo ego amicos terrere. *Porro Hammon arietus supernè, infernè hominis ſpecie adora-* Vide A. M. 1778.

B *tus omnino videtur eſſe Cham à Noacho patre maledictus. Vt ergo filius Hammonis, voluit* κερασφόρους ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι σπεύδων κέρατι, cornutus fingi à ſtatuarijs, pulchritudinem hominis belluino cornu dehoneſtans. Clemens Alexand. προτρεπτικῷ.

C *Mittit igitur in Græciam, iubens vt publico decreto Deus agnoſcatur. Pleriq; per adulationem plura tribuerunt, quàm poſtularat. Lacedæmonij veſaniam regis hoc riſu traducendam putarunt.* Quandoquidem Alexander vult Deus eſſe, Deus eſto. *Athenis autem Dema-* Ælian. l. 2.

D *des ſuadet maiorum gentium dijs annumerandum, ac tertium decimum vocandum. Athenienſes Demadem impietatis damnatum centum talentis mulctarunt. Dixerat Demades.* Videte, ne dum cœlum cuſtoditis, terram amittatis. *Demadem meritò caſtigarunt A-* Idem l. 5. c. 12. Val. Max. lib. 7. c. 2.

E *thenienſes, ſed cùm ijdem deorum albo Philippum Alexandri patrem quinquennio ante inſcripſerint, ſatis apparet eos id feciſſe, non vllâ in numen reuerentiâ, ſed odio in Alexandrum. Cùm autem Alexander matri ita ſcripſiſſet.* Alexander Iouis Hammonis filius Gell. l. 13. c. 4.

F Olympiadi matri S. *Tum illa feſtiuè.* Amabo, *inquit*, mi fili, quieſcas, neque deferas me, neque criminere aduerſum Iunonem. *Interim Dei patientiam adora, qui huic impietatis ac ſuperbiæ monſtro, orbis flagello, inter vaſtas*

arenarum Syrtes oberranti, & ſiti male pereunti, opportuna ventorum flamina, imbres extra ordinem, non quidem temporis (agebatur n. hyems, Sole Capricornum aut Aquarium occupante) ſed loci ratione effuſos, & miraculo ab incolis ipſis imputatos, ac coruos itineris præuios largitus ſit. Miremur & ſapientiſſimam Dei operum οἰκονομίαν, qui ſub ipſis Cancri ardoribus, ducentorum ſtadiorum ambitum veluti Inſulam horrendis Syrtibus vndique circumcluſam, tanta cœli temperie, ſalinis, fontium amœnitate, fructiferarum arborum multitudine, ac terræ vbertate, donarit, nihil vt à vicinis mendicare cogatur. Quid memorem Solis fontem propter Hammonis templum Meridie gelidiſſimum, media nocte feruentiſſimum ſubcrepuſcula tepidum, has vices inuariabili ordine conſtanter ſeruantem? Hæc cùm intueris, potes tibi quidquam arrogare putredo & vermis? Alexander ab Hammonis oraculo in Ægyptum reuerſus, dum ver aduentat, rebus ſuis cum otio proſpicit. In defunctorum ducum locum nouos ſubſtituit, & alios inſuper inſtituit.

XV. XIII.

A. M. 3669. Perſ. 209. V. C. 423. Ante Dn. 331. Darij VI. Alexandri VI. Pr. Ariſtophane.

Arr. l. 3. Diod. l. 17. *Lacedæmonij rebus nouis ſtudentes, Græcos excitant ad vindicandam libertatem, ſed Antipatri, quem Alexander moderatorem Græciæ reliquerat, virtute ac prudentiâ repreſſi, vltrò pacem petere & imperatas pacis conditiones accipere coacti ſunt.* Curtius. Iuſt. l. 11. *Huius tu-* A *multus tempus ſic definit Curtius. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum eſt quàm Darium Alexander apud Arbelam ſuperaret.* Plutarch. Alex.

Alexander, ineunte vere, Nilo circa Memphim & alios ipſius alueos pontibus ſtrato, Phœniciam petit, & Tyri rur- ἅμα τῷ ἦρι ὑποφαίνοντι. B *ſus Herculi ſacra ac gymnica Muſicaque certamina concelebrat.* Arrian. *Illic* τὴν Ἀθηναίων Πάραλον, *eorumque legatos benignè excepit, ac cùm cætera poſtulata conceſſiſſet, tum hoc maximè, quod primò negauerat. Vt qui ad Granicum capti fuerant Athenienſes, ſine pretio dimitterentur.* C *Dum varias per prouincias iam bello partas præfectos ordinat, eos potiſſimum his muneribus ornans, quos Philippus, dum Alexandro & Olympiadi infenſus Eurydicem nouercam ſuperinduxit, in exilium quaſi ſuſpectos ablegauerat. Tandem vbi credidit his rebus ſatis proſpe-* D *ctum Thampſacum progreditur* μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους. *Ibi comperit Alexander duos pontes, ſed ambos imperfectos, & à Mazæo mutilatos verſus eam ripam cui cuſtodiendæ Mazæus à Dario præfectus fuerat. Sed tanta fuit Mazæi vecordia, vt* E *ſimulac Alexandrum aduenisse audiuit, protinus arreptâ fugâ, ripam ſibi commiſſam deſeruerit. Ita nullo negotio refectis pontibus Alexander Euphratem exercitum tranſducit, & mox Tigrim traiicit nemine obſiſtente, ac tum Luna deficit primo magnorum Cereris Myſteriorum* Plutarch. in Alex. & Camillo. F *die Boedromionis* XVI. *Septembris viceſimo, vndecimo die ante pugnam, quæ ad Arbela commiſſa eſt Boedromionis* XXVI, *Septembris vltimo.*

Quatuor, poſt Tigridis tranſitum diebus Alexander, cùm Tigrim à læua,

Digitized by Google

Sogdianos montes à dextrâ habens progrederetur, incipit animaduertere præcurſores aliquot Darij equites, puta circiter millenos, ex quibus aliquot occiſi, aliquot capti docuerunt Darium non procul abeſſe, ſecum adducentem equitũ XLVM. aut etiam quadringenta millia. Peditum ducenta, vel decies centena millia, currus falcatos ducentos, elephantes quindecim. Darius ergo memor ſuperiore prælio plurimum ſuis copijs explicandis nocuiſſe Ciliciæ anguſtias, tum caſtra metatus eſt iuxta Gaugamela loco maxime plano ſexcentis ſtadijs ab Arbelis diſtantia, ad Bumadum (Iuſtinus perperam Cydnum vocat, Arrianus Bumalum) fluuium Alexander hoc audito ſexto ab Eccliſi die & ipſe caſtris communitis, quatriduum otioſus manſit, interſpirandi ſpatium militibus ſuis dans, vt ex itinerum labore reficerentur. Dein ſecundâ noctis vigiliâ progreſſus, eductis tantum ijs, qui ad pugnandum maximè idonei videbantur, aciem inſtruit, quaſi ſub Solis ortum pugnam conſerturus, cum inuicem diſtarent caſtra ſexaginta circiter ſtadijs. Sed Parmenionis conſilium ſecutus illâ die nondum pugnauit Alexander ratus conſultius fore, ſi priùs circumiacentia vndique loca accuratè circumſpicerentur. Ne forte vel caueæ vel murices ſolo ſuffixi laterent, atque ideo tum quoque noua ſed præcipitantiùs elaborata caſtra metatur non procul à caſtris Darij. Ne noctu quidem prælium inire decorum aut etiam tutum cenſuit. Tandem vndecimo ab Eccliſi die pugnam commiſſurus Alexander, patentibus vndique campis, cùm non niſi ſeptem equitum, quadraginta peditum millia haberet, veritus ne a Perſis circumueniretur, ita exercitum inſtruxit, vt quoquo verſus verſatilis Phalanx ora poſſet obuertere. Sed Indi & Perſæ latius exſpatiantes, in priora Alexandri caſtra, in quibus impedimenta erant, impetu facto, aliquandiu caſtris potiti certam victoriam ſibi ſpondebant. Quin & ab alia parte Perſarum equites dextrum cornu occupantes, Alexandri ſiniſtrum cornu tantâ animi contentione, oppugnarunt, vt prope abfuerit, quin victoriam ſibi vindicarint. Sed iam Alexander in ipſum Darium inuectus ſibi oppoſitos hoſtes procul fugauerat, quo agnito, cæteri Perſæ, tandem omnes fugam præcipitem adornarunt. Ita Alexander non modo ſua caſtra recuperauit, ſed & Darij caſtris opulentiſſimis potitus eſt. Poſtero die victoriam acriter ſequens Arbelam petit ſexcentis ab hinc ſtadijs diſtantem. De ſexcentis ſtadijs, ſi cui forte mirum videatur, meminerit bis ab Arriano repeti l. 3. atque iterum l. 6. Merito ergo tum Arrianus, tum Plutarchus monent pugnam, hanc ad Gaugamela propriè nuncupandam, ſed quia Gaugamela vicus erat exiguus & obſcurus, ideo pugna à proxima inſigni ciuitate dicta. Cæterum Gaugamela nomen accepit ob ſepulta eo loco Cameli inteſtina. Arrianus pugnatum ait Ariſtophane Prætore, menſe Pyanepſione, quia inſtabat Pyanepſion. Alexander Arbelis Babylonem petit, atque hinc Suſas, Suſis Paſitigrim (Diodorus Tigrim vocat) fluuium petit, quo traiecto in Vxiorum fines tranſit. Erant inter Vxios agreſtes quidam ac rupicolæ, locorum ſitu tantopere feroces, vt ab ipſis Perſis pro tranſitu tributum exigerent, nedum Dario tributum vllum penderent. Cum eâdem ferociâ in Alexan-

Marginal notes: Q. Curt. Iuſtinus. Diodor. Q. Curt. Iuſtinus. Diodor. Arrian. — σκόλυπες κατάπηκτοι ἀφανεῖς. Arr. — Arrianus. ἀντίστομος φάλαγξ. Diodorus ἐπικάμπιος τάξις.

drum uti cogitarent, iubet Alexander A
paratos ſtare, vt ſtatuta tributa pro tran-
ſitu acciperent. Ita in cuſtodiendis angu-
ſtijs negligentiores facti. Alexander in-
terim aliâ nec vſitatâ viâ quam à Suſia-
nis acceperat in eorum fines ingreditur.
Quin & Craterus itinerum ordinario-
rum iuga occupauit. Atque ita vtrimq; B
circumcluſi Vxij in oppidum munitiſſi-
mum confugiunt. Sed cum id quoq; iam
iam perrupturus eſſet Alexander, mit-
tunt qui veniam deprecentur, quâ nega-
tâ ad Syſigambim matrem Darij confu-
giunt. Hæc regionis præfectum affinitate
contingens, Alexandrum ſupplex orat, C
vt ſaltem vitam ſororis ſuæ genero con-
donet. Alexander in Syſigambis gra-
tiam & huic genero, & toti vrbi peper-
cit, quin & ciues à tributis immunes fa-
ctos teſtatur Curtius. Sed rectius Arria-
nus, qui ait ab ijs quidem pecuniam nul-
lam, tributi nomine, exactam, ſed equo- D
rum ac pecorum, quibus ſolis abundant,
copiam non exiguam. Superatis Vxiorum
campis peruenit πεμπταῖος *ad Suſidas Pe-*
tras aut Pylas, quas Ariobarzanes cum
viginti peditum millibus, & ſeptem
equitum millibus inſidebat. Itaque pri-
mò Alexander cum damno ac pudore E
repulſus, tandem à Lycio quodam olim à
Perſis capto, quique diu circa montes il-
los pecora pauerat, & tum ab Alexan-
dro captiuus tenebatur, deductus eſt per
anguſtos, abruptos, & niuibus obſitos
colles, ſed ita vt euaſerit, & Ariobar-
zanem nihil tale cogitantem à tergo ag- F
greſſus, in fugam verterit. Tum Tirida-
tes mittit ad Alexandrum mature pro-
peret antequam vel auxilia concurrant,
vel Gaza regia diripiatur. Citatis ergo
itineribus quamprimum accurrens Ale-

A *der Perſepolim petit. In itinere offertur*
triſte ſpectaculum. Græci octingenti vel a Diod. & Iuſtinus.
quater mille, puta viri octingenti ſed h. Q. Curt.
cum fœminis ac infantibus quater mille,
quos pridem Perſica ſæuitia extremis
membrorum partibus truncauerat, hunc
naſo, illum auribus alium pede aut manu
B *prout Barbaricæ feritati collibitum fue-*
rat, ac tandem quò diutiùs miſeri eſſent,
viuos conſeruauerat. Hi tum Perſepoli
egreſſi Alexandro ſe offerunt, ſolatium
aliquod ab ipſius liberalitate expetentes.
His primò reditum in patriam offert,
dein præ pudore renuentibus ſingulis ter-
C *na drachmarum millia, quinas veſtes,*
quinquagenos frumenti medimnos lar-
gitur.

Hæc feritas pridem Perſepoleos rui-
nam expetentem Alexandrum denuo
exacerbauit. Itaque docet, iam tempus
eſſe, vt & militibus ſuis opima ſpolia
D *largiatur, & iniurias à Dario & Xer-*
xe Græcis illatas vlciſcatur. Ergo, quo
antea opibus & luxu magnificentior, eò
tum miſerabilior Perſepolis tota ardet,
& inſolentis exercitus ſæuitiæ exponi-
tur, virorum vita, & fœminarum pu-
dor. Solam ſibi Gazam regiam reſeruat
E *Alexander. In ea inuenta ſunt, centum*
viginti talentûm millia iam inde à Cyri Curt. & Diodorus.
temporibus accumulata, εἰς ἀργυρίου λόγον
ἀγομένου τοῦ χρυσίου. *Veriſimile eſt ergo in-*
telligi Talenta Attica. Id efficit circiter
quadraginta auri milliones. Acceſſere
ad hanc pecuniæ ſummam captis Paſar-
F *gadis ſex millia talentorum, h. e. tres*
milliones. Q. Curtius videtur innuere
totam fere prædam non multò poſt con-
ſumptam. Sed profectò de prædâ Paſarga-
dis (vbi Cyri ſepulchrum erat) captâ id
intelligendum eſt. Alioqui teſtatur ipſe

Digitized by Google

Curtius octoginta talentûm millia Ecbatana delata, quæ à Parmenione cuſtodirentur, & magnam auri copiam in caſtris deferri ſolitam conſtat ex oratione Hermolai, quam tamen immani hyperbolâ plurimum à vero recedentem credo. Triginta, *inquit,* mulorum millia tibi captiuum aurum vehunt, *&c. Sic* B *ipſe Curtius, non ſatis ſui memor, & qui in orationibus confingendis, dum liberiùs exſpatiatur, & eloquentiæ indulget, aliquando ne τὸ πρέπον quidem ſeruare meminit. Ut tamen Hermolai verbis, aliquam veri ſpeciem affingamus, intelligenda ſunt non de auro tantum &* C *argento ſignato vel rudi, ſed de quauis Alexandri ſupellectile, cui vehendæ forſan aliquot mulorum millia opus erāt. Hinc ſub ipſum virgiliarum ſydus Interiora Perſidis & Mardorum gentem belluinâ feritate in montium luſtris habitantem petit, & vbi hos quoque perdo-* D *muit, in Perſepolis regiam redit hyeme iam ſæuiente, atque ibi quatuor menſium* Plutarch. *ſpatio hyematus exercitum ſuum delicijs fregit potius quàm à labore recreauit. Inter cætera Alexandri temulentiæ facta, hoc quoque commemoratur, quod cum Attica Thais meretrix vino inca-* E *luiſſet, cœpit exclamare.* Tutelaribus Græciæ Dijs non ſatisfactum vrbe Perſepoli incenſâ: in Arcem potiſſimum hanc vltionem exercendam. *Hoc celeuſmate veluti Megaræ cuiuſpiam æſtro perculſus Alexander è menſâ exiliens arreptam tædam in regiam ia-* F *culatur. Hunc ſecuta eſt Thais, & mox reliqui omnes. Ita ſuperbum illud palatium Perſicæ potentiæ decus, tot annorum opus, tot Regum domicilium vno mo-* A *mento meretricis vnius proterua ſubuertit ebrietas.*

XVI. XIV.

A.M. 3670. Perſ. 210. V. C. 424. Ante Dn. 330. Darij VII. Alexandri VII. Pr. Ariſtophonte.

Iſocrates orator Athenienſis ſex & centum annos natus obit. Diod.l.17. *Darius, quantumuis pauca ipſi ſupereſſent copia, tamen virtutem in prælio multitudine longe potiorem eſſe exemplo ſuo edoctus,* C *nihilominus prælium inſtaurare conatur. Erant ipſi, ſi Arrianum audiamus,* Arr.l.3. *equitum tantum tria, peditum ſex, talentorum ſeptem millia. Sed vero propiora dicere videtur Curtius, qui ait ei tum adfuiſſe quatuor Græcorum, triginta Barbarorum, Talentorum* XXVI *(forte le-* D *gendum* XXVII*) millia. Inter quos Beſſus Bactrianorum Satrapa & regis agnatus cum Nabarzane (in Diodoro male legitur* Ναβάρνης*) nefarium init conſilium, vt* Curtius. *Darium captiuum in Bactra abducerent, vt vel illius capite gratiam ab Alexandro inirent, vel eo occiſo prouinciarum* E *reſiduum inter ſe partirentur, quin & Alexandro ſcilicet iam parta eriperent quaſi non militum ſed Regis culpa amiſſa.* Plutarch. Arrianus. *Hæc cùm audiſſet Alexander tam rabido curſu Perſarum exercitum inſequitur vt vndecim diebus ſtadiorum tria millia ac trecenta, quin & vna no-* F *cte quadringenta ſtadia confecerit, aſſequi ſperans antequam Darius à parricidis iſtis interfectus eſſet. Beſſus primò Da-* Iuſt.l.11. *rium catenis aureis reuinctum, plauſtro* Plut. *incluſum ducebat. Factum id notat Iu-* Alex.

Digitized by Google

ſtinus in vico Parthorum Thara. Vbi audiuit Alexandrum aduentare, Darium confodit.

Hic fuit Darÿ finis & imperÿ Perſici, cui Nabarzanes apud Curtium tribuit annos ducentos triginta. Nos numeramus tantum annos 210, quia regnauerat Cyrus annos viginti, antequam euerſo Babylonico imperio nouam ſui imperÿ æram ordiretur, quomodo & Alexander ſex annos regnauerat, antequam nouam Alexandreæ imperÿ æram inchoarent Græci. Itaque à Darÿ morte initium ducit prima Calippi Cyziceni periodus complectens quatuor Lunæ Cyclos, annos 76. Hecatombæonis neomeniâ, Iunÿ XXVIII, *Cancri tertio.*

Hactenus hiſtoriæ ſeries. Sequuntur Paralipomena quædam.

DE CVBITIS HEBRÆORVM.

A.M. 3653. p. 30. & 34.

QVod primario Hebrǽorum cubito pedes tres tribuimus, non video, cur ſententiam mutem. Sed quod pedes illos Atticos dixi, ampliùs diſquirẽdum. Villalpandi commentarios in Ezechielem libros comparare mihi nondum licuit. Adeò immenſæ molis eſt opus. Is forte me docebit ea, de quibus nunc dubito. Interim dicam, quod ſentio. E e duos Hebræis cubitos quorum alter altero ſit duplo maior, & maiorem eſſe trium pedum, omnino mihi perſuadent ea quæ diximus. Sed crediderim tres illos pedes eſſe communes potiùs quàm Atticos, ita quidem vt ſex pedes huiuſmodi, (p. 30.) A quos communes dicimus, faciant Atticos quinque. Ita quatuor erunt Hebræis cubiti, pedes duo. Minorem pedem diſtinctionis cauſâ dicemus Atticum. Maiorem Perſicum, quia maiorem Perſæ, minorem Athenienſes ab Hebrǽis mutuati ſunt. B Quatuor itidem Hebræorum cubiti nobis erunt diſtinctionis cauſâ epithetis inſigniendi.

I. Dent. 3. 11. — Minimus videtur is eſſe, quem Scriptura virilem vocat. Huic damus palmos communes ſex, Atticos quinque, quia virorum communis C proceritas eſt quidem pedum communium ſex, ſed qui vix longiores ſunt Atticis quinque. De hoc agi putamus Num. XXXV. 5. & 2. Chron. III. 15. (Vide A. M. 3352.)

II. — Cubitus ſuppellectilis ſiue vaſorum Moſis à Iudæis diſtinctionis D cauſâ dictus eſt palmorum Hebraicorum quinque, Atticorum ſex. R. Iuda. *Cubitus conſtructionis eſt ſex palmorum, cubitus vaſorum eſt quinque palmorum.* Hebraicorum ſcilicet. Rabbi verò Meir ait omnes Moſis cubitos eſſe medianos præter cubi- E tum altaris aurei. Adeò ne in his quidem inter ſe conſentiunt Iudæi. De hoc cubito intelligimus non tantum ea quæ dicuntur de Moſis tabernaculo, Exodi XXVI, ſed & quod 1. Reg. VII, tribuitur Luteribus Salomonis diameter cubitorum qua- F tuor, vt caperent batos quadraginta. (בערובים Cap. 1 f. 4. ובטבור־ רות Cap 17. f. 27 b. & f. 67. b.)

III. — Cubitus medianus teſte R. Moſe Maimonis filio in Talmudem *eſt palmorum ſex. Palmus digitorum quatuor, eſtque hic cubitus Moſis.* Idem ibidem ait (R. Moſes בטהרות Cap. 17. § 9. fol. 27. b.)

Digitized by Google

ait R. Schelomoh Iarchi. Quos digi-
tos, quos palmos intelligant potius
illi, quàm Hebraicos? De hoc cubi-
A. M. 1653. p. 33. to ſunt intelligenda Georgica præ-
cepta, quæ ſupra receuſuimus ex A-
riâ Montano, quibus illud à Monta-
no omiſſum addas licet. *Centum cubi-*
בטהורות Cap. 17. f. 67. b. *ti ſunt domus ſatorum* ארבעים *quadra-*
ginta, legendum ארבעה quatuor. Do-
cet id res ipſa, & RAMBAM in hunc
locum. *Centum, inquit, cubiti in quin-*
quaginta cubitos capiunt duo ſata. Cen-
tum cubiti in centum cubitos capiunt ſa-
בשקלים Cap 6. fol. 10. a. *ta quatuor.* R. Iohannan. *Arca cubiti*
erant ſenum palmorum. Itaq; arcæ longi-
tudo erat cubitorum duorum & ſemis.
Ergo quindecim palmorum. Arcæ lati-
tudo erat ſeſquicubitalis, eoque nouem
palmorum. Hęc R. Iohannan. Con-
tra R. Iuda cubitis arcæ dat tantum
palmos quinque, atque ita longitu-
dinem arcæ definit palmis duode-
cim & ſemis. Ego R. Iudæ ſententię
potiùs acceſſerim. Sic de mediano,
ſex palmorum Hebraicorum cubito
intelligendum videtur quod Tal-
בערובין Cap. 1. ſ. 1. mudiſtæ dicunt. *Vicus, cuius altitudo*
eſt cubitorum viginti parum eſt altus, R.
Iuda ait. Non neceſſe eſt, vt ſit altior.
Quod ſi ſit latus cubitos decem, parum eſt.

IV. Cubitus primatius eſt duplo ma-
ior virili, eoque palmorum Attico-
1. Reg. 6. 2. rum decem. De eo intelligo, quod
2. Chron. 3. 3. ſuburbijs Leuitarum tribuuntur cu-
Num. 35. 4. biti mille, Salomonici tẽpli colom-
1. Reg. 7. v. 15. 23. nis duabus cubiti octodecim, quod
Geneſ. 6. 15. arcæ Noæ altitudini tribuuntur cubi-
ti triginta &c. ac deniq; quod maris
ænei diametro tribuuntur cubiti de-
cem, vt capiat plures duobus milli-
bus, pauciores tribus batorum mil-

A libus. Quod antequam explico, ſol-
uendus occurrit nodus. *Suſis vrbe re-* בטהרות Cap. 17. §. 9. fol. 27. b.
gia, inquiunt Talmudiſtæ, *erant duo*
cubiti, vnus ad Orientale & Septentrio-
nale cornu, alter ad Orientale & Meri-
dionale cornu. Septentrionalis cubitus
erat maior Moſaico dimidio digito. Me-
B *ridionalis erat maior Septentrionali ſe-*
miſſe digiti. Ita compertus eſt Meridio-
nalis eſſe digito maior Moſaico. Hîc R.
Moſes Maimonis filius & R. Sche-
lomoh Iarchi teſtantur Suſarum no-
mine intelligi vnam ex portis mon-
tis domus, h. e. templi, quod reges
C Perſarum, vt ſui timorem incuterent
Hieroſolymitanis, templi portæ in-
ſculpſiſſent typum ſuæ vrbis regiæ,
ideoque portam illam dici ſolitam
Suſan habbirah. Sed neuter explicat, שושן הבירה
quinam eſſent illi cubiti, multoque
minus, ſitne mendi ſuſpicio in hoc
D loco. Nos cùm non ſemel de-
prehenderimus tam mendis, quàm
mendacijs obnoxios Talmudis li-
bros, vix puto pictos tres cubitos
tam ſimiles, vt alter alterum vix
vno digito ſuperaret. Igitur credi-
derim pro אצבע *digitus* legendum
E ספח *palmus.* Ita Septentrionalis cu-
bitus ſemiſſe ſui palmi & pauxillo
plus maior Moſaico erit cubitus Ba-
bylonius. Meridianus vero cubitus
erit cubitus Suſianes prouinciæ pro-
pemodum æqualis cubito primario,
cuius quãtitatem non aliunde quàm
F ex maris ænei capacitate colligere
potui.

Æneum mare ſic deſcribitur. *Fe-* 1. Reg. 7. 23.
cit Salomon *mare fuſile decem cubito-* 2. Chron. 4. 2.
rum à labio vſque ad labium, rotundum
vndiquaque. Quinque cubitorum erat

Digitized by Google

eius altitudo. Et filum triginta circiter A *cubitorum ambibat illud vndiquaque. Et ſculpturæ ſub labio eius vndique ambibant illud, decem cubiti* ſculpturarum *ambibant mare vndiquaq;. Duūm ordinum* erant *ſculpturæ fuſæ in fuſurâ eius.* Erant enim ſculpturæ boum & colocynthidum, alternis, an im- B plexæ. Hæc omnino conueniunt figuræ ſphæricæ, vt rectè contendit Torniellus. Cùm autem ambitus huius hemiſphærij eſſet ſexdecim fere cubitorum, decem tantum erant ſculpti, remanebantque terni fere cubiti ad labium vſque glabri, qui re- C ſpondebant duobus circiter cubitis altitudinis. Hæc fuiſſe videtur Talmudiſtarum, ſiue veterum Iudæorum ſententia, ſed à Dauide Kimchi perperam accepta, qui ſibi perſuadet æneum mare fuiſſe supernè rotundum, infernè quadratum, quod, D haud ſcio, an cuiquam perſuaſerit. Batum Torniellus ait capere centum viginti libras Romanas aquæ. Melius dixiſſet, vini. Batus enim teſte Ioſepho capit Sextarios Romanos ſeptuaginta duos. Sextarius Romanus capit vncias Romanas olei octo- E decim, vini viginti, vt docent Galenus, Dioſcorides, Cleopatra. Æneũ mare habebat decem cubitos axis, circumferentiæ triginta vnum cum tribus ſeptimis, amplitudinis ducentos ſexaginta duos. Si cubiti illi eſſent ſeſquipedes Hebræorum, ma- F re caperet tantum batos 1179. Si primarij, & cubito porimariodes tres pedes Hebræorum, mare caperet batos 9432. Supereſt, vt dicamus cubitum primarium eſſe duplo longiorem non Hebraico ſeſquipede, ſed Attico pygono, ſiue cubito virili. Atque ita maris axis habebit pedes Atticos 25, capacitas pedes Atticos cubicos, ſiue quadrantalia vel Ceramia Attica 4092, quæ capiunt batos 3031.

Torn. A. M. 3030.

Ioſephus Antiquit. lib. 8. c. 2.

Scriptura numero rotundato contenta dicit mare capere batos ter mille, LXX. & vetus interpres rectè vertunt Metretas. Sed vt plurimùm duo tãtum batorum millia mari infundebantur, vt dicitur 1. Reg. VII. 26. vbi LXX. male vertunt Χόας congios. Nam batus, vnus vndecim fere congios ſiue Χόας Atticos capit, Romanos duodecim. Vetus interpres verterat *bis mille batos*, ſed cùm aliquis ex 2. Chron. IV. 5. poſuiſſet *ter mille metretas*, nota marginalis in textum irrepſit, cuiuſmodi gloſſemata complura in vulgata verſione reperiri notabamus ad A. M. 1689, qualia & Critici quotidie notant in exoticis ſcriptoribus, etiam vetuſtiſſima. Vide Scaligeri in Manilium Prolegomena. Nicandri interpres ait *Metretam capere ſeptuaginta duos ſextarios.* Romanos ſcilicet. Batus totidem capit, vt ex Ioſepho diximus. Rectè igitur batus [a] vertitur metreta. Quod autem alibi [b] vertitur congius, vel hinc colligas LXX. operas inter ſe partitos, vt alius Regum hiſtoriam, alius Paralipomena verteret, alius librum alium.

2. Chron. 4. 5.

[a] *2. Chron. 4. 5.*
[b] *1. Reg. 7 26.*

Eſaiæ v. 10. Vetus interpres Batum vertit *lagunculam.* Meliùs LXX. *Ceramium.* Nam licet Batus Ceramio ſit amplior, tamen analogicè Batus dici poteſt Ceramium, quia Cera-

Digitized by Google

mium mellis teſte Dioſcoride pen- A
det libras Romanas centum viginti, ſiue mauis vncias Romanas 1440, Pariſinas 1260. Batus vini totidem vncias pendet. Veriſimile eſt autem aquam ex ore boum profundi ſolitam, vt hæc cauſa ſit, cur Ethnici ineptâ æmulatione fluuios boum B
Ælian. lib. 2. c. 33. ſpecie pinxerint, puta *Stymphalij Eraſinum, Lacedæmonij Eurotam, Sicyonij & Phliaſij Aſopum, Argiui Cephiſum* βοῒν εἴκαζον, *i. bobus aßimilabant.*

1. Reg. 6. 2. 2. Chron. 3. 3. Ezech. 41. 2. Salomonici templi latitudo erat cubitorum primatiorum viginti, longitudo ſexaginta, altitudo tri- C
ginta, Sancta Sanctorum, ſiue Sanctuarium intimum erat quadratum, habebatque viginti cubitos primarios latitudinis, totidem longitudinis, pedes Atticos quinquagenos.
Exod. 26. Moſis autem tabernaculum complectens, vtrumque ſanctuarium ha- D
bebat pygonas Hebraicos, ſiue ſeſquipedes Atticos longitudinis triginta, latitudinis decem, h. e. pedes Atticos longitudinis 45, latitudinis quindecim.

1. Reg. 8. 4. Facile ergo potuit Salomon totum Moſis tabernaculum in ſuum E
intimum Sanctuarium immittere, atque ita, vt ſupereſſent vtrimque pedes Attici bini cum ſemiſſe, vt vndiquaque poſſet luſtrari. Ex his colligi poteſt dimenſio arcæ Noæ, paulò aliter, quàm ſupra.

(.·.) (.·.)

(.·.)

ARCA NOÆ.

	Cubiti primarij.	Pedes Attici.
Altitudo	30	75
Latitudo	50	125
Longitudo	300	750
Amplitudo	450000.	7031250

Vide plura Talmudis tractatu, qui inſcribitur Middoth.

IVDAICI ANACHRONISMI TALmudis ipſius authoritate confutati.

TAlmud Babylonium eſt Augiæ ſtabulum paucula tritici grana multo fimo obruēs. Sed veritas nullis ſordibus inficitur. *Merſes profundo, pulchrior euenit.* Vtrumque Chronicon Hebræorum Latinitate donauit Genebrardus, Kalendarium Munſterus & Scaliger. Hæc cuiuis obuia ſunt. Talmud non item. Quin eius gloſſæ textu non multò clariores & nihilo meliores ſunt. In ijs R. Schelomoh Iarchi numerat annos 2108 ab Adamo ad natum Iacobum. *Iacob*, inquit, *annos 130 natus deſcendit in Ægyptum. Iſraelitæ manſerunt in Ægypto annos 210. Ab Exodo ad conditum templi ſunt anni 480. Templum primum ſtetit annos 410. Captiuitas Babylonica fuit annorum 70. Templum ſecundum ſtetit annos 420. Colliguntur anni 3828.* Ita quoque reliqui Iudæi in ſuis Chronicis ac Kalendarijs. Re vera templum primum ſtetit annos בסנהדרין cap. 11. fol. 97. a.

428, ſecundum 588. Annos vero 420, quos ſecundo, templo tribuunt Talmudiſtæ, ſic ipſi diſtribuunt. *Regnum Perſarum*, inquit R. Ioſe, *ſtetit coram templo annos triginta quatuor. Regnum Iauan annos centum octoginta. Regnum Aſmonæorum tres & centum. Regnum Herodianorum totidem.* Re vera ſunt anni 34 vel potiùs 37 ab Amanitarum cæde ad æram Seleucidarum. Simon iugum Macedonum excuſſit anno Seleucidarum 170. V. C. 611. Ab eo tempore regnarunt Aſamonæi annos 103 vſque ad annum V. C. 714, quo Herodes rex à Senatu declaratus eſt Cn. Caluino & C. Pollione Coſſ. vel potiùs regnarunt annos 106. vſq; ad annum V. C. 717. M. Agrippa & L. Gallo Coſſ, quo Herodes Hieroſolyma cœpit. A quo tempore vſque ad annum V. C. 822, quo tempum conflagrauit, ſunt anni 105. His anachroniſmis opponimus dictum dom⁹ Eliæ, quo vocabulo videtur intelligi ſchola Ioh. Baptiſtæ, quem Chriſtus poſt Malachiam vocat Eliam. Vt vt ſit, hoc dictum laudatur ab ipſis Talmudiſtis de Synedrio cap. XI. fol. 97. a. & de Idololatria cap. I. fol. 9. a. *Sex millia annorum durabit mundus. Duo millia deputantur TOHV, duo millia Legi, duo millia diebus Meßiæ.* Hactenus domus Eliç. Talmud addit. *Sed propter iniquitates noſtras, quæ multæ ſunt, exierunt de illis, qui exierunt anni.* Ibidem lau-

בעבודה זרה Cap. I. fol. 9. a.

Vide A. M. 2003.

A datur R. Salla Chaſidęus, qui vt vult Talmud, numerabat ab Adamo ad Meſſiam Iubileos [a] 85. Sed cùm hoc nullo modo verum eſſe poſſit, quidni poſſit eſſe mendum? Si R. Salla numerauit ab Adamo ad Meſſiam Iubileos [b] 81, veriſſimè dixit.

פה a

פא b

B Zacar. XII. 10. in editione LXX interpretum legitur καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ᾽ ὧν κατωρχήσαντο. Ita Complutenſis codex. Quidam ex Iohan. XIX addidit εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. Itaque vtramque lectionem habet codex Baſilienſis. Sed perſpicuum eſt eum, qui ex
C LXX interpretum numero vertit Zacariam, legiſſe *Rakadu*, quod ſignificat ὀρχεῖσθαι, ſaltare potiùs quàm κατορχεῖσθαι, inſultare. Iudæus aliquis hunc locum interpretatus fuerat. *Fruentur beatâ faciei meæ viſione, cùm transfixerint* ietſer rah, *peccatum originale.*
D Hunc meritò reprehendit Talmud. *Quorſum enim*, inquit, *vacarent luctui, cùm figmentum malum non ampliùs illis dominabitur? Atqui lex dicit viros ſeorſim plancturos, fœminas ſeorſim.* Et paulò poſt. *Pax ſit illi, qui dixit hæc de Meßia Ioſephi filio, qui occiſus eſt, intel-*
E *ligenda eſſe.* Vix quidquam in toto Talmud leges notatu dignius. Ita enim habes eum, quem ipſa Virgo, & Natanael vocant Ioſephi filium, quem Iudæi morti tradiderunt, eſſe Meſſiam, eumque natum circa quater milleſimum mundi annum, cur-
F rente Iubileo LXXXII.

יצר רע

בסוכה Cap. 5. fol. 52.

Iohan. 1. Luc. 2.

HISTORIAE SACRAE ET EXOTICAE
LIBER TERTIVS.

IMPERIVM ALEXANDRI.

XVII. XV.

A. M. 3671. V. C. 425. Ante Dn. 329. Alexandri VIII. Pr. Cephiſonte.

Diod. l. 17. ALEXANDER PETIT HYRCANIAM.

POST Darij mortem Alexander tripertito agmine Hyrcaniam petit, vt expeditior iter illud ſuſciperet, igne in ſarcinas ſuas iniecto, reliquis quoque, idem vt facerent, exemplum dedit. In itinere Nabarzanes Darij Chiliarcha & Phradaphernes Hyrcaniæ & Parthorum Satrapa & alij multi Alexandro ſe dedunt. *Arr. l. 3.* Maximè vbi Hyrcaniam attigit, peregrinorum militum dux Tapurorum Satrapa Autophradates nomine, Artabazus hactenus Dario fideliſſimus, & Perſarum illuſtriſſimi quique Alexandro ſe ſubijciunt *Curtius.*

A Ἦσαν δὲ ἐλέγοντο Græci peregrini ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους, inquit Arrianus & Diodorus.

Hinc Mardos ſibi debellandos cenſet Alexander ob ferociam & egeſtatem hactenus intactos διὰ τὴν δυσχωρίαν. Sic Diodorus, Curtius & MARDOS.
B Arrianus. At iam antea, continuo poſt Perſepolis oppugnationem, Mardos itidem ferociſſimos debellatos memorauerat Curtius. Ergo vide, ne, vel duplices ſint Mardi, vel primus ille locus mendoſus ſit. Quinto die poſt ſubactos & ferarum inſtar
C in ſuis ipſorum luſtris, indagine deprehenſos Mardos, Alexander in caſtra, vnde ad illam expeditionem excurrerat, in Hyrcaniã, ſita reuertitur ac tandem Zadracarta vel Zeudracarta Hyrcaniæ metropolim peruenit, vbi quindecim dies commoratus eſt. ZADRACARTA.
D Maxime propter Amazonum reginam Taleſtrim, regionibus inter Thermodontem & Phaſim ſitis, im- AB AMAZONIB. VISITATVS DICITVR.

Digitized by Google

perantem, quæ tertio poſt regem die in vrbem cum trecentis Amazonibus adueni ſe fertur, reliquo ſuo exercitu in finibus Hyrcaniç relicto, atque iter hoc ſuſcepiſſe robore formaque corporis inſignis regina, tum videndi, tum liberos ex tanto rege procreandi cupidine, tredecim aut quatuordecim dies in obſequium huius deſiderij abſumpſiſſe. Alexandro iam ſe totum faſtui Perſico ac luxuriç tradente, & eorum quos ipſe vicerat, luxum, ſuperbiam, & animi inſolentiam induente, aſſumpſerat iam inquit Diodorus ῥαβδέχους ἀσιαγενεῖς, δορυφόρους ἐπιφανεστάτους, quibus præfecerat Oxyathrem Darij fratrem. Tum Perſicum Diadema, albam tunicam, Perſicam Zonam & reliqua πλὴν τῆς ἀναξυρίδων καὶ τοῦ κάνδυος, præter bracas, & ſagum. Pellices dierum anni numero pares, h. e. trecentas & ſexaginta, vt docet Curtius. Sic Cilices quot annis trecentos & ſexaginta equos dabant regibus Perſarum pro numero dierum anni. Inquit Herodotus l. 2. p. 227. Quippe dies intercalares quinque immunes erant, & ὑπεραιθριοι.

Heſychius. Κάνδυς χιτὼν Περσικὸς, ὃν ἐμπορποῦνται οἱ στρατιῶται. Ἀναξυρίδες, φημινάλια, βραχία βαρβαρικὰ, ὑποδήματα βασίλεια ἢ βασιλικά.

Alioqui Perſis Curtius ipſe teſtatur annum fuiſſe dierum CCCLXV. Cęterum ſunt qui dicant Alexandro poſtea Tigridis oram legente in reditu oblatas adhuc centum Amazonas captiuas. Sed Arrianus teſtatur neq; Ptolemæum nec Ariſtobulum nec vllum alium fide dignum autorem huiuſmodi Amazonum mentionem facere, nec ſibi probabile videri, vllas omnino Alexandri ſeculo Amazonas fuiſſe. Cum ne ante Alexandrum quidem quiſquam probatus hiſtoricus teſtetur ſe eas vidiſſe. Xenophon maxime qui inde à Phaſide ad Thermodontem totam oram percurrit & diligenter deſcribit, nuſquam illarum Amazonum ne per ſomnium quidem meminit. Itaque licet nolit Arrianus affirmare, nullas vnquam vſquam fuiſſe Amazonas tamen recte credere videtur, mulieres illas, ſiue captiuas Alexandro oblatas, ſiue quæ ſe vltrò ipſi Alexandro obtulerunt, fuiſſe barbaras quaſdam viragines Amazonum habitum & originem mentitas.

SVSPECTVM ID.

Hinc Parthyenem & Arios ſibi adiungit, Arijſq; Satibarzanem Satrapam relinquit. Sed Satibarzanes hoc tantum ſategerat vt Alexandrum à ſe abduceret, eoq; remoto per otium copias colligeret, quibus cum Beſſo coniunctis Alexandrum oppugnaret. Itaque Alexander hoc audito, etiamſi iam viæ plurimum emenſus copiarum parte in caſtris cum Cratero relicta, ipſe Arios aggreſſus prius præuaricatorem Satibarzanem triginta dierum ſpatio oppreſſit, quàm copias idoneas colligere potuerit Ariorumque metropolim Artacoana Curtio, at Diodoro Χορτάκανα, quin & arcem ipſorum in abruptis ac ſyluestribus locis longe munitiſſimam expugnat. In ea expeditione duobus diebus confecta ſexcenta ſtadia teſtatur Arrian⁹. Hinc Ζαραγγαίους (Curtius Drangas, Diodorus τὰ βασίλεια Δραγγινῶν vocat) aggreditur. Horum Satrapa Βαρσαέντης (Diodorus Βαρξαέντα, Curtius Nabarzanem vocat) necis Darij ſibi conſcius ſceleris con-

PETIT ARIOS.

DRANGAS.

ſcientiâ vecors continuò in Indiam A
profugit, ſed ab Indis correptus &
Alexandro traditus meritas luit pœ-
nas. Hanc Alexandri felicitatem in-
terrupit calamitas inopinata, Mace-
OPPRIMIT CONIVRATOS do quidam Dymnus (λίμνον ſolus
Plutarchus vocat) coniurationis ali-
cuius in regem conſcius rem cum B
Nicomacho amaſio ſuo communi-
Curtius. Diodor. Arrian. Plutarch. cat. Nicomachus licet fidem ſilentij
iureiurando pollicitus tamen fratri
Ceballino negotium dat, vt rem to-
tam regi aperiat. Sed Ceballinus
cum regis adeundi poteſtas non fie-
ret, Philotæ, qui erat quaſi magiſter C
equitum, rem patefacit, Philotas ſi-
ue quod & ipſe ſceleris conſcius, ſiue
per incuriam ſibi commiſſa regi non
ſignificat. Sub veſperam rogatus à
Ceballino, an mandata peregiſſet,
negat ſibi id per otium licuiſſe. Se-
quenti diluculo iterum à Ceballino D
commonitus, vt id impigrè præſta-
ret, ne tum quidem munere defungi-
tur. Itaq; Ceballinus iam Philotam
ſuſpectum habens Memnoni rem
aperit, iubens vt quamprimum eam
ad regem perferat. Alexander eo au-
dito protinus omnes comprehendi E
DYMNVM. & interrogari iubet Ceballinum, in-
quam, & Nicomachum delatores,
tum Dymnum eiuſque conſcios, &
Philotam. Et Dymnus quidem ſibi
ipſi manus violentas adfert. Cebalii-
nus deiectat ſe Philotæ mandaſſe vt
rem regi ſignificet. Philotas id non F
negat, ſed affirmat ſe non præuarica-
tione, ſed per incuriam id omiſiſſe,
& quod res nihili videretur. Rex pri-
mo quaſi fidem Philotæ haberet, ne-
gligentiæ crimen ipſi cōdonat. Dein

A communicato cum proceribus con-
ſilio de reliquis captiuis, Craterus PHILOTAM.
pridem Philotæ æmulus monet Phi-
lotam innocentem eſſe non poſſe,
nunc verò conſcientiâ pariter &
ignominiâ vrgente nunquam ceſſa-
turum, donec cogitata perpetrarit.
B In eandem ſententiam cæteri quoq;
pedibus eunt. Itaq; denuo correptus
Philotas ſub equuleo ſiue vera, ſiue,
vt tormentis ſe eriperet, falſa con-
feſſus, cum cæteris à Dymno notatis LYNCESTAM.
& læſæ maieſtatis conuictis more
maiorum lapidibus obruuntur. Ad-
C ditur & Lynceſtas Alexander tertio
ante anno captus. Aberat interim PARMENIONEM.
Parmenio Mediæ Præfectus & regis
Theſauros, hoc eſt centum aut octo-
ginta talentorum millia Ecbatanis aſ-
ſeruans. Mittit ergo Polydamantem
& duos Arabas Dromadarijs impo-
D ſitos, qui citatis itineribus, literas ad
Cleandrum, Sitalin & Menidiam
Mediæ duces perferrent, quorum
operâ, iuſſu regis Parmenion per
fraudem occideretur. Milites quam-
diu Philotam & Parmenionem tanti
ſceleris ſuſpectos habebant, incla-
E mabant tollendos eſſe de medio par-
ricidas. Poſtquam occiſos viderunt, FACTIOSOS.
ira in miſericordiam & indignatio
ab accuſatis in accuſatores & Iudi-
ces verſa eſt. Hoc vbi animaduertit
Alexander, vt ſingulorum animos
pernoſceret, monuit ſe propediem
F in Macedoniam miſſurum. Viderent
ergo, ſi quid ad agnatos mandatum
vellent. Conſcribit quiſq; ſecurâ li-
bertate animi ſui ſenſa. Tum tabella-
rios literis onuſtos & iam ad iter ac-
cinctos ad ſe reuocari iubet, ita ex

Digitized by Google

ſingulorum literis perſpectâ cuiuſq; voluntate, quos ad ſeditionem paratiores eſſe cognouit, in vnum agmen omnes congregat, idque nuncupat ἀτάκτων τάγμα, ne cæteris immixti innoxios quoque corrumperent. Hi vbi ſe detectos & quaſi notatos viderunt, tantò acriùs dederunt operam, vt proditionis ſuſpicionem fortitudine diluerent. Tandem Alexander, vt exercitus ocio laſciuientis vitia negotio diſcuteret, iter pronuntiari iubet in Agriaſpas, vel, Arimaſpos olim dictos, ſed à Cyro Euergetas nuncupatos, quod ipſi in Scythiam pergenti, per deſerta oberranti, & ciborum penuriâ ad ἀνθρωποφαγίαν vſque redacto, triginta carrorum cibis onuſtorum millia aduexiſſent. Huius beneficentiæ recordatione, non modo apud omnes Perſarum reges, ſed & apud Alexandrum, omnem à tributis, immunitatem obtinuerunt, propterea quod & ipſi cum barbarorum feritate nihil commune habentes, non indigni maiorum gloriâ viderentur. Cumque audiiſſet Satibarzanem iterum Arios ad rebellionem incitare, ſex peditum millia, equites ſexcentos mittit, qui perduellem illum compeſcerent, dum ipſe apud Euergetas ſexaginta dierum ſpatio commoratus omnia vndequaq; ordinat. Tum Aracholijs ſubactis Memnonem præficit, quatuor peditum millibus, & ſexcentis equitibus in præſidium relictis.

SANAT. ADIT EVERGETAS. a *Q. Curt. Arrianus.* b *Diodor.* ARACHOSIOS.

Liu. lib. 8. Hoc anno, vt ſæpe alias *L. Æmilius Mamercus & Cn. Plautius Calendis Quintilibus magiſtratus inierunt*, & A quidem, vt videtur, Iunij Iuliani XIX. cum Pompilianæ Ianuarij Kalendæ initium duxiſſent ab antecedentis Decembris Iuliani XXIV. nouilunio, biduo ante brumam. Romanos autem *nondum perfunctos curâ Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inua-* B *ſit, haud ferme vnquam neglecta patribus. Extemplo igitur noui Coſſ. eo ipſo die, quo magiſtratus inierunt, comparare inter ſe prouincias iuſſi: & Mamercus, cui Gallicum bellum euenerat, ſcribere exercitum ſine vllæ vacationis veniâ. Quin opificum quoque vulgus & ſellu-* C *larij, minime militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Veioſque ingens contractus exercitus, vt inde obuiam Gallis iretur. Longius diſcedi, ne alio itinere hoſtis falleret ad Vrbem incedens, non placuit. Paucos deinde poſt dies ſatis exploratâ temporis eius quiete à Gallis, Priuernum* D *omnis cõuerſa vis.* Tum videtur ictum cum Gallis illud fœdus cuius meminit Polybius, quodque ait ſeruatum annos triginta, vt monuimus A. M. 3664. vtque confirmant ea, quæ dicturi ſumus A. M. 3701. & 3705. Deinceps videntur Conſules Kal. E Quintilibus magiſtratum iniiſſe ſoliti vſque ad annum V. C. 532. Vide A. M. 3777. V. C. 531.

BELLVM GALLICVM.

XVIII. XVI. Olympias CXIII.
A. M. 3672. V. C. 426. Ante Dn. 328. Alexandri IX.
F Pr. Eutychrito.

Alexander Agriaſpis ſine Euergetis relictis, vt in Bactra regrederetur, neceſſe habuit emetiri montis Paropamiſi latitudinem. Is mons

Diod. l. 17. Arr. lib. 4.

ALEXANDER PETIT PAROPAMISVM.

mons totam Aſiam quaſi perpetuo iugo premens alibi alia ſortitus nomina, à quibuſdam vbiuis Caucaſus vocatur. Eratoſthenes monet hanc Caucaſi nuncupationem ab Alexandri militibus confictam adulationis ergo, vt videretur etiam Caucaſum ſuperaſſe. In illis montium anguſtijs

Iuſt. l.12.

Arıſtobulus teſtatur nihil naſci præter τέρμινθον & σίλφιον.

Incolas horum montium Curtius vocat Paropannıſadas, alias Paropanniſſum montem, Diodorus παροπαμισάδας. Vt vt ſit, Alexandro non niſi cum niue, glacie, frigore, ſed maximè penetrabili & adutente certamen fuit. Ideò Curtius, *Septentrionis*, inquit, *axem magna ex parte ſpectant*.. Diodorus ait *regionem ſub ipſa Arcto ſitam eſſe*, i. ſub ipſo polo Arctico. Nugæ. Frigoris vehementiam efficit montium altitudo, non Septentrionis vicinitas, atque adeò, ſi Ptolomæo credimus, ipſa Gallia tota hoc Paropamiſo Borealior eſt. Sed Æſchini aduerſus Cteſiphontem & Demoſthenem declamanti parum videbatur, ſi diceret Alexandrum ipſum Septentrionem attigiſſe, ſed ἔξω τῆς ἄρκτου, inquit, καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν μεθειστήκει, i. *vltra Arctum & ipſum pene dixerim orbem penetrauit*.

Diodorus, κεῖται ὑπ' αὐταῖς ταῖς ἄρκτοις.

DESERTVM HORRIDVM.

Paropamiſo ſuperato exceperunt Alexandrum loca non ob niues, ſed ob arenas ſterilisſima. Adde quod, ſi quid frugis natura proferr, altâ tellure ab incolis conditum non niſi ab eo qui defodit inueniri poteſt. Et mentiebantur incolæ frumenta à Beſſo conſulto conſumpta, quod & partim verum eſſe poterat. Itaque Seſami ſuccus ipſis olei vicem ſupplebat, vt paſſim Ægyptijs teſte Dioſcoride. Huius ſucci amphora væniebat drachmis (denarios vocat Curtius) ccxl. Vini trecentis, Mellis cccxc. tritici nihil aut admodum exiguum reperiebatur. Tandem tamen in Bactrianorum fines peruenit Rex. *Horum quoque regio, licet multis locis fœcunda, & fontibus irrigua, tamen habet & ipſa ſuas arenarum Syrtes longe periculoſiſſimas. Bactrianorum agris peragratis in Suſitana deſerta incidit rex, in quibus per quadringenta ſtadia, ne modicus quidem humor exiſtit. Arenas vapor æſtiui ſolis accendit, quæ, vbi flagrare cœperunt, haud ſecus quàm continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodico terræ feruore excitata lucem tegit, camporumque non alia, quàm vaſti & profundi æquoris ſpecies eſt. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore & matutino frigore corpora leuabantur. Ceterum cum ipſa luce æſtus oritur, omnemque naturalem abſorbet humorem, ſiccitate ora viſceraque penitus vruntur.* Miraculum id eiuſmodi viſum eſt, vt non piguerit ipſa Curtij verba tranſcribere. Nam, quod notes, hæc loca modo memorato Paropamiſo Borealiora ſunt. Et ſimilia quidem refert M. Paulus Venetus, de Ormo ciuitate. Sed ea Tropico Cancri proxima eſt. Idem, in Aſiâ, Climate fere eodem cum Suſitano, ſed viginti circiter gradibus Orientaliore, collocat deſertum Caracoram, quod affirmat eſſe dierum quadraginta & aliud triginta dierum Lop dictum à proximâ ciuitate, quam alluit Oxa-

Dioſco. l.2. c.121.

BACTRIANOS.

EEe

tres, ſiue Tanais Aſiaticus, hodie *Cheſel* dictus. Tandem ad Oxum fluuium accedit Alexander. Hoc iter cum deſcribit Arrianus ait Alexandrum perueniſſe Drapſaca. Hinc ἐς Ἄορνον τε ϗ Βάκτρα. potentiſſimas Bactrianorum ciuitates. Sed vereor, ne Arrianus dormitans ὕστερον πρότερον admiſerit, ac dicendus ſit Alexander petijſſe primo Bactra, tum Aotnos, & Drapſaca, & tamen ne ſic quidem Geographicis Ptolemæi chartis omnia conueniunt. Cæterum Beſſus, quandiu procul aberat Alexander, rapto regno ſuperbus, temeritatem iuuenis, & Macedonum paucitatem ludibrio habebat, vbi ſenſit paulo propius accedere, tum ſui oblitus, traiecto Oxo in Sogdianorum fines quàm longiſſimè fugit. Naueſque omnes, quæ ad Oxi ripam ſtare ſolebant incendit. Ita præſide deſtituta Bactriana, vltro ſe Alexandro tradidit. Sed cum ligna, quibus conficerentur nouæ naues Oxo traijciendo quam longiſſime petenda eſſent, moræ impatiens Alexander, pelles ſub quibus milites in tentorijs degebant, aut vtres ſarmentis refertos quamplurimos colligari & quam accuratiſſime committi iubet, atque ita quinque dierum ſpatio amnem traijcit, nemine in aduerſa ripa obſtante.

OXVM TRAIICIT.

Poſtquam traiecto Oxo, Sogdianorum fines attigit Alexander, Sitamenes & Dataphernes hactenus à Beſſo inter optimos amicos habiti, tum, partim metu, partim promerendæ gratiæ cupidine, ſpecioſo vlciſcendæ Darij necis prætextu ſumpto Beſſum corripiunt, & nudum ac vinctum ad Alexandrum perducunt, Alexander Beſſum Oxyatri Darij fratri tradit, vt eum pro arbitrio habeat, dum vltimo ſupplicio afficiatur, eo ipſo loco, vbi Darium interemerat. Alexandro quoque ſe tradunt. Branchiadæ à Mileſijs orti, qui olim Miletum Xerxi tradiderant. Alexander, ſpecie pietatis, veterem vlturus iniuriam, Branchiadas Macedonum ſæuitiæ exponit. Ita miſera & incauta vrbs tota direpta & ſubuerſa eſt, viri fœminæque iugulatæ. Non impune tulere Macedones. Mox n. ijdem hactenus inuicti, dum ad prædandum liberiùs exſpatiantur, à Barbarorum xx vel xxx millibus turpiter profligantur. Et Alexander ipſe grauiter ſauciatur. Deus tamen, hoc flagello adhuc vti volens, iram temperat, & barbaros licet victores eò adigit, vt vltrò pacem & veniam ab Alexandro petant. Ita Maracanda peruentum eſt, LXX. ſtadia murus vrbis complectitur, forte ea eſt, quam Paulus Venetus Samarchand nuncupat, Chartæ vulgatæ Maracandam citra Oxum ſtatuunt, cum collocanda videatur intra Oxum & Oxantem vel potius Oxyartem ab Alexandri militibus Tanaim dictum, qui hodie *Cheſel* dicitur, horum fluuiorum vterque in Caſpium ſiue Hyrcanium mare delabitur. Itaque Tanais iſte alius plane eſt ab eo, qui Europam ab Aſiâ diſterminans in Mæotidem paludem delabitur. Sed Macedones, vt omnia Alexandri opera in maius extollerent, hunc Tanaim cùm altero con-

BESSVM CAPIT.

BRANCHIADAS INCAVTOS IVGVLAT.

Curtius. Arrianus.

PETIT MARACANDAM

Curtius. Arrianus.

TANAIM ASIATICVM.

A B C D E F

fundebant, & Scythas trans fluuium illum incolentes Europæos mentiebantur, ſcientes proculdubio & Alexandro gratificantes, vt recte monet Eratoſthenes. Sed Curtius fraudis ignarus ita agit, ac ſi reuera Europæi fuiſſent, illi Scythæ, quibus cum Alexandro negotium fuit. Quid quod etiam peragratâ Aſiâ in Babyloniam reuerſus naues in Hyrcania confici iuſſit, exploraturus vtrum Ponto Euxino an Indico Oceano ſeſe conſociet, Hyrcanum ſiue Caſpium mare? Hæc cum tum adhuc ignoraret, qua tandem via poterat ad Tanaim & Europæos Scythas penetraſſe? Ad huius Oxyartis ripam vrbem ſexaginta ſtadiorum ambitu de ſuo nomine dictam extruxit, tanta celeritate, vt XVII die, qua munimenta excitata erant, tecta quoque vrbis abſoluerentur. Non multò poſt, Scythæ licet antea legatos pacem petentes ad Alexandrum miſiſſent, congregantur, vt Alexandriam hanc quaſi frenum ſibi impoſitum euerterent. Ea res Sogdianos & Bactrianorum aliquos ad defectionem excitauit, inſtigantibus iis ipſis, qui Beſſum occiderant. Itaque Alexander defectionem mature compeſcendam ratus ipſe Gazam, Craterus Cyropolim aggreditur. Gazâ captâ viros omnes occidit, mulieres & infantes mancipat. Hinc, aliis vrbibus quinque, biduo captis, Cyropolim petit, cæteris longe munitiorem, tum murorum altitudine, tum fluminis profunditate, tum quod adeſſent octodecim armatorum millia. Sed Alexander animaduerſo flumi-

Arr. l. 7.

ALEXANDRIAM EXTRVIT

CAPIT GAZAM.

CYROPOLIM.

A nis alueum tum magna parte ſiccatum, dum Craterus ab altera parte vrbem aggreditur, ipſe traiecto torrente incautos à tergo adortus facile occupat, niſi quod tum Craterus, tum Alexander ipſe grauiter vulnerantur.

B Tum Orxantem partim ratibus partim vtribus mira fortitudine traiicit, licet obniterentur Scythæ in aduerſa fluminis ripa ſtantes, quin & Scythas ipſos, in fugam datos cogit ad pacem rurſus, idque maiori quam antea ſubmiſſione, petendam.
C Hanc Alexandri felicitatem temperauit bis mille Macedonum iactura, quos Spitamenes inſidiis interceptos iugulat omnes. Hanc cladem ſedulitate ſarcire cogitans, mille quingenta ſtadia triduo emenſus Maracanda petit. Spitamenes verò protinus fu-
D git. Itaque vacuos cuſtodibus agros & oppida quam ſæuiſſimè peruaſtat Alexander Macedonibus occiſis barbarorum ſtrage parentans. Maracandæ ac finitimis regionibus Clytum (Arrianus κλεῖτον vocat) præficit. Erat Clytus Dropidæ Macedonis filius,
E frater Hellanices (perperam apud Arrianum legitur Λανίκην) quæ Alexandro vbera perrexerat, vetus Philippi miles, multiſque bellicis operibus clarus. Forte contigit, vt die Dionyſio conſecrari ſolito Alexander non Dionyſii, ſed Διοσκούρων feſtum cele-
F braret ſolenni conuiuio; in quo iam vino incaleſcens non modo ſua facta, in maius extollere, ſed & Philippi res geſtas deprimere, aut eorum maximam partem ac præcipuam gloriam ſibi ipſi arrogare cœpit. Tum

VINO CORREPTVS.

Digitized by Google

Clytus & ipſe non ſobrius excandeſcere, A non modo Philippum tueri, ſed & Alexandro multa exprobare.

CLYTVM CONFODIT.

Ita exacerbatis vtrimque animis iræ iam impotens Alexander è conuiuio proſilit, lanceâque correptâ Clyti latus confodit. Vbi verò merum & ira deferbuit, prope abfuit, quin pœnitentiâ B in deſperationem abreptus, vel câdem lanceâ vel obfirmato ieiunio ſibi necem intulerit. Tandem ſuperſtitione & adulatione eluſus eſt dolor. Mentiuntur vates non tam Alexandri culpâ, quàm Deorum irâ perijſſe Clytum propter omiſſa Dionyſij C ſacra. Anaxarchus Sophiſta impiâ adulatione monet ideò iuſtitiam Ioui aſſidentem fingi, quia noſtrum eſt, vt Iouis ſic & δυναστειῶν Regum facta placitaq; pro iuſtis & ſanctis habere. Itaq; Alexãder ἀπαλλαχθεὶς in omne impietatis genus impune erupit. D Tum decem diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda conſumptis cum parte exercitus Hephæſtionem in regionem Bactrianam miſit commeatus, in hyemem paraturum. Quam Clyto autem deſtinauerat prouinciam, Amyntæ dedit. E

XENIPPIS SVBACTIS.

Ipſe Xenippa peruenit. Scythiæ confinis eſt regio. Ex his colligere eſt hæc Dionyſia, de quibus in Clyti cæde agitur, illis reſpondere quæ Athenis menſe Poſideone celebrabantur.

Xenippis non magno labore ſubactis F ad hyberna redijt Alexander, vnde non niſi tertio poſt menſe vel ἁπλῶς tertio menſe puta Elaphebolione mouit exercitum.

DAHAS OCCVPAT.

Interim Spitamenes bis perduellis poſt multos errores variaſque clades ad Dahas profugerat, vxorem, cuius amore inſaniebat, ſecum trahens, illa tot calamitatum pertæſa, & in poſterum peiora pertimeſcens maritum monet, vt clementiam quàm iram Alexandri experiri malit. Ille proditoribus implacabilem Alexandrum eſſe ſciens, iubet vxorem tacere. In conſilio perſtantem gladio diſtricto fugat, & mox prout erat vxorius reuocat. Illa noctu iacentem diuidit medium & caput ad Alexandrum perfert. Alexander licet hoſte perempto gaudens, tamen cruentum barbaræ fœminæ animum auerſans iubet hanc procul abigi. Dahæ Spitamenis cæde comperta, Dataphernem defectionis eius participem vinctum Alexandro ſeque dedunt.

XIX. XVII.

A.M. 3673. V.C. 427. Ante Dn. 327. Alexandri x. Pr. Chremete.

Arr. l. 4.

ALEXANDER CAPIT PETRAM SOGDIANAM.

Diod. l. 17.

Alexander ineunte vere Sogdianam Petram aggreditur, huius altitudo triginta, ambitus centum quinquaginta ſtadia complectitur. Hanc Arimazes Sogdianus cum xxx millibus armatorum obtinebat, alimentis ante congeſtis quæ tantæ multitudini, vel per biennium ſuppeterent, Fons quoque ſuperne & ſpecus aquas affatim præbebat. Cum ergò Cophem Artabazi filium miſiſſet Alexander rogaturum, num petram tradere vellent, Arimazes ſuperbè, viciſſim interrogat. Num etiam volare Macedones poſſint. Huius

Iuſt. l. 12.

Digitized by Google

Curtius. ſcommatis contumeliâ perculſus Alexander trecentos ex toto exercitu iuuenes ſeligit pernicitate pariter & animi robore præſtantes. Hos vt non laudum modo aculeis, ſed & præmiorum magnitudine incitaret, præmium propoſuit ei, qui primus *Plut. Alex.* aſcenderet, Talenta decem, inquit Curtius. Lege ex Arriano duodecim, qui ſecundus, vndecim &c. qui duodecimus talentum vnum, ſiue trecentos Daricos qui tertius decimus totidem, qui decimus quartus Daricos 299. qui decimus quintus Daricos 298, &c. qui vltimus omnium Daricos duodecim ſiue drachmas trecentas. In aſcenſu periere viri triginta duo, quorum corpora niuibus obruta ne reperiri quidem ad ſepulturam potuere. Quod ſi reuerâ ei, qui vltimus aſcendit, dati ſunt Darici duodecim, penultimo tredecim, &c. ei vero qui primus aſcendit talenta duodecim, ſecundo vndecim, tum inferioribus 256. Dati ſunt Darici 32828. ſiue talenta nouem & centum cum Daricis 118. Duodecim vero Coryphæis talenta data ſunt duodeoctoginta. Barbari viam vnicam quæ ſola permeabilis videbatur, cuſtodiebant. Reliqua omnia explorantes Iuuenes tandem cuneis, paxillis, & funibus, alter alteri opem ferentes faſtigium petræ ſuperant. Alexander, vbi ex imperato ſigno agnouit milites ſuos in faſtigium petræ conſcendiſſe, rurſus fecialem ad rupicolas mittit, qui moneat, vt ſibi maturè proſpiciant. Hi ſubridentes ſe id facturos inquiunt, vbi Macedonas volantes viderint. Tum, inquit præco, ecquinam ergo ſunt illi, qui faſtigium rupis inſident. Tum rupicolæ numerum eorum qui conſcenderant, ignorantes admiratione in ſtuporem verſa deditionem protinus pollicētur. Alexander, vbi conſternatos barbarorum animos ſenſit, negat deditionem admiſſurum, niſi ſanniones aliquot ac rebellionis autores plectantur. Itaque Arimazes cum aliquot primoribus, ſub ipſis petræ radicibus cruci affixi ſunt. Prodijt hinc Oxyartis Satrapæ abſentis filia Roxane pulchritudine tam inſignis, vt eam legitimo matrimonio ſibi copulare non indignum cenſuerit Alexander. Id reſciens [a] Oxyartes poſtea lubens prouinciam ſuam ſeque Alexandro tradidit. Huius rupis oppugnationem ſequitur altera. Ea apud Nauros ſita in altitudinem viginti ſtadia eminens circiter ſexaginta complectebatur. Dux arcis Arriano χρειώνης, Curtio [b] Syſimetres, Plutarcho Σισιμίθρης duobus ex ſua matre filijs genitis, quippe apud eos parentibus ſtupro coire cum liberis fas eſt. Duo millia armatorum intra petram ſepſerat. Præter fluebat à fronte torrens rapidiſſimus, à tergo vallis profundiſſima. Sed quantumuis altam voraginem, impleuit Alexander. Tum demum barbari videntes nihil Macedonibus arduum, nihil inacceſſum eſſe, Alexandro ſe tradunt. Is & arcem & prouinciam prioris Satrapæ fidei committit, is viciſſim gratiam referens cum audiſſet non multo poſt Alexandrum inter auia deprehenſum vehementiâ frigoris, & ine-

[a] אחש ארת

PETRAM NAVRORVM.

[b] שישי מתרי

diâ propemodum cõſumptum, confeſtim accurrens ex Apothecis ſuis congeſta cibaria tam multa deprompſit, vt toti exercitui in bimeſtre ſpatium ſufficerent, gloriatus inſuper nondum decimam ſuorum cibariorum partem conſumptam. Alexander Chorieni opulentiam pariter & liberalitatem admiratus Sacis erepta pecorum triginta millia Chorieno dono dedit. Tum ne quid à tergo relinqueret circa Bactra rebellantes adhuc Hauſtanem & Catanem comprimit & ex omnibus prouincijs triginta iuniorum millia legi iuſſit, & ad ſe armata perduci, obſides ſimul habiturus & milites. Dum hæc Bactris agitat, Calliſthenis, cui pridem infenſus erat Rex, mors ſuperuenit. Cum, n. Alexander in luxum, faſtumque Perſicum effuſus pridem à Perſis, alijſque barbaris adorari ſe pateretur, ægerrimè ferebat, quod Macedonum nullus idem officium ipſi præſtaret. Nec deerant vitiorum incentores ex ipſâ Græciâ Agis peſſimorum carminum poſt Choerilum conditor Argiuus & Cleo Siculus tum ingenij ſui, tum nationis vitio adulator, qui nouum hunc Deum etiam priſcis Dijs anteferrent. Calliſthenes contra patrij moris acerrimum vindicem ſeſe ferebat, ob eam rem Alexandro maximè inuiſus. Erant Macedonum regibus, nobiles aliquot pueri, munia non multum à ſeruilibus miniſterijs abhorrentia præſtare ſoliti, quibus tamen licebat ſedentibus cum Rege veſci. Et videntur hi in ſeptenarium numerum ita diſtributi fuiſſe, vt ſepteni vel plu-

SACAS POPVLATVR.

CALLISTHENI SVCCENSET.

Arrianus. Q. Curt.

CONIVRATIONEM DETEGIT.

A res alternis ſuo quique hebdomadis die vicem obirent, ita tamen vt non ſemper ijdem eoſdem ſocios haberent, ſed perpetuis mutationibus vices reciprocarent. Inter hos erat Hermolaus Soſippi filius, qui cum in venatione Aprum, quem Rex fe-
B rire deſtinauerat, telo occupaſſet, iuſſu eius verberibus affectus eſt. Hanc ignominiam Soſtratus, qui eum infami amore deperibat non minus ægrè tulit, quàm Hemolaus ipſe. Hi ergo Regis occidendi conſilio ſumpto, quinque alios ſceleris
C ſui ſocios aſſumunt, tantâ ſilentij pertinaciâ, vt dum expectant, donec ſimul omnes vicem obirent, duo & triginta dies elapſi ſint. Sed tum quoque facinori ipſorum obſtitit *Conuiuium ad lucem vſque productum: quippe alios oportebat in ſtatio-*
D *nem prima luce ſuccedere, ipſorum poſt ſeptem dies reditura vice.* Hæc ſunt Curtij verba. Quin & vero ſimile eſt, ex illis ſeptem non niſi ſex potuiſſe ſimul proximam vicem obire. Epimenes ergo cum videret ſe proximo die ſubducendum, & ſuis cœ-
E ptis numen obſtare ſentiens, ſeu proprio metu, ſeu ſceleris conſcientia perculſus rem totam Eurylocho fratri aperit. Ad id quoque inuitauerat regis comitas, qui cùm vidiſſet iuuenes iſtos perpetem noctem pro foribus excubaſſe L. Seſtertia, h. e.
F quingenos Daricos ſingulis dari iuſſerat. Eurylochus continuò fratrem manu prehenſum ad regem vix dum in lecto iacentem perducit, ad ſalutem regis id pertinere conteſtatus, & Philotæ exemplo commonitus,

Digitized by Google

Rex condonata Epimeni venia, & datis Eurylocho quinquaginta talentis, cæteros coniuratos comprehendi iuſſit. Et quamuis horum nemo Calliſthenem accuſaret, tamen rex cauſatus, non potuiſſe tantum ſcelus niſi magiſtro & impulſore Calliſthene horum iuuenum animum ſubire, hanc occaſionem damnandi Calliſthenis lubens arripuit, tam pace vitioſus, quàm bello fœlix. Tum Bactrianam prouinciam Amyntæ regendam tradit,& ad eam tutandam peditum decem, equitum tria millia & quingentos. Ipſe adulto vere Caucaſo decem diebus ſuperato Alexandriam peruenit, quam ipſe apud Parapamiſadas exſtruxerat, & priori Satrapa ſubmoto Nicanorem ſubſtituit, qui ad Cophenem vſque fluuium ſitos populos regeret. Hinc Nicæam petit, & mox Cophenem amnem, à quo iam Indiæ nomen inchoat. Procedunt obuiam Taxiles Indus & alij non pauci cum amplis muneribus. Alexander ſecum centum viginti armatorum millia ducebat, & ne luxu ab Indis vinceretur, omnium arma auro vel argento adornari iuſſerat. Non ſatis inter ſe conueniunt Curtius & Arrianus, & neuter cum Ptolemæo in deſcribendo Alexandri itinere. Dicam ergo quod vero propius videbitur. Alexander primo Araſacos, tum Aſpios, & Thureos vel potius Gureos adijt & non inuitos ſibi adiungit. Hinc traiecto non ſine difficultate Choa fluuio Pencelotin prouinciam primam ſubigit, inuitam ac renitentem expugnata & funditus euerſa Metropoli. Quin & incutiendo cæteris terrori, vrbis incolas omnes internecioni tradidit, & in ipſa tecta ſæuijt. Andaca minus obluctata mitius quoque habita ſunt. Hinc ad Euaſpla fluuium pergit vbi erat Aſpiorum (vel Euaſpliorum) præfectus, quos obnitentes vi perdomuit, quanquam non ſine periculo. Nam cum putaret ſibi cum paucis eſſe negotium ex improuiſo à xxx hominum millibus circumuentus animi conſtantiâ ferociam barbarorum repreſſit. Tandem ad Indum peruenit, cui traijciendo nauibus opus fuit, & quia plura deinceps flumina ſuperanda erant, ſic iunxit naues vt ſolutæ plauſtris vehi poſſent, rurſuſque coniungi. Interim aliæ Alexandri copiæ Agyræum ad Choam fluuium ſitam obſident, & incolas adeo exterrent, vt vrbe deſertâ & incenſâ ad proximum montem cõfugerint. Hinc petitur Nyſa eidem fluuio inſidens, ſub radicibus montis, quem incolæ Meron appellant. Vrbs obſidione tentata tandem ſe tradidit, eo facilius veniam conſecuta quod à Libero patre ſe conditam eſſe diceret. Hinc progreſſi Macedones traiecto Choa Dædalam prouinciam populantur. Alij rurſus tranato Choaſpe Acadera tranſeunt, vſta & deſtituta incolentium fuga. Ijdem Beziram obſident. Alij Ptolemæo duce Mazagas oppugnant, quam Cleophe Aſſacani nuper defuncti mater cum triginta peditum millibus tutabatur, non ſitu ſolum, ſed etiam opere munitam Arrianus regionis huius incolas Aſſacanos vocat, atque triginta

CALLISTHENEM OPPRIMIT.

COPHENEM TRAIICIT.

Arrianus.

EVASPLIOS SVBIGIT.

CAPIT.

AGYRAEVM.

Q. Curt. Arrianus.

NYSAM.

Digitized by Google

quidem millia hominum prouinciæ tutandæ adfuiſſe. Sed in ipſa vrbe quam Maſſagam vocat, fuiſſe tantum ſeptem peregrinorum millia. Vrbis murus triginta quinque ſtadia ambitu ſuo complectitur, cuius inferiora ſaxo, ſuperiora partim crudo latere, partim duro lapide cæmentoque validiſſimo ſunt ſtructa, & vndique vel amni præruptis rupibus ſalebroſo vel præaltis voraginibus cingitur. Et Beziræ quidem obſidione omiſſa ad Maſſagas Alexandri præſentia opus fuit. Is per Guræos eò profectus in ipſo aduentu ſagitta vulneratus, tamen non prius in caſtra rediјt, quam omnia circumſpexiſſet, & quæ fieri vellet mandaſſet, quæ tanta diligentia peracta ſunt, vt intra nonum diem immanes cauernarum abyſſos cōpleuerit miles alacritate maxima. Et iam turres mobiles & catapultaria miſſilia admoueri incipiebant. Cum regina opera hæc non conuenire mortalibus ſuſpicata, deditionem ſpondet, & veniam impetrat. Arrianus tamen mercenariorum perfidia factum ait, vt & vrbs ſubuerſa ſit, & milites omnes occiſi. Polyperchon Oram vrbem nullo labore ſubigit. Tum Bezirenſes hactenus ſuperbientes vrbe deſerta, in Aornon petram ſeſe recipiunt. Huius ambitus eſt ducentorum, altitudo vndecim, vt minimùm ſtadiorum. Sed in metæ modum erectæ rupis faſtigium radicibus longe anguſtius eſt. Supereſt tamen ambitus vtcunque ſpatioſus, fons perennis ager fœcundus, & qui fruges mille hominibus nutriendis idoneas ferre

MASSAGAM.

AORNON PETRAM.

A poſſit. Hanc tanto lubentiùs aggreſſus eſt Alexander, quod incolæ ferebant ne Herculem quidem eam aggredi auſum. Indus hanc ab Oriente alluit: Cætera communiunt imminenſæ voragines. Dum ad longam obſidionem ſe parat, mittit interim alios,

B qui Orobatim, alios qui Embolima vrbes occupent. Ipſe petram duplici via aggreditur. Primum, n. ex incolis quiſpiam viam aperit, qua non multi, ſed ſaltem aliquot eniti poſſent, & veluti prominulum petræ dentem occupare. Ea cura Ptolomæo Lagi filio demandata. Sed cùm

C ne id quidem ſufficeret Alexander pro more ingenti terræ lignorumq; copia aggeſta voraginem complanauit ad eum vſque locum quem inſidebat Ptolemæus. Tum barbari ſimulata deditione fugæ conſilium ca-

D piunt. Id Alexander ſuſpicatus vijs diligenter obſeptis fugientium pleroſque trucidauit, & petræ potens factus eſt.

XX. XVIII.

E A. M. 3674. V. C. 428. Ante Dn. 326. Alexandri xi. Præt. Anticle.

Alexander Acaſſani quoq; fratre perdomito tandem ad Indum nauibus pridem ad id paratis accedit, eique iterum obuiam fit Ta-

F xiles. Is talenta ducenta, elephantos triginta, boum tria, pecudum decem millia, & ſuam vrbem Taxylam, huicque adiacentem prouinciam inter Indum & Hydaſpem ſitam Alexandro donat, quam Plutarchus refert

Diod. l. 17. Arr. l. 5.

ALEXANDER INDIAE PARTEM DONO ACCIPIT.

refert quoſdam ita celebrare, quaſi A Ægypto amplitudine nihilo inferiorem. Huic proprium nomen erat Omphys. Commune regum illorum Taxiles. Alexandro igitur poſt Taxilem *Abiaſar*[a] vel *Ambiſar* ſe dedit. Taxilis egreſſus Alexander. Hydaſpem petit. In aduerſa ripa habebat B Porus Elephantos Curtio LXXXV (lege CLXXXV. Arrianus, n. ait ducentos) currus trecentos, triginta peditum, equitum quatuor millia. Diſperſerat quoque præſidia per varia fluminis loca, ijs interuallis, vt inuicem ſe videre & exaudire poſſent. C Indum Cteſias ait vbi anguſtiſſimus eſt, quadraginta, vbi latiſſimus, centum ſtadia in latitudinem diffuſum. Sed meritò Arrianus Cteſiæ teſtimonio diffidit. Alij quadraginta ſtadiorum latitudinem Indo tribuunt, vbi moderato quodammodo curſu defertur. D At vbi profundus, præceps, & viciſſim anguſtior eſt, tum quindecim minimum ſtadia occupare. Hydaſpem Arrianus ait ex quo Alexander cœpit in eo nauibus vehi, nuſquam inuentum minoris quam viginti ſtadiorum latitudinis.

Inſt. l. 12. Curtius. Plutarch. Alex.

[a] אבישר *pater princeps.*

LATITVDO INDI.

HYDASPIS.

E Curtius verò Hydaſpi quatuor tantum (forte legendum viginti quatuor) ſtadiorum latitudinem tribuit, profundo alueo, & nuſquam vada aperiente, tum maximè, cùm inchoantis æſtatis, i. veris ardore reſolutis Paropamiſi niuibus aquę fluminum Indiæ pro more excreuerant, F præcipites pariter & latiſſime ſtagnantes. Hyeme contra Hydaſpes & præter Indum ac Gangem plerique Indiæ fluuij vadoſi fiunt. Alexander igitur certus hyemem potius expectare, tamen interim tentabat, ſi qua tranſitum veluti ſuffurari poſſet, ἦν γὰρ, inquit Arrianus, ὥρα ἔτους ἡ μετὰ τροπὰς μάλιστα ἐν θέρει τρέπεται ὁ ἥλιος, *i. Erat tempus anni, quo Sol ad æſtatem vergit.* Illud autem μετὰ τροπὰς, ſolet quidem de ſolſtitialibus metis intelligi. Sed Arrianus καταχρηστικῶς id intelligit de carceribus Æquinoctialibus, de verno, inquam, Æquinoctio, vt & lib. VII. cùm ait Euphratem hyeme vadoſum, prealtum verò ac exundantem ἦρος ὑποφαίνοντος ἀπὸ τὰς τροπὰς, ἃς τινες τοῦ θέρους ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει. Nam vt Thucydidi ſic Arriano θέρος æſtas ab Ariete ſiue vere initium ducit, non à Cancro. Erat in medio flumine pęrgrandis inſula, eaque ſyluoſa, excipiendis & contegendis multis hominibus armatis idonea. Hac Alexander tranſire ſtatuens, quò facilius hoſtem falleret, ab hac inſula caſtra ſua quam longiſſimè remouit, puta vſque ad centum quiquaginta ſtadia. Cumque ſingulis noctibus circa caſtra, aut etiam quouis alio loco potiùs quàm circa inſulam fingeret magno clamore ſublato ſe tranſitum tentare. Porus quoque è regione caſtrorum Alexandri ſua fixerat caſtra, & ijs potiſſimum locis inſpectores ac cuſtodes apponebat, quibus tranſitum tentari viderat. Interim Alexander relicto in Caſtris Cratero à ripa quàm longiſſimè recedens, ne ab hoſtib⁹ conſpici poſſet, inſulam petit, cum curribus nauigia pelleſq; ſarmentis plenas deuehentibus. Alexandrũ primo impediebat, mox iuuabat, nox illu-

ALEXANDER INDVM TRAIICIT.

Digitized by Google

nis, caliginoſa, procelloſiſſima. Ita A n. imbrium tonitruumq; fragor obſtabat, quo minus tranſeuntium ſtrepitus poſſet exaudiri à Pori ſpeculatoribus aduerſam ripam vndiq; obſeruantibus. Et dabat operam Alexander, vt quàm minimo fieri poſſet murmure res peragetetur. Ita in ſu- B lam & attigit & prætergreſſus eſt, ac iam aduerſam ripam contingebat, priuſquam à ſpeculatoribus forte rum negligentioribus animaduerti potuerit. Equites primi traiecere, tum pedites. Porus ſerò cum copijs accurrens caſtra mouet. Et Craterus C viciſſim promouens, eadem, quâ

COPIAE PORI.

Alexander viâ, traijcit. Porus aciem hac fere ratione ordinauerat. Stabāt cxxx circiter elephanti per ſingula iugera diſpoſiti, vacua interſtitia à tergo complebāt pedites. Vitruuius peditibus tribuit quaternos pedes. D Demus quinos propter admixtos Elephantos. Ita habebis à fronte bis mille ducentos pedites, quaterdenos ordines. In vniuerſum peditum xxxmdccc. Supererunt ducenti octoginta pedites vltimum elephantum ſtipaturi. Hi in duas partes diſtributi E dabant vnicuique extremorum centenos & quadrigenos pedites qui vltimos elephantos ſtiparent. Peditatum ſtipabat equitatus, equitatum currus. Alexander, tum, quia peditatum Pori validiſſimè munitum videbat, ſuum verò itineris labore fati- F

PVGNA.

gatum, tum quia equitatu longe potior erat, ipſe prior ſiniſtrum cornu aggreſſus hoſtis equitatum eo facilius perrumpebat, quod Cœnꝰ etiam à tergo adortus bifrontem pugnam inire coegit. Tamen ad elephantos ſuos quaſi valida propugnacula recurrentes ſtrenue reſiſtebant. Et primò quidem elephanti quantumlibet denſum Macedonum agmen facile perrumpebant obuios quoſque peditibus obterentes. Sed vbi Macedones mature cedendo ordines nihilominus conſeruate didicerunt, & rectorum aliquos occiderunt, tum belluæ rectoribus deſtitutæ, & tum labore enectæ, tum vulnetum dolore exaſperatæ, in fugam ruentes Indis deinceps quàm Macedonibus plus damni inferebant. Craterus cùm recenti milite traiecto anne ſuperueniens certam Alexandro victoriam dedit circa finem Munychionis, Aprilis xvii.

ALEXANDER VINCIT.

Alexander eo fere, quo vicerat loco, Nicæam vrbem extruxit, & ab ea non procul Bucephalam in memoriam Bucephali eo prælio mortui equi, non vulnere, ſed æſtu & labore, cuius iam propter ſenium impatiens erat. Erat enim ſi Arriano & Oneſicrito apud Plut. credimus, triginta fermè annorum. Dum vrbibus extruendis occupatur Craterus, Alexander, Glauſas vel Glaucanicas adit. Hi xxxvii vrbes, quina aut etiam dena incolarum millia habentes Alexandro tradunt. Alexander viciſſim hæc Poro donat, Taxilemque Poro conciliatum ad ſua remittit. Abiſſares quoque, Porus alter, & Indi αὐτονόμοι ad Alexandrum legatos mittunt. Interea nuntiatur Aſſacenorum defectio, ad quos compeſcendos mittitur Philippus. Hinc Alexander Aceſinem fluuium tranſit, cui Ptolemæus Lagi filius quindecim ſtadiorum latitudinem tribuit. Qui

CONDIT NICAEAM.

BVCEPHALAM.

ACESINEM TRAIICIT.

Digitized by Google

pellibus vſi ſunt, traiecerunt ſine periculo. Nauigia verò in aſperas ac frequentes cautes impacta multa perrupta ſunt. Atqui meritò cenſet Arrianus, ſelectum ab Alexandro locum, quo latiſſimus, & minus abruptus eſſet Aceſimus. Tum Porum illum, qui falsâ ſocietatis ſpecie Alexandrum deceperat, inſequês ad Hydraotem peruenit, & ipſum Aceſine quidem pacatiorem, ſed latitudine nihilo minorem, quo traiecto incolarum alios per vim, alios non reluctantes ſibi adiunxit. Oxydariaſque, Mallos, Cathæos, populos, eorumque primarias vrbes, Pimprama, bidui, Sangala, tridui itinere, ab Hydraote diſtantes. Et Sangala quidem tam ampla erat vrbs, vt cùm poſt aliquot prœlia, tum extra, tum intra muros vi caperetur, occiſa ſint ſeptendecim, capta vero ſeptuaginta hominum millia, cùm tamen Alexander vix centum homines amiſerit. Tum iniecto terrore reliquis, qui inter Hydraotem & Hyphaſin amnes habitant, Hyphaſin ipſum, cuius latitudo erat ſeptem ſtadiorum, altitudo ſex ὀργυιῶν traijcit, commiſſâ Poro curâ earum prouinciarum, quas à tergo relinquebat. Cumque rogaſſet quænam vltra regiones eſſent, reſponſum eſt, [a] vndecim aut [b] duodecim dierum iter eſſe vſq; ad Gangem per vaſtiſſimas ſolitudines.

ET HYDRAOTEM.

CAPIT SANGALA.

TRAIICIT HYPHASIM.

a Curtius.
b Diodor.

Gangis latitudinem XXXII ſtadiorum, altitudinem vlnarum centum eſſe, vltrà Gangem imperare Aggrammem vel Σανδράμην, ſordido quidem genere natum, & ſcelere patris ad id faſtigium euectum, ſed pręA potentem, huic eſſe quadrigarum [c] duo, vel [d] ſex: elephantorum octo, [e] tria vel [f] quatuor: equitum viginti [g] vel octoginta: [h] peditum, [i] centum viginti, vel [k] ducenta millia ex [l] Gangaridis collecta & Parrhaſijs, [m] Γανδαρίδας & ταβεραισίους, alij [n] Γανδαρίτας & πραισίους vocant. Hæc, quo B fide maiora videbantur, tantò acriùs appetebat inſatiabilis glorię cupido. Sed Macedones itinerum labore, belloque fracti, vulneribus exhauſti neque blanditijs, neque munerum aut gloriæ ſtimulis, neque minis vnquam flecti potuerunt, vt vltra pergeret. C Itaque, quamlibet fremens Alexander, pedem referre coactus eſt. Conquerebantur Alexandri milites inter cætera ſe ſeptuaginta dierum continuis procellis, & horrendis fulgurum, tonitruumque fragoribus miſerè vexatos. Priùs tamen D aras duodecim quinquagenum cubitorum expeditionis ſuæ teſtes futuras erigit, & lectos ſtatuaſque veris maiores collocat, poſteritati fallax miraculum præparans, caſtra cinxit foſſa, cuius latitudo erat quinquaginta, E altitudo quadraginta cubitorum, iuſſit peditum vnum quemq; binas ſpondas quinum cubitorum, equites inſuper bina præſepia ſolitis duplo maiora apponere, & alia omnia ad eundem modum. Tum eadem fere, quâ venerat viâ retrogrediens F Aceſinem fluuium & Hydaſpem petit, atque ibi naues, quàm plurimas fabricandas curat. Alexandro ſuperueniunt ex Græcia equitum ſex, peditum triginta millia, arma, quantum viginti quinque hominum mil-

c Curtius.
d Diodor.
o. Plutar.
p. Plutar.
e Curtius.
f Diodor.
g Curt.
Diodor.
h Plutar.
i Plutarch.
k Curt.
Diodor.
l Curtius.
m Diod.
n Plutar.

REGREDITVR INVITISSIMVS.

libus ſufficere poterant. Sic Diodorus. Curtius, *arma, & equites* totidem, peditum ſeptem tantum millia. Sed videtur legendum viginti ſeptem. Non fit enim veriſimile totidem propemodum pedites, quot equites adductos, Diodorus addit aduecta φαρμάκων ἰατρικῶν centum talenta. Cæterum intra Hydaſpem & Hyphaſim fluuios, præter eos, quos memorauimus populos, Diodorus Σωπίτου, Curtius Sophitis regnum
PETIT SOPHITAS. memorat, in quo inſpectores publici omnium liberos naſcentes obſeruare iubentur, & edicere ſintne tollendi vel enecandi, quod & Lacedæmonijs in vſu fuiſſe teſtatur Plutarchus Lycurgo. Diodorus quoque
CATHAROS. Catharos recenſet, inter quos ait vxores cum maritis defunctis concremari ſolitas, propterea quod olim contigit, vt vxor quæpiam ſuum maritum pharmaco necauerit. Alexander, poſtquam aliquamdiu iam ſubactas Indiæ prouincias perluſtrauit, Naues vndique congregat in vniuerſum [a] mille, vel etiam bis [b] mille. Earum aliæ Hydaſpi, aliæ Aceſimi fluuio impoſitæ. Vbi ad eam regionem peruentum eſt, in qua Hydaſpes Aceſini committitur, hinc decurrit in fines [c] Iborum vel [d] Sobiorum, qui ſe ab Herculis exercitu oriundos eſſe memorabant, dictoq; fidem faciebant, quod illis pelles ferarum pro veſte, clauæ pro telo erãt. Hinc excurſione facta CCL. ſtadia proceſſit. In ripa tria equitum, quadraginta peditum millia (ἀγαλασσεῖς vocat Diodorus) ſe oppoſuerunt, quos in fugam verſos, & in vrbem

a Diodor.
b Arrian.
c Diodor.
d Curtius.

A reuerſos cum ipſa vrbe cœpit. Puberes interfecti, cæteri venierè. Hinc alteram vrbem aggreditur, quam Curtius ait à tribus fluuijs allui. Aceſine, Hydaſpe, & Indo quod ſane à ratione alienum eſt. Sed erat forte vrbs eo loco ſita, quo Hydaſpes Aceſinem iam trahens in Indum vel
B potius in Hydraotem illabitur. Oppidani numero vicies mille, deſperatâ ſalute ignem ſubijciunt tectis, ſeque ac liberos coniugeſque incendio cremant, quod cum Macedones extinguerent, ipſi contra ferinâ rabie augebant, cum tamen ſupereſſet
C ipſis arx, à ter millibus hominum cuſtodita, longeque munitiſſima, cui captæ Alexander præſidium impoſuit. Fluminum tot ſeſe inuicem collidentium concurſus, duas naues omnium maximas ſubmerſit, & prope abfuit, quin Alexander ipſe in
D idem periculum inciderit. Inde poſtquam triginta ſtadia proceſſit, ventum eſt in regionem Oxydracarum & Mullorum, quos aliàs bellare inter ſe ſolitos tunc periculi ſocietas iunxerat. Nouem millia iuniorum peditum in armis erant, præter hos OXYDRACAS.
E equitum decem millia nongentæque quadrigæ. Sic Curtius. Sed omnino pro nouem legendum triginta vel quadraginta nouem. Nam Arrianus ait πλῆθος ὄντες ἐς πέντε μυριάδας, Diodorus verò etiam octoginta peditum, decem equitum millia nu-
F merat. Barbari, non expectato prœlio ſeditione coortâ, alij alio diſperſi ſunt. Plerique in proximam (Syracuſas nuncupare videtur Diodorus) SYRACVSAS.
vrbem ſe recepere trans Hydraotem

ſitam teſte Arriano. Nam & Hydrao-
tem traieciſſe barbaros teſtatur, vt
in illam vrbem ſe reciperent. Malli
ergo, quorum hæc vrbs eſt quaſi me-
tropolis, eò vſque porriguntur, vbi
Hydraotes Hydaſpem & Aceſinem
fluuios ſecum trahit. Huius vrbis
obſidio, quia cæteris aliquanto mi-
rabilior, à ſcriptoribus tam variè exa-
gitata eſt, vt, quid potiſſimum ſe-
quaris, in incerto ſit. Hoc vnum
cōſtare videtur, Alexandrum ipſum
muris ſcalam appoſuiſſe, & primum
conſcendiſſe. Cumque regem plu-
res, quam par eſſet, ſequerentur, ſca-
la perrupta eſt, cùm iam rex muri fa-
ſtigium attigiſſet. Ita ſolus vrbem
armatis plenam inſiluit, & aliquam-
diu ſe arboris & clypei obiectu tuta-
tus eſt, donec vi vulneris, effugiente
ſanguine exanimis propè procubuit.
Tandem Peuceſtas & Leonnatus,
qui Alexandrum proximè ſequeban-
tur, murum & ipſi conſcenderunt,
& ſubinde alij atque alij, donec ir-
ruentibus vndique Macedonibus,
eò maiore impetu, quod regem oc-
ciſum putabant. Vrbs capta, direpta,
ſubuerſa eſt, & omnes tum viri, tum
impuberes iugulati. Ne fœminis qui-
dem pepercit furor militum. Dum
Alexander vulneri curando intentus
aliquantulum conquieſcit, Gymni-
cos Agones inſtituit in quibus in-
ter cætera Dioxippus Athenienſis
nudus & oleo perfuſus ſtipite tan-
tum ac pallio armatus Choragum
Macedonem clypeo, haſtâ, lanceâ,
gladioque inſtructum ſtrenue debel-
lat & arietat. Sed tanta fuit Macedo-
num & Alexandri ipſius inuidia, vt

A Dioxippus per calumniam furti inſi-
mulatus Macedonum probra iam
ferre non ſuſtinens, ſibi violentas
manus intulerit. Tandem curato
vulnere, eò peruenit Alexander,
vbi Hydraotes in Indum illabitur. LEGIT ORAM ACESI-
Hic Arrianus ait Aceſinem hucuſq; NIS.
B nomen retinere, primò Hydaſpem,
ſecundò Hydraotem, poſtremò Hy-
phaſim in Indum ſecum trahere. Et
ſanè fieri poteſt, vt idem fluuius ali-
ter atque aliter nuncupetur. Sed, qui
antecedentis hiſtoriæ ſeriem atten-
tiùs inſpiciet, comperiet, id potius
C rationi conuenire, vt dicatur Hyda-
ſpes Aceſinem, Hydraotes Hypha-
ſim & mox Hydaſpem in Indum INDI.
perducere. Indus tot fluminum ac-
ceſſione auctus ita excreſcit, vt, an-
tequā in Delta diffundatur, ſtagnans
eius aqua ad centum vſque ſtadia la-
D titudinem ſuam exporrigat. In hoc
fluminum cōcurſu aliquamdiu ſub-
ſtitit Alexander Perdiccam expe-
ctans, vt coniunctis copijs Abaſta-
nos populos ſubigeret. Hic verò A-
lexandro ſe offerunt centum Indo-
rum αὐτονόμων legati, inter quos, A-
E baſtanos illos fuiſſe vero ſimile eſt.
Omnes imperata ſe facturos pol-
licebantur. In eo numero proculdu-
bio erant & ij, quos Diodorus Sam-
baſtas vocat, quibus ait fuiſſe ſex
equitum, ſexaginta peditum millia.
Currus quingentos. Tum Sodras &
F Maſſānos. Hinc in eum locum defer-
tur Alexander, vbi Etymandrus flu-
uius in Indum illabitur. Alexander
Etymandrum quoq; perluſtrare vo-
lens, ad dextram deflectit, cumque
aliquantum promouiſſet, Craterum

in Arachoſios ad dextram ſitos im- A mittit. Ipſe ad ſiniſtram flectens Sogdios adit & [a] Muſicanos vel [b] Muſicani regum. Cumq; omnes illi populi vltrò ſe Alexandro traderent, Craterus ad Alexandrum reuerſus in Muſicanorum regione vrbem extruere iubetur Hinc Præſtos dicto B non audientes ſubigit duabus vrbibus captis, & [c] Oxycano vel [d] Porticano ipſorum rege occiſo vel capto. Dein audita Sambi primùm, tum Muſicani Regis vel Muſicanorum defectione retrogreſſus hos tumultus facile compeſcuit. Etſi in Sambi C regno octoginta armatorum millia acie cæſa teſtatur Diodorus. Et Muſicani (quanquam Diodorus id à Brachmanis circa Harmateliam vrbem factum commemorat) terrorem incuſſerunt barbari ſagittas veneno illinentes. Ita n. lethalis fiebat D quæuis plaga, donec in ſomnis Alexandro ipſi apparuit Draco herbam commonſtrans, quâ primùm Ptolemæus Lagi filius, tum quilibet miles facile ſanatus eſt. Ita ſpe fruſtrati barbari deinceps pacatos ſe præbuerunt. Alexandro Indum repetenti E obuiam ſe offert Pattalorum regulus Indicum Delta & ſua omnia Alexandro tradens. Tum & Alexander Craterum, Attalum, & alios cùm magnâ copiarum parte per Arachoſiam & Drangianam vel Ζαραγγαίαν in Caramaniam mittit. Hephæſtio- F nem ab vnâ, Pythonem ab alterâ Indi parte pedeſtri itinere ſubſequi iubet. Ipſe naui vectus in Attalos defertur, quorum regulus Mœris mutato conſilio iam defecerat, & in

a Curt. b Arrian. Diodor.

c Curt. d Diod.

montana profugerat. Alexander, poſtquam eò peruenit, vbi Indus in duo oſtia diffinditur, eam partem eligit, quæ ad Orientem maxime ſpectat. Hac iter faciens incidit in vrbem ad ſiniſtram ſitam ad Indi ripam Hyala dictam, cuius politica adminiſtratio Spartanam æmulari videbatur. Nam & ex duobus diuerſis familijs, ſed ab eâdem ſtirpe oriundis eligebantur duo Reges, qui rebus bellicis præeſſent. Domeſticas verò regebat Seniorum conſeſſus. Intra ipſum Delta tellus erat fœcunda, gens maximè barbara, & tam vicini maris prorſus ignara. Audito igitur Alexandri aduentu, nec armis, nec precibus confiſi tam præcipiti fugâ in auia ac deſerta diſperſi ſunt, vt vix vllos itineris duces comprehendere potuerit Alexander. Atque hi ipſi rogati, quantum à mari abeſſent, quid omnino ſit mare, ignorare ſe profitebantur. Sed non ita procul inueniri neſcio quam ingratam & amaram aquam. Macedones tandem Oceanum conſpicati, primò maximâ lætitiâ perfuſi ſunt. Mox lætitia in pauorem verſa eſt. Nam fluminis & æſtus marini colliſio, nautarumq; ignorantia, multis nauibus exitio fuit. Tum, vbi recedens Oceanus naues in ſicco deſtituit, ſimul & belluas aliquot, in littus abiecit horrendæ magnitudinis, quid hoc monſtri eſſet, ignari Deorum iram & vltimam perniciem portendi ſibi arbitrabantur. Rursus redeunte mari non defuere naues, quædam minus commode locatæ, quæ ab Oceano ſubuerſæ ac ſubmerſæ ſunt, tum ſi

PETIT HYALA.

INDI DELTA.

OCEANVM.

quis pedes aut eques extra naues ob- A
errabat, nec ſatis maturâ fugâ ſibi
conſuluit, is interitu ſuo reliquis ter-
rori fuit. Tandem agnitâ fluxus ac
refluxus marini conſtantiâ redijt ſe-
curitas. Quin & quadringentis ſta-
dijs à littore recedentes inſulas ali-
quot perluſtrarunt. In quibus, cum B
nihil magnopere expetendum vidiſ-
ſent, tandem decreuit Alexander re-
trorſum vela dare, & alterum Indi
oſtium petere, quod ab Orientali di-
ſtare compertum eſt ſtadijs mille
octingentis. Curtius ita agit, ac ſi
ſub hyemis finem eo aduectus Alex- C
ander Vernum tempus expectarit,
quo tum ipſe terrâ, tum Nearchus &
claſſis mari tempeſtiuiùs nauigaret.
Sed diſertè contra contendit Arria-
nus. Illud mare non alio tempore
cōmodiùs nauigari, quàm ſub hye-
mis initium. Itaque cum tunc Ete- D
ſiæ ſpirarent, ſed à Meridie, non vt
in Græciâ, à Septentrione ſpirantes,
iuſſit Nearchum hyemis initium &
commodum nauigationis tempus
expectare. Ipſe interim terra iter in-
ſtituit. Notat autem Plutarchus τὴν
διὰ τῶν ποταμῶν πρὸς τὴν θάλατταν ὑπαγω- E
γὴν μηνῶν ἑπτὰ χρόνον ἀναλῶσαι. Rurſus
GEDROSIOS. Curtius. *Nonis*, inquit, *Caſtris, in regio-
nem Arabitarum inde totidem diebus,
in Gedroſiorum regionem peruentum eſt.
Liber hic populus conſilio habito dedidit
ſe, nec quicquam deditis præter commea-
tus imperatum eſt. Quinto hinc die venit F
ad flumen, Arabum incolæ appellant.
Regio hanc deſerta & aquarum inops
excipit, quam menſus Alexander in Ho-
ritas tranſit.* In his Curtij verbis, ſi
nullum eſt mendum, neceſſe eſt ſta-

tuatur triplex Gedroſia. Prima inter
Arabum (Arabium Arrianus vocat)
fluuium & Indum, ſecunda & ter-
tia inter eundem fluuium & Cara-
maniam, ſed altera ſteriliſſima & la-
tiſſimè expanſa, altera fertilis, in qua
eſt Metropolis Pura. Arabitas Dio-
dorus ἀμβείτας vel ἀβείτας vocat, Hori- ORITAS.
tas Arrianus Ὠρεῖς & Ὠρείτας. Niſi for-
te Ὠρεὶ Metropolis eſt. Diodorus
ὠρείτας, & νεωρείτας. Regionē νεωρειτίδα,
perperam νεωλτείδα legitur, & alibi
ὀρείτας vel ὀρείτε. Hos ergo ὠρεῖς, ὠρεί-
τας, vel νεωρείτας ait tam barbaros eſſe,
vt ipſi nudi ſuorum propinquorum
cadauera veſtita in proxima deſerta
deferant, tum veſtes cadaueribus de-
tractas ipſi induunt, atq; ita domum
redeunt, non aliam ſepulturam con-
uenientiorem arbitrātes, quam fera-
rum corpora. Alexander ſimulac Ara-
bium fluuiū traiecit, Hephæſtionem
cum maxima exercitus parte à tergo
relinquit, qui oppidulum Ramba-
ciam dictum extrueret & circumia-
centis regionis res componeret. Leo-
natum cum leui armaturâ in Oritas
immittit, ipſe cum Argyraſpidibus
& Agrianis ſubſequitur. Oritæ pri-
mò reſiſtunt, mox ſuperueniente A-
lexandro, dein Hephæſtione magna
ſtrage profligantur.

Tum ad res ampliùs componen-
das relinquitur Leonatus, cui ali-
quantò poſt cum octo peditum mil-
libus, & quingentis equitibus fuit
confligendum. Alexander cum He- GEDROSIAM STERILEM.
phæſtione Gedroſiam adit, quam
cum deſertiſſimam & arenoſiſſimam
comperiſſet, rurſus ad ſiniſtram ver-
ſus mare flectens incidit in populos

in Arachoſios ad dextram ſitos im- A mittit. Ipſe ad ſiniſtram flectens Sogdios adit & [a] Muſicanos vel [b] Muſicani regum. Cumq; omnes illi populi vltrò ſe Alexandro tradetent, Craterus ad Alexandrum reuerſus in Muſicanorum regione vrbem extruere iubetur Hinc Præſtos dicto B non audientes ſubigit duabus vrbibus captis, & [c] Oxycano vel [d] Porticano ipſorum rege occiſo vel capto. Dein audita Sambi primùm, tum Muſicani Regis vel Muſicanorum defectione retrogreſſus hos tumultus facile compeſcuit. Etſi in Sambi C regno octoginta armatorum millia acie cæſa teſtatur Diodorus. Et Muſicani (quanquam Diodorus id à Brachmanis circa Harmateliam vrbem factum commemorat) terrorem incuſſerunt barbari ſagittas veneno illinentes. Ita n. lethalis fiebat D quæuis plaga, donec in ſomnis Alexandro ipſi apparuit Draco herbam commonſtrans, quâ primùm Ptolemæus Lagi filius, tum quilibet miles facile ſanatus eſt. Ita ſpe fruſtrati barbari deinceps pacatos ſe præbuerunt. Alexandro Indum repetenti E obuiam ſe offert Pattalorum regulus Indicum Delta & ſua omnia Alexandro tradens. Tum & Alexander Craterum, Attalum, & alios cùm magnâ copiarum parte per Arachoſiam & Drangianam vel Ζαραγγαίους in Catamaniam mittit. Hephæſtio- F nem ab vnâ, Pythonem ab alterâ Indi parte pedeſtri itinere ſubſequi iubet. Ipſe naui vectus in Attalos defertur, quorum regulus Mœris mutato conſilio jam defecerat, & in montana profugerat. Alexander, poſtquam eò peruenit, vbi Indus in duo oſtia diffinditur, eam partem eligit, quæ ad Orientem maximè

a Curt.
b Arrian.
Diodor.
c Curt.
d Diod.

PETIT HYALA.

ſpectat. Hac iter faciens incidit in vrbem ad ſiniſtram ſitam ad Indi ripam Hyala dictam, cuius politica adminiſtratio Spartanam æmulari videbatur. Nam & ex duabus diuerſis familijs, ſed ab eâdem ſtirpe oriundis eligebantur duo Reges, qui rebus bellicis præeſſent. Domeſticas verò regebat Seniorum conſeſſus.

INDI DELTA.

Intra ipſum Delta tellus erat fœcunda, gens maximè barbara, & tam vicini maris prorſus ignara. Audito igitur Alexandri aduentu, nec armis, nec precibus confiſi tam præcipiti fugâ in auia ac deſerta diſperſi ſunt, vt vix vllos itineris duces comprehendere potuerit Alexander. Atque hi ipſi rogati, quantum à mari abeſſent, quid omnino ſit mare, ignorare ſe profitebantur. Sed non ita procul inueniri neſcio quam ingratam & amaram aquam. Macedones tandem Oceanum conſpicati, primò maximâ lætitiâ perfuſi ſunt. Mox

OCEANVM.

lætitia in pauorem verſa eſt. Nam fluminis & ęſtus marini colliſio, nautarumq; ignorantia, multis nauibus exitio fuit. Tum, vbi recedens Oceanus naues in ſicco deſtituit, ſimul & belluas aliquot, in littus abiecit horrendæ magnitudinis, quid hoc monſtri eſſet, ignari Deorum iram & vltimam perniciem portendi ſibi arbitrabantur. Rurſus redeunte mari non defuere naues, quædam minus commode locatæ, quæ ab Oceano ſubuerſæ ac ſubmerſæ ſunt, tum ſi

Digitized by Google

quis pedes aut eques extra naues ob- A errabat, nec ſatis maturâ fugâ ſibi conſuluit, is interitu ſuo reliquis terrori fuit. Tandem agnitâ fluxus ac refluxus marini conſtantiâ rediјt ſecuritas. Quin & quadringentis ſtadijs à littore recedentes inſulas aliquot perluſtrarunt. In quibus, cum B nihil magnopere expetendum vidiſſent, tandem decreuit Alexander retrorſum vela dare, & alterum Indi oſtium petere, quod ab Orientali diſtare compertum eſt ſtadijs mille octingentis. Curtius ita agit, ac ſi C ſub hyemis finem eo aduectus Alexander Vernum tempus expectarit, quo tum ipſe terrâ, tum Nearchus & claſſis mari tempeſtiuiùs nauigaret. Sed diſertè contra contendit Arrianus. Illud mare non alio tempore cōmodiùs nauigari, quàm ſub hyemis initium. Itaque cum tunc Ete- D ſiæ ſpirarent, ſed à Meridie, non vt in Græciâ, à Septentrione ſpirantes, iuſſit Nearchum hyemis initium & commodum nauigationis tempus expectare. Ipſe interim terrâ iter inſtituit. Notat autem Plutarchus τὴν διὰ τῶν ποταμῶν πρὸς τὴν θάλατταν ὑπαγω- E γὴν μηνῶν ἑπτὰ χρόνον ἀναλῶσαι. Rurſus GEDROSIOS. Curtius. *Nonis, inquit, Caſtris, in regionem Arabitarum inde totidem diebus, in Gedroſiorum regionem peruentum eſt. Liber hic populus conſilio habito dedidit ſe, nec quicquam deditis præter commeatus imperatum eſt. Quinto hinc die venit* F *ad flumen, Arabum incolæ appellant. Regio hanc deſerta & aquarum inops excipit, quam menſus Alexander in Horitas tranſit.* In his Curtii verbis, ſi nullum eſt mendum, neceſſe eſt ſtatuatur triplex Gedroſia. Prima inter Arabum (Arabium Arrianus vocat) fluuium & Indum, ſecunda & tertia inter eundem fluuium & Catamaniam, ſed altera ſteriliſſima & latiſſimè expanſa, altera fertilis, in qua eſt Metropolis Pura. Arabitas Diodor⁹ ἀμβείτας vel ἀβείτας vocat, Hori- ORITAS. tas Arrianus Ὠρεὶς & Ὠρείτας. Niſi forte Ὠρεὶ Metropolis eſt. Diodorus ὠρείτας, & νωρείτας. Regionē νωρεῖτιδα, perperam νωλεῖδα legitur, & alibi ὀρείτας vel ὀρεῖς. Hos ergo ὠρεῖς, ὠρείτας, vel νωρείτας ait tam barbaros eſſe, vt ipſi nudi ſuorum propinquorum cadauera veſtita in proxima deſerta deferant, tum veſtes cadaueribus detractas ipſi induunt, atq; ita domum redeunt, non aliam ſepulturam conuenientiorem arbitrātes, quam ferarum corpora. Alexander ſimulac Arabium fluuiū traiecit, Hepheſtionem cum maxima exercitus parte à tergo relinquit, qui oppidulum Rambaciam dictum extrueret & circumiacentis regionis res componeret. Leonatum cum leui armaturâ in Oritas immittit, ipſe cum Argyraſpidibus & Agrianis ſubſequitur. Oritæ primò reſiſtunt, mox ſuperueniente Alexandro, dein Hephæſtione magna ſtrage profligantur.

Tum ad res ampliùs componendas relinquitur Leonatus, cui aliquantò poſt cum octo peditum millibus, & quingentis equitibus fuit confligendum. Alexander cum Hephæſtione Gedroſiam adit, quam GEDROSIAM STERILEM. cum deſertiſſimam & arenoſiſſimam comperiſſet, rurſus ad ſiniſtram verſus mare flectens incidit in populos

adeò barbaros, vt neque pilos nec vngues vnquam ſecarent, nec agros excolerent. Sed piſcibus ab Oceano in littus abiectis veſcerentur. Eorundem coſtis, quarum quędam octodecim cubitorum longitudinem æquabant, ceu tuguriorum ſuorum tignis vtebantur. Tum ſquamis & conchylijs lateris loco domos contegebant. Itaque hîc quoque inediâ confectus Alexandri exercitus Gedroſiam rurſus tentauit, propterea quod ferebatur eiſe quædam Gedroſiæ pars fœcunda. Sed antequam fertilem illam Gedroſiam attingere potuerit, fame, ſiti, &, ſi Curtio credimus, peſte tantopere vexatus eſt, vt Arriano & Plutarcho teſte, ſexageſimis caſtris ab Oris Pura Gedroſiæ metropolim profectus plus laboris pertulerit, & damni acceperit bimeſtri illo ſpatio, quam hactenus totâ reliquâ expeditione. Fame enim miſerè pereuntes equos, & iumenta deuorare, tum ſarcinas abijcere, & pedibus iter facere, atque ita ſitim, tanto intolerabiliorem perferre coacti ſunt, ita vt ex centum viginti peditum, quindecim equitum millibus vix quarta pars ſuperſtes euaſerit. Et id ſatis pręuiderat Alexander ab incolis præmonitus, antequam ſterilem illam Gedroſiam ingrederetur, ſed tanta erat ambitionis ipſius veſania, vt cum audiſſet olim Semiramim, tum Cyrum illac progreſſos totum exercitum amiſiſſe, aut vix cum ſeptem aut octo equitibus euaſiſſe tantò ardentiùs ipſe expeditionem illam exoptauerit, vt hunc ſuæ gloriæ cumulum adijceret, ſi diceretur Alexander illac

A quoque tranſiſſe, ſed exercitus ſui maximam partem incolumem perduxiſſe. Gedroſiæ Metropolim Pura tandem delatus, & ne illic quidem diu moratus Caramaniam petit. Gedroſiam Arrianus Γαδρωσίαν, Diodorus κεδρωσίαν vocat. Barbaros illos,
B quos diximus maritimos, Curtius Indos maritimos vocat. Diodorus & Arrianus nullo certo nomine. Ptolemæus Ἰχθυοφάγους nuncupat. Et ſane Indi maritimi videntur rectius collocati intra Arabium fluuium & Indum. Vt ſi non Indus ſaltem Ara-
C bius aut Tomerus fluuius Indiæ ſit limes. Nec enim quiſquam Indiam citra promouet. Alexandro, vbi in opimis Caramaniæ campis exſpatiari licuit, eò inſolentiùs, exultare cœpit, quo maiora erant pericula, quæ modò euaſerat. Itaque, cùm hacte-
D nus nouas vſque prouincias adijſſet, tum demum iam partam prouinciam reperens fabuloſum Dionyſij triumphum æmulandum ratus, ſeptem continuis diebus ipſe cum toto exercitu, alias atque alias vrbes bacchantium ritu adibant, per pro-
E teruiam ac temulentiam omnia ſuſque deque habentes. Hanc iuuenilem laſciuiam meritò Ptolemæus & Ariſtobulus ſilentio potius obruendam, quàm commemoratione dignam cenſuerunt. Et facile crediderim ab alijs Alexandri facta, num-
F quam ea ſimplicitate, quæ veritatem decet, narrantibus multa, vt alias ita & hîc in maius aucta. Sed cum Plutarchus, Curtius & Diodorus huius petulantiæ meminerint, æquum non videtur, vt vni⁹ Arriani autoritate

GEDROSIAM FERTILEM.

גיא דרש *vallis exquiſita.*

CARAMANIAM.

autoritate aut diffidentiâ ducti, narrationem hanc à vero prorſus alienam credamus. Tandem vbi excuſſâ inſaniâ ſapere, & rebus ſerijs animum aduertere cœpit Alexander, omnium prouinciarum ſuarum legatis aurem præbet, & de cuiuſque merito ac causâ cognoſcens, ſi quem repetundarum aut ſacrilegij conuictum, populumue expilaſſe, aut duriùs quam par eſt habuiſſe comperiſſet in hunc ſeueriſſimè animaduertens dabat operam, vt tam diſſitas prouincias armis ac virtute ſubactas æquitatis famâ in officio contineret. Id metuẽs Harpalus Babyloniæ præfectus peculatus ac vitæ luxurioſiſſimè & inſolentiſſimè actæ ſibi conſcius in Græciam fugit cum militibus VIM. talentis VM. & primò dimiſſis circa Tænarum militibus, in Atticam fugit, deinde repoſcentibus eum Antipatro & Olympiade, corruptis auro oratoribus, redit ad milites; atq; hinc in Cretam enauigans, à Thymbrone, qui ſe amicum eius dicebat, inſidijs occiſus eſt. Id temporis Athenas regere cœpit Demetrius Phalerius, Phanoſtrati filius, Theophraſti diſcipulus, orator inſignis, tanta apud ciues charitate, vt principis inſtar Remp. adminiſtrarit annos decem, & intra trecentos dies ſtatuas æneas CCCLX. obtinuerit.

HARPALVS. *Diod.l 17. pag. 520.*

Diogenes. Laertius. Plin. l. 34. c. 6. DEMETRIVS PHALEREVS.

XXI. XIX.

A.M. 3675. V.C. 429. Ante Dn. 325. Alexandri XII. Præt. Soſicle.

Diod. l. 17. Arr. l. 6.

ALexander, cum audiſſet Nearchum expectatâ, vti iuſſus fuerat, hyemis opportunitate, nauigationem aggreſſum, & in tranſcurſu aſſumpto Leonnato iam ad Agradæ fluminis oſtium circiterue progreſſum, ipſe cum toto, qui ex Gedroſiæ deſertis euaſerat exercitu Paſargadas vrbem adit, atque ibi aliquamdiu moraturus Hephæſtionem cum maxima exercitus parte, ad Nearchum mittit, præcipiens, vt ſimul omnes per Tigridis vel Euphratis oſtium Babyloniam vel per Elæum fluuium Suſiorum fines petant. Se quoque illic opportuno tempore adfuturum. Diodorus ait Alexandrum Salmuntem in littore ſitam vrbem profectum, ibidem offendiſſe Nearchum nuper aduentantem. Sed vereor, ne id Hephæſtioni potius ab Alexandro miſſo, quàm ipſi Alexandro conueniat. Paſargadas vrbem Perſicæ gentis eſſe memorat Curtius. In eâ erat ſepultus Cyrus cum hoc elogio. *O Homo, ego ſum Cyrus Cambyſis filius, qui imperium Perſis conſtitui & Aſiæ imperaui. Ne igitur ſepulchro meo inuideas.* Et quia Orſines cruci affixus eſt, quaſi ſepulchrum illud Cyri violaſſet, ideò varia fuerunt de hac Orſinis morte iudicia, & hiſtoricorum teſtimonia maxime pugnantia. Nam Curtius innocentiſſimum & maximis virtutibus præditum Bagoæ calumnijs circumuentum prædicat. Arrianus ex Ariſtobulo teſtatur ſepulchrum Cyri proculdubio expilatum & Orſinem multorum aliorum ſacrilegiorum conuictum. Forte res ita ſe habet. Orſines (ὀρξίνην Arrianus vocat) defuncto eo Perſidis Satrapâ, quem Alexander

Curtius. Iuſt. l. 12. Plut. Alex.

ALEXANDER PETIT PASARGADA.

ORSINES DAMNAT

אוראחש נם

Digitized by Google

conſtituerat, non expectato Alexandri imperio, ſiue propter nobilitatem generis, vt pote ab ipſo Cyro oriundus, ſiue propter opum potentiam, ab ipſis Perſis fuerat electus Satrapa. Erat imprimis munificus ac liberalis, & fieri poteſt, vt cum opes propriæ largitioni non ſufficerent, B aliquot templa clanculum expilarit, & fraude circumuentos quoſdam optimates ſuis opibus ſpoliarit. Alexandro Paſargadas venienti, ipſiuſque aulicis omnibus, vnico Bagoâ ſpadone, qui Regi erat à delicijs excepto, dona obtulit ſupra quam C quiſquam antea magnificentiſſima. Nam præter gemmas, veſtes purpureas, & aurea magni ponderis vaſa, argenti ſignati dediſſe dicitur talentum quatuor millia, ſiue proprio ingenio ad liberalitatem propenſus, ſiue ſacrilegio quæſita hac largitione D tueri ſatagens. Bagoam cur inhonoratum omitteret, rogatus reſpondit amicos ſe regis, non ſcorta colere. Nec moris eſſe Perſis mares ducere, qui ſtupro effœminarentur. Bagoas hac contumeliâ irritatus, nullam omiſit occaſionem, quò ſiue falſis E ſiue veris criminationibus Orſinem opprimeret. Commodum ſe obtulit Cyri ſepulchrum, quod quidem expilatum eſſe conſtabat. Nam & ipſa oſſa diſiecta iacebant, & vrna aurea lecticæ infixa, cum auelli tota non potuiſſet, fruſtulatim diſrupta F fuerat, & teſtatur Ariſtobulus ſibi totius ſepulcri reſarciendi curam à rege eſſe commiſſam. Cum verò magi pridem ſepulcri cuſtodiæ adhibiti torquerentur, vt confiterentur à

QVASI TYMBΩΡΥΧΟΝ.

A quonam hæc expilatio facta eſſet, ipſi conſtanter pernegarunt id ſe vel perpetraſſe, vel quidquam reſciuiſſe. Plutarchus ait crimen id admiſſum à Pellæo quodam nobili nomine Polymacho. Tum Bagoas apud Alexandrum vrgere dubitari non poſſe, quin hæc imperio & fraude eius Satrapæ facta eſſent, quem videret tot vndiq; ſacrilegiorum ac latrociniorum accuſari. Ita damnatus Orſines à multis quaſi innocens, & nobilitate pariter ac virtute illuſtris deſideratus eſt. Generoſa certe refertur Orſinis morituri vox ad Bagoam ipſi inſultantem. *Audieram*, inquit, *in Aſia olim regnaſſe fœminas: hoc vero nouum eſt, regnare caſtratum.* Neque dubitatur, quin Alexander modò huic impuro Catamito gratificans, modò ſeueritatis famam captans, quin & ſuſpicaci Zelotypiâ quæuis delicta cum Maieſtatis crimine ac Tyrannidis affectatione coniuncta eſſe ſibi facile perſuadens in ſæuitiam tantò propenſior fuerit, quò antea indulgentior viſus fuerat. *Sic ſcilicet* ait Curtius *res ſecundæ valent commutare naturam.* Quid ſi ingenium hominis produnt potius quam immutant? Orſinis loco Rex Peuceſtem corporis ſui cuſtodem Perſidis Satrapiâ donauit. Is continuò regi pariter ac Perſis gratificaturus veſtes moreſq; Macedonicos Perſicis commutauit. Ibi Calanus Indus Sophiſta inanis gloriæ affectatione ſpectante Alexandro ac toto exercitu viuum ſe cremandum curauit. Idem Athenis alter Indus fecit ſpectante Cæſare. Alexander Paſargadis Perſepolim ar-

Digitized by Google

PETIT SVSAS. que hinc Suſas petit, atque ibi Perſicis delicijs ac nuptiarum pompis totus ſe tradit. Octoginta minimum Perſicas virgines ſelectas ſibi ac ſuis aulicis matrimonio copulat habitu & more Perſarum vno eodemque die ac loco omnes. Tum vt luxus inuidiam munificentiâ dilueret, non modo his octoginta, ſed & alijs decem virginum Perſicarum millibus, TALENTVM XXM PRODIGIT. quæ Macedonibus nupſerant, dotem ipſe certam aſſignauit, & maritorum debita perſoluit, atque in eam largitionem decem aut etiam viginti talentum millia impendit, præter alia immenſa munera, quæ pro ſuo cuique merito largiebatur. Sic verò poteſt Arrianus cum Curtio & Plutarcho conciliari, ſi dicamus Alexandrum vt ære alieno milites liberaret, decem talentorum millia tantum impendiſſe, adeoque ſupetfuiſſe talenta centum & triginta, ita n. legendum apud Curtium ſuadet Plutarchus. At ſi conuiuij, cui Plutarchus docet mille conuiuas interfuiſſe, & ſingulis Phialam auream datam ſumptus adnumeres tum facile conſurgent talentum viginti millia, vt volunt Arrianus & Iuſtinus. Sed nihil Macedonibus victoriarum titulo ſuperbientibus & luxu perditis ſatisfaciebat, propterea quod videbant Alexandrum Perſis quoque plurimùm gratificari, & id ſatagere, vt ipſorum Macedonum, ſi vellent, aut, ſi quid ipſi molirentur, operâ carere poſſet. Nam & triginta Perſarum peditum millia Macedonicis armis & diſciplinâ inſtruxerat, & Bactrianorum Sogdianorum &

a Curtius. Plutarch. b Arrian.

A aliorum populorum quam plurimos in amicorum [a] equitatum aſſumpſerat. Interea Nearchus cum claſſe Suſas aduenerat. Alexander Tigridis oſtium videre cupiens, Hephæſtione cum maximâ exercitus parte præmiſſo naues ingreditur. Tigris ab B Oriente, Euphrates ab Occidente Meſopotamiam diſterminantes tandem concurrunt, & mox diſſiliunt, PETIT TIGRIDIS OSTIVM. ſed ita quidem vt Euphrates pacatior & plerunque ripæ, quàm alluit altitudinem exæquans in multos alueos ac flumina diffindatur, modò C vltrò, modò arte eorum, qui huius fluminis portiunculam in ſuos agros diductam cupiunt, quia propter imbrium raritatem, agros ſuos irrigare ſæpiſſimè coguntur. Hinc fit, vt in minima ſegmenta diffiſſus in mare vadoſus ingrediatur. Atq; hæc cauſa D eſt, cur hodie nôn poſſimus aſſequi, quinam ſint ij fluuij, qui Moſi dicuntur Phiſon & Gihon. Tigris verò rapidior maiori impetu ſolum premens altas ſupra ſe ripas relinquit, atque ideò in nulla ſegmenta diſrumpitur, niſi quod magno labo- E re deducta foſſa in Euleum fluuium alueum immittit, quo quaſſatæ naues in Tigridem deuectæ ſunt. Alexander cum velocioribus in Oceanum ingreſſus poſtea Tigridem petijt. Et quia Perſæ, ne quiſquam mari aduerſo flumine delatus Babylo- F niam infeſtare poſſet, multis cataractis Tigridis curſum interruperant. SEDITIONEM REPRIMIT. Alexander cautionem hanc ſubſannans cataractas omnes æquari iubet, vt hac Babyloniam petere poſſet, Opin vrbem, vbi attigit, aliquandiu

a εἰς τὴν ἵππον τὴν ἑταιρικὴν κατελοχίσατο. Arrianus.

interquieſcens, coortam ſeditionem, magnâ virtute ac prudentiâ compeſcit. Cum n. ipſis gratificaturus veteranis ac ſenio confectis honeſtam miſſionem offeret, Macedones id ita interpretati, ac ſi maximâ Macedonum parte dimiſſâ totum ſe Perſis tradere vellet, obfirmatis animis ſimul omnes miſſionem petunt, quam cum poſt multa probra ipſis obtuliſſet, tandem ad pœnitentiam conuerſi ac veniam deprecantes teſtantur ſe imperata facturos. Dimittuntur ergo, emeritorum Macedonum decem millia, quibus cùm præter ſtipendia ad diem vſque futuri reditus numerata, talentum ſingulis largitus eſſet, per Craterum tuto deduci iubet, Antipatro mandata dans, vt totidem alios ætate florentes ad ſe adduceret, relictâ Cratero totius Græciæ curâ; hanc permutationem neceſſariam arbitratus, propter continuas & irreconciliabiles inter Olympiadem & Antipatrum ſimultates. Craterus tamen non ſatis certum, quas ob cauſſas in Ciliciâ ſubſtitit, vſque ad Alexandri mortem.

Arrianus. Diodorus.

ADIT CARAS. BAGISTANES. NESSAEOS.

Alexander Opide egreſſus Tigridis oram legens pagos Caras dictos petit. Hinc quartis caſtris Sittam & mox Sambane, tum tertijs caſtris Celonas, vbi Bœotorum coloniam olim à Xerxe deductam inuenit ad Choaſpis oram. hinc Bagiſtanam regiunculam perluſtrat, tandem incidit in câpum herboſiſſimum, quem Herodotus Neſſæum vocat, conteſtans illic CL, aut etiam CLX. Neſſæarum equarum millia à Perſarum regibus ali ſolita. Tum vero reliquis à prædonibus abactis non niſi tertia pars, h.e. L. vel LX. millia ſupererant.

Arrianus. Curtius.

ECBATANA.

In ijs agris, triginta dies commoratus, ſeptimis caſtris Ecbatana Mediæ metropolim peruenit. Septimo poſtquam Ecbatana peruentum, die, Hephæſtion obijt, quem rex mirum in modum luxit, & vt Heroa coli voluit, ac in eius funere pluſquam decem aut etiam duodecim talentum millia conſumſit. Sed & illud notandum quod addit Plutarchus, iuſſiſſe vt muli tonderentur ac equi, & circumiacentium vrbium pinnæ detraherentur.

Arrianus. Plutarch. Curtius. Diodorus. Iuſtinus.

Ecbatanorum ambitum teſtatur Diodorus eſſe ducentorum & quinquaginta ſtadiorum. Vt Alexander luctui nimium indulgens ad ſeria diuerteretur, commodum ſe obtulit Coſſæorum Vxis finitimorum defectio, quos licet & locorum aſperitas, & hyemis tum maxime rigentis ſæuitia tutari, & inacceſſos reddere videretur, nihilominus intra quadrageſimum diem perdomuit Alexandri virtus, cui nihil inuium, nihil inuictum.

COSSAEOS.

XXII. I.

Olympias CXIV. Micinas.

A. M. 3676. V. C. 430. Ante Dn. 329. Alexandri XIII.

Præt. Hegeſiâ.

BABYLONIAM. *Diod. l. 17. Arr. l. 7.*

ALexandro Coſſæis ſubactis Babyloniam petenti occurrunt quamplurimi gentium non deuictarum legati Afri, Hiſpani, Carthaginenſes, Scythæ Europæi, &, ſi Ariſto ac Aſclepiadæ credere volumus, Romani. Sed, cùm neque Ptolemæus

nec Ariſtobulus, nec Romanorum hiſtoricorum vllus id teſtetur, meritò commentum iſtud reijcit Arrianus. Impugnat Liuius. Sed parum erat id comminiſci, niſi etiam de futuro Romanorum imperio vaticinatus fingeretur Alexander. Alexandro à Babylone trecentis circiter ſtadijs diſtanti offerunt ſe vates & Chaldæi rogantes, ne Babylonem ingrederetur. Alioqui fore ipſi infauſtam Babylonem. Ille ſiue felicitatis ſuæ recordatione ſecurus, ſiue ſuſpicans per fraudem id conſilij ſibi dari, licet alioqui ſuperſtitioſis iſtis artib⁹ plus ſatis addictus, Babylonem nihilominus magnâ pompâ ingreditur, & aliquantò poſt ad perluſtranda vicina loca egreſſus, fato ſe defunctum putans ac deinceps ſecurus Babyloni exornandæ animum intendit. In vrbem regreſſus offendit Peuceſtem viginti Perſarum, Tapurorum, Coſſæorum, aliorumque circumiacentium populorum millia ipſi adducentem. Hos ita diſtribuiſſe refert Arrianus. *Diſtribuit*, inquit, *eos in Macedonicos ordines, vt Decadarches quidem imperaret decadi, iſque Macedo eſſet, ac ſub eo duo Macedones διμοιρίτης & Decaſtaterus à ſtipendio ſic dictus, quod merebatur, minus quidem, quàm Dimœrita, maius vero quàm gregarij milites. Sequebantur duodecim Perſæ, & postremus decadis, ſiue tergi dux Macedo & ipſe Decaſtaterus, vt decas complecteretur duodecim Perſas, quatuor vero Macedonas, tres quidem ſtipendio maiore, quartum decadis imperio præcellentem.* Hæc ſiue librariorum vitio ſiue nonnullâ Arriani oſcitantiâ vi-

Iuſt. l. 12.

Curtius.

Plutar. Alex.

A dentur non ſatis ſibi conſtare. Res videtur ita ſe habere. Quemadmodum hodie decimas colligere dicuntur, etiam qui non niſi decimum tertium aut etiam XVII. manipulum exigunt, ita Macedonibus δυὰς dicebatur manipulus ſedecim homi-
B nes complectens, ex quibus erant duodecim Perſæ vel Barbari. XIII verò Macedo idem quidem cum Perſis ſtipendium merens, ſed quaſi ὁ δεκάδος προεςῶτος. Supra hos erat δεκαςάτηρες, paulò amplius quam reliqui ſtipendium obtinens. Credo igitur
C horum militum ſtipendium diurnum fuiſſe ſenos obolos, ſiue drachmam Atticam, ſtipendium menſtruum, tricenas drachmas, δεκαςάτηρσιν, verò drachmas quadragenas. Sequebantur διμοιρίται duo duplò plus quam gregari⁹ miles accipiẽtes, h. e.
D ſexagenas drachmas. Alexãder exulibus Græcis gratificari cupiens & vrbium Græciæ vacillantium fidem ſibi firmare, in ludis Olympicis (Iuſtinus in mercatu Olympico) præſente vniuerſâ Græciâ, per ὀλυμπονίκου pronuntiari iubet *liberum omnibus*
E *exulibus* πλὴν τῶν ἐναγῶν, (Iuſtinus *præter cædis damnatis*) *in patriam reditum.* Erant exulum pluſquam viginti millia. Dederat autem Antipatro mandata, vt ſi qua vrbs recuſaret exules admittere, ad id vi cogeretur. Ac reliquæ quidem ciuitates exules ſuos
F non inuitæ ſuſceperunt. Ætoli vero & Athenienſes id ægerrimè tulerunt, ſed tulerunt tamen Alexandri metu. Theophraſtus Epheſius Melanthi fullonis filius, cùm in patriâ Leucippi, Athenis Platonis, dein

Diogenes. Laertius.

THEOPHRASTVS.

Ariſtotelis auditor fuiſſet, Ariſtotele Chalcidem profecto, ipſe quadragenarius ſuccedit Olympiade cxiv. Is Tyrtamus primò vocabatur, ſed Ariſtoteles Theophraſtum διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον μετωνόμασεν. Vixit annos lxxxv. Scholam tenuit annos xxvi.

XXIII. II.

A.M. 3677. V.C. 431. Ante Dn. 323. Pt. Lagidæ 1. Pr. Cephiſodoto.

Diod.l.18. Ælian l.3. Arr.l.7. Val.Max. lib.1.c.7.

ALEXANDRI MORS.

Alexander Caſſandri fraude & ingenito vitio perijt, veneno ſcilicet & crapulâ, cui ſemper addictus, ex quo Babylonem reuerſus eſt, totum ſe tradidit menſe Dæſio cuius neomenia incidit in Maj xii. Igitur Dæſij quinto apud Eumæum, ſeptimo & xv, apud Perdiccam epulatus ſequentes dies ſomno dedit, vt Ælianus ex diarijs Alexandri refert. Addit, παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τῇ πεμπτῇ μετ' εἰκάδα, τῇ δὲ τρίτῃ ἐκάθευδε, legendum πέμπτῃ, vel epulatus eſt apud Bagoam πέμπτῃ φθίνοντος, τῇ δὲ τρίτῃ ἐκάθευδε, Dæſij xxvii, ſequenti obdormijt ſimul & obijt. Arrianus ex iiſdem diarijs ait in morbum incidiſſe Dæſij xiix. Sequenti die nihilominus apud Theſſalum Medium (Iuſtinus medicum perperam vocat) Dæſij xx apud Nearchum potaſſe, ac tandem Dæſij xxviii periſſe. Addit. *Mortuus eſt Olympiade* cxiv, *Prætore Hegeſiâ. Vixit annos duo & triginta & tertij menſes octo. Regnauit annos duodecim, & hos octo menſes*, h.e. mortuus eſt exeunte primo Olympiadis cxiv anno, cùm adhuc ſupereſſent Hege- A ſiæ Magiſtratui dies xxxii. Et quia Macedones annum ab Hyperberetæo inchoant, ideò Arrianus authore Ariſtobulo dicit Alexandrum vixiſſe annos 32, menſes 8, regnaſſe annos 12, menſes 8. Eandem ob cauſam Albategnius Æram ab Alexan- B dri morte inchoat à ſequenti Tiſrin, h.e. Octobris primo, feriâ primâ. Ptolemæus verò & Cenſorinus eandem æram inchoant à ſequentis Thoth die primo, Nouembris duodecimo, feriâ primâ, annis Ægyptiacis poſt Nabonaſſarum 424, qui C conficiunt annos Iulianos 423, dies 259, vt rectè numerat Lucas Gauricus.

Theon commentario ſexto in magnum Ptolomæi opus. *Ægyptiacis*, inquit, *Nabonaſſari annis* mcxii. *detrahimus annos* ccccxxiv, *quæ in Alexandri morte finiuntur, ſuperſunt que* D *anni Philippici* dclxxxviii. Hieronymus in Danielis caput nonum. *Mortuus eſt*, inquit, *centeſimâ tredecimâ. Olympiade, anno ducenteſimo trigeſimo ſexto, regni Perſarum quod cœperat primo anno quinquageſimæ quintæ Olym-* E *piadis, quo tempore Cyrus Babylonios ſuperauit*. Mendum hîc manifeſtum eſt. Nam pro *tredecimâ* legendum *quartâ decimâ*. Ioſephus in Appionem lib. 1. *Omnes fatentur Alexandrum obiiſſe Olympiade centeſimâ decimâ quartâ*. Sed & Cyrus regnare qui- F dem cœpit primo Olympiadis lv anno exeunte, ſed in Perſide, non Babylone.

Alexandrum tantopere viuum ſuſpexit & dilexit, defunctum deſiderauit Syſigambis Darij mater, vt-

cum poſt octoginta fratrum ab Ocho interfectorum cædem, poſt vnicæ filiæ mortem, poſt filium regno ſimul & vitâ ſpoliatum viuere ſuſtinuerit, auditâ Alexandri morte conſternata, inediâ mori decreuerit, & reuerâ quinto poſt die, non tam inediæ, quàm doloris vi oppreſſa perierit. Alexandro viciſſim tanta fuit animi magnitudo, vel in ſuos ἀστοργία, & in omnes inuidia, vt rogatus, quem regni ſucceſſorem eligeret, cùm haberet fratrem Aridæum, Herculem filium, & Roxanem vxorem grauidam, tamen reſpondere maluerit, *Digniſſimum*, tantum non glorians, quod hac voce veluti iacto diſcordiæ malo, & claſſico dato præuideret Macedonas multorum hominum ſtrage ſibi parentaturos. Poſtea, cùm iam in ἀφωνίαν incidiſſet, forte an mutato conſilio, detractum ſibi annulum Perdiccæ digito inſeruit. Itaque poſt Alexandri mortem, poſt aliquot inter equites ac pedites iurgia tandem propter Herculis infantiam & Aridæi inſanabiles morbos Perdiccam regni ἐπιμελητὴν inſtituerunt Macedones, Aridæo vero regis nomen impoſuerunt.

ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΣ I. PERDICCAS.

Perdicca igitur ex Macedonum conſilio à Babylonia quidem Orientem verſus ſingulas Satrapias eo reliquit loco ac ſtatu, quem Alexander inſtituerat. At à Babyloniâ verſus Occidentem omnia mutauit. Nam & Antipatro Macedonia reddita, Cratero vero Cilicia, Caſſandro Caria, Ptolomæo Ægyptus, Laomedonti Syria, Eumeni Paphlagonia & Cappadocia cum circumiacentibus

A gentibus nondum deuictis, Antigono Pamphylia, & Phrygia maior, Meleagro Lydia, Leonaro Phrygia Helleſponto propior, Lyſimacho Thraciæ datæ ſunt. Græci aliquot per Colonias diſtributi audita Alexandri morte res nouas moliuntur. B Ad hos comprimendos Pithonem mittit Perdicca adiecto mandato, vt omnes iſti perduelles internecioni tradantur, & ſpolia Macedonibus diuidantur. Pithon contra Græcorum beneficio putabat res ſuas augere, itaque conatur eos ad ſe allicere C potiùs quàm vincere. Sed allectos & captos Macedones neglecto Pithonis iureiurando, contrucidarunt omnes, & ſpolia inter ſe partiti ſunt. Athenienſes, cùm exules ſuos inuitiſſimi ſuſcepiſſent, auditâ Alexandri morte, recuperandæ libertatis D ſpem recipiunt, reliquoſque ad vindicandam Græciæ libertatem cohortati multos ad ſe alliciunt, ac Leoſthene duce Argiuis, Ætolis, Theſſalis & alijs in ſocietatem pertractis, octo emeritorum Alexandri militum millia conducunt, ipſi quinque E politicorum pedirum, duo mercenatiorum millia armant, & quingentos equites. Æſchines ab Athenienſibus in exilium ante decennium pulſus Rhodi agebat calamitatem ſuam æquo animo ferens ac tantumnon ſibi gratulans, quod tranquilliùs F quàm pridem in patria ageret. Ille quantumuis iniquè à ciuibus acceptus tamen fidele conſilium dare auſus eſt, ne ad hoc bellum accingerentur. Eos tanto oneri plane impares eſſe. Demoſthenes côtrà, licet & ipſe

ATHENIENSIVM TEMERITAS.

Æſchines epiſt. 1. 5. & 11.

Demoſth. epiſt. I.

tum abſens, tamen per literas ſpecioſius quàm vtilius conſilium dabat.

Fruſtra fuit Æſchines. Surdæ erant ad ſana conſilia Athenienſium aures. Et primò felix viſa eſt temeritas. Athenienſibus, adiungũt ſe alij quamplurimi. Antipater tredecim Macedonum millia & ſexcentos equites Athenienſib⁹ militum numero præpollentibus opponens vincitur & Heracleam vel potius Lamiam fugere ac ibi ſe aliquandiu continere cogitur.

Iuſt. l. 13. Diod. l. 8. Plutar. in Phocione.

FACTIONES INTER SVCCESSORES ALEXANDRI.

Leoſthenes Lamiam obſidens perſtrenuè, ac tantum non obtinens, ab Ætolis domum redire cupientibus deſeritur, & in excurſione quadam ab Antiparro factâ generoſè pugnans occiditur. Leonnatus Antipatro opem laturus ex Macedonia colligit peditum viginti, equitum duo millia & quingentos. Antiphilas Leoſtheni ſubſtitutus, cum ipſi adhuc ſupereſſent, peditum viginti duo, equitum fere quatuor millia obſidionem tamen ſoluere coactus, vt Leonnato obuiam iret, prœlio congreſſus, Leonnatum fortiter pugnantem occidit. Sed continuò poſt Antipater obſidionis tædio liberatus & profugas Leonnati copias aſſecutus in Macedoniam ſe recipit Antiphilo propter locorum aſperitatem, inſequi non audente. Sed Eetion CLXX nauibus Atticis Clytum CCXL naues Macedonicas regentem aggredi auſus bis prœlio nauali vincitur circa Echinadas inſulas. Simul & Ptolemæus Lagi filius ab Ægyptijs propter æquitatem lubentiſſimè exceptus & Soter dictus,

A ſed à Perdicca ſibi metuens, cum Antipatro ſocietatem inijt. Nec non & Lyſimachus Thraciam obtinẽs, tum propter locorum viciniam, tum propter barbarorum metum. Perdicca Ariarathem Cappadocum regem, qui ne Alexandri quidem ad alia

B properantis iugum ſuſceperat, triginta peditum, quindecim equitum millibus armatum viuum capit & cruci affigit. Cæterum etiamſi Ptolemæus Lagi filius Soter dictus ſeptimo demum ac decimo poſt anno regis nomen aſſumpſerit, tamen,

C quia eo ipſo, quo Alexander obijt, anno Ægyptum obtinuit, ac deinceps ad obitum vſque retinuit, ideo ab eodem anno Pt. Lagidæ ſiue Soteris annos inchoamus.

XXIV. III.

D A. M. 3678. V. C. 432. Ante Dn. 322. Pt. Lagidæ II. Pr. Philocle.

Diod l. 8. Iuſt. l. 13.

CRaterus cum hactenus in Cilicia manſiſſet, auditis Græciæ tumultibus, in Macedoniam pergit,

E ſecum ducens peditum tredecim millia, equites mille quingentos, Antipatroque lubenter cedit. Ita colliguntur peditum grauis armaturæ quadraginta, ſagittariorum tria, equitum quinque millia. Cum iam τοῖς Ἀττικίζουσι ſiue Græcis ſupereſſent

F tantum peditum viginti quinq; millia, equites ter mille; reliquis iam per ſtolidam ſecuritatem ad ſua dilapſis.

ATHENIENSIVM FACTIO DISSIPATA.

Prœlio περὶ Κράνωνα, commiſſo ceciderunt Macedones cxxx, Græci quingenti. Sed maior quàm pro clade conſter-

consternatio Græcorum Ἀπλιζόντων A animos occupauit, adeò vt Antiphilus & Menon præcipui duces coacti ſunt ad Antipatrum mittere, qui de communi pace agerent. Ille reſpondit ſe cum ſingulis ciuitatibus ſeorſim acturum, interim infirmiſſimas quaſque ciuitates vltimi excidij me- B tu adigebat ad pacem ſeorſim poſtulandam. Atque ita paulatim vniuerſæ priuatim veniam deprecantes ſibi quæque pacem obtinuerunt. Athenienſes hoc modo deſtituti, coacti ſunt eas pacis conditiones admittere, quæ victori placerent. Antipa- C ter tamen, clementiùs quàm ipſi putabant, victoriâ vſus, hoc vnum exegit, vt præſidium ſuſciperent, vt Democratia in Ariſtocratiam commutaretur. De Samijs exulibus res Regibus committeretur. Perdicca omnes reuocari iuſſit, & bona poſtlimi- D nij iure reſtitui poſt exilium annorum XLIII. Reip. adminiſtratio Athenis nemini commiſſa, qui non vt minimùm, duo drachmarum millia poſſideret. Hi κληματικοὶ vocabantur, quorum inuenta ſunt nouem millia. Reliqui δημοτικοὶ dicti à Reip. E adminiſtratione excluſi, vt pote quibus bellum pace vtilius videretur. Quidam etiam in Thraciam abducti, numero plures quam vicies & bis mille. Ita Lamiaco bello finis impoſitus. Plutarchus in Phocione non niſi duodecim hominum millia me- F morat, qui à Reip. adminiſtratione prohibiti fuerint.

DEMOCRATIA SVBLATA.

Perdicca Larandam & Iſauriam Piſidiæ vrbes propter ea quod adhuc viuente Alexandro defecerant, funditus perdere cogitat, & Larandam quidem facile ſubuertit. Iſaurij vbi viderunt ſe vim Perdiccæ effugere non poſſe, ſe liberoſque ſuos, omnes communi incendio perdiderunt. Antigonus quoque Perdiccæ ſæuitiam metuens ad Antipatrum confugit, eumque docet, quàm ſit dubia Perdiccæ fides, & quænam eius mens ac ſtudium inuadendæ Tyrannidis, repudiatâ Nicæâ Antipatri filia & ductâ Cleopatrâ Alexandri ſorore. Hæc cauſa fuit cur Antipater vltimum Ætolis excidium machinatus in commodius tempus diſtulerit, atque ita cum Cratero pepigerit, vt ipſe quidem Europæ, Craterus vero Aſiæ, Ptolemæus Africæ imperium ſibi vendicarent. Nam Ptolemæus etiam Cyrenaicam prouinciam inteſtinis diſſentionibus laborantem armis Ophellâ duce ſibi adiunxerat.

PERDICCAE SAEVITIA EXOSA.

XXV. IV.

A. M. 3679. V. C. 433. Ante Dn. 321. Pt. Lagidæ III. Pr. Philocle.

Aridæus Alexandri frater cum biennium propemodum conſumpſiſſet in funeris apparatu, tandem ad iter inſtitutum ſe accingit ineunte vere, corpus Alexandri, prout ipſe iuſſerat in templum Iouis Hammonis deportaturus. Erat corpus incluſum pheretro aureo ſuperne, de plauſtro dependebat φοινικὶς, in qua recondita erant arma Alexandri. Plauſtri fornix erat ex ſquamis aureis & lapillis pretioſis extructa. Cu-

Diod. l. 18.

Iuſt. l. 13.

ALEXANDRI FVNVS.

ius latitudo erat octo, longitudo duodecim cubitorum. Sub fornicis tecto pheretri lateri adiacebat thronus aureus quadrangularis innumeris ornamentis inſtructus, in quibus materiam ſuperabat opus. Tantam molem vehebant exquiſitiſſimi muli ſexaginta quatuor. Aridæo obuiam occurrit Ptolomæus pompæ curam ſuſcepturus; ſed itineris tædium cauſatus, Alexandriæ ſubſtitit, & in auguſtiſſimo templo corpus Alexandri recondidit. Perdicca forte hoc prætextu ſumpto in Ptolomæum quaſi perduellem & maieſtatis reum arma mouet. Alcetæ fratri, Eumeni & Neoptolemo, Aſiam aduerſus Antipatrum & Craterum tutari iubet. Erant Antipatro Macedonum peditum viginti, equitum duo millia: Eumeni peditum vndique collectorum viginti, equitum quinque millia. Neoptolemus ad Antipatrum odio Eumenis transfugit, ſed prius ab Eumene victus & caſtris ac peditatu ſpoliatus eſt. Prælio commiſſo Craterus dextrum agmen agens, equo delapſus prætereuntium pedibus proculcatur. Neoptolemus cornu ſiniſtrum regens ab Eumene occiditur. Ita equites vtroque cornu in fugam verſi. Pedites equitum clade conſternati veniam ſecedendi ab Eumene deprecantur. Sed vbi primum cibo ſumpto, vires colligere licuit, tum contra fidem ad Antipatrum redeunt, qui non tam ſocijs orbatum, quam æmulis imperij liberatum ſe reputans, tantò acriùs & alacriùs bellum inceptum perſequitur. Neue Macedones iu-

PERDICCA BELLVM MOVET IN ANTIPATRVM.

A riſiurandi violati religio timidiores redderet, non iam in Eumenem ſed in ipſum Perdiccam arma conuertit. Contigit hæc pugna decem diebus poſt eam, qua Neoptolemus deſertionem moliens ab Eumene detectus & victus fuerat. Perdicca B in Ægyptum iam mouerat & primò oppidulum fruſtra aggreſſus, tum circa Memphim Nilum traijcere conatus, magnam ſuorum militum partem amittit. Cum enim iam non pauci non ſine labore ac periculo traiecissent, ſupra aquam vix mento C tenus extantes, tandem paulatim equorum peditumque pedibus cedente ac ſubſidente ſabulo reliquis traijciendi fluminis facultas omnis adempta eſt. Ita Perdicca cum equitibus remeare, & eos qui iam traiecerant pedites deſerere coactus eſt. D Hæc calamitas totum exercitum tantopere exacerbauit, vt tum quidam immerentem Perdiccam, ſed pridem propter faſtum pariter ac ſæuitiam exoſum, impetu facto contrucidarint. Mox, qui virtutem incolumem oderant inuidi, ſublatam E ex oculis nec quicquam deſiderarunt, tanto lugubriùs, quod biduo poſt accepta eſt illuſtriſſima Eumenis de Cratero ac Neoptolemo occiſis victoria. Ita Perdicca cum ferè triennium imperaſſet, ſtrenuus quidem, ſed impius pari cum crudelitate F perfidiâ captatam tyrannidem amiſit. Quin artibus Antipatri continuo poſt recruduit ira in Perdiccam tantâ atrocitate, vt illuſtriſſimi quique Perdiccæ amici, quaſi totidem perduelles, & maieſtatis manifeſti Ma-

IN PTOLEMAEVM.

OCCIDITVR.

CVM SVIS.

cedonum omnium ſententiâ capite A damnaretur. Ita obuijs quibuſque confeſtim iugulatis, in abſentes bellum indictum, puta in Alcetam, Eumenem & alios.

MORS ARISTOTELIS.

Eodem anno ἐπὶ Φιλοκλέους obijſſe Demoſthenem, & Ariſtotelem teſtatur Diogenes Laertius. Et Ariſtote- B les quidem vixit annos LXIII. vt pote natus primo Olympiadis XCIX. anno, V. C. 370. Platonem audire cœpit ἑπτακαιδεκαέτης. V. C. 386. eumque audijt annos viginti vſque ad primum Olympiadis CVIII. annum ἐπὶ Θεοφίλου V. C. 406. quo Plato mortuus. C quarto eiuſdem Olympiadis anno V. C. 409. Mytilenem profectus eſt. Alexandrum πεντεκαιδεκαέτη docere cœpit ſecundo Olympiadis CIX. anno V. C. 411. ἐπὶ Πυθοδότου. Athenas redijt ſecundo Olympiadis CXI. anno V. C. 420. In Lycæo docuit D annos tredecim vſque ad tertium Olympiadis annum V. C. 432. quo Chalcidem profectus eſt, vt pote impietatis ab Athenienſium Hierophantâ damnatus, ibique non multo poſt obijt.

Euſebius. Chron. ONIAS.

Iudæorum Pontifex maximus Onias Iaddi filius clarus habetur. Ita Iaddi E duam vocat Euſebius, hanc Sacerdotum ſucceſſionem paulò negligentiùs referens. Pridem enim obierat Iaddua.

XXVI. V. Olympias CXV. F
A. M. 3680. V. C. 434. Ante Dn. 320. Pt. Lagidæ IV.
Pr. Apollodoro.

AETOLORVM AVDACIA.

ÆToli Perdiccæ, quem occiſum ignorabant, gratificari cupientes, cum duodecim peditum millibus, equitibus quadringentis in Theſſaliam irrumpunt, Alexandro duce, & Polyclem Antipatri ducem acie fundunt, atque ita Theſſalos multos conterritos ſibi adiungunt, adeò vt aliquantò poſt peditum viginti quinque millia collegerint, equites mille quingentos. Sed ab Acarnanibus inueterato odio Ætoliam deprædantibus ad ſua tutanda pedem referre coacti ſunt, relicto Menone, qui Theſſaliam tueretur, quem Polyſperchon ex Macedonia aduenîens nullo negotio profligauit. Perdiccâ amoto, Pithon Aridæo ἐπιμελείας collega datus, cum videret ſe ab Eurydice reginâ muliebri impotentiâ iniquè exagitari, vltrò abdicat. Antipater aliquantò poſt aduenîens in Pithonis locum ἐπιμελητὴς ſubſtitutus, Eurydicem etiam tum tumultuantem partim iniecto metu, partim blanditijs placat. Acta hæc Triparadiſi vrbe ſuperioris Syriæ. Tum Antipater nouam prouinciarum ſortitionem inſtituit. Babyloniam Seleuco, Antigono Suſianam committit. Ptolemæo tamen Ægyptus, Laomedonti Syria relicta, quam non multo poſt Ptolemæus inuaſit & incredibili diligentiâ ac felicitate breui temporis momento totam occupauit. Antipatro Perdiccæ cædes tam accepta fuit, vt Antigono, qui primus in eum impetum fecit, præter Suſianam totius exercitus regij præfecturam commiſerit,

Diod. l. 18.

REPRIMITVR AB ACARNANIBVS.

Iuſtin. l. 13.

ANTIPATER ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΣ.

ANTIGONI OPERA.

Digitized by Google

EVMENEM ADORITVR.

vt his copijs armatus Eumenem debellaret. A Supererant Eumeni peditum fere viginti, equitum quinque millia. Antigonus non niſi peditum decem, equitum duo millia penes ſe habebat. Sed plerique Macedones erant, ijque lectiſſimi. Præterea Apollonidem largitione corruptum B eò impulit, vt in ipſo prælij conflictu nec opinantem à tergo adortus facile oppreſſerit. Ita proditus Eumenes, cum paucis amicorum intimis numero vix ſexcentis in arcem munitiſſimam Nora dictam confugit, ſummâ laborum & inediæ pa- C tientiâ, morumque dulcedine, integritatis fiduciâ, ac prudentiâ ſingulari milites & amicos in officio continens, ſatis ſibi perſuadens non poſſe diu res eodem loco ſtare, cùm & vana reges nomina præferrent, & præfecti pariter omnes proprium ſi- D bi quiſque regnum adſtruentes, omnia ſuſque deque haberent. Interim anni integri obſidionem ſuſtinuit, cum aqua quidem ſal & frumentum ipſi non deeſſet, ſed præterea nihil ſuppeteret.

XXVII. VI.

A. M. 3681. V. C. 435. Ante Dn. 319. Pt. Lagidæ V.

Diod.l.18. *Iuſt.l.14.*

ALCETAS.

ALcetas auditâ fratris Perdiccæ nece, Antipatrique potentiâ & coniuratione in omnes Perdiccæ amicos, Piſidiam prouinciam viris ſtrenuis inſtructiſſimam, & locorum ſitu munitiſſimam ſtatuit omni beneficiorum ratione ſibi demereri, idque tanta induſtria præſtitit, vt prouincialium maximè iuuenum omnium animos ſui quam ſtudioſiſſimos reddiderit. Antigonus Eumenis à ſe fugati copijs auctus relicto idoneo ad obſidionem Noræ arcis præſidio, in Alcetam eiuſq; ſocium Attalum claſſis præfectum iter ſuſcipit, tantâ celeritate, vt licet elephantos quamplurimos, peditum quadraginta, equitum ſeptem millia ſecum duceret, tamen ſeptem diebus bis mille ac quingenta ſtadia confecerit, à Cappadocia in vrbem vſque Piſidiæ Cretenſium dictam. Hoc modo Alcetam nihil tale cogitantem imparatum deprehendit & Piſidiæ aditus alioqui inacceſſos nullo obſiſtente pertranſijt, & edito ac tuto loco caſtra metatus eſt. Alcetas licet viribus impar, cui nongenti tantum equites, peditum ſexdecim millia adeſſent, tamen prælij aleam tentare ſuſtinuit. Sed Antigonus ex edito loco pugnans & viribus longe ſuperior Attalum occidit, Alcetæ copias facile profligauit & mox impunitatis ac munerum pollicitatione ſuis adiunxit, Piſidæ tamen omnes E numero ſexies mille Alcetæ fidem ſeruarunt, & incolumem Termeſſum perduxerunt. Sed ſenes primò verbis temeritatem iuuenum caſtigare, qui in vnius Macedonis gratiam, patriam perditam velint, dein, F vbi ſe monitis nihil proficere vident, clam ad Antigonum mittunt polliciti ſe Alcetam ſiue viuum ſiue mortuum ipſi tradituros. Accederet tantum & Termeſſum obſidione tentans iuuenum animos crebris velitationibus extra vrbem alliceret.

AB ANTIGONO VINCITVR.

A PISIDIS CONFODITVR.

Digitized by Google

Dum id facit Antigonus & Termeſſi iuuentus audaciùs quam prudentiùs Antigoni milites fugam ſimulantes identidem longiùs inſequitur, Senes Alcetam ad cuſtodiam ac regimē vrbis in præſidio manentem aggreſſi, confodiunt, eiuſq; cadauer ad Antigonum mittunt, quod Antigonus indignis toto triduo affectum cōtumelijs tādem inſepultum abiecit. Iuniores hoc audito in tantam iram exarſerunt, vt prope abfuerit, quin patres ſuos cum totâ vrbe concremarint. Tandem ira in hoſtem verſa, quia iuſto bello non poterant, Antigoni prouinciam lattocinijs infeſtant.

POLYSPERCHON ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΣ.

Antipater cum reges in Macedoniam perduxiſſet, & ſe morbo ſenioq; confici videret, dedit operam vt regum tutela ac regni adminiſtratio [a] Polyſperchonti committeretur. Caſſandro vero filio quem ob ætatem nondum tanto oneri parem cenſebat, præter Cariam Chiliarchi munus tum nobiliſſimum traderetur, neque multo poſt moritur.

[a] *Iuſt l.14. & Plutar. Phocione. Diodor. lib.18.*

INVISVS CASSANDRO.

Antipatro defuncto Caſſander indignatus Polyſperchonta ſibi prælatum, & inique ſe à patre habitum clam apud ſuos conteſtatus, inito cum Ptolomæo & Antigono fœdere aduerſus Polyſperchonta coniurat.

ANTIGONO.

Antigonus viciſſim tot hoſtibus debellatis, tot virium acceſſione auctus, vtpote cui adeſſent elephanti triginta, equitum decem, peditum ſexaginta millia, totius Aſiæ imperium ſibi vendicare ſtatuit, excuſſo regum ac tutorum iugo. Ad eam rem Eumenem pati cum fortitudine prudentiâ præpollentem anni inte-
A gri obſidione fatiſcentem, & iam vltima metuentem reſtitutâ Cappadociæ Satrapiâ ſibi conciliat, & totius Aſiæ ſatrapas, qua minis, qua promiſſis ſibi adiungere aut ſubuertere tentat Arridæum (alium, vt credere par eſt, ab Alexandri fratre) Hel-
B leſponti Satrapam, & Clytum Lydiæ præfectum aperto bello adoritur. Cauſatus Arridæum Cyzicum Græcam vrbem immeritentem inique obſediſſe, & Arridæo Clytum opem tuliſſe, Epheſum in tranſcurſu occupat, atque ibi ſexcenta talenta, quæ
C ad reges ab Æſchilo Rhodio perferebantur.

XXVIII. VII.

A. M. 3682. V. C. 436. Ante Dn. 318. Pt. Lagidæ VI.

D
Pr. Archippo.

Diod. l.18. Iuſt. l.14.

POlyſperchon, vt aduerſus Caſſandrum Ptolomæi & Antigoni ſocietate iam palam ferocientem ſe tutaretur, veritus, ne Græcarum vrbium præfecti ab Antipatro inſtituti
E in filium ipſum Caſſandrum propenſiores eſſent promulgato regum nomine edicto omnes Oligarchias poſt Alexandri in Aſiam tranſitum inſtitutas ſubuerti, omnia præſidia deijci, omnia in eum ſtatum reſtitui iubet, qui ſub Philippo & Alexandri
F primordijs erat. Idque intra *τὴν τοῦ Ξανθικοῦ μηνὸς τριακάδα*, h. e. intra Aprilis XVIII. Polyſperchon præterea ſcribit ad Eumenem, cogitet, quàm hoſtiliter ab Antigono habitus ſit, quàm parum tutò Caſſandro ob ve-

POLYSPERCHON OLIGARCHIAS ABOLET.

EVMENEM SIBI CONCILIAT.

tus Antipatri odium cõfidere queat. A Maturè igitur ſibi proſpiciat, & regibus potiùs, quàm infidis perduellibus fidem & obſequium præſtet. Nec abnuit Eumenes honeſtiorem ac tutiorem ſibi fore ratus ſub regibus, quàm ſub prædonibus militiam. Neque verò erat, quod metueret, B ne periurij ipſum incuſaret Antigonus. Eumenes n. conſultò in iuriſiurandi formula, qua fœdus cum Antipatro inijt, dixit ſe eoſdem habiturum hoſtes, & amicos, quos Antigonus, Olympias ac Reges, & quia abſente Antigono Hierony- C mus Antigoni loco fœdus illud inibat, verebaturque ne formula hæc Antigono ingrata eſſet, Eumenes, ne ad Antigonum res referretur, dixit ſe non alia iuriſiurandi formula vſurum, quàm, quæ à Macedonibus, à quibus obſidebatur, probaretur. D Itaque Macedonum ſuffragijs comprobatam formulam admittere coactus eſt Hieronymus, quæ poſtea Antigono plurimum diſplicuit. Sed iam euaſerat cum ſuis Eumenes, Antigonoque meritò diffidens ſecuritati ſuæ conſulebat. Mandata con- E tinuò Ciliciæ Satrapæ, ac Regijs quæſtoribus, vt Eumeni tradantur omnes Argyraſpides, numero ter mille, & quingenta, immo & plura, ſi opus ſit, talenta ad milites conſcribendos. Ad Olympiadem quoque, quæ pridem Antipatri odio ac metu F in Epirum ſeceſſerat ſcribit Polyſperchon, redeat ſecura, & nepotum curam, adminiſtrationemque regni ſaltem ex parte ſuſcipiat. Sed Olympias ægrè ferens Polyſperchonti tu-

EVMENES ASIAE DVX.

toris nomine Regem agenti ſe ſubijcere, honeſtas ad Eumenem ſcribit literas, vnum ex fidis Alexandri amicis ſupereſſe, tanti imperij adminiſtratione regumque tutela dignum; veniret ergo opem filijs & ſibi laturus. Eumenes Aſiam nondum poſſe deſeri conteſtatus, monet interim in Epiro maneat, dum paulo tranquilliore loco res eſſe poſſint. Ipſe licet à Polyſperchonte & Olympiade Aſiæ ϛρατηγὸς ἀυτοκράτωρ denuntiatus, tamen memor, vnde euaſerat, inuidiam ingenij moderatione temperandam ratus Argyraſpidem ſe non ducem, ſed commilitonem præferens omnium animos tantò ſibi deuinctiores & obſequentiores reddidit, quò imperium modeſtiùs recuſabat. Sed & modeſtiam ſuam commento communijt. Cum enim videret Tentamum & Antigenem, non lubenter domum ſuam inuiſere, nec æquum eſſet, vt ipſe in illorum ædes ſe conferret, finxit noctu ſibi viſum Alexandrum, imperantem, vt ſibi ædes & ſtatua throno aureo inſidens conſecraretur, ibi ſe ſuo numine ad futurum & illorum conſilijs præſidem futurum. Res ab omnibus plurimum probata. Atque ita primatus controuerſia ſublata omnia, quaſi ipſius Alexãdri auſpicijs geſta, etiam gregarijs militibus longe auguſtiora videbantur. Sed artibus Antigoni rurſus in ſummum diſcrimen coniectus eſt. Nam legatum Philotam ac triginta Macedonas ad Argyraſpidas mittit, qui primò ducum & præcipuorum militum animos priuatim tentarent, ſi forte largitione aut mu-

AB ANTIGONO OPPVGNATVS.

Digitized by Google

neruni pollicitatione induci poſſent
ad inſidias aduerſus Eumenē ſtruen-
das. Et reliqui quidem præmia perfi-
diæ generoſè recuſarunt. Tentamus
primò corruptus Antigenem quoq;
ad ſuas partes perducere conatur.
Antigenes contrà monet nec hone-
ſtum nec vtile eſſe id conſilium. An-
tigonum n. generis ac potentiæ fi-
ducia imperium ſibi & amicis ad-
ſtruere. Itaque mox non modo pro-
miſſa denegaturum, ſed ea ipſa detra-
cturum, quæ iam poſſideant. Eume-
nem verò, tum quia peregrinus, tum
quia fidei obſeruantiſſimus, tale
quidpiam nec audere, nec cupere.
Vbi Philotas cuniculos nil profuiſſe
videt, tum arietem adhibiturus con-
uocat milites, literas Antigoni ad
exercitum legit, quibus dictatoria
confidentia imperabat, vt Eume-
nem Macedonum ſententia capite
damnatum, quam primum morte
afficiant, ſin minus, omnes quam-
primum meritas perduellionis pœ-
nas luituros. Exterruerunt Argyra-
ſpidas hæ minæ, cumque modo re-
ges, modo Antigonum extimeſcen-
tes velut inter ſacrum & ſaxum ani-
mo fluctuarent, ſuperuenit Eume-
nes, qui laudum aculeis, & ora-
tionis eloquentia collabentes ani-
mos in tantam fiduciam erexit, vt
metu in iram verſo Regibus ac Eu-
meni longè quàm antea fideliores
& in Antigonum efferatiores facti
ſunt. Poſt hæc Phœniciam petit na-
ues, quamplurimas poſſet, inſtructu-
rus. Sed cum hinc Antigonus, inde
Ptolemæus vrgeret, coactus eſt ad
Seleucum in Babyloniam confuge-

AD SELEVCVM FVGIT.

A re, vt inde copias acceſſeret. Atque
hoc ipſum iter non ſine maximis pe-
riculis perfecit. In Græcia quoq; Po-
lyſperchon modo truculentis ami-
corum Antipatri cædibus multorum
animos exaſperans, modo ſtolida
cunctatione multa è manibus efflue-
B re ſinens odium ſimul & contem-
ptum excitauit ſui. Nam & Mega-
lopitas Caſſandro palam ſtudentes,
nec quicquam obſedit. Et Athenien-
ſes per ignauiam coegit propemo-
dum ad Caſſandrum deficere. Quip-
pe Caſſander, vbi patrem Antipa-
C trum reſciuit regum tutelam Poly-
ſperchonti commiſiſſe, continuò
Nicanorem Antipatri nomine Athe-
nas miſit, qui Menylli loco Muny-
chiam tutaretur. Demadem verò
(quem ſciebat ab Antipatro num-
mos plurimos expiſcatum & nihilo
D minus ad Antigonum ſcripſiſſe in
Macedoniam traijceret, à vetere &
putrido filo pendentem) cum filio
crudeliter occidit. Athenienſes, vbi
reſcierunt Antipatrum defunctum,
non tam in Caſſandrum, quam in
Phocionem exarſerunt, quaſi co-
E gnitam ſibi Antipatri mortem diſſi-
mulaſſet. Phocion verò pro ſua pru-
dentia in hoc vitium incubuit, vt Ni-
canor imperio moderato contentus
à rapinis abſtineret. Vbi Diploma re-
gium Athenas peruenit, continuò
Nicanorem circumſiſtunt ciues ro-
F gantes, vt confeſtim Munichia diſce-
deret. Ille moras nectens, & Caſſan-
dro fidem præſtare ſatagens, etiam
Pyræum occupat. Rurſus Athenien-
ſes in Phocionem quaſi fraudis con-
ſcium commouentur. Polyſper-

Digitized by Google

chon Athenas non tam in libertatem vindicare, quàm Caſſandro eripere, & ſibi adiungere cupiens Alexandrum filium cum exercitu mittit, qui Athenienſibus opem ferat. Sed Caſſander cum nouis viribus adueniens, huius adoleſcentis conatus facile eluſit.

Gell.l.11. c.9. & 10. — DEMADIS, ΔΩΡΟΔΟΚΙΑ.

Quod apud Gellium Critolaus Peripateticus Carneadis æqualis tribuit Demoſtheni, C. verò Gracchus Demadi, id Demadi potius conuenire videtur. Orauerat is aduerſus Mileſios & die ſequenti oraturus erat, ac plura grauioraque dicturus. Mileſij ſilentium pretio emercantur. Orator in forum quidem prodit, ſed lanâ fauces ac colla reuinctus, quaſi συνάγχην pateretur. Tum vnus è populo exclamauit, Non eſſe hanc συνάγχην, ſed ἀργυράγχην. Fuit ſanè Demades tam δωροφάγος, quàm Phocion ἀδέκαστος, cùm vtrumque complecteretur Antipater impenſiſſimé. Demoſthenes videtur in populo reprehendo liberior & παρρησιαστικώτερος fuiſſe, quàm vt auderet tam apertè δωροδοκεῖν.

I. VIII.

A. M. 3683. V. C. 437. Ante Dn. 317. Pt. Lagidæ VII. Pr. Demogene.

Polyſperchon Athenas cum toto exercitu regio iter ſuſcipere cogitur. Sed priùs mittit, qui moneant non poſſe ſe Athenienſibus ſuccurrere, niſi & ipſi dent operam, vt à proditoribus, quos ipſe deſignabat, liberentur. Ita optimi quique *Diod.l.18. Iuſt.l.14.*

A ciues Phocion, Nicocles, Thudippus, Hegemon, Pytholes comprehenſi, indicta cauſſa damnati, & cicutam bibere iuſſi ſunt. Idque tam præcipiti feſtinatione, vt cum in ſolenne feſtum incidiſſent, ne vnius quidem diei dilationem diſtulerint, *Plutar. in Phocione.* PHOCIONIS MORS.

B adeò exarſerat in Phocionem innocentiſſimum hominem ira plebis, quaſi ille vnus Comitiorum ius pauperibus eripuiſſet. Factum id Aprilis XXVI, Munychionis XIX, qua prodire ſolebant equites vt pompam Ioui mitterent. Sed nihil profecit Polyſperchon hac tam iniqua cęde: Cum

C n. frumenta non ſuppeterent, vnde exercitum ſuum aleret, coactus eſt in Arcadiam arma conuertere, vt Megapolitas obſideret, idque, vt diximus, irrito conatu. Itaque Athenienſes nihil iam à Polyſperchonte

D ſperantes coacti ſunt Caſſandro ſe dare, & Phocionis mortem ſeriò ſed ſerò lugere. Vixerat is annos quinque & ſeptuaginta tam inculpatè, vt χρηστοῦ cognomen adeptus ſit. *Virtutem incolumem odimus ſublatam ex oculis quærimus inuidi.* Cicutam bibi- *Ælian. lib. 3. c. vlt. & l. 12. c. 49.*

E turus rogatur ab amicis, nunquid filio mandatum velit. Ἐπισκήπτω, inquit, αὐτῷ μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακεῖν ὑπὲρ τῆς φιλοτησίας, ἧς νῦν πίνω. *Veto meminiſſe philtri, quod ab Athenienſibus mihi propinatur.*

Phocionem Antipater tanti facie-

F bat, vt omnia, quæ Athenienſibus largiebatur, in Phocionis gratiam ſe gratificari teſtaretur. Cumque idem profiteretur ſibi duos potiſſimum Athenis eſſe clientes, Phocionem, & Demadem, Phocionem, inquit, nunquam

nunquam inducere potui, vt quid-
quam acciperet: Demadem vero
muneribus nunquam explere potui.
Idem Phocion ab Alexandro vrbem
vnam, & talenta centum, ab Harpa-
lo ſeptingenta talenta oblata gene-
Ælian.l.1. roſè recuſauit. Alexãdrum ne ſperne-
re videretur, petijt, vt tres captiuos
dimitteret, Echecratidem, Atheno-
dorum Himerçum, & Demaratum.
Diod.l.19. AGATHOCLES. Agathocles ex abiectiſſimis princi-
pijs ad ſummam potentiam euectus
Syracuſis Tyrannidem occupat, hoc
circiter vel antecedente anno, annis
octingentis ſexaginta ſex poſt Ilij
excidium. Erat Agathocli Carcinus
pater figulus, patriâ Reginus. Is exul
primò Thermas fugere compulſus
eſt vrbem Siculam tum Carthagi-
nenſibus ſubditam, in quâ & vxore
ductâ, in ſomnijs terrebatur, ob quæ
Delphos cùm miſiſſet, reſpondit A-
pollo, naſciturum ipſi filium, Siculis
pariter & Carthaginenſibus multa
damna illaturum. Cum ergo partum
decreuiſſet abijcere, mater clam ſub-
ductum infantem, apud fratrem He-
raclidem educandum curauit, & de
aui materni nomine Agathoclem
nuncupauit. Poſtquam ſeptennium
attigit, Carcinus apud Heraclidem
inuitatus ſpectabat puerulum exi-
miâ formâ ac venuſtate. Admiranti
reſpondit mater. Atqui huiuſmodi
fere eſſet filius noſter, ſi tu eum edu-
cari paſſus fuiſſes. Tum ingemiſcen-
ti patri res detecta. Is gaudio colla-
chrymatus, atque interim Pœnos
veritus, quibus notum erat oracu-
lum, Syracuſas ſe confert, quo tem-
pore Timoleon, victis Pœnis ciues

A vndique conquirebat circa annum
V. C. 415. Tum à Syracuſano quo-
dam locuplete Damâ nomine ada-
matus noua indies munera fœdi ſer-
uitij præmia expiſcabatur, quibus
rem familiarem paulatim augebat
patre iam defuncto. Dein defuncto
B Damâ viduam ipſius vxorem duxit,
atque ita iam inter locupletes cenſe-
ri cœpit. Bello quoque ſtrenuus &
facundus, magnam apud milites &
populum inijt gratiam. Sed tum Sy-
racuſas exploſâ Democratiâ regebãt
homines ſexcenti, quorum facile
C princeps erat Soſiſtratus Agathocli,
quem popularem auram captare vi-
debat, maximè infenſus. Itaque So-
ſiſtrati artibus in exilium pulſus Aga-
thocles, varijſq; procellis hinc inde
vexatus, tandem reuocatur eorum
operâ, quibus Oligarchia erat odio-
D ſa. Aliquantò poſt exorto belli cu-
iuſpiam externi metu Agathocli du-
ci electo conſcribendorum militum
copia facta eſt. Conſcribit ergo pe-
regrinorum fortiſſimos quoſque ac
ſibi iam prœliorum aut latrocinio-
rum ſocietate coniunctiſſimos. Ci-
E uium verò pauperrimos quoſque ac
locupletibus per inuidiam maximè
infenſos. Tum conuocatis ſexcentis
Oligarchis, & apud milites ac popu-
lum, inſidias ſibi ſtrui mentitus ple-
beios tantopere exacerbauit, vt ex-
clamauerint, videret ipſe, ac reipu-
F blicæ conſuleret. Tum dato claſſico
impetus factus, in ſexcentos, pri-
mùm in Senatu congregatos, tum in
locupletiſſimorum quorumq; ædes
tantâ feritate, vt pluſquam ſex ho-
minum millia fugam arripuerint,

Digitized by Google

pluſquam quatuor virorum millia trucidata ſint, virgines violatæ, domus direptæ, templa ſacrilegijs, inceſtis & cruore conſpurcata horrendum in modum. His perpetratis, rurſus populum conuocat Agathocles, commemorat, quàm multas à ſexcentis Tyrannis contumelias perpeſſi ſint. Nunc vrbem Tyrannis vacuam & quaſi pulchrè expiatam. Hoc vnum ſupereſſe, vt Remp. ipſi capeſſant. Se quidem Magiſtratu cedere, & deinceps inter priuatos tutum otium exoptare. Hæc ille verſipellis ſpecie recuſantis Tyrannidem flagrantiſſimè concupiſcens. At conſceleratiſſimus quiſque latrociniorum & cędium ſibi conſcius talionis pœnam veritus, ſi alius dux eligeretur, exclamare. Remp. deſertam nolit, nunc vel maximè tanti ducis operâ indigentem. Tum ille, vbi ſe vrgeri ac tantum non cogi vidit, quaſi ſtudio plebis acquieſcens, reſpondit ſe velle vel priuatum agere, vel ſine collega ducem, ne cogeretur collegarum culpam præſtare ipſe innoxius. Ita palam dux omnium & αὐτοκράτωρ electus deinceps operam dedit, vt deriuatum in alios ſæuitiæ tantæ ac immanitatis odium omnibus comitatis ac beneficentiæ officijs elueret. Hic eſt ille Agathocles, quem cum Caſtrucio, Borgia, & id genus monſtris ſuo Principi commendat Florentinus Achitophel.

Machiauel in Principe.

Scelera, inquit, *fulminis inſtar feriant, aut torrentis in morem obuia quæque vno eoque cæco impetu deijciant. Ita prius ἀνδραγαθίαν ex ſtupore & metu induxeris, quam indignationem commoueris, vbi leonem exueris, beneficia ſenſim inſtillanda, penſiculatè diſtribuenda.* Hæc eſt lolligo mera, hæc peſtifera lues, quâ principum animos inficit Dęmon meridianus. *Et peccare docentes Fallax hiſtorias monet*, Aretino populari ſuo conſimillimus, qui lenonias artes ſeriò & prolixè tradit.

OLYMPIAS EVRYDICEM.

Eurydice Philippi Aridæi vxor, mariti ſocordiâ vel valetudine abutens Macedoniam diuexat turbulentiſſimis factionibus, Caſſandri auxilium aduerſus Polyſperchontem implorans. Polyſperchon iam adminiſtratoris dignitatem aduerſus Eurydices artes tueri non ſuſtinens vrget Olympiadem, maturè adueniat, priuſquam Eurydice omnia peſſum dederit. Eurydice contrà cum armatis hominibus Olympiadi, quam itidem armati comitabantur, obuiam it de Imperij ſummâ prœlio dimicatura. Sed Macedones Alexandri recordatione Olympiadis maieſtatem venerati Eurydicem deſerunt, & Olympiadi ſe tradunt, quæ muliebri impotentiâ inſoleſcens non Eurydicem modo, ſanè non immerentem, ſed & Aridæum, non alio magis quam ignauiæ crimine infamem tetro carcere crudeliſſimè excarnificatos tandem confodi iuſſit, cum regnaſſent annos ſex & menſes quatuor. Contigit ergo id circa menſem Δῖον, ſiue Octobrem.

OPPRIMIT ET ARIDAEVM.

EVMENIS ERRORES

In Aſiâ Eumenes primum Seleucum Babyloniæ, tum Pithonem Mediæ Satrapas rogat, vt regibus aduerſus Antigonum auxilium ferant. Illi regibus quidem opem ſe non denegaturos reſpondent, Eumenis vero Macedonum

ſententiâ capite damnati iugum
nunquam ſubituros. Rogant ergo
Argyraſpidas, faceſſant hominem,
nec patiantur ſe à peregrino & capi-
te minuto regi. Sed Antigenes Ar-
gyraſpidum dux primarius, nun-
quam induci potuit, vt quidquam
in Eumenem inclementiùs diceret.
Eumenes ergo in vlteriora penetra-
re cogitur. Seleuco non aperta qui-
dem via, ſed cuniculis plurimum ipſi
negotij faceſcente. Tandem vbi Per-
ſidem attigit, reliquos in Indiam vſ-
que Satrapas eò æquiores habuit,
quod omnes iam Pithonem & Se-
leucum ſuſpectos habebant, quaſi
maiora ſemper acquirendi cupidine
inſatiabiles. Sed moleſta rurſus erat
inter multos vtcumque pares de pri-
matu contentio, quam tamen Eu-
menes pro ſua prudentia ſedauit. In-
ſtituta quaſi Ariſtocratiæ ſpecie, cui
præeſſet Alexandri thronus, vt ſupra
monuimus. Seleucus his cognitis
Antigonum monet, accurrat matu-
rè, priuſquam Eumenes maiores ex
Oriente copias arceſſat, quod &
quàm maxima potuit diligentia pre-
ſtitit.

II. IX.

Olympias CXVI. Dinomenes.

A. M. 3684. V. C. 438. Ante Dn. 316. Pt. Lagidæ VIII. Pr. Democlidâ.

Diod.l.19. ANtigonus, cum in Meſopota-
mia hyemaſſet, ineunte vere
Tigrim traijcit, Seleuco ac Pithone
opem ipſi ferentibus. Eumenes ſe
recipit in eam Tigridis alteri* (quem

A Paſitigrin Plutarchus, Curtius & Iuſt.l.14.
Diodorus ipſe poſtea vocat) ripam,
quæ Orientem reſpicit, vt illic diſpo-
ſitis copijs Antigonum aditu prohi-
beret, mandatis Xenophilo Suſianæ Plutarc. Eumene.
arcis præfecto datis, ne vllas pecu-
nias Antigono illuc accedenti ſup-
B peditaret. Antigonus ad Copratem
fluuium, qui in Paſitigrim influit,
accedit. Eumenes, cùm ſciret eum
quoque fluuium quatuor iugera la-
titudine ſua complectentem non ni- EVMENES
ſi magno labore traijci poſſe, tranſ- ANTIGO-
mittit copias, & in eos, qui iam tra- NVM SV-
C iecerant, adhuc inordinatos impetu PERAT SEMEL.
facto, multos occidit, & quatuor
millia capit. Itaq; deſperato fluminis
Copatris tranſitu retrogreditur An-
tigonus ad Bagadem ſiue Badacem
vrbē ſitam ad Eulci fluminis ripam.
Hæc περὶ κυνὸς ἐπιτολὰς acta, quo tem-
D pore Paſitigris ſolito impetuoſior
exundare, & arua circumiacentia in-
tolerandis feruoribus æſtuare ſolēt.
Antigonus Bagada Ecbatana profe-
ctutus non Regia via, propter ea
quod & immodico calore, & qua-
draginta dierum longitudine mole-
E ſta erat, ſed per Coſſæos iter inſtituit
via breuiore & frigidiore. At Coſſæi
anguſtijs occupatis, plurimum ne-
gotij, copijs Antigoni faceſſiuere.
Nihilominus ἐναταῖος, i. nonis ca-
ſtris in exculta Mediæ loca peruenit.
Poſtquam Perſepolim peruenit Eu-
F menes, huic inuidens Peuceſtes mi-
litum fauorem frequentibus com-
potationibus demulcebat.

Eumenes viciſſim, ne primatu ſuo ATQVE
ſpoliaretur, confingit literas ob O- ITERVM.
lympiade & Regibus ad ſe ſcriptas,

Digitized by Google

quibus & autoritas ipſius confirmaretur, & Polyſperchontis cum copijs aduentus in Aſiam promitteretur. Tandem, cum diceretur Antigonus aduentare, Eumenes it obuiam, ſecum ducens triginta quinque peditum, equitum ſex millia, elephantos CXIV. In Antigoni vero exercitu erant duodetriginta peditum, equitum nouem millia, elephanti LXV. Antigonus autem prœlio commiſſo, licet amiſiſſet peditum fere quatuor millia, totidemque ſupereſſent ſauciati, Eumenes vero nonniſi quingentos amiſiſſet pedites, equiteſque perpaucos, vulneratos vero nonniſi nongentos haberet, tamen, quia Eumenem collegæ coegerunt ad caſtra ſua reuerti, Antigonus cadauerum potẽs factus, præcipuam victoriæ partem ſibi arrogabat, & tamen cladis acceptæ ſibi conſcius tutiùs cẽſuit ab Eumene quam longiſſimè poſſet recedere. Neq; potuit ob itinerum difficultates & ciborum inopiam Eumenes Antigonum diſcedẽtem inſequi. Hyberna tamen ſua collocarunt non longiùs quàm nouem ſtathmorum itinere inuicem diſtantia.

Antigonus cum ſciret, vt ſuos ſic & Eumenis milites in diuerſa oppida frumentationis cauſſâ diſperſos eſſe, adeò vt quidam quinque imò & ſex dierum itinere inuicem diſtarent, decreuit circa Brumam breuiſſimâ, ſed & aſperrimâ & ſcabroſiſſimâ viâ iter facere, vt incautos & diſſipatos ſine periculo opprimeret. Sed ſpeculatores in montibus diſpoſiti Eumenem monuerunt adeſſe A Antigonum cum toto exercitu. Peuceſtes cenſebat in vltima vſque oppida recedendum, vt omnes copias diſperſas in vnum colligeret. Eumenes id parum honeſtum & intutum eſſe monens Antigonum hoc ſtratagemate deluſit. Nam quos habebat B penes ſe milites, iubet ignes quamplurimos accendere, & locis inuicem diſtantibus ſtare, vt ſeptuaginta ſtadiorum ambitum implerent, quò procul ſpectantibus videretur eſſe iuſtus exercitus. Antigonus itaque, cum ex ſuorum ſpeculatorum rela- C tione colligiſſet Eumenem cum toto exercitu caſtra metari, ſe ab aliquo proditum credens non auſus eſt compoſitos & integros ipſe feſſus & itineris labore fractus adoriri. Itaq; aliquantulum ſecedere cogitur in cultiora loca, vt exercitum recrearet, D dum interim Eumenes ſuos vndique colligebat. Tandem totis caſtris non longiùs quam quadraginta ſtadiorũ interuallo diſtãtibus prœlium paucis poſt diebus commiſſum eſt. Erant Antigono peditum XXII, equitum nouem millia, elephanti LXV. Eume- E ni peditum XXXVI M DCC. equitum VI M L. elephanti CXII. Cum ergò Eumenes quidem peditatu, Antigonus verò equitatu præſtaret. Peuceſtis ignauiâ factum, vt equites ab Antigono facile profligati ſint. Quin & Antigonus initio prœlij, præmiſſis F duobus equitum millibus Eumenis caſtra diripuit. Itaque Eumenes ipſe à Peuceſte deſertus, & Argyraſpides licet multa ſtrage editâ, tandem ſecedere coacti ſunt. Sub veſperam, vbi caſtra direpta videre Macedo-

TANDEM A SVIS DESERITVR.

nes, primum in Peuceſtis ſocordiam debacchantur, dein agnoſcentes necquicquam hæc probra ſpargi, clam ad Antigonum mittunt. Eumenis vnius capite liberos, vxores & ſuppellectilem ſuam totam redempturi. Quod & præſtitit Antigonus. Atque ita præter ſpem totius exercitus porens factus Eudamum Indiæ Satrapam, Antigenem Argyraſpidum ducem, & Eumenem occidi iubet Reliquis parcit. Hunc exitum vitæ habuit Eumenes in Thracica Cherſoneſo πατρὸς ἀπόρου ϗ τυμβαύλου patre paupere & ſiticine natus, à Philippo inter captiuos abductus, propter ingenij amœnitatem dilectus, & inter regios ſcribas accenſus, ab Alexandro verò eo pretio habitus, vt primò eum inter corporis ſui cuſtodes Peuceſtis loco aſſumpſerit, tum Barſinem vxoris ſuæ Roxanis ſororem ei deſponſarit. Poſt Alexandri mortem, Cappadociæ Satrapiâ donatus, ſexcentis laboribus periculiſque defunctus, tum demum oppreſſus eſt, cum ex prœlio victor potiùs quàm victus & hoſte ſuo viribus longè ſuperior dici poſſet. Macedonum proditionem tãtopere deteſtatus eſt Antigonus ipſe, vt Argyraſpidas omnes pluſquam ſexagenarios, quoſdam etiam pluſquam ſeptuagenarios in Arachoſiam ablegarit, per varia præſidia diſpergendos & atterendos, ne eorum quiſquam in Macedoniam redire aut Græcum pelagus intueri vnquam poſſet, in quo etſi iniquus fuit Antigonus, tamen hoc ſupplicio digniſſimi erant Eumenis proditores, & orbis prædo-

EVMENES OCCIDITVR.

Ælian. l. 12. c. 43.

A nes. Xenoctates Philoſophus Olympiade cxvi. obit. Huic ſuccedit Polemo Athenienſis Philoſtrati filius.

Laertius. POLEMO.

Olympias ſublato Philippo Aridæo eiuſque vxore Eurydice etiam Iollam Antipatri, quem infenſiſſimè exoſa fuerat, filium occidit, idem- B que exitium parabat in Iollæ fratrem Caſſandtum adiuta copijs cognati ſui Epirotarum regis, cuius maiores omnes ad Neoptolemum vſq; Achillis filium Epiri regno ſe potitos gloriabantur. Epirotis adeò diſplicuit Olympiadis ſæuitia, vt re- C gem ſuum, quod Olympiadi ſuppetias ferret, exauthorarint adnitentibus Æacidis, quod antehac nunquam contigerat. Tegeam obſidebat Caſſander, ſed proprio metu coactus eſt obſidionem ſoluere, & in Olympiadem arma conuertere. D Neq; multò poſt hanc ſui vlciſcuntur mores, deſertam à pleriſque muliebrem impotentiam deteſtantibus.

Diod. l. 19. OLYMPIAS A SVIS DESERITVR

AEACIDAE.

III. X.

A. M. 3685. V. C. 439. Ante E Dn. 315. Pt. Lagidæ ix. Pr. Praxibulo.

Pithon Antigoni gloriæ inuidens pleroſque ipſius milites ſibi adiungere conatur. Antigonus vnicum inſidiarum remedium in diſ- F ſimulatione ratus paſſim profitetur ſibi in animo eſſe totum Orientem Pithoni committere ſimul & ad Pithonem in extremis Mediæ finibus hyemantem ſcribit literas honorificentiſſimas, quibus & inſignibus En-

Diod. l. 19. Iuſt. l. 15. ANTIGONVS PITHONEM OCCIDIT

comijs cum attollit, & ampla virtutis præmia pollicetur, rogans interim, vt ad ſe veniat, de totius imperij ſummâ cum ipſo conſilium habiturus. His pollicitationibus ineſcatus Pithon meritas præuaricationis inſidæ & ineptæ credulitatis pœnas luit. Meleager verò, Menoetas, & reliqui coniurationis Pithonianæ conſcij, non ita multò poſt, comprehenſi & occiſi ſunt. Ita Antigonus quaſi iam totius Aſiæ potens Satrapias diſtribuere cœpit, ita tamen, vt priores Satrapas ijs locis (puta in Caramaniâ, Bactrianâ, Paropamiſadis, & Arachoſiâ) reliquerit, vnde putabat auelli facile non poſſe. At certe Perſidem Peuceſti ereptam Aſclepiodoro tradidit, & Euagoram Ariæ, & Orontobatem Mediæ præfecit. Theſauros verò ſibi aſſeruauit quàm potuit plurimos. Ecbatanis quidem quinque, Suſis verò quindecim, aliunde verò ex ſpolijs alia quinque talentum millia. In Macedoniâ Olympias Pydnam fugere coacta eſt, ibique diutiſſime obſeſſa, & ad extremam inediam adacta, adeò vt etiam cadauera deuorarint Pydnæi quidam. Tandem Caſſandro ſe tradit, & duos, qui ſoli ipſi ſupererant filios, Monimum Pellæ & Ariſtonum Amphipoleos præfectum iubet Caſſandro parere. Caſſander Macedonum in Alexandrum fidem & mulieris artes veritus Olympiadem & Ariſtonum confodi iubet per eos, quorum agnatos Olympias iugulari præceperat. Ita deiectus eſt ſæuiſſimæ ſimul & inſolentiſſimæ mulieris ſtemmatum gloria ſupra modum ſuperbientis faſtus.

CASSANDER OLYMPIADEM OCCIDIT.

Caſſander imperium ſibi ſtabiliturus Roxanem eiuſque filium Alexandrum Amphipoli arcta cuſtodia haberi iubet. Supererant Polyſperchon in Ætolia, Alexander ipſius filius in Peloponneſo cum copijs non contemnendis. Caſſander igitur Græcorum & Macedonum animos iam plus ſatis exulceratos vtcumque ſibi conciliaturus Theſſalonicem Alexandri ſororem vxorem ducit. Philippum & Eurydicem honorificentiſſimè ſepelit. Olynthum à Philippo, Thebas ab Alexandro ante viginti annos dirutas inſtaurari permittit. Et Olynthijs quidem Macedones, Thebanis Athenienſes, & plurimæ Græciæ vrbes manus ſocias præbuerunt. Ipſe Peloponneſum petit. Antigonus Occidentem repetens Babyloniam petit, vbi à Seleuco magnificis epulis cum vniuerſis copijs exceptus eſt. Sed poſt conuiuiorum ludicra, vbi ſeriò agi cœptum eſt, Regem agens à Seleuco Babyloniæ prouentuum rationes exigit. Seleucus primò negare id æquum eſſe, vt Babyloniæ, quæ ſibi à regibus ob egregia in Alexandrum merita tradita eſſet, vlli niſi regibus ipſis rationem redderet, deinde memor, quid Pithoni contigiſſet, cum equis triginta fugam capeſſit in Ægyptum. Antigonus primo lætari, quod non coactus Seleuco amico vim inferre ἀναιμωτὶ ϗ ἀκονιτὶ Babyloniam obtineret, dein Magorum reſponſis exterreri & ad Seleucum fugientem mittere. Sed ſerò & fruſtra. Interim Ciliciam petit, & occupatis

ROXANEM CAPIT.

GRAECOS SIBI CONCILIAT.

ANTIGONVS SELEVCVM FVGAT.

XM talentûm, quæ Quindis aſſeruabantur milites in Hibernа Ciliciæ diſpergit. Naues quinque diuerſis locis fabricandas curat. Tyrum ad id auxilium negantem, quindecim menſibus obſidet, ac tandem inito potius fœdere, quàm vi capit. Seleucus Ptolemæum docet, quid Antigono conſilij eſſet, illuſtriſſimos quoſque Macedonas varias ob cauſſas & confictis criminationibus circumſcriptos opprimere. Sic Eumenem, Pithonem, Peuceſtem è medio ſublatos. Maturè igitur ſibi proſpiciat, priuſquam latius ſerpat malum, iam plus ſatis diffuſum. Ptolemæus ad Caſſandrum & Lyſimachum legatos mittit hęc eadem docens & ſocietatem renouans. Mittunt ergo ſimul omnes ad Antigonum legatos, qui iubeant Seleuco quidem Babyloniam reddi, Ptolomæo totam Syriam tradi, Caſſandro Cappadociam & Lyciam, Lyſimacho Phrygiam Helleſponto proximam. Spolia inter ſe diuidi ex æquo & bono. Antigonus legatis cum ludibrio dimiſſis ad bellum ſe accingit. Ad Polyſperchontem mittit legatos, qui doceant ſe Eumenem quidem ideò inſecutum, quod Macedonum ſentẽtiâ capite damnatus eſſet. Cæterum Aſiam ſe Regi ſeruare, & iam nunc ſocietatem cum ipſo inire. Cuius pignora ſunt talenta mille, quę mittit in communis aduerſus Caſſandrum parricidam belli ſumptus. Ariſtodemus ergo hæc mille talenta ferens à Lacedæmonijs impetratâ veniâ militum octo millia conſcribit, & Polyſperchonta Peloponneſi præfectum in-

COLLEGAS IRRITAT.

CVM POLYSPERCHONTE FOEDVS INIT.

A ſtituit. Alexandrum vero Polyſperchontis filium in Aſiam ad Antigonum mittit, de totius belli ſummâ acturum. Mittit quoque Antigonus quẽdam ex ſuis ducibus Ptolemęum nomine, qui minoris Aſiæ res componat, quod & feliciter ac ſtrenue B præſtitit. Vbi vero Alexander Polyſperchontis filius aduenit, tum ex eius & Macedonum ſententiâ decretum ſancitur, quo iuberetur Caſſander Olynthum, Caſſandriam & Thebas euertere, Roxanem & Herculem liberos dimittere, Ex omnibus C Græciæ vrbibus præſidia ſubducere, vt ſic Græcia vere eſſet ἐλεύθερος, ἀφρούρητος, ϗ αὐτόνομος, iubetur quoque Caſſander in omnibus Antigono ceu στρατηγῷ αὐτοκράτορι, i. ſummum imperium obtinenti duci obſequium præbere. Sin autem, hoſtis D & parricida denunciatur. Tum in Græciam Alexandrum cum quingentis talentis dimittit, qui decretum iſtud vndique ſpargat. Caſſander Peloponneſum aliquandiu populatus & Nemeis apud Argiuos peractis in Macedoniam redit, atque E hinc miſſo legato, quod pręſens non poterat, abſens obtinuit, vt Alexandrum ab Antigoni ſocietate diuulſum in ſuas pertraheret partes, donatâ ipſi Peloponneſi pręfecturâ. Seleucus circa Rhodum Theodotum Antigoni Nauarchum inſigni F ſtratagemate deluſum cum omnibus nauibus capit. Agathocles multâ perfidiâ ſimulac ſęuitia ſubuertit aut occupat multas Siciliæ vrbes.

Digitized by Google

IV. XI.

A. M. 3686. V. C. 440. Ante Dn. 314. Pt. Lagidæ x. Pr. Nicodoro.

Diod. l. 19. Iuſt. l. 15. ARiſtodemus Alexandri defectione audita Ætolorum beneficio, multas Græciæ vrbes in officio continebat. Sicyonium vero Alexium muneribus corruptum impulit, vt ipſum Alexandrum occideret. Sed Crateſipolis Alexandri vidua, militum nihilominus fidem retinet, Sicyonem occupat, & coniurationis in maritum conſcios triginta cruci affigit. Caſſander Acarnanum beneficio Ætolos infeſtat, Leucadios ſibi conciliat, Glauciam Illyriorum regem prœlio victum poſtea inito fœdere ſibi adiungit. Antigonus Demetrium filium viginti duos annos natum Syriæ præficit, datis ipſi quatuor conſiliarijs, & peditum tredecim, equitum quinque millibus. Ipſe Aſiam minorem petit, & Tauro non ſine magna ſuorum militum ſtrage propter hyemis ſæuitiam tranſmiſſo, milites ſuos in Phrygiæ hyberna ſpargit. In Sicilia Acragantini exulum Syracuſanorum commiſeratione bellum aduerſus Agathoclem decernunt. Acrotatum Cleomenis filium Lacedæmonum regem ducem petunt. Is luxuria, perfidia, furtis, & ſæuitia ſua omnia peſſum dedit, adeò vt coacti ſint Agrigentini Hamilcaris beneficio fœdus cum Agathocle inire ea lege, vt Pœni ea, quæ prius, retinerent. Reliquæ Siciliæ vrbes Græcæ liberæ eſſent, ſed Syracuſanos duces agnoſcerent. Ita dimittunt exercitus ſuos Agrigentini & Amilcar. Sed Agathocles audiens Amilcarē à Pœnis damnatum ob pacem iniuſſu ſuo ſancitam, copias ſuas retinet ampliſſimas, earumque beneficio Siciliam rurſus deprædatur. Theophraſtus inſignis Phyſicus ſcribebat circa annum V. C. ccccxl, inquit Plinius. Et fortaſſe ille ipſe eſt, qui anno ſequente Præturam Athenis geſſit. *Plin. l. 13. c. 1.*

V. XII.

A. M. 3687. V. C. 441. Ante Dn. 313. Pt. Lagidæ xi. Pr. Theophraſto.

ANtigonus Thracas, Scythas, ac circumiacentes barbaros, aduerſus Lyſimachum incitat, ſe quoque in tempore ad futurum pollicitus. Sed dum varijs implicitus curis auxilia paulò ſeriùs mittenda curat, Lyſimachus ſingulari virtute ac diligentia barbaros ſingulos adortus priùs oppreſſit, aut veniam deprecari coegit, quàm in vnum coire potuiſſent. Quin & ipſa Antigoni auxilia tam feliciter ac ſtrenuè repulit, vt in fumum abierint omnes iſtæ molitiones fraudulentæ. In Peloponneſo per Teleſphorum paulò feliciùs tumultuatur Antigonus. Sed Philippus viciſſim Caſſandri nomine Æacidem Epirotarum regem & Ætolos plurimum vexat. At in Aſia Antigonus Caſſandrum alium ab Antipatri filio Cariæ Satrapam ſibi adiungit, ea lege vt Græcis vrbibus *Diod. l. 19.*

libertas

libertas concederetur. Sed mox Caſſandro ingenij leuitate rurſus ad Ptolemæum deficiente, Miletum, Cannum, & Iaſon vrbes vi capit.

VI. XIII. Olympias CXVII.

A. M. 3688. Seleuci I. V. C. 442. Ante Dn. 312.

Pt. Lagidæ XII. Pr. Polemone.

Diod. l. 19.

ANtigonus ducem ſuum Ptolemæum in Græciam mittit cum hoc mandato, vt vndecunque poſſet ex vrbibus Græcis Caſſandri præſidia ſubduceret, ne fruſtra vel doloſè videretur Græciæ libertatem pollicitus. Sic Chalcidem, ſic Athenas, & Thebas in caſſes pertraxit ſuos, etiam inuito Demetrio Phalereo, qui tum Athenis plurimum poterat.

Ptolemæus vero Ægypti rex, certe Dux Cyrenenſes & Cypri regulos duos defectionem molitos acriter reprimit, & ſeuerè caſtigat. Hinc Mallum Ciliciæ vrbem excurſione factâ occupat, ac militibus diripiendam tradit. Hac victoriarum dulcedine illectus, Seleuco inſtigante cœpit Syriaco bello acriùs incumbere. Itaque in Ægyptum reuerſus Peluſio traiecto, peditum octodecim, equitum quatuor millia in Syriam ducit. Demetrius contra peditum vndecim, equitum ſex millia, elephantos XLIII. Prœlium iuxta Gazam commiſſum. Demetrius ætate iuuenis, & peditatu inferior aduerſus veteranos & peritiſſimos Alexandri milites pugnans, fortiter tamen reſtitit, nec niſi vltimus fugere cœpit. Sed tanta fuit Ptolomæi Seleucique virtus, vt hoſtes in fugam datos inſecuti Gazam vſque, Gazam ipſam cum toto fere, qui ſupererat, exercitu ac impedimentis omnibus occuparint. Demetrius tamen CCLXX ſtadia emẽſus circa mediam noctem Azotum peruenit. Ceciderunt in acie ex Demetrij militibus [a] quingenti vel [b] quinque millia. Ptolemæus in victoriâ tam facile partâ noluit inſolens aut durus eſſe, ſed totam Demetrij ſuppellectilem, & præcipuos eius amicos gratis dimiſit, non cauponari, nec auro, ſed ferro bellum cernere volens. Tum victoriam impigrè perſequens Sidonem quidem non inuitam ſibi adiungit, Andronicum Tyri cuſtodem inuitat ad tradendam ſibi arcem, ille non contentus, negare ſe velle vel poſſe rem ſibi commiſſam prodere, etiam conuitia addidit, quib' exaſperati milites & Andronicum & Arcem Ptolemæo tradunt. Sed Ptolemæus non tam conuitijs irritatus, quam Andronici fidem admiratus, Andronicum non abſoluit modo ſed inter amicos habuit. Ptolemæus verò Antigoni dux, tam virtute, quàm dignitate inferior Teleſphoro Antigoni quoque duci inuidens ab Antigono deficit, Elidemque occupatam communit. Iouis Olympici templum ſpoliat, ac quinquaginta argenti talenta diripit. Teleſphorus verò Antigono tantò fidelior Elidem recuperat, arcem ſubuertit, argentum direptum templo reſtituit. Caſſander verò per Lyciſcum proſperè bellum in Epiro gerit, & Alcetam regem ab Epirotis

PRAELIUM INTER PT. LAGIDAM ET DEMETRIUM.

a *Diodor. l. 19.* b *Plutar. Dem.*

PTOLOMAEI MODESTA VICTORIA.

SELEVCVS BABYLONIAM RECVPERAT.

electum prœlio victum ſibi conciliat. Ipſe vero Apolloniam iuxta Adriaticum littus ſitam obſidere cogitans re infectâ cum damno ac probro recedere propter hyemis ſæuitiam cogitur, & Alcetas ipſe cum filijs non multo poſt ab Epirotis occiditur. Seleucus vbi videt iam magnam Syriæ partem Ptolemæo cedere, Ptolemæum rogat, ſibi ducentos equites, pedites octingentos committat, tantam animi fiduciam præ ſe ferens, vt tantillas copias ſibi ſufficere crederet, ad totam Meſopotamiam, Babyloniamque recuperandam. Nec verò ſpe excidit. Nam Babylonij memores quantò æquiùs olim Seleucus, quàm tum Antigonus ipſos rexiſſet, cum viderent Antigonum quidem procul abſentem, Demetrium vero victum, non inuiti ſe ſuaque Seleuco tradunt eiectis præſidiarijs Antigoni militibus. Sed ne tum quidem Seleucus plures quàm quadringentos equites, pedites verò ter mille habebat, Nicanor vero Mediæ, & Euagoras Perſidis Satrapæ equitum, ſeptem, peditum decem millia ſecum ducentes, in Babyloniam irrumpere cogitabant, naſcentes adhuc Seleuci ſpes oppreſſuri. Seleucus, quod aperto Marte non poterat, aſtu perficere tentans milites ſuos in ſyluis abſcondit. Nicanor igitur Seleucum nuſquam comparere videns, negligentiùs caſtra metatur. Tum Seleucus noctu impetu in caſtra facto Euagoram occidit, Perſas Antigono infenſos ſibi conciliat, Nicanorem exterritum fugere cogit. Hac victoriâ

ET MVLTA TRANS EVPHRATEM.

A tam moderate Seleucus vſus eſt, vt longè lateque diffuſâ fortitudinis ac clementiæ ſuæ famâ Suſianam, Perſidem ac Mediam nullo labore ſibi conciliarit. Ipſe à victoriarum amplitudine Nicanor dictus eſt. Ab hoc anno Olympiadis CXVII primo B Seleuci Nicanoris æram inchoat Euſebius. Ab & Hecatombæonis primo, Iulij nono. Quin & ab huius anni Niſan, Martij tredecimo, initium ducit æra Seleucidarum, quâ vtitur Ioſephus & autor primi Machabæorum libri. Vterq; *annos Græ-* C *corum* vocat. Ioſephus ſemel *annos Aſſyriorum*, Antiquitatum lib. XIII. Iudæi in ſuo Kalendario æram Contractuum vocant & ab Adamo ad eam numerant annos 3448 abſolutos. Quidam forſan hanc Æram inchoant à primo Tiſri & Hyperbere- D tæi, Septembris ſexto, feriâ quintâ. Quidam anno integro ſeriùs. Vide Scaligerum de emendatione temporum paſſim & canonum Iſagogicorum lib. 3. pag. 293. Nos diſtinctionis cauſſâ æram Seleucidarum ab hoc anno initium ducentem Iudai- E cam vocabimus. Eam verò, quæ à ſequente anno incipit, Chaldaicam nuncupabimus. Huius Seleuci Nicanoris tempore vixit Megaſthenes, qui de Iudaicis & Indicis rebus multa ſcripſit.

AERA SELEVCIDARVM IVDAICA

Clemens Strom. 1.

F

VII. XIV.

A.M. 3689. Sel. 2. V.C. 443.
Ante Dn. 311. Pt. Lagidæ
XIII. Pr. Simonide.

Diod.l.19.

ANTIGONUS SYRIAM RECUPERAT.

PTolomæus prudentior quàm A audacior ſua potius conſeruare, quàm aliena inuadere ſatagens Antigonum cum magnis copijs aduentare audiens, quibus ipſe in alieno ſolo impar videretur in Ægyptum reuertitur, præſidio nudatis pleriſque vrbibus, quas in Syria occupa- B uerat, puta Ace, Samariâ, Ioppe, Gaza. Terruit Ptolemæum, quod Cillem ducem ſuum incautiùs caſtra metantem à Demetrio cum omnib' copijs captum audierat. Et Plutarchus docet ſeptem hominum millia capta, & Demetrium Ptolomæo pa- C trem retuliſſe gratiam, impedimentis quibuſdam & præcipuis Ptolomæi amicis ſine pretio dimiſſis. Ita Antigonus totâ Syriâ nullo labore recuperatâ ad Nabatæos Arabas ſubigendos tradit Athenæo pedites pernicitatis eximiæ ſexcentos, equitum ve- D ro quatuor millia. Is ex Idumæâ profectus, & tribus diebus, totidemque noctibus (ſed vt veriſimile eſt etiam duodecim inſuper diurni temporis horis) confectis ſtadijs bis mille ducentis, circa noctis initium aut medium acceſſit ad petram loci quidem E ſitu propemodum inacceſſam, ſed nullâ arte, nullis muris munitam, in quam Arabes vxores, liberos, & ſupellectilem ſuam ſolebant recipere. Athenæus ergo his omnibus non magno labore occupatis, continuò poſt diſcedit, ducentiſque ſtadijs F confectis, incurioſiùs caſtra communit. Tum itineris labore feſſos milites etiam inuitos opprimebat ſomnus. Hæc Arabes ex aliquot captiuis fugâ elapſis edocti cum octo millibus hominum in Athenæi caſtra irrumpunt, & pedites equiteſque propemodum omnes trucidant, ſuaque cum lucro recuperant. Tum Antigono ſcribunt Athenæum quidem auaritiæ incuſantes, ſuam verò neceſſariam defenſionem excuſantes. Et Antigonus quidem barbaros deluſurus fictis laudibus extollere, Athenæum verò etiam acriùs quàm Arabes ipſi damnare, paucis poſt diebus Demetrium filium in eos mittit, cum quatuor peditum millibus equitibuſque totidem. Hi aſſumpto in multos dies commeatu, ad petram eandem accedunt, & noctem integram, diemque ſequentem fruſtra adorti tandem à barbaris ſecedere perſuadentur, acceptis muneris loco ſeptingentis camelis, quod Antigono maxime diſplicuit. Idem Aſphaltitem lacum toto bitumine ſpoliare conatus ab irruentibus Arabibus cum ignominia ab incepto deſiſtere coactus eſt. Tandem edoctus quid rei Seleucus geſſiſſet, dum eum procul Orientem verſus, abeſſe ſcit, Demetrium mittit cum equitum quatuor, peditum quindecim millibus. Et is ſanè Meſopotamiam milite deſtitutã nactus in Babyloniam vſq; facile peruenit & duarum arcium alteram occupatam militibus ſuis diripiendam tradit, impoſito ſepties mille militum præſidio, quorum beneficio alteram quoque arcem oppugnaret. Ipſe, prout iuſſerat pater, verſus mare iter inſtituit. Sed militum Demetrij deprædationes Babyloniorum animos multò magis quàm vnquam

ARABAS VINCIT.

MOX AB IIS VINCITUR.

antea in Antigonum infenſiores, & A in Seleucum propenſiores reddidere. Aliquantò poſt interceſſit dictum aliquot fœdus, quo interim dum Alexander Roxanis ex Alexandro filius adoleſcat, Lyſimacho quidem Thracia, Caſſandro vero reliqua Europa, Ptolomæo Ægyptus. Antigo- B no vero Aſia cederet. Sed Seleuci, cuius nulla mentio fiebat, & trium priorum Antigoni potentiæ inuidentium artibus, fœdus illud continuò poſt abruptum eſt. Et Caſſander Alexandrum iam pubeſcentem extimeſcens per Glauciam cuſtodem C cum Roxane matre confodi iubet. Ita cæteris quidem Regis olim omnia innouaturi metu detracto rem gratiſſimam fecit, ſibi verò vni æternam execrandi parricidij infamiam contraxit. Hactenus ergo Satraparum, ducum, adminiſtratorumue D nominib' prouincias inter ſe diſcerpſerant Caſſander, Lyſimachus, Antigonus, Seleucus, & Ptolomæus, deinceps nulla neque Philippi, nec Alexandri maſcula ſobole ſuperſtite confidenter nomina, & abſolutam regum autoritatem arrogare ſibi E non dubitarunt. Itaque ab huius demum anni Tiſri, Septembris XXVI, feria quinta Seleucidarum æram inchoat ſecundus Machabæorum liber. Ptolemæus verò à ſequente Thoth Nouembris nono, Sabbatho; hancque æram Chaldæorum F vocat. Vide anno V. C. 509. 517. 525. 586.

CASSANDRI PARRICIDIVM.

AERA SELEVCIDARVM CHALDAICA.

Hieron. in Dan. c. 9.

Hieronym'. *A Cyri imperio ad Seleuci primum ſupputantur omnes anni ducenti quadraginta octo*, h.e. Æra Seleuci ſecundum Chaldæos initium ducit anno CCXLVIII à primo regni Cyri anno. Agathocles Meſſenios iam ſemel deceptos, vi tamen armorum eò adigit, vt iterum ſe ipſius fidei cōmitterent. Ille primò nihil aliud poſtulare, niſi vt exules Syracuſanos eijcerent, exules verò Meſſenios ſuſciperent, tum eo impetrato, omnes eos, quos ſibi plurimum aduerſari didicerat, numero ſexcentos ad ſe conuocat, ac ſimul omnes iugulat, & in poſterum Meſſenios ita ſibi mancipat, vt ad libertatem ne aſpirare quidem auderent. Eadem ſæuitia in Centuripinos & Galaritanos defectionem molitos vſus Syracuſas redit. Carthaginenſes CXXX triremibus imponunt tredecim armatorum millia, adiunguntque ducentas onerarias naues Hamilcare duce. Sed exorta tempeſtas triremes ſexaginta, naues onerarias ducentas abſorpſit. Hamilcar nihilominus cum reliquis nauibus in Siciliam appellens conterritos ſociorum animos ſua virtute confirmat, & ex tota Sicilia colligit peditum quadraginta, equitū quinque millia, & primo impetu viginti Syracuſanas naues in ipſo propemodum portu cum omnibus militibus ac nautis capit. Agathocles ad ſui cōſeruationem tantò acriore diſciplina, & belli neruo pecunia indigere ſe ratus Gelam milites paulatim irrepere iubet. Vbi ſenſit iam milites ciuibus eſſe potentiores, tum ipſe Gelam accedit, & Geloos proditionis accuſat, ſiue fictum id erat crimen, ſiue paucorū culpam toti vrbi imputabat. Capitis ergo damnatos pluſ-

Diod. l. 19.

AGATHOCLIS SAEVITIA IN MESSENIOS.

IN GELOOS.

Digitized by Google

quam quater mille Geloos confodit, A
eorumque bona omnia proſcribit.
Quin & reliquis imperat, vt omne
ſuum aurum & argentum ſiue rude,
ſiue ſignatum in ærarium conferant.
Qui vel vnciolam ſubduxerit, capi-
tis pœnam indicit. Ita ingentem pe-
cuniæ vim corradit, atque ita quaſi B
probè re geſtâ ad prælium accingi-
tur, caſtris iuxta Himeram fluuium
poſitis. Stabant Carthaginenſes in
alterâ fluminis ripâ ad prælium licet
multo numeroſiore exercitu non ſa-
tis confidenter parati. Terrebat Pœ-
nos pariter & Siculos vetus neſcio C
quod & ambiguum oraculum, quo
ferebatur ingens hominum ſtrages
olim eo loco edenda. Et tum fla-
grans Sirius ſegniora ad bellicos la-
bores corpora reddebat. Agatho-
cles, quaſi non Carthaginenſes mo-
do, ſed & oraculum ipſum eluſurus, D
inſidijs opportuno loco diſpoſitis,
abactâ trãs flumen prædâ Carthagi-
nenſium aliquot equites ad pugnam
allicit. Hi paulò incautiùs excurrẽtes
& in inſidias prolapſi terga dare co-
guntur. Dum his reliqui Carthagi-
nienſes auxilium ferre cogitãt, com- E
mouetur totus exercitus ad iuſtum
prœlium, ſed Siculis & Agathocli
huic veluti prædæ pridem inhian-
tibus facile fuit ordines legitimos
conſeruare, & Pœnos confuſiùs pro-
currentes exterrere ac tandem profli-
gare. Fugientibus inſtat Agathocles, F
& iam ipſa caſtra tantum non occu-
pat, eò ferociùs, quod hoc vno prœ-
lio non opimam modo prædam, ſed
bellum ſibi confectum ſperabat. Et
verò iam defetiſcentes & animo
conſternati ſpem omnem abiece-
rant Pœni, cum ecce nihil tale co-
gitantibus opportuniſſimum oc-
currit auxilium claſſe recens adue-
ctum. Tum ergo alternans victoria
Pœnorum ſpolia iam ſpe deuoran-
tem Agathoclem fruſtratur, & in fu-
gam adigit eò periculoſiorem, quod
& procul diſtabant caſtra quadra-
ginta ſex ſtadijs, & ſiti ac labore iam
enectos Siculos integri Pœni facile
profligabant. Deſiderarunt Pœni
quidem quingentos, Agathocles ve-
rò ſeptem Græcorum millia. Pru-
denter tamen cladem tantam mode-
ratus Gelam ſe recipit, vt hoſtes ex-
pugnationis ſpe illectos diſtineret,
dum Syracuſani meſſem ſuam colli-
gunt, vt ſaltem duo hæc oppida ſibi
integra poſſet aſſeruare. Nam cæte-
ra prope omnia ſatis agnoſcebat ſuæ
crudelitatis odio continuò ad Pœ-
nos defectura: quod & ſanè con-
tigit.

VIII. XV.

A. M. 3690. Sel. 3. V. C. 444.
Ante Dn. 310. Pt. Lagidæ
XIV. Pr. Hieromnemone.

Diod l. 20. Iuſtin l 25.

AGATHOCLIS RAPACITAS

AGathocles omnium Siciliȩ re-
gulorum conſceleratiſſimus,
& perditiſſimæ, ſi quiſquam vn-
quam audaciæ, cùm videret ſe à Pœ-
nis acie victum, à Siculis vndique
deſtitui, facinus aggreditur prodi-
gioſæ temeritatis & confidentiæ.
Nec n. precibus, aut humanitatis in
poſterum pollicitatione quenquam

delinire dignatus, iis artibus imperium facile retineri arbitratus, quibus initio partum eſt, delicta vetera nouis ſceleribus expiat. Syracuſis tutores omnes iubet pupillorum pecunias in ærarium conferre. A locupletiſſimo quoque etiam inuito pecuniam fœnore accipit, Matronis mundum muliebrem & ornamenta omnia detrahit. Tum conuocato populo incipit ſuam ac Reipublicæ vicem dolore, quod immenſis ſuis pro Rep. laboribus, tam iniquam fortunam expertus ſit, ſe periculis ac ſudoribus aſſuetum quæuis diſcrimina reipublicæ cauſa facile ſubiturum. Sed eos ſe potiſſimum commiſerari, quibus huiuſmodi laborum noua eſſet facies. Itaque vltrò ſuadere ſe, vt ſi cui ſit animus minime bellicus, vitæ ac ſecuritati ſuæ proſpiciat, vtiliùs extra quàm intra pereunti patriæ conſulturus. Honeſta & popularis oratio viſa benigno omnium applauſu, & fictis laudibus excepta eſt. Itaque locupletiſſimi quique die dictâ non tam Pœnorum quàm Agathoclis ipſius metu & odio diſceſſum parant. Vbi aliquantulum ab vrbe abeſſe ſenſit ſub noctem milites immittit, qui eos omnes quaſi deſertores trucident. Ipſe eorum bona proſcribit. Hac arte coaceruatis nummis milites conſcribit, claſſemque adornat, quaſi Siculam aliquam vrbem adorturus aut piraticis excurſionibus bellicos ſumptus ſuſtentaturus. Naues partim conſcripto milite, partim locupletiſſimo quoque ciuium implet, fratres à fratribus, filios à parentibus auellens, vt etiam

SAEVA PERFIDIA.

PERDITA AVDACIA.

A inuitiſſimi charitate mutua alter alteri fidem ſeruarent. Syracuſas Antandro fratri & idoneo militum numero cuſtodiendas tradit. Ipſe verò Africam petit, Pœnos nihil tale cogitantes, longæ pacis ſecuritate luxuriantes, & victoriæ recentis gaudio B exultantes ex improuiſo adorturus. Pœni cum audiſſent Agathoclem claſſem inſtruere, & ipſi claſſem ſuam Syracuſis admouent longe numeroſiorem ac inſtructiorem. Et forte tum accidit, vt onerariæ naues frumentum deuehentes ad vrbem C accederent. Has intercipere conantur Pœni. Agathocles contra quaſi defenſurus obuiam procedit. Pœni ergo claſſem ſuam quaſi ad nauale prœlium inſtruunt. Agathocles leuiter declinans ab inſequendis nauibus onerarijs ad ſe allicit. Ita & oneD rariæ naues in vrbẽ illapſæ, & ipſum fuga velox ac nox ſuperueniens periculo eripuit. Inſequenti die Sol deliquium paſſus magnam ſuperſtitionem Siculorum animis iniecit. Incidit hæc eclipſis in Auguſti XV, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 2 7 1. E 33′. 23″.

Sed Agathocles, qui pridem non modo ſuperſtitionem, ſed omnem pietatis ſenſum exuerat, docet hæc deliquia rerum ſanè mutationes portendere. Sed hoc ipſum Siculis fauſti inſtar ominis eſſe, vt pote quibus F libertas, Pœnis vero ſeruitus inexpectata ſignificetur. Iuſtinus id confert in ſeptimum Agathoclis annum quaſi huius Æram ab Olympiade CXVI inchoans. Septimo poſt die Punicæ naues Siculas inſecutæ iam

Digitized by Google

tergo imminebant & ad teli iactum acceſſerant, cum Agathocles iam littori proximus omiſſo prœlio in Africam delabitur. Sequenti nocte, impedimenta omnia ex nauibus ſubducit, milites epulo ſolenni exceptos inebriat. Vbi iam vino hilariores videt, confi cto mendacio docet ſe, cùm à Pœnis vrgeretur, Cereri ac Proſerpinæ vouiſſe ſi in littus ſaluus euadere poſſet, Naues ſuas in illarum honorem incenſurum.

Iam ergo perſoluenda Deabus vota. Tum quiſpiam ex compoſito facem ardentem offert, hanc ille in ſuam nauem inijcit, eiuſque exemplum cæteri milites inſequuti quaſi procaci ex temulentiâ laſciuiâ. Vbi vinum deferbuit, tum, quid actum eſſet, reputantes animum prope deſpondebant. Sed hoc ipſum ſpectabat Agathocles, vt omnem ipſis fugæ ſpem eriperet. Ille triſtitiam negotio diſcuſſurus iubet iram in hoſtem conuertere.

FELIX TEMERITAS.

Primæ ſe offerunt vrbes Megalopolis & Tunes. Has incuſtoditas & vix muro cinctas facile occupat, & militibus diripiendas tradit, tam opimis ſpolijs exiguam nauium iacturam compenſatur?. Hinc recta Carthaginem petit. Vrbs primò tam inexpectato caſu propemodum exanimata, quia perſuadebat ſibi Agathoclem profligatis in Sicilia Pœnis omnibus victoriam impigrè perſequi. Poſtquam claſſis aduentu contra eſſe compertum eſt, metus in contemptum vertit. Succeſſit quoque ira in Nauarchos, qui per ignauiam paſſi ſint certam prædam è manibus effugere.

A Itaque his abdicatis aut etiam pro more cruci affixis duos alios ſubſtituunt Hannonem & Bormilcarem, ברמלכר h. e. Amilcaris filium. His ducibus traduntur peditū quadraginta, equitum duo, curruum item duo millia Agathocli vix erant in vniuerſum

STOLIDA POENORVM CONFIDENTIA.

B duodecim militum millia, inter quos plerique ſcuti loco vacua ſcutorum opercula præferebant ad ſpeciem magis quàm ad vſum. Itaque Pœni ad ſupplicij ſpectaculum potiùs quàm ad prœlium accincti viginti manicarum millia ſecum attulerant. C Agathocles vt ſuos aliquo ſolatio demulceret, magnum noctuarum numerum in hunc vſum pridem apparatarum repente emitti iubet. Hæ è manibus & cauea cuſtodum elapſę militum galeis, & ſcutis inſidere conſpiciuntur. Id fraudis ignaris optimi D augurij loco viſum plurimum animi militibus alioqui turbatis indidit. Hanno ſingulari in patriam caritate & propria virtute ſtimulatus & ſacrę cohortis dux fortiſſime pugnans occiditur. Bormilcar non tam ignauia quam præuaricatione, audita colle-E gæ morte ſignū receptui dat in proximum colliculum, quaſi hinc tutius ex ſuperiore loco in hoſtes excurſurus. Sed id minus ordinatè factum fugæ ſpeciem præbuit. Itaque tantò audētius inſecutus Agathocles viam præcludit, qua ad caſtra regredi poterant. Ita caſtris hoſtium potitus, F non in præſens modo ſpolijs opimis, ſed magna in poſterum ſpe militum animos impleuit. Ceciderunt Siculi ducenti, Pœni mille aut ſecundum quoſdam ſexies mille. Pœ-

Digitized by Google

nos vero tanta ſubijt conſternatio, vt inanibus votis Deos ſuos fatigaturi, non modo immenſa munera & bellicis ſumptibus plurimum profutura ad Herculem Tyrium (cui olim prouentuum ſuorum decimas offerre ſolebant) quaſi compenſationis loco miſerint. Sed & cum pridem

ΑΝΘΡΩΠΟΘΥΣΊΑ.

pro ciuibus peregrinos adoleſcentes pretio emptos Saturno immolarent, tum illuſtriſſimi quique ciues numero ducenti ſorte electi ſunt: alij verò inſuper ſe vltrò offerentes trecenti liberos ſuos Saturno immolandos, & igne cremandos obtulerint. Tandem, non votis, neque ſupplicijs, ſed vigilando, agendo, benè conſulendo res magnas geri recordati, ſtratagema non ineptum excogitant.

ARS ARTE DELVSA.

Mittunt ad Amilcarem qui iubeant pereunti quidem patriæ protinus opem ferat. Metum tamen diſſimulet, & famam in vulgus ſpargat, Agathoclem cum tota claſſe perijſſe. Amilcar mandata prudenter exequés, mittit in vrbem qui cladem Agathoclis annuntient, nauium incenſarum ferramenta commonſtrent, ciues ad deditionem cohortentur. Tum ingens luctus, pauor, ſeditio totam vrbem occupat eo ipſo acerbior, quod eorum, qui deditionem ſuadebant, octo millia vno die in exilium pulſa ſunt. Reliqui tanto magis infenſi vel animo fracti inopes conſilij, & iam vltima metuentes diuexabantur. Iam etiam Antandro ipſi Agathoclis fratri non diſplicebat deditio. Sed Erymaon Ætolus Antandro quaſi conſiliarius datus pernegauit quidquam innouandum quin certiora aliunde quàm ab hoſte docerentur. Et Agathocles ſanè prouidus hoc ipſum metuens τριακοντόρους duas opere tumultuario fabricandas & diuerſis itineribus Syracuſas quam primum mittendas curauerat. Portum Syracuſanum obſidebat Pœnorum claſſis. Nec fefellit illos ſenſim irrepens nauicula. Tamen ſingulari Dei prouidentia ſpectantibus & inuitis Pœnis miſella ratis in portum illabitur. Ad hanc accurrunt ſuſpenſi omnes & vero comperto præ gaudio in lachrymas effuſi portum cateruatim adibát tam optati nuntij ſingula minutatim percontantur. Id conſpicatus Amilcar non dubitans, quin muri defenſorib⁹ vacui tum eſſent, ſcalas admouet, & iam non pauci in vrbem euaſerant cum equites pro more mœnia ob ambulantes, id conſpicati claſſicum dederunt. Totus ergo populus turmatim è portu in Pœnos irruens facile iam captas turres reciperat, & hoſtes vel intra vrbem iugulat, vel de muro præcipitat. Tandem Amilcar vrbis occupandæ ſpe depoſita ab obſidione diſcedit, & quinque hominum millia Carthaginem mittit. Agathocles interim torrentis inſtar omnia raptabat. Primò

TORRENTIS RAPIDITAS.

Tunetum occupat, tum Adrymettum obſidet. Dum Adrymettum obſidet, Pœni viciſſim Tunetú obſidione cingunt. Hoc audito Agathocles noctu edito loco caſtra locat, vnde, tum ab Adramyttenis, tum à Pœnis Tunetum obſidentibus cóſpici poſſet, & incenſis ignibus quampluri mis, vtriſque terrorem inijcit, quaſi noua ipſi auxilia aduenißent. Ita Pœ-

ni ab

ni ab obſidione vrbis diſcedunt, Adramytteni Agathocli ſe tradunt. Hinc Thapſum & ducentas alias vrbes in Africâ, minis, blâditijs, varijſq; ſtratagematis occupat, partim inuitas excidij metu, ſæpiùs volentes, & in Pœnos odio. Dum paulò longius excurrit, Carthaginem perueniunt Siciliæ auxilia, quibus recreati Pœni Tunetum rurſus obſident. Agathocles eo audito confeſtim redit, & vbi ducentis tantum ſtadijs Tuneto ſe diſtare ſenſit, ſubſtitit ad noctem vſq;. Tum ineunte nocte Tunetum vſque excurrit & primo diluculo incidit in Pœnos ſecurè palantes, atq; ita, vt erant, inordinatos aggreſſus, duo millia occidit, ſicq; rurſus ſpem Pœnorum deijcit.

HERCVLES ALEXANDRI SPVRIVS.

In Macedoniâ Polyſperchon Caſſandri viribus impar, cum hactenus Hercules Barſinis ex Alexandro filius pro Spurio habitus, & Pergami neglectus eſſet, tum ſublatâ omni legitimâ Philippi ſtirpe, Herculem hunc iam ſeptendecim annos natum arceſſit & Græcis aduerſus Caſſandrum obijcit. Ætoli Caſſandri odio opem ſuam alacres pollicentur.

ΑΥΤΟΧΕΙΡΙΑ.

Ptolemæus Ægypti rex, cum audiſſet Nicoclem Paphi regem defectionem moliri, mittit, qui eum corripiant ac mori iubeant. Axiothea, vbi coniugem ſuum Nicoclem mortem ſibi conſciuiſſe audijt, ipſa filias ſuas iugulat, tum ſorores ſuas hortatur, vt exemplum ſuum ſequantur, quod cum audiſſent earum mariti, & ipſi ſibi manus intulerunt. Ita cum de vno Nicocle tollendo mandata dediſſet Ptolemæus, tota ipſius domus proditionis conſcia, tragicum exitum ſortita eſt.

IX. XVI.

A. M. 3691. Sel. 4. V. C. 445. Ante Dn. 409. Pt. Lagidæ V. Prætore Demetrio Phalereo.

Diod. l. 20. PTOLOMAEVS.

Ptolemæus Ægypti rex, cùm audiſſet pleraſque Ciliciæ vrbes, quas pridem cœperat ad Demetrium deficere, ipſe eò delatus multas recuperat, & nouas in Lyciâ occupat. Ptolemæus Antigoni dux & conſobrinus Ptolemæo regi ſe tradit, ſed cum pro ingenij ſui ſubdolâ leuitate res nouas moliretur, comprehenſus cicutam bibere iubetur.

HERCVLES OCCIDITVR.

Caſſander veritus, ne Macedones cùm rerum nouarum ſtudio, tum priſco in Alexâdrum amore ad Herculem ipſius filium deficerent, clam ad Polyſperchontem mittit, qui moneat, quam parum ſibi conſulat, qui vltrò ſibi dominum arceſſiuerit, cum poſſit ipſe αὐτοκράτωρ eſſe. Priſcas potiùs ſimultates exuant, ſanctum fœdus ineant, & oppreſſo hoc adulterino partu pax certa pereunti Græciæ reſtituatur. Nec abnuit Polyſperchon vecors pariter ac perfidus, qui à latrone parricidij, quàm à Rege virtutis certius aut amplius præmium expectarit. Sed ita ferro exſcindenda erat familia illa, cuius ambitio tot vrbes, tot populos ferro cruentauerat.

SPARTAE TVTA OBSCVRITAS.

Cleomenes Lacedæmoniorum rex cùm regnaſſet annos vnum & ſexaginta obit, relicto Aretâ nepote,

qui regnauit annos XLIV. Quis non Spartanorum per illa tempora obſcuritatem demiretur? At mihi quidem tum tranquillâ longęuitate, tanto fœliciores videntur, quanto irrequietis prædonibus abiectiores videbantur. Hic Aretas vel potius Areas dicitur Plutarcho Areus, Ioſepho Ἄρειος. Huius Arei hoc ſtemma refert Plutarchus in vitâ Agidis & Cleomenis. Pauſaniæ, qui ad Platæas pugnauit A.V.C. 275. filius fuit Pliſtonax, Pliſtonactis Pauſanias II. Huius filij fuere duo Ageſipolis & Cleombrotus, cui itidem naſcuntur filij duo Ageſipolis II. & Cleomenes, qui regnare cœpit anno V.C. 384. & hoc anno obijt V.C. 445. Cleomenes quoque duos filios habuit Cleonymum & Acrotatum, quorum neuter regnauit. Sed opiter Areus Acrotati filius, Arei nepos, Cleonymi filius Leonidas Arei patruelis is eſt, qui Agidem ab Ageſilao Magno ortum occidit.

AMILCARIS, PRAECEPS SECVRITAS

Amilcar Syracuſas maiore exercitu quam antea obſeſſurus, centum ac viginti peditum equitum quinq; millia ex totâ Siciliâ colligit vrbemque paulò ante meſſem obſidione cingit, tum indicta die ſcalas admouet eo quem incuſtoditum putabat loco, inuitatus vel maxime vatis prędictione, qui die craſtini Syracuſis cænaturum affirmauerat. Itaque tumultuaria militum turba ad prędam potiùs, quàm ad prœlium procurrebat. Sed Syracuſani ſiue moniti, ſiue quidpiam huiuſmodi præſagientes vltrò locum deſerunt, & ſilentio ſuo ſecuram hoſtibus con-

A fidentiam injiciunt, vbi vident in vrbem iam exultantes euagari, ex inſidijs prorumpũt, & incautos ingenti ſtrage contrucidant, Amilcaremque ipſum viuum capiunt, quem audito vatis oraculo cœna quidem excipiunt. Sed mox indignis affectum
B contumelijs ſecuri percutiunt, eiuſque caput ad Agathoclem mittunt. Quin & excurſione factâ conturbatos hoſtes adorti caſtra diripiunt, & in vrbem ſpolia ampla referunt. Hoſtes tam fœdè profligatos alia excipit clades. Nam Amilcaris loco Bar-
C bari Pœnum hominem, Græci Dinocratem ducem eligunt. Agrigentini verò Xenodico duce ſpem liberandæ Siciliæ concipiunt, quo vexillo ſemel erecto Erbeſſus, Enna, Gela & aliæ multæ ciuitates à Pœnis deficiunt. Et Agrigentini diu contem-
D pti tum Syracuſanis pariter & barbaris formidini erant. In Africâ Tuneti Archagathus Agathoclis filius Lyciſcum non obſcurum militem ſed tum procaci temulentiâ in Agathoclem probra iacientem haſtâ confodit. Milites, qui olim tot ciuium cæ-
E des impune perpetrari ſuſtinuerant, tum commilitonis vnius necem non prorſus iniuſtam, tam iniquo animo ferunt, vt infenſis animis ad Agathoclem procurrant. Archagathum ad pœnas exigunt, ipſi Agathocli, ſi abnuant, necem intentant, ſtipen-
F dia exigunt, ſcelera exprobrant, denique factionibus omnia miſcent, quarum fama ad Carthaginenſes vſque defertur. Hi continuò per legatos omnia ſtipendia pollicentur, & ampliſſima inſuper præmia. Aga-

SICVLIA POENIS DEFICIVNT.

SEDITIO CALLIDE REPRESSA AB AGATHOCLE.

thocles inter ſacrum & ſaxum conſtitutus dignum audaciâ ſuâ conſilium capit. Exutâ purpurâ habitu priuato in Prætorium procurrit. Mirantibus cunctis orationem præſenti fortunæ congruentem habet. Monet, quid hactenus egerit, quoties pro ipſorum ſalute morti ſe obiecerit, ſe nunc quoque, ſi ita ipſis expediat, mortem non detrectare. Tum exerto gladio in mucronem incumbit. Sed clamore protinus ſublato milites ferrum abijcere, purpuram induere iubent, crimina omnia diluunt, obſequium pollicentur. Agathocles cótinuò hac occaſione vtendum ratus milites in hoſtem ducit.

POENORVM STVLTA CREDVLITAS.

Pœni ex compoſito captiuum Agathoclem adduci credentes iam lætum Pæana concinebant. Græci hactenus quieto agmine progreſſi, vbi propiùs acceſſere, protinus elata voce in hoſtem procurrunt, eumque rei nouitate conterritum facile profligát. Ducenti tamen ex maxime factioſis militib⁹ ad Pœnos deficiunt.

X. XVII. Olympias CXVIII. A. M. 3692. Sel. 5. V. C. 446. Ante Dn. 308. Pr. Lagidæ XVI. Pr. Charino P. Decio Mure II. Q. Fabio Maximo III. Coſſ.

Diod. l. 20. FASTI CONSVLARES.

DEinceps Romanos Conſules adſcribere viſum eſt, quia Diodorus poſt multos annorum quinque vel ſex ἀναχρονισμοὺς eoſq; continuos in Athenienſium ἀρχόντων cum Romanis conſulibus comparatione

A tandem eò delapſus erat, vt vno tantum anno à vero deſciſceret. In eoq; aliquandiu perſeuerauit. Nunc demum omiſſo ſuperiore anno, quo ſine Conſulib⁹ Papirius ſolus Dictator Reip. præfuit (quem annum Liuius quoque tranſcendit & Reuſnerus)
B recte atque ordine Prætores Athenienſium cum Conſulibus componit. Ita deinceps in ſerie cóſulum vſque ad Auguſtum atque adeò vſq; ad Philippum Imp. Faſti Conſulares Onuphrij tam exacti ſunt, vt ne vnum quidem par conſulum demi
C vel addi poſſit. Recte igitur Diodorus Olympiadem CXVIII. celebratam & Charinum Athenis Prætorem factum docet P. Decio, & Q. Fabio Coſſ. Græcæ vrbes cum viderent, neque Caſſandrum, nec Antigonum libertatem toties promiſſam ipſis ſe-
D riò procurare, ad Ptolomæum adeunt fideliorem reliquis reputántes, & ille quidem cum exercitu aduenit, & aliquot vrbes liberat. Sed cum videret Græcos auxilia ſibi promiſſa denegare, cum Caſſandro redit in gratiam ea lege, vt quiſque ſemel
E parta retineat.

GRAECI FRVSTRA LIBERTATI INHIANT.

Antigonus Cleopatram Alexandri magni ſororem eius verò Alexandri, qui Italiam tentauit, viduam ambit. Differentem & indies procraſtinantem Sardibus aſſeruari iubet. Poſtremò indignantem, quod quaſi
F captiua detineretur, per fraudem interfici iubet, veritus ne effugeret, & cuipiam alteri nuberet. Sæua hæc zelotypia eò fœdior erat, quod Antigonus iam octogenarius erat. Agathocles in Africa Nomadas aliquot

CLEOPATRA OCCIDITVR

Digitized by Google

Iuſt. l.23. INFIDELITAS NOMADVM.

ſibi conciliat. Pœni contra accurrunt, vt eos in fide & officio contineant. Committitur prœlium. Nomades poſt aliquas velitationes manus temperant, expectantes, penes quem futura ſit victoria. Stabant à Pœnis aliquot Græci, hi acerrimè omnium Agathocli reſiſtebant. Tandem tamen vincit Agathocles, Græcos mille captiuos abducit, & non multo poſt, cum animaduertiſſet eos effugere conatos, comprehenſos iugulat omnes, caſtra Pœnorum diripit. Nomades interim in Agathoclis longiùs abſentis caſtra inuolant, eaq; diripiunt, Agathocles mittit, qui Nomadas inſequantur. Sed plerique cum præda iam euaſerant. [a] Ophellas vel [b] Opheltas, qui Ptolomæi auſpicijs Cyrenem ſubegerat, & ſuo quàm alteriùs nomine eam regere malebat, res nouas moliebatur. Agathocles legatum ad eum mittit, rogat auxilio adſit, ſi Pœnos communibus opibus debellare poſſit, Africam totam ipſi traditurum, Sicilia contentum. Ophellas imperij proferendi cupidine ac ſpe illectus colligit equites ſexcentos, conſcriptorum peditum decem millia, quos ſequebantur totidem alij voluntarij cum vxoribus ac liberis. Octodecim diebus tria ſtadiorum millia per horrida teſqua ac ſerpentibus infeſta deſerta emenſus vix tandem ad Agathoclem peruenit. Agathocles pro ſua calliditate blandè ſalutat, & omni honore excipit. Deinde ſiue id primò decreuerat, ſiue ex conuictu agnouit non ſatis aptum ſuis conſilijs hominem, apud ami-

a Diodor.
b. Plutar. in Dem.

OPHELLAE.

AGATHOCLIS.

A cos de Ophella conqueritur, fingit inſidias ſibi ſtructas. In Ophellam concurritur. Ille rei nouitate territus arma tamen capit, & impigrè ſe tuetur. Sed tempus captauerat Agathocles, quo pleriq; Ophellę milites frumentandi cauſa procul aberant. B Itaque vel ipſo hoſtium numero obrutus occiditur. Eo ſublato Agathocles milites ipſius conſolatur, mira pollicetur, ad id ſe coactum mentitur. Denique conſilij inopes in tam alieno ſolo, ſeu volentes, ſeu inuitos ad ſe allicit. Neq; verò tum Pœnis li- C cebat ad alia intentis hac alioqui opportuniſſima ad opprimendum Agathoclem, aut Cyrenenſes ſibi conciliandos occaſione vti. Erat n. Bormilcar tam ſecurus eorum, quæ in caſtris fierent, quàm Agathocles ignarus eorum, quæ in vrbe gere- D bantur. Bormilcar Tyrannidi pridem inhians tandem amandatis ad Numidicum bellum pleriſque militibus præter coniurationis conſcios, hoc ipſo, quo Ophellas iugulatus eſt, die cum coniuratis regis nomen arripit. Obuios quoſq; reclamantes E iugulat. Plateas omnes ciuium cruore conſpurcat. Fœda totius vrbis facies viſebatur, pleriſque eo magis attonitis, quod putabant has cædes ab Agathocle perpetrari. Vbi verò agnitum lanienam hanc à Bormilcare cum paucis ſicarijs exerceri, vi- F res ſuas recognoſcit ciuitas, & animos acuente ira in Tyrannum acriter inſurgit. Tyrannus cum ſuis ſeſe dedere coactus eſt impunitatem ſtipulatus. Et cæteris quidem fides ſeruata. Bormilcar vnus fidei beneficio

BORMILCARIS.

Digitized by Google

indignus viſus eſt.

XI. XVIII.

A. M. 3693. Sel. 6. V. C. 447. Ante Dn. 307. Pt. Lagidæ XVII. Pr. Anaxicrate App. Claudio Cæco L. Volumnio Flammâ Coſſ.

Plutarc. Demet. DEMETRIVS ATHENIS.

Antigonus, vbi videt Caſſandrum & Ptolomæum liberandæ Græciæ conſilium omiſiſſe, ipſe tantò lubétiùs id aggreditur. Tradit igitur Demetrio filio quinque talentum argenti millia, naues CCL, quo id ſtrenue aggrederetur velut & ad gloriam illuſtriſſimum & ad captandam popularem gratiam vtiliſſimum. Initium ab Athenis quaſi orbis ſpeculâ fieri iubet. Demetrius ex Aſiâ tam ſecundo vectus eſt vento, vt priùs in Pyræo conſpectus ſit, quàm de eius aduentu quidquam auditum &, quæ erat populi ſupinitas, Ptolomæi nomine excipiebatur. Vbi agnouere Demetrium Athenienſes, primò quidem quaſi hoſtem repellere conabantur, mox potentiori cedere coacti ſunt. Simulac Piræum ingreſſus eſt, per præconem pronuntiari iubet, Bonis auibus aduenire ſe patris Antigoni iuſſu Athenienſibus primò, tum Græcis omnibus vrbibus libertatem daturum, & non modo præſidia Macenonum eiecturum, ſed ipſas Tyrannidis ſedes ſubuerſurum. Exceptus eſt mirò populi totius applauſu. Tum eiecto Dionyſio eiuſque præſi-

LIBERTATEM PROMVLGAT.

A dio, quod Caſſandri nomine Munychiam obtinebat, Athenienſes in Demetrij laudes effuſi, altare ipſi extructum σωτήριον vocant. Σωτήριον quoque nuncupant Thargelionis XXVI. quo Demetrius in vrbem appulerat. Is hoc anno incidit in Maj

FOEDIS ADVLATIONIB. EXCIPITVR.

B XIV. Quo loco, inquit Clemens, ex equo deſcenderat, templum condunt, καταιβάτου Δημητρίου. Altaria vbique, coniux Minerua deſtinatur. Demetrius neglecto ſimulachro veteri verum ac florens ſcortum Lamiam in templum Minervæ ducit. Tum

Clemens προτρεπτικῷ.

C ipſi & Antigono ſtatuas & coronas ducentorum talentum pretium excedentes conſecrant. Athenienſes, Decem tribubus duas adijciunt Δημητριάδα & Ἀντιγονίδα. Quin & Μουνυχιῶνα Δημητριῶνα, ἕνην καὶ νέαν Δημητριάδα, & Dionyſia Δημήτρεια nuncupa-

D runt, poſtremò legatos, qui ad illos quotannis mittendi, erant non πρεσβευτὰς, ſed θεωρούς, prout ſolebant eos nuncupare, quos Πυθοῖ & ὀλυμπίαζε mittebant, ſuadente hæc omnia impuro adulatore Stratocle. Antigonus viciſſim præter libertatem polli-

E citus eſt ſe daturum illis triremes centum & centum quinquaginta medimnûm frumenti millia. Acta hæc annis quindecim poſt pugnam περὶ Κρανῶνα commiſſam, à quâ ad hunc annum Oligarchiæ nomine, Monarchiæ ſpeciem exercerat Demetrius

F Phalareus, tum propriâ virtute, tum Caſſandri gratiâ inter Athenienſes plurimum pollens, tunc inſidam populi leuitatem extimeſcens primò Thebas, tum Alexandriam ad Ptolomæum ſe confert.

Digitized by Google

Antigonus, cùm putaſſet Athenienſibus libertate redditâ reliquas Græciæ ciuitates vno agmine ad libertatis vexillum concurſuras, poſtquam paulò ſegniùs procedentes videt, Demetrium reuocat ad bellum Cypriacum. Ptolemæus Cyprum tuendam dederat Menelao fratri. Demetrius eò ducit equites quadringentos, peditum quindecim millia. Menelao erant equites octingenti, peditum duodecim millia, ita Menelaus animo & viribus inferior facile victus eſt. Occiſi milites mille. Capta tria millia. Ptolemæus eo audito veritus, ne amiſsâ Cypro reliqua quoque periclitarentur, ducit ipſe naues longas, centum quadraginta, ςρατιωτικὰ πλοῖα ducenta, in quibus erant peditum decem millia. Menelao verò ſupererant naues ſexaginta. Hunc Salamine obſidebat terrâ marique Demetrius quàm acerrimè omnis generis catapultis & arietibus. Quin & excogitata noua machina, quam ἑλέπολιν nuncupauit. Huius vtrumque latus erat, quadraginta quinq;, altitudo nonaginta cubitorum. Ea in nouem ordines diſtincta, quatuor rotis impoſita (quarum altitudo erat octonum cubitorum) inambulantis propugnaculi ſpeciem præferebat, ſed cum id totum ligneum eſſet, Menelaus iniectis noctu lignis aridiſſimis & facibus ardentibus non machinam modo ſed & milites quamplurimos incendio conſumpſit. Dum noua ſubſidia comparat Demetrius, ſupeperuenit Ptolemæus. Huic obuiam it Demetrius ſecum ducens ſeptiremes, quinqueremes, aut etiam quadritemes [a] centum & octo, vel [b] octoginta, relictis nauibus decem, quæ ex anguſto portu vetarent ſexaginta Menelai naues ſoluere. Sed tanta Demetrij virtus aut felicitas fuit, vt Ptolemæus vix cum octo nauibus integris euaſerit. Plutarchus ait captas naues ſeptuaginta, reliquas ſubmerſas. Diodorus verò capta πλοῖα centum, in quibus erant hominum octo millia, naues longas quadraginta captas, ſubmerſas octoginta. Vt vt ſit, is fuit huius prœlij exitus. Vt Antigonus Diadema, nomenque regium, quod hactenus aſſumere non auſus fuerat, aſſumpſerit. Ptolemæus, etiamſi Cypri conſeruandæ ſpem abieciſſet, Diadema nihilominus & ipſe aſſumpſit, itidemque Lyſimachus. Seleucus quoque, qui hactenus à Barbaris tantum rex appellatus fuerat, deinceps etiam à Græcis Rex ſalutari cœpit. In Europâ Macedones & Græci Caſſandrum quoque regem deinceps nuncuparunt. Ipſe tamen non aliter, quàm antea nomen ſuum literis inſcripſit. Quin & Agathocles tum regium nomen aſſumpſit, licet coronam pro more ſacerdotalem, non diadema geſtaret. Cæterum Vticam defectionem molitam recuperat, & internecione delet, Hipponem paulò mitiùs habet. In Siciliâ Xenodochus ab Agrigentinis Siciliæ in libertatem aſſerendæ dux electus aduerſus Syracuſanos decem peditum millia armat, equites mille. Leptines Syracuſanus contra peditum octo millia, equites mille quingentos. Agrigen-

CYPRVM INVADIT

HELEPOLIM EXCOGITAT.

[a] Diod.
[b] Plut.

PTOLOMAEVM FVGAT.

NOVI REGES.

AGRIGENTINORVM INFOELIX GENEROSITAS.

Digitized by Google

tini prœlio victi & mille quingentis ciuibus orbati à præclaro ſuo liberandæ Siciliæ incepto generoſiùs quàm prudentiùs inito deſiſtunt. Agathocles vbi videt ſe tum vrbibus in littore ſitis, tum ſociorum Africanorum numero ipſis Pœnis non inferiorem eſſe, Archagathum filium Africani belli ducem relinquit. Ipſe in Siciliam reuertitur, & primo Selinuntem aduectus Heracleotas, qui libertatem ſibi arrogauerant, rurſus iugum ſubire cogit. Thernitas Pœnis eripit, Apolloniatas vi captos iugulat omnes. Hæc ſæuitia Siculas ciuitates ad capeſſendam tantò acriùs libertatem excitat Dinocrate duce. Is continuo colligit peditum viginti millia, equites mille quingentos. Agathocles viribus multò inferior, aperto prœlio non auſus dimicare. Sed leuibus velitationibus, Siculos modo hac, modo illac ex improuiſo aggredi, vt Dinocrates quidem Syracuſanus exul bellum inferre, Agathocles rex latrocinium exercere videretur.

DINOCRATES FOELICIOR.

XII. XIX.

A.M.3694. Sel.7. V.C.448. Ante Dn.306. Pt.Lagidæ XVIII. Pr.Corybo. Q. Martio Tremulo P. Cornelio Aruinâ Coſſ.

Diod.l.20. Iuſt.l.23.

ARCHAGATHVS INFELICITER AGIT.

ARchagathus Eumacho duce ad ſubigendas Africæ vrbes aliquandiu proſpere vtitur, Nam, τωκὰς, φελλίνην, Μεσχέλαν, Hipponem alteram, πιθηκούσας à Simiorum, quos

A adorant, multitudine dictas, numero tres ſubigit aut conciliat ſibi. Tandem Carthaginenſium Senatus, ſuo damno recta conſilia edoctus, bellum impigrè aggreditur. Trifariam igitur exercitum partitur, decem hominum millia ad marinas ciuitates B mittunt, totidem ad mediterraneas totidemque ad ſuperiorem Lybiam. Idemque Archagathus facere coactus. Hanno mediterranea ſortitus Æſchrionem inſidijs interceptum adortus tanto impetu impellit, vt equites ducentos, peditum quatuor C millia & ipſum ducem confoderit. Himilco verò in ſuperiore Lybiâ fictâ fugâ Eumachum inordinatius inſequentem ad vrbem allicit, ex quâ aliâ portâ nouæ integræq; copiæ ordinato agmine prorumpunt, Eumachum cum omnibus copijs, conci- D dunt, adeò vt ex octo peditum millibus, & octingntis equitibus, vix pedites triginta, equiteſque quadraginta euaſerint. Hac duplici clade conterriti Agathoclis ſocij propemodum omnes ad Pœnos deficiunt, & Archagathus ipſe Tunete ſe con- E tinensiam obſidebatur, cum hæc in Siciliam perlata ſunt, Agathocles continuò licet hactenus in Sicilia minus proſperè rebus geſtis, tamen naues ſeptemdecim extrui iubet, cumque è portu ſoluere dubitaret, imminentibus ex propinquo trigin- F ta Pœnorum nauibus, ecce duodeuiginti, ex Hetruria aduectæ naues, noctu in portum Syracuſanorum illabuntur. Agathocles cõtinuò hanc occaſionem ſtratagematis contexendi arripit. Nam è portu ſoluens Tyr-

AGATHOCLES ALIQVANTO FOELICIVS.

A rhenos monet, ne priùs exiliant, quàm Pœnos iam inordinatos à tergo commodè adoriri poſſint, quod ita opportune factum, vt quinque nauibus captis, ipſe Pœnorum dux ſibi mortem conſciuerit. Ea res Syracuſanos aliquantulum recreauit. Hactenus n. inopia frumenti laborantes deinceps liberiùs mari merces ſuas aduehere cœperunt. Tum Leptinem mittit, qui Xenodochum Agrigentinum iterum ad pugnam alliceret. Et Xenodochus quidem viribus imparem ſe ſentiens recuſabat primò. Vbi verò vidit ſe à ciuibus ipſis ſcommatis peti, & ignauiæ incuſari, in aciem progreſſus, quingentos pedites amittit, equites quinquaginta. His victorijs exhilaratus Agathocles ad conuiuiorum licentiam rurſus effunditur, non tam potandi ſtudio, quàm, vt cuiuſque mentem poſt ebrietatem liberiùs ſeſe patefacientem deprehenderet.

SED VSQVE TRVCVLENTVS.

His atribus, vbi vanâ libertatis ſpecie populum deluſit, quingentos ciues ſibi maxime ſuſpectos ad conuiuium inuitat, & vbi vino iam incaleſcentes animaduertit, per ſatellites ſuos iugulat omnes. Ac tum demum, quaſi ſacris ritè peractis, ex Siciliâ in Africam redit.

REDIT IN AFRICAM.

Tunetum Pœni caſtris validiſſimis circumcluſi obſidione cingebant, cogitantes ſe ſine prœlio eos ad inopiam adacturos. Agathocles id metuens hoſtes identidem ad prœlium prouocat, tandem paulò vlteriùs prouectus à Pœnis numero & loci ſitu potentioribus repulſus, in caſtra ſua fœdè ſe recipit, amiſſis tribus hominum millibus, quorum pleroſque captiuos Pœni crudeliter excarnificaturi ignes accendunt, in quos captiuos inijciant.

PANICIS TERRORIBVS AGITATVR.

Deus hanc immanitatem improbans ventos excitat, qui vaſtos flammarum globos in proxima quæque tentoria impellunt, eaque horrendo conſumunt B incendio. Dum in his attoniti occupantur Pœni, Nomades quingenti ab Agathocle ad Pœnos victores defectionem cogitantes ad caſtra accedunt. Pœni Agathoclem caſtris conturbatis imminere arbitrati cæco impetu alij in Nomadas irruunt, alij in C fugam ſe proripiunt, perque noctis tenebras & locorum abrupta, alij alios vel confodiunt, vel de rupibus præcipitant. Nomades, quid hoc monſtri eſſet, ignari ad Agathoclis caſtra ſe recipiunt. Huius milites hinc flammarum horrore, illinc D Pœnorum fragore & Nomadum aduentu conterriti, & ipſi quaquauerſum confugiunt, & alij alijs occurſantes ſeſe mutuo contrucidant. Huiuſmodi Panico terrore, vix dum exortâ luce ſedato periere Pœnorum quidem quinque millia. Agathoclis autem E militum quatuor millia. Agathocles res conclamatas iudicans neque ſperans ſe poſſe totum exercitum nauibus impoſitum in Siciliam traijcere, cogitat de fugâ ſeorſim cum iuniore filio faciendâ, Archagathum grandiorem iam ſuſpectum habens.

FVGIT.

F Archagathus id perſentiſcens cum aliquot ducibus rem communicat. Ij militibus exaſperatis Agathoclem corripiunt, & manibus poſt terga reuinctis carceri includunt. Tum noui rurſus terrores Panici militum animos

mos

Digitized by Google

mos conturbant, vt alij huc, alij illuc fœda fuga diſiecti vagarentur. Interim Agathocles elapſus ſolus in Siciliam ſe proripit. Milites verò pauore in iram verſo ambos Agathoclis filios confodiunt, & cum Pœnis fœdus ineunt. Diuina vero in Agathoclem vindicta, eò euidentiùs eluxit, quod actum id eodem menſe ac die (circa Pleiadum occaſum) quo Agathocles Ophellam perfidè necauerat, & hanc prouidentiæ cœleſtis vltionem agnoſcit ipſe Diodorꝰ. *Quod rei caput eſt*, inquit, *Deus; tanquam bonus legiſlator duplex ab Agathocle ſupplicium ſumpſit. Cum enim vnum amicum iniquè occidiſſet, duobus filijs orbatus eſt*. Monſtrum verò hominis Agathocles, Dei flagellum iacturam hanc nouâ ſæuitiâ ſarcire cogitans Segeſtanos quidem aſtu deprehenſos, exquiſitiſſimis quibuſque tormentorum generibꝰ excarnificat, vt non parentes modo, ſed & in terrâ defoſſas opes exprimat, ſimulque oculos hoc ſpectaculo paſcat. Tum ad Antandrum fratrem ſcribit, vt eorum, quos in Africam duxerat, parentes, cognatos & affines, viros, fœminas, & infantes omnes confodiat. Ita Segeſta non opibus modò, ſed & viribus omnibus exhauſta. Syracuſis ipſum mare pereuntium cruore, litus cadauerum abiectorum fœda facie conſpurcatum, tanta totius vrbis conſternatione, vt ne collachrymari quidem aut gemere quiſquam auderet proprij periculi metu. Agathocles deficientibus ad Dinocratem aut Pœnos vndique copijs cogitur à Dinocrate pacem petere,

LIBERIS ORBATVR.

SOLATIVM A SAEVITIA PETIT.

PACEM PETIT A DINOCRATE.

A libertatem Syracuſanis & reliquis, quas adhuc obtinebat Siculis vrbibus offerre, modo ipſi duo oppidula vtcumque munita traderentur, in quæ ſe reciperet. Dinocrates verò iam aſſuetus viginti peditum, tribus equitum millibus imperare, nihil B minus cogitans, quàm id, quod maximè prætexebat, nempe reditum in patriam, vt Syracuſis priuatus ageret, pacem quouis exilio magis auerſabatur. Itaque diem de die ducens ſeniles Agathoclis deprecationes varijs procraſtinationibus fruſtrabatur. C Tum Agathocles agnito & Græcis, quantum potuit, demonſtrato Dinocratis conſilio ad Pœnos ſe confert, pacem illis offerens eâ lege, vt ipſis reſtituerentur, quæ hactenus ipſis erepta fuerant. Pœni bello fracti, & Agathoclis ingenium extimeſcentes D non modo pacem oblatam libenter ſuſcipiunt, ſed muneris inſuper loco trecenta, vel, vt vult Timæus, centum quinquaginta talenta mittunt, & centum viginti medimnûm frumenti millia.

A POENIS

Antigonus Cypro in poteſtatem E redactâ occupandæ Ægypti ſpem concipit. Ad eam rem filio Demetrio tradit naues longas centum quinquaginta, bellicas centum. Ipſe terra ducit peditum octoginta, equitum octo millia, elephantos octoginta tres, medimnûm frumenti F centum triginta millia. Ptolemæus parta tueri quàm quærere doctior aditus omnes ſumma diligẽtia communit. Deus inexpletam Antigoni ambitionem damnans Nilum ſolito tumidiorem reddit, mare tempeſta-

ANTIGONVS TENTAT AEGYPTVM.

MMm

Digitized by Google

tibus infeſtum. Ita Antigonus re infecta in Syriam reuerti cum probro
Ælian.l.2. & damno cogitur. Demettium audaciùs & violentiùs ſubditis vtentem Antigonus his verbis inctepat. *Neſciſne, ô fili, regnum noſtrum eſſe δουλείαν ἔνδοξον glorioſam ſeruitutem?*

XIII. I.

A. M. 3695. Seleuci & V. C. 449. Ante Dn. 305.

Pt. Lagidæ XIX. Pr. Xenippo.
L. Poſthumio Megello
T. Minutio Augurino Coſſ.

Diod.l.20. Plutarch. Dem.

DEMETRIVS RHODVM OBSIDET.

Antigonus conceptam pridem in Rhodios iram euomit. Erat Rhodus longâ pace florens ab Alexandro multis beneficijs & honoribus exculta, poſt Alexandrum ab omnibus eius ſucceſſoribus magni habita. Et Rhodij quidem pro ſua prudentia licet propenſioribus in Ptolemæum animis eſſent, propterea quod præcipua eorum commetcia in Ægypto fiebant, tamen ſtudioſè cauerant, ne partis vllius rixis immiſcerentur. Sed, quantum in ipſis erat, pacem æqua lege cum omnibus coluerant. Itaq; Antigono claſſes aliquot in Cypriacum bellum imperanti, quam potuerant modeſtiſſimè recuſarant. Id in ſui contumeliam interptetatus Antigonus in opportunum tempus dilatam vltionem nunc demum aggreditur, &c, vt alias, ſic tum quoque rem Demetrio committit, vtpote iam octogenario maior. Primum ergò Demetrius per Piratas Rhodiorum naues incurſat.
A Rhodij non modo ſe tuentur, ſed & Demetrij naues viciſſim deprædantur. Cumque incidiſſent in nauem, in qua Philla veſtes & literas ad Demetrium maritum ſuum mittendas curabat, Rhodij nauem hâc captam ad Ptolomæum mittunt. Ea res De-
B metrium ſupra modum exacerbauit, quanquam Diodorus id narrat poſt obſidionem inchoatam. Itaque omiſſis Piraticis excutſionibus iuſto bello Rhodios aggreditur. Erant ipſi naues longę ducétæ, ὑπηρετικαὶ CLXX, ἰδιωτικὰ πορεῖα mille, multis vltrò, qua-
C ſi non ad prœlium, ſed ad prædam confluentibus. Rhodijs erant tantum ſex ciuium armatorum millia, peregrini mille, & aliquot ſerui bonæ frugis, quos à Dominis emptos & manumiſſos ciuitate donarant. Reliquam conuenarum aut ſenum
D inutilem turbem aliò amandât. Strenuè pugnantibus præmia, morituris honores, & eorum liberis ſtipendia honoraria decernunt. Nec quidquam omittunt, quod ad inflammandos ſerio tuendæ libertatis ſtudio ciues faceret. A Ptolomæo, Caſ-
E ſandro & Lyſimacho auxilia poſtulant. Cum Demetrio tranſigunt, vt captiui omnes redimi vtrimque poſſent, liberi quidem millenis, ſerui verò quingenis drachmis. Ita magno vtrimque apparatu, & animo-
F rum contentione Rhodus oppugnatur pariter & propugnatur aliquandiu rebus pro more alternantibus, donec auxilia licet exilia & ſerò ſuperuenientia Rhodios tecrearunt.

AGATHOCLES DI-

Dinocrates militum vndique ad ſe confluentium numero ſuperbiens

NOCRATEM VINCIT.

ſpecioſum libertatis publicæ titulum ambitioni ſuæ prætexens Agathoclem cum contemptu aggreditur. Deus, qui & faſtuoſam Dinocratis hypocriſin punire, & Agathocle, ceu piſtillo ad contundendam adhuc Siciliam vti volebat, hominum expectationem hîc plurimum feſellit. Erant Dinocrati peditum viginti quinque, equitum tria millia. Agathocli nonniſi equites octingenti, peditum quinque millia. Sed in ipſo prœlio transfugarum duo millia Dinocratis copias, ac ſi maxima exercitus pars ad Agathoclem deficeret, exterruerunt, & non difficilem Agathocli victoriam præbuerunt. Agathocles, cui non alia, quàm in ſæuitia ac perfidia ſpes ac fiducia erat, primò quidem milites ſuos ab inſequendis longiùs hoſtibus cohibet. Tum ad pedites, qui numero ſepties, aut, vt vult Timæus, quater mille in colliculum quempiam euaſerant, præconem mittit, qui eos fide data ad deditionem cohortetur. Deinde hos ſe ſe dedentes & exarmatos confodit omnes. Tum comperto Dinocratem Democratiæ iuratum hoſtem, & iam populis inuiſum non minus quàm ſeipſum eſſe, ſuis deinceps conſilijs aptum ratus ſibi conciliat, & maximis quibuſque rebus præficit.

SIBI CONCILIAT.

A B C D E

XIV. II.

Olympias cxix. Andromenes.
A. M. 3696. Sel. 9. V. C. 450. Ante
Dn. 304. Pt. Lagidæ xx. Pr. Phęrecle. P. Sempronio Sopho
P. Sulpitio Sauerio Coſſ.

F

HELEPOLIS. Diod. l. 20. Plutar. Dem.

A DEmetrius in obſidione Rhodi perſeuerans ἑλέπολιν extruit Cypriaca validiorem. Namque & laminis ferreis totam obtegit, & ad angulos, ferro pręfixo, plurima munimenta adhibet, & infernè validiorem, supernè anguſtiorem efficit. Plutar- B chus ei tribuit altitudinem cubitorum ſexaginta ſex. Diodorus de altitudine nihil dicit, latitudinem pariter & longitudinem vterque docet fuiſſe circiter quinquagenûm cubitorum, κλινῶν 43. Paulatim vero in conum ita aſſurgebant contignatio- C nes numero nouem, vt ſuprema contignatio eſſet κλινῶν nouem, cubitorum decem. Κλίνη erat circiter palmorum ſeptem. Cuiuſque contignationis altitudo circiter cubitorum ſeptem. Vnicuique contignationi binæ ſcalæ erant attributæ, quarum al- D tera deſcendentibus, altera aſcendentibus inſeruiret. Huic machinæ mouendæ inſeruiebant hominum tria millia quadringenti. Rhodijs iam fatiſcentibus mittit Ptolomæus auxilij loco allia & trecenta artabarum frumenti millia, hoc eſt trecen- E ta ſeptuaginta quinque medimnûm Atticorum millia cum multis leguminibus omnis generis. Caſſander decem. Lyſimachus quadraginta medimnûm frumenti millia, totidemque hordei. Quin & Piraticam in Demetrij naues exercent, & ex- F curſionibus nocturnis Demetrium fatigant, eiuſque machinas adurunt. Et aliquanto poſt Ptolemæus frumenti quidem iterum tantundem miſit ac prius, & homines inſuper mille quingentos. Multæ legationes

Digitized by Google

RHODVS LIBERATVR.

interim apud Demetrium pro Rhodijs deprecantur. Cnidiorum primùm, tum Athenienſium, poſtremò Ætolorum. Cùm ergo paulò antè Ætolorum aduentum Antigonus Demetrium monuiſſet, vt quamprimum cum Rhodijs cõponeret, Demetrius, quaſi in gratiam Ætolorum cum Rhodijs ita tranſigit, vt Rhodijs libertas integra conſeruaretur & annui prouentus. Rhodij ſocietatem Antigoni ſuſciperent aduerſus quoſuis præterquam aduerſus Ptolemæum. Ita vrbs annum integrum obſeſſa tandem liberatur.

AGATHOCLIS SACRILEGIA.

Agathocles Liparenſes confœderatos ex improuiſo adoritur, exigitque quinquaginta talenta, cum ea exſoluere non poſſent, diripit ea, quæ Æoli & Vulcani nominibus erant conſecrata. Naues vndecim, quæ ad aurum illud diripiendum miſſæ fuerant in reditu confringuntur.

PVNIVNTVR.

Hinc ſtolida ſuperſtitio commota eſt, vt non tam Dei prouidentiam, quàm Æoli, quaſi ventis imperantis diuinitatem agnoſcerent, eodemque referebant, quod poſtea igne perijt Agathocles, quaſi vt Æolus ſic & Vulcanus ſuam quiſq; vindictam exigere voluiſſet.

XV. III.

A. M. 3697. Sel. 10. V. C. 451. Ante Dn. 303. Pt. Lagidæ xxi. Pr. Leoſtrato Ser. Cornelio Lentulo L. Genutio Auentinenſi Coſſ.

Diod. l. 20. Plutarch. Demet.

DEmetrius ad priſtinum liberandæ Grҽciæ inſtitutum cum trecentis triginta nauibus reuerſus Pro- A lomæi præſidium Sicyone depellit, & vrbis maximam partem diruit, vt eam tum ad belli, tum ad pacis vſum opportuniore loco inſtauraret.

DEMETRIVS GRAECIAE LIBERTATI INCVMBIT.

Corinthum quoque vrbem occupat, eiuſque duo præſidia Siſyphium & Ἀκροκόρινθον, in quo tamen eiecto B Caſſandri duce conſentientibus Corinthijs præſidium retinuit. Butan vero, Scyum, Ægium aliaſque vrbes plurimas capit & liberat.

CLEONYMI FASTVS.

Tarentini bello aduerſus Lucanos, & Romanos impliciti à Spartanis ducem petunt Cleonymum cum auxilijs. Is C circa Tænarum quinque, tum in ipſa Italia quindecim peditum millia & equitum duo millia colligit, Lucanos ad ſocietatem allicit, Metapontinos ex improuiſo adortus cogit ſexcenta talenta exſoluere, quæ in luxum impenderet à priſca Laco- D num frugalitate plurimùm degenerans, Corcyram quoque ſimiliter occupatam ad prҽſtanda tributa adigit. Demetrium pariter & Caſſandrum ſocietatem poſtulantes ſuperbè reſpuit. Tarentinos ipſius faſtum iam exoſos cogit iugum ſubire. Trio- E pum quoque ciuitatem ſubigit.

REPRIMITVR.

His victorijs ſuperbientem barbari ex improuiſo aggreſſi nonnihil reprimunt. Sed maxime exorta tempeſtas, quæ naues ipſius viginti peſſum dedit.

F

XVI. IV.

A. M. 3698. Sel. 11. V. C. 452. Ante Dn. 302. Pt. Lagidæ xxii. Pr. Nicocle. M. Liuio M. Aimilio Paulo Coſſ.

Digitized by Google

Diod. l. 10. Plutarc. Demet.

VELITATIONES DEMETRII.

CAſſander primò pacem à Demetrio petit. Demetrius recuſat, niſi pacis conditiones ipſius arbitrio committantur. Tum ad Lyſimachum, Ptolomæum & Seleucum confugit, monet nunc tandem tempus eſſe, vt aduerſus communem hoſtem, & omnibus omnia rapere B ſatagentem bellum ſeriò ſuſcipiant, & ij quidem omnes acriùs quàm hactenus huic negotio incumbunt. Interim poſt aliquot velitationes ſuas copias, ſimul omnes in hybetna ſpargunt. Demetrio vlteriùs ſemper pergére, & iam Heracleam vſq; progreſ- C ſo, cum etiam ſex Macedonũ millia ad Demetrium nupertimè transfugiſſent, tentat prælio rem decernere. Erant Caſſãdro peditum vndetriginta equitum duo millia. Demetrio vero equites mille quingenti, peditum Macedonum transfugarum octo, D peregtinorum quindecim, Græcorum viginti quinque, quin etiam latronum ad prædam concurrentium octo, in vniuerſum peditum quinquaginta ſex millia. Cum reſtitaret Caſſander, vt pote viribus longe inferior, ſuperueniunt Antigoni man- E data iubentis Demetrium quam primum in Aſiam omni exercitu reuerti, vt illic veluti de tota belli ſumma dimicaretur aduerſus Seleucum & Lyſimachum. Demetri⁹ igitur mandatum patris diſſimulans, cum Caſſandro fœdus init, ea lege vt irritum F ſit fœdus, niſi Antigonus id ſanxerit. Interim libertate fruerentur omnes Græcæ vrbes. Hæc ille, ſatis ſciens fœdus hoc ab Antigono imptobatum iri, ſed eo conſilio, ne diſceſſus

A ipſius fugæ ſpeciem præferret. Is ergo in Aſiam traijciens, Epheſum, Lampſacum, & aliquot interiacentes vrbes recuperat, eoque facto copias in hyberna diſtribuit. Caſſander interim in Aſiam & ipſe viginti duo peditum millia mittit ad Lyſimachum, & equites quingentos, Pleiſtarcho duce, qui trifatiam partitus copias vix in Aſiam incolumis cum dimidia exercitus parte peruenit. Caſſander nihilominus cum copijs, quas ſibi reliquas fecerat, Græciam quidem intactam reliquit ex pacto, Theſſaliam verò, qua poteſt, peruadit & ſubigit. Ptolemæus, dum in Aſiam minorem vndique confluunt copiæ, tum Antigoni & Demetrij, tum Seleuci, Lyſimachi & Caſſandri, Ipſe Cœlen Syriam Antigoni præſentia deſtitutam aggreſſus, pleraſque vrbes occupat. Dum Sidonis obſidionem tentat, falſum Sidonij rumorem ſpargũt prœlium in Aſia commiſſum, & Antigonum victorem cum omnibus copijs aduentare. Hanc famam paulo faciliùs, quàm par erat, pro verâ accipiens Ptolemæus quadrimeſtres inducias cum Sidonijs init, & in Ægyptum reuertitur. Hactenus Diodori Siculi τὰ σωζόμενα. Deinceps abſq; Polybio foret, fragmenta tantum hiſtoriæ Græcæ haberemus ſparſim ex Plutarcho, Pauſania & alijs colligenda. Sed & Polybij pleraque perierunt, & ex tanto opere vix quidquam ſupereſt præter apparatum & pauculos pragmaticæ ipſius hiſtoriæ annos. Et hæc ipſa λείψανα multùm Is. Caſambono debent viro ad lite-

CASSANDRI.

PTOLOMÆI.

CVM DIODORO DEFICIT HISTORIA GRÆCA.

rarum & hiſtoriæ inſtaurationem nato. Ita cum Diodoro & Polybio propemodũ intercidit hiſtoria Græca. Contra in Romanorum rebus geſtis huc vſque deformia potiùs carioſæ antiquitatis rudera habemus, quàm ædificium vllum hiſtoriæ nomine dignum. Sed quemadmodum hiſtoriam ſacram excipit Græca, ſic Græcam Romana. Cauſſa diſcriminis eſt, quod antehac Romani vel aratro incumbebant, vel tumultuaria cùm vicinis prœlia inibant; rem facere, quàm animum diſciplinis imbuere malentes, & ferrum quàm linguam aut calamum expolire, Græcis interim tam ignoti, quàm rerum Græcar. ignari. Poſtquam Græcis per bella vel ſocietatem innotuerunt, Græcos præcones nacti ſunt Polybium Megalopolitanum, Dionyſium Halicarnaſſenſem, & Diodorum Siculum, & ipſi à Græcis ſcribere didicerunt, & res ſuas recognoſcere ac ſtylo ornare.

SVCCEDIT ROMANA.

XVII. V.

A.M.3699. Sel.12. V.C.453. Ante Dn.301. Pt.Lagidæ XXIII. Q. Fabio Maximo M. Valerio Coruo Coſſ.

Plutar. Demet.

DEMETRII PROTERVIA REPRIMITVR.

INgentis in Aſiâ prœlij fit apparatus. Erant Antigono peditum ſeptuaginta, equitum decem millia, elephanti LXXV. In aduerſa acie erant peditum ſexaginta quatuor, equitum decem millia & quingenti, elephanti quadringenti, currus centum & viginti. Demetrius tum numero,

A tum robore militum ſuperiorem ſe credens tam proteruè hoſtibus inſultabat, vt eos anſerum inſtar vel ſolo ſtrepitu in fugam acturum ſe gloriaretur. Antigonus contra ſuſpenſus & præter morem taciturnus ipſo die prœlij pronus in terram decidit, quo caſu territus deos rogauit

B victoriam aut citam ante cladem mortem, quod & obtinuit. Nam & Antigonus in prœlio occiſus, & totus ipſius exercitus profligatus, & Demetrius vix cum quinque peditum, quatuor equitum millibus ela-

C pſus, Epheſum primo, tum Athenas confugit, nullum ſibi certius propugnaculum Athenienſium beneuolentia arbitratus. Sed Athenienſes tum Græca leuitate, tum Caſſandri victoris metu, tum ira in Demetrium, qui pridem ſua in illum be-

D neuolentia inſolentiùs abutebatur, vxorem quidem & liberos honorificè Megaram deducunt. Vrbis autem aditu ſe cuiuis regi interdicturos teſtantur. Nihil Demetrio grauius accidit hac tam indigna & inexpectata Athenienſium inconſtantia.

E Sed eandem in reliqua tota Aſia expertus eſt, quæ confeſtim tribus regibus veluti victoriæ præmium ceſſit & miſerè diſcerpta eſt, prærer Tyrum, Sidonem & paucas in Helleſponto vrbes, quæ in Demetrij fide perſtiterunt. De prædæ diſtributio- *Polyb. l. 5. pag. 410.*

F ne quomodo inter victores conuenerit, ſatis non conſtat. Seleucidæ poſt annos octuaginta contendebant ſibi Syriam & Aſiam vniuerſam decreto victorum attributam. Ptolemæi Cœlem Syriam & Phœ-

nicem ſuis armis quæſitam ſui quoque iuris factam. Reliquam Aſiam Seleuco conceſſam. Vnde colligi videtur Europam Caſſandro & Lyſimacho ita relictam, vt in Aſia ſibi nihil arrogarent. A

XVIII. VI. Olymp. cxx.
A.M.3700. Sel. 13. V. C.454. Ante Dn.300. Pt.Lagidæ XXIV. Q. Appulio Panſa M. Valerio Coruo Coſſ. B

Plut.Dem. DEMETRIVS IN SPEM ERIGITVR.

INter Europæos Caſſandrum ac Lyſimachum & Aſiaticos Seleucum ac Ptolomæum exortâ diſſenſione de herciſcunda præda, quàm Antigono nuper defuncto, eiuſque filio Demetrio rapuerant, præter omnium expectationem noua ſpes affulget Demetrio vltimæ deſperationi proximo. Seleucus ex Apama Perſide filium Antiochum ſuſceperat. Ea defuncta mittit legatos ad Demetrium, Stratonicem eius ex Philla filiam vxorem poſtulat. Viciſſim Ptolemæus filiam ſuam Ptolemaida Demetrio dat. Paulò poſt Antigoni mortem Pliſtarchus Caſſandri frater Ciliciam occupauerat, hanc recuperat Demetrius. C D E

Euſebius. SIMON IVSTVS.

Iudæorum Pontifex Maximus, Simon Oniæ filius clarus habetur, cui cognomen fuit iuſto propter ſolicitam in Deum religionem & in ciues ſuos pronam clementiam. Hic Simon iuſtus, ſiue maior, ille eſt, quem celebrat Siracides Eccleſiaſtici capite quinquageſimo. Cæterum aliquantò ante Oniæ mortem ſcripta fuit ad eum ab Ario Lacedæmoniorum rege epiſtola illa, cuius fit mentio 1. Macabæorum XII. 7. & apud Ioſephum Antiquit. l. XII. cap. V. Ioſephus autem & poſt eum Euſebius perperam putant ad tertium Oniam ſcriptam epiſtolam, quæ ad primum neceſſariò ſcripta eſt, vt rectè monet Scaliger Iſag. l. 3. p. 332. & in Euſebium p. 128. F

XIX. VII.
A. M.3701. Sel. 14. V. C. 455. Ante Dn.399. Pt. Lagidæ XXV. M. Fuluio Pætulo T. Manlio Torquato Coſſ.

Plut.Dem. LACHARES.

SEleucus Ciliciam, Tyrum & Sidonem à ſocero Demetrio repetit. Demetrius generosè reſponſat, & parta tuetur. Lachares Athenis tyrânidem inuadit. Occaſionem hanc arripit Demetrius ſupplicij de Athenienſibus ſumendi. Sed oborta tempeſtas impetum eius remoratur. Arceſilaus Seuthi filius Pitanæus ex Æolide prim⁹ mediam Academiam inchoauit circa Olymp. CXX. vixit annos LXXV. Scholam tenuit circiter annos LVIII.

ARCESILAVS. *Laertius.*

Agathocles Syracuſarum tyrannus tandem iuſto Dei iudicio flammis extinguitur. Hiero Hieroclis filius paulatim viam ſibi ad tyrannidem ſternit, quam & obtinuit ac multò clementiùs habuit quàm Agathocles. Hieronis potentiæ initia confert Pauſanias cum ſecundo Olympiadis cxx anno. Hieronis filius Gelo Nereidem Pyrrhi Epirotarum

HIERO. *Pauſanias Eliacis l. 2. p. 189.*

regis filiam duxit. Fuit hoc non minimum Hieronis potentiæ munimentum. Triginta iam annos pacem cum Romanis conſtanter ſeruauerant Galli, cùm Tranſalpinis arma in ipſos mouentibus, bellum paueſcentes, quod pernitioſum fore arbitrabantur, qua largirione munerum, qua generis communione allegata hoſtis iam concitati impetum à ſe amoliti, in Romanos eundem irritarunt, atque adeò expeditionis comites ipſi fuerunt. Per fines Etruſcorum, nam & ipſi expeditionis participes erãt impreſſione facta, magnam quidem auerterunt prædam: finibuſque Romanorum ſine periculo exceſſerunt. Verum in patriam reuerſi, mutua rerum captar. cupiditate ad ſeditionem impulſi & prędæ & exercitus ſui bonam partem amiſerunt. Interim Etruſcis vicem rependit T. Manlius Coſ. moxq; ex equo delapſus occidit, eique ſubſtitutus M. Valerius Etruſcorum agros impune populatur, villas diripit, incendit, nemine contra procedere auſo.

Polyb. l. 2. p. 107. GALLORVM IN ROMANOS EXCVRSIO. *Liu. lib. 8.*

XX. VIII. Pythias LXXII. A.M. 3702. Sel. 15. V.C. 456. Ante Dn. 398. Pt. Lagidæ XXVI. L. Cornelio Scipione Cn. Fuluio Maximo Coſſ.

Euſebius. Iuſt. l. 16. Plut. Dem.

MOrtuo Caſſandro Macedonum rege ſuccedunt filij Antipater (Antigonum vocat Euſebius) & Alexander, regnantque annos quatuor diſcordes ac æmuli. Dum ad concordiam eos hortatur mater Theſſalonica, Antipater ſuſpicatus matrem iuniori fauere, litem parricidio dirimere ſperans, in matrem inſurgit, eamque quamuis per vbera materna vitam deprecaretur, occidit. Alexander aduerſus fratrem parricidam omnes animat. Accurrit Pyrrhus Epirotarum rex, & auxilij præmium Macedoniæ partem obtinet. Parricida ad Lyſimachum ſocerum ſe recipit.

ANTIPATRI PARRICIDIVM.

XXI. IX. A.M. 3703. Sel. 16. V.C. 457. Ante Dn. 397. Pt. Lagidæ XXVII. Q. Fabio Maximo IV. P. Decio Mure III. Coſſ.

Plut. Dem. DEMETRIVS ATHENAS OBSIDET. *Laertius.*

DEmetrius Athenas obſidet annum integrum. Vrbs ampla, populoſa, ac tum ab omni commeatu imparata, breui ad ſummam inopiam redacta eſt. Salis quidem medimnus non vltra XL drachmas væniſſe dicitur. Sed tritici modius trecentis drachmis venditus eſt. Tritico deficiente leguminibus vitam ſuſtentabant locupletes, inter quos Epicurus paucas fabas inter amicos quotidie diſtribuebat. Ferunt in horreo patrem & filium ſimul muribus inſidiantes conſpexiſſe muris cadauer. Protinus accurrunt ambo & vnguibus diſceptant, vter mure potiretur.

(∴) (∴)

(∴)

XXII.

A

XXII. X. Olympias CXXI.
A.M. 3704. Scl. 17. V.C. 458.
Ante Dn. 296. Pt. Lagidæ
XXVIII. App. Claudio
Cæco II. L. Volumnio
Flamma II. Coſſ.

Plutar. Dem. DEMETRII CLEMENTIA.

Lachares, qui ſpecie charitatis tyrannidem Athenis inuaſerat, auxilia vndique conquirens naues CL. à Plolomæo impetrauerat, ſed cum eſſent Demetrio naues trecentæ vrbis iuuandæ ſpem omnes abijciunt. Statim initio obſidionis Athenienſes iram Demetrij extimeſcentes lege cauerant, capital futurum, ſi quis pacem ſuaſiſſet. Sed ingens telum neceſſitas coegit antiquatâ lege Demetrio manus dare. Demetrius inermem populum in concionem vocat, circumſtante magnâ militum vltima minitantium coronâ. Poſtquam ſatis extertuiſſe viſus eſt, diducta fronte blandis verbis caſtigat Athenienſium leuitatem beneficiorum ſuorum immemorem. Magiſtratus dat, quibus meliores ne ipſi quidem eligere poterant. Tritici medimnûm centum millia donat, præſidium coercendæ leuitati impoſuiſſe contentus, inſperatæ humanitatis admiratione attonitos relinquit.

Euſeb. *Demetrius rex Aſiæ cognomento Poliorcetes Samaritarum vrbem vaſtat, quam Perdicca ante conſtruxerat.* Hæc Euſebius Olympiade CXXI. quæ potius conueniunt Olympiade CXVIII vel CXIX.

(∴) (∴)
(∴)

XXIII. XI.
A. M. 3705. Scl. 18. V. C.
459. Ante Dn. 295.
Pt. Lagidæ XXIX.
Q. Fabio Maximo V. }
P. Decio Mure IV. } Coſſ.

B

Plut. Dem. DEMETRIVS ASIA SPOLIATVR.

Depreſſo Athenienſium faſtu Lacedæmonios aggreditur Demetrius, iamque Archidamum iuxta Mantineam, & in ipſius Spartæ pomœrijs profligatum tanquam caueæ incluſum tenebat, cum ádfertur nun- C tius, ſuas in Aſia vrbes à Lyſimacho, Cyprum à Ptolomæo occupatas, vnicam in Cypro ſupereſſe Salaminem vrbem, in quâ mater eius ac liberi à Ptolomęo obſidebantur. Hoc fulmine ictus Demetrius Lacedæmonem intactam relinquit ipſe con- D ſilij inops. Nicocles regendæ Cypro à Demetrio pręfectus ſtationem turpiter deſerit, Salaminij deditionem faciunt. Ptolomæus Demetrij matrem ac liberos omnibus humanitatis officijs proſequitur. Nicoclem deſertorem ita exterret, vt ipſe mor- E tem ſibi conſciſceret. Hanc mercedem retulit Demetrius ſuæ in Athenienſes moderationis.

Ptolem. lib. 7. cap. 3. LVNA SVB SCORPII FRONTE.

Timocharis apud Ptolemæum ait *ſe anno* XXXVI. *prima ſecundum Calippum Periodi Poſideonis* XXV. *horâ decimâ obſeruaſſe Lunam attingentem boreali* F *ſuâ extremitate eam ſtellam, quæ eſt in Scorpij fronte. Erat*, inquit Ptolemæus, *annus 454 à Nabonaſſaro, Paophi* XVI. *ſequente* XVII. *tribus horis poſt mediam noctem, cùm Sol eſſet in 26. gra-*

du ſagittarij, in quâ horâ Lunæ centrum A *diſtabat ab autumnali æquinoctio gradibus 31.* Tempus conuenit cum Decembris XXI. Quarto poſt incurſionem quam A. M. 3701. deſcripſimus, anno conſpirant inter ſe Galli & Samnites & primò quidem ad B Cluſium, quod Camars olim appellabant, L. Scipionem proprætorem ac legionem Romanam internecione cædunt. Dein Samnites aduerſus Fabium, Galli aduerſus Decium Coſſ. toto impetu pugnant. Decius vbi ſuos in fugam agi vidit, patris C (qui ante annos XLV. aduerſos Latinos pugnãs id excogitauerat) exemplum ſecutus præeunte Liuio Pontifice Talluri ac Dijs manibus ſe deuouet, tum veluti terrorem ac diras ſecum circunferens in medios hoſtes ſe confert. Decij milites, dum ſe victuros ſperant, ad prœlium è fugâ D redeunt. Gallos contra primo impetu feroces longo certamine reſidere ſuetos, inexpectatus Romanorum reditus exterruit. Fabius viciſſim, qui hactenus cunctando potiùs quam pugnando Samnitium impetum fregerat, vbi defetiſcentes animaduertit, E viribus totis in hoſtem effunditur. Ita inſignis ſed non incruenta parta victoria eſt. Cecidere Romanorum octo, hoſtium XXV millia, capta octo.

Polyb. l. 2. p. 107.
Liu. lib. 8.
GALLI VICTI.
Val. Max. lib. 5. c. 6.

(∴) (∴)
(∴)

XXIV. XII. Pythias LXXIII.
A.M. 3706. Sel. 19. V. C.
460. Ante Dn. 394.
Pt. Lagidæ XXX.

L. Poſthumio Megello II. } Coſſ.
M. Attilio Regulo

ALexander Caſſandri filius Demetrij rerum ignarus, iamque Pyrrhum ſuſpectans Demetrium arceſſit. Vbi aduentantem cum amplo exercitu audijt, nouo metu perculſus Demetrio obuiam it, grates agit ingentes, docet armis iam opus non eſſe. Demetrius agnoſcens in eâ oratione plus artis, quam veritatis eſſe, omnia circumſpicit, ambo foris comitate certant, intus diffidentiâ cruciantur. vtrimque ſuſpiciones augent delatores. Tandem Demetrius Macedoniæ inhians, an perſuaſus parari ſibi inſidias, Alexandrum præuenit. *Multi, dum timent falli, fallere docuerunt & ius peccandi ſuſpicando fecerunt.* Interim dum ambitioni litat Demetrius, huius Alexandri nece filiorum magni Alexandri à Caſſandro interemptorum manibus iuſta facit. Tum honeſtâ oratione Macedonum animos demulcet, ſcelus ſuum neceſſitati imputat patris in ipſos beneficia commemorat, vicem eorum luget, neminem ſupereſſe, à quo regantur, præter parricidam parricidæ F filium. Tum Macedones non inuiti ſe & ſua Demetrio offerunt. Ita Demetrius in Macedoniâ regnat annos ſex aut ſeptem.

Timocharis ſcribit ſe Alexandriæ ob-

Euſebius.
Plut. Dem.
DEMETRIVS SCELERE MACEDONIAM INVADIT.
Seneca.

Ptolem.lib. 7. c. 3. LVNA SVB SPICA VIRGINIS.

ſeruaſſe anno XXXVI *periodi primæ Calippicæ Elaphebolionis* XV. *Lunam attingentem ſpicam Virginis. Et erat*, inquit Ptolemæus, *annus* 454. *à Nabonaſſaro Tybi V. ſequente VI. tribus horis ante mediam noctem. Sol erat in* XV. *gradu piſcium, Luna centrum in* XXI. *gradu virginis*. Tempus conuenit Martij nono, paulo poſt plenilunium.

XXV. XIII.

A. M. 3707. Sel. 20. V. C. 461. Ante Dn. 293. Pt. Lagidæ XXXI.

L. Papyrio Curſore } Coſſ.
Sp. Caruilio Maximo

Plut. Dem. Val. Max. l. 5. c. 7. ANTIOCHI AMOR VESANVS.

IAm Seleucus ex Stratonicâ Demetrij filiâ filiolum ſuſceperat, cum Antiochus filiorum Seleuci vetertrimus infunito amore correptus nouercam deperire cœpit, ſed inſaniam comprimente pudore ac metu *eſt mollis flamma medullas. Quoque magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis.* Iamque inediâ mori deſtinauerat, cum Eraſiſtratus medicus geſtus, vultum, oculos ægrotantis attentiùs inroſpiciens morbum detegit. Pater etiam ſanguinem profundere paratus, filij vitam inceſto redimit, & Stratonicem Antiocho vxorem donat, cum regno τ ἄνω τόπων, h. e. ni fallor, regionum trans Euphratenſium. Tanta fuit Thebarum celebritas, vt etiam, poſtquam, ab Alexandro euerſæ fuerant, inſtauratæ vires non contemnendas intra decennium recuperarint, atque adeò Demetrio tot vrbium expugnatori,

THEBÆ BIS VICTÆ.

A eamque ob cauſſam Poliorcetæ dicto bis reſiſtere auſa vrbs aliquamdiu ſubſtitit, animos dante Cleonymo Spartano, bis iugum ſuſcipere & victoris clementiam experiri cogitur. Demetrio conſtanter ſatagente, vt crederetur.

B *Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Princeps Romanis Solarium Horologium ſtatuiſſe dicitur ante duodecim annos, quam cum Pyrrho bellatum eſt ad ædem Quirini. Lucius Papyrius curſor, cum eandem dedicaret à patre ſuo votam à Fabio Veſtali proditur*. In ſcriptura prima

Plin. l. 7. c. 60. SOLARIVM.

C horologij ſolarij mentio eſt in Ezekia, in cuius hiſtoriâ memoratur horologium Achazi, qui regnare cœpit annos quadringentos quinquaginta antequam Roma Solarium vidiſſet.

XXVI. XIV. Olympias CXXII.

D
A. M. 3708. Sel. 21. V. C. 462. Ante Dn. 392. Pt. Lagidæ XXXII.

Q. Fabio Maximo Gurgite } Coſſ.
D. Iunio Bruto Scæua

Euſeb.

L*Egati Alexandrini à Ptolemæo pri-* E *mum Romam miſſi amicitias impetrauerunt.* Hæc Euſebius hoc vel ſuperiore anno Olympiadis CXXI. quarto.

Val. Max. l. 4. c. 1. & l. 5. c. 6.

Gurgitis pater quinquies Conſul quàm potuit conſtanter cum populo egit, vt Conſulatus vacationem F aliquando Fabiæ genti daret, Ego quidem, inquit, filij virtuti non diffido, ſed videndum, ne maximum imperium in vnâ familiâ continuetur. Sed & Gurges Conſul maiorum virtutibus inferior aduerſus Samnites

Digitized by Google

Oroſius. *Eutropius.* SAMNITES VICTORES. pugnans turpi fugâ in vrbem ſe recipit. Senatus de eo amouendo deliberans à patre rogatur, vt ſibi filij legato eſſe liceat. Annuente Senatu ad hoſtes redit Gurges cum patre, fugæque ignominiam illuſtri morte emaculaturus in Pontium Samnitium ducem præceps inſilit. Iamque hoſtium telis concluſus videbatur, cum pater filio opem ferens in medium agmen ſeſe infert. Romanum militem puduit ambos duces deſerere. VICTI. Tantâ igitur contentione pugnãt duces pariter & milites, vt cæſis Samnitium viginti millibus quatuor millia cum rege ſuo cæperint. Hoc prælio fere debellati Samnites poſt continuas & acerrimas annorum circiter quinquaginta pugnas.

A mæ fabulam ageret. Hic *Menander noue comœdiæ autor erat Strabo, ingenioſe luxurioſus. Scripſit comœdias* CVIII. *& multas ad Ptolemæum epiſtolas.* *Suidas.*

A. Gell. l. 4. c. 8. Cicero de Oratore lib. 2. NOBILES INIMICITIAE. Cùm inſtaret bellum atrox & Samnitum metus, fortes Conſules in ſequentem annum deſignandos B videbant ſapientes. Ambibat Conſulatum Rufinus bellator bonus, manu ſtrenuus, & diſciplinæ militaris admodum peritus, ſed furax homo & auaritiâ acri. Hunc morum cauſa oderat Fabricius Luſcinus. Is tamen ſummâ ope adniſus eſt, vt Conſula- C tus Rufino deferretur. Gratias agenti Rufino, quod ſe homo inimicus Conſulem feciſſet. *Nihil eſt*, inquit, *quod mihi gratias agas, ſi malui compilari, quàm venire.*

XXVII. XV.

A. M. 3709. Sel. 22. V. C. 463. D
Ante Dn. 291. Pt.
Lagidæ XXXIII.

Poſthumio Megello III. } Coſſ.
C. Iunio Bruto Bubulco

Euſebius. S*Eleucus in eas vrbes, quas extruxerat, Iudæos transfert, ius eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.*

MENANDER. *Scalig. in Euſeb pag. 121. Gell. l. 17. c. 4. & 21.* Extat Romæ vetus inſcriptio Græca, quam refert Scaliger. Huius hæc eſt ſententia. *Menander Diopithis filius populo Cephiſienſis natus eſt Archonte Soſigene, obijt annorum* LII. *Archonte Philippo, anno* XXXII. *regni Ptolemæi Soteris.* Gellius Menandrum obijſſe ait annis 52 vel anno LII. antequam L. Liuius Andronicus Ro-

XXVIII. XVI.

Pythias LXXIV.

A. M. 3710. Sel. 23. V. C. 464.
Ante Dn. 290. Pt.
Lagidæ XXXIV.

P. Cornelio Rufino } Coſſ.
M. Curio Dentato

E TOt victorias conſecuto Demetrio non dubitarunt tamen Ætoli aditus occludere in Phocidem, quaſi ad Pythia celebranda venienti. Ille diſſimulatâ irâ Athenas venit, atque inibi Pythia celebrauit hactenus inaudito ritu (Delphis enim, non F Athenis Pythia fiebãt.) Tum in Macedoniam regreſſus aliâ viâ Ætolos aggreditur, dein Pyrrhum Epirotarum regem, à quò non ſemel laceſſitus fuerat. Cum alter alterum quæreret, tamen Pyrrhus in Pantanchum *Plut. Demetr.* DEMETRII EXPEDITIONES IRRITAE.

incidit, cumque ita profligauit, vt A quinque hominum millia ceperit, cùm Demetrius ruſticos, tantum aut ægros obuios habuerit, in quos ſæuiret.

CVRII VIRTVS. *Cicero in Catone. Liu. l. 10. c. 5. Frontinus.*

Samnites Curium Coſſ. auro corrumpere conantur. Ille reſpondet malle ſe aurum habentibus imperare, quàm aurum habere. Tum adnitentibus Sabinis rurſus Romanos vi apertâ irritant. Curius mittit, qui Sabinorum agros & vicos incendio populentur. Sabini ad reſtinguendum ignem refugiunt. Samnitas non grauatim debellat Curius & ad C fœdus pangendum adigit.

.I. XVII.

A. M. 3711. Sel. 24. V. C. 465. Ante Dn. 289. Pt. Lagidæ XXXV.

M. Valerio Coruino } Coſſ.
Q. Cædiuio Noctua

Euſeb.

Demetrio in morbum lapſo Pyrrhus bonam Macedoniæ partem inuadit. Sed vbi conualuit Demetrius, amiſſa breui recuperauit.

II. XVIII. Olympias CXXIII.

A. M. 3712. Sel. 25. V. C. 466. Ante Dn. 288. Pt. Lagidæ XXXVI.

Q. Marrio Tremulo II. } Coſſ.
P. Cornelio Aruina II.

Plutarc. Demet. & Pyrrho. DEMETRIVS MACEDONIA SPOLIATVR.

Demetrius Macedoniâ non contentus de Aſiâ recuperandâ cogitans magnam claſſem inſtruit, qualem poſt Alexandrum nemo. Continuò Lyſimachus, Ptolemæus, & ipſe Demetrij gener Seleucus, quaſi in communem hoſtem arma inferunt, & antequam in Aſiam traijceret, Ptolemæus Peloponneſum: Lyſimachus & Pyrrhus Macedoniam inuadunt. Demetrius non tam ſæuitiâ, B quàm faſtu, Macedonum ac Græcorum animos alienauerat. Dum ergo veretur, ne ſi Lyſimacho obuiam eat, ad eum milites deficiant, in Pyrrhum ſe conuertit. Sed tantò lubentiùs defecit miles, quo maiora de Pyrrho, quàm de Lyſimacho ſperabat. Ita Macedoniâ ſpoliatur Demetrius ſeptimo anno poſtquam eam per ſcelus occupauerat. Pyrrhus vero vix ſeptem menſibus rapto potitus, & à Lyſimacho eiectus eſt Macedonibus regum ſuorum perfidiam ſtrenuè imitantibus. Nam Lyſima-

CASSANDRI FAMILIA EXCINDITVR.

D chus ne genero quidem Antipatro fidens, Macedoniæ rex eſſe maluit, quàm regis ſocer, Antipatrumque occidit, non, cùm à cæde matris adhuc cruentas manus habebat, ſed cùm reſipuiſſe, aut ſupplicium euaſiſſe videri poterat. Ita Caſſandri, E qui ſtirpem Alexandri exciderat, familia ſtirpitus excinditur.

Euſeb. ELEAZAR.

Judæorum Pontifex Eleazarus frater Simonis ſuſcipit templi miniſterium filio Simonis Onia paruo admodum derelicto. Hic Simon iuſtus Oniæ filius, Iadduæ nepos, duos fratres reliquerat F Eleazarum & Manaſſem.

Laertius. STRATO.

Strato Arceſilai filius Lampſacenus Phyſicus ſubtiliſſimus & orator eloquentiſſimus Pr. Philadelphi, à quo octoginta talentis donatum ferunt, præceptor Theophraſto præ-

NNn iij

Digitized by Google

ceptori ſuo ſuccedit Olympiade cxxiii, Scholamque tenet annos ſedecim.

III. XIX.

A. M. 3713. Sel. 26. V. C. 467. Ante Dn. 287. Pt. Lagidæ xxxvii.

M. Claudio Marcello } Coſſ.
C. Nautio Rutilo }

Plutarch. Demet. DEMETRIVS RESPIRAT.

DEmetrius nuper ad inſtitas redactus paulatim ſpem & vires recuperat, Athenienſes Pyrrhi ſocietatem amplexos obſidet, & meliora pollicentes rurſus clementer habet à Cratete perſuaſus, & videns clementiam quàm ſeueritatem rebus adhuc afflictis vtiliorem. *Per idem tempus in Helleſponto & Cherſoneſi regionibus terræ motus fuit, maximè tamen Lyſimachia vrbs ante duos & viginti annos à Lyſimacho rege condita euerſa eſt. Quod portentum dira Lyſimacho, ſtirpique eius, ac regni ruinam, cum clade vexatarum regionum portendebat. Nec oſtentis fides defuit. Nam breui poſt tempore Lyſimachus Agathoclem filium ſuum, quem in ſucceſſionem regni ordinauerat, per quem multa bella proſpere geſſerat, non ſolum patrium, verum etiam humanum vltra morem peroſus, miniſtrâ Arſinoe nouercâ, veneno interficit.* Fuit hic amoris inceſti fructus. Siquidem Lyſimachum iam depontanum non puduit vxoris Lyſandræ viuentis, ex qua filios aliquot ſuſceperat, ſororem Arſinoem ſibi matrimonio copulare. Arſinoe viciſſim inceſtum à Lyſimacho edocta A priuignum Agathoclem ijs oculis ſpectat, quibus olim Phædra Hippolytum. Tantum flagitium deteſtantem Agathoclem odio nouercali proſecuta Arſinoe apud Lyſimachum criminatur quaſi *Filius ante diem patrios inquirat in annos*. Tum B Lyſandra ſibi quoque metuens cum liberis & fratribus in Aſiam fugit, ipſa quidem ad Seleucum cum filijs, fratres verò ad Ptolemæum.

Iuſt. l. 17. LYSIMACHI SCELERA. *Pauſanias p. 7. & 9.*

IV. I. Pythias LXXV.

C **A. M. 3714. Sel. 27. V. C. 468. Ante Dn. 286. Pt. Lagidæ xxxviii.**

M. Valerio Potito } Coſſ.
C. Ælio Pæto }

SERAPIS. *Rufinus hiſt. lib. 2. c. 23.*

SErapis Rufino dicitur, quaſi *σορὸς Ἄπιδος*, loculus Apidis. D Apidem illum fuiſſe quidam dicunt locuplerem hominem, qui tempore famis Ægyptum ſuſtentarit. Hanc ob cauſam huius capiti modium imponi, & bouem apponi *ἀροτῆρα*, fœcunditatis inſigne. Hinc Chriſtiani E quidam colligebant hunc Apidem eſſe Ioſephum. Sane Ioſephum boues à Pharaone inſomnis viſæ monuerunt, quomodo fami ingruenti proſpiciendum eſſet. Quod ſi Ioſephus eſt Serapis, dictum crediderim, quaſi *Sar Ophim*, i. principem pictorum. שר אופים F Rufini ſententiæ non conuenit Clemens. Sinopenſes fame laborantes Pt. Lagidæ ſiue Soteris liberalitate plurimum recreati fuerāt, vt gratiam illi referrent, mittunt Idolum Plutonis, qui apud Ægyptios

Clemens Alex. Protreptico.

Serapis dicitur, ſiue potiùs veteris numinis nouum fuerit hoc Idolum. Hæc Clemens ſub Pt. Philadelpho, Tacitus ſub Lagida, Euſebius ſecundo Olympiadis cxxiii. anno, forſan exeunte. Tacitus rem longe aliter enarrat. Cæterum epigramma illud *ἑπτά με φωνήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ.* Heſychius videtur explicare de Serapide. Sed Serapis eſt quidem *ἑπταγράμματον*, vnum verò vni⁹ Dei Opt.
יה יהוה Max. nomen *κωνᾶιᾶ* dici poteſt conſtare ſeptem vocalibus iiſq; ſolis.

Epitome Liuij l.11. Plin. l.16. Romæ tribuni plebis nouas tabulas ac *χρεωκοπίαν* promulgant. Intercedunt Conſules in gratiam creditorum. Plebs in Ianiculum ſecedit. Ad eam placandam mittitur Q. Hortenſius. Is verbis plebem demulcet, *Zonaras.* & promiſſis futurum vt deinceps plebis ſcita legum vim obtineant.

A ipſe Pergamum ad Caycum ſitam occupat initâ cum Seleuco ſocietate primò præfecti, dein regis nomine regni poſthac non contemnendi fundamenta iacit.

AERA DIONYSII. Pt. Soter Lagi filius videtur hoc anno obiiſſe, vel proximè ſequenti. B Huic ſuccedit Pt. Philadelphus, in cuius gratiam æra noua à Dionyſio Aſtrologo condita, quam Claudius Ptolomæus inchoat ab antecedentis menſis Thoth die primo, Nouembris tertio, feriâ quartâ, ineunte anno Nabonaſſari 464. Forſan & C Dionyſij mens fuit, vt ſuam æram inchoaret ab antecedentis anni Æquinoctio verno, Martij xxv, Tybi xxiv, feriâ quintâ, Arietis primo, Nouilunio. Euſebius autem æram Pt. Philadelphi inchoat ab anno ſequente, ineunte Olympiade cxxiv.

D

V. II.

A. M. 3715. Sel. 28. V. C. 469. Ante Dn. 285. Pt. Lagidæ xxxix.

C. Claudio Caninæ, M. Aimilio Lepido } Coſſ.

Plut. Dem. DEmetrius Seleuci clementiam experiri cogitur, ſed dum Seleucus nimium ſibi conſulit, & de Demetrio diffidit, impellit eum ad tentandam rurſus præliorum an latrociniorum aleam, cuius varij ſucceſſus ſæpius tamen Demetrio infelices fuerunt. *Pauſanias p. 7. & 9.* PERGAMI REGNVM. Philetærus Paphlago Eunuchus opum Lyſimachi cuſtos cum videret pleroſque Lyſimacho deſerto ad Seleucum transfugere &

VI. III. Olympias cxxiv.

A. M. 3716. Sel. 29. V. C. 470. Ante Dn. 284. Pt. Philadelphi I.

C. Seruilio Gemino, L. Cæcilio Metello } Coſſ.

E

DEinceps vſque ad C. Iulij Cæſaris tempora omnes Ægypti reges Ptolemæi dicti ſunt, vt olim ante Cyrum omnes Pharaones dicebantur.

F Et Lagidæ quidem æquitas ac ſapientia fecit vt Soteris ſiue liberatoris epitheto videtur non prorſus indignus. Reliquorum ij fuerunt mores, vt nihil minus illis conueniret quàm cognomina, quibus gloria-

Digitized by Google

bantur. Per idem fere tempus perit A Demetrius ab vrbium expugnatarum numero Poliorcetes dictus: ſed multò laudabilior quod animum, quàm quod mœnia noſſet vincere.

PHAROS. Soſtratus Cnidius Pharum in Alexandria cōſtruit turrim celſiſſimam, quæ periculoſo per illos tractus mari B nauigantibus facem præberet. Acheorum primus rex fuiſſe dicitur Tiſamenus Oreſtis filius circa A. M. 2899. vltimus Gyges, cuius filijs expulſis in libertatem ſe vindicarunt magnâ concordiâ vſque ad tempora Alexandri magni cuius & ſucceſſo- C rum eius opera magna eos inceſſit diſcordia. Vix tandem circa Olympiadem CXXIV. Dymæi, Patrenſes, Pharæenſes cœperunt populares ſuos ad concordiam ineundam & libertatem capeſſendam cohortari, tantâque cautione omnem primatus D ſuſpicionem vitarunt, vt ne columnam quidem vllam extare voluerint harum vrbium conſenſus teſtem.

Polyb. l. 2. p. 129. ACHÆORVM RESP.

Itaque perfectiſſimæ Democratiæ ideam fuiſſe vult Polybius hanc Achæorum Rempublicam, adeò vt vniuerſis & ſingulis nihil aliud fue- E rit propoſitum præter ſalutem ac libertatem publicam. Ne priuatos quidem quantumuis multis ac præclaris facinoribus editis aliud præmium bene nauatæ operæ cupiuiſſe, præter commune totius Pelopon- F neſi bonum, quibus artibus tandem totam Peloponneſum ſuis partibus adiunxerunt, tam arcto vinculo conſociatam vt iiſdem legibus, ponderibus, menſuris, nummis vtens, omnia communia habēs vrbs vna vide-

retur, idque potiſſimum LXIII. poſt hunc anno.

Decem ſolidis vel vndecim annis poſt eam pugnam quam A. M. 3705. deſcripſimus, Galli Senones magnâ belli mole Arretium obſident. L. Cæcilius Coſ. Gallis obſiſtens in prœlio cadit. Huic ſufficitur M. Curius Dentatus. Manius legatos ad Gallos de captiuorum redemptione mittit. Galli legatos per temulentiam occidunt. Romani tantò acriùs inſtant, Arretium liberant, Senas occupant, ac primam in Gallia coloniam faciunt. Gallis eiectis tota Senonum ditione potiuntur, quam Padus & Adriaticum mare alluunt. Boij idem metuentes ab Etruſcis auxilium petunt infauſto ſucceſſu. Quamobrem & ipſi manus dare coguntur triennio ante Pyrrhi in Italiam aduentum, quinquennio ante Delphicam Gallorum cædem. Acta hęc hoc & ſequente anno. Pacem Galli cum Romanis ſeruarunt annos 45. vel 47.

Polyb. l. 2. p. 107. GALLI SENONES A ROMANIS VICTI.

VII. IV.

A. M. 3717. Sel. 30. V. C. 471. Ante Dn. 283. Pt. Philadelphi II.

P. Cornelio Dolabella } Coſſ.
Cn. Domitio Caluino }

EX ſucceſſoribus Alexandri duo tantum ſupererant Lyſimachus LXXIV. Seleucus LXXVII. annos nati, ſed ſenili in corpore feruebat adhuc iuuenilis ambitio. Nec deerant qui oleum incendio adderent. Lyſimachus

Iuſt. l. 17. LYSIMACHI MORS.

chus ergo amiſſis iam ante varijs caſibus XV. liberis cum Seleuco, congredi auſus ſtrenuè pugnans occiditur & poſtremus ſuæ domus ruinæ cumulus acceſſit. Adeò non ætas, non orbitas, non calamitas vlla dementiæ noſtræ fibulam poteſt imponere. Lyſimacho ſuccedit Ptolomæus Ceraunus regnatque menſes nouem.

Ptolem. l. 7. c. 3. — *a Ianuarij 30.*

Timocharis anno XLVII. *prima periodi Calippicæ, Nabonaſſari 465. Antheſterionis octauo, Athyr* XXIX. [a] *obſeruat Lunam circa mediam Virgiliarum partem triginta gradibus procul ab Æquinoctiali, Sole in ſeptimo Aquarij gradu exiſtente. Eiuſdem periodi anno* XLVIII. *Nabonaſſari 466. Pyanepſionis* XXV. *Thoth ſeptimo* [b] *obſeruat Lunam ſub Spica gradibus* LXXXI. *ab Æquinoctio diſtantem cum Sol eſſet in medio Scorpij.*

b *Nouembris 8.*

VIII. V. Pythias LXXVI.
A. M. 3718. Sel. 31. V.C. 472.
Ante Dn. 282. Sel. Soteris I.
Pt. Philadelphi III.

C. Fabricio Luſcino } Coſſ.
Q. Aimilio Papo

Pauſanias. Iuſt. l. 24.

LYſimacho ſupererant filij duo ex Arſinoe. Lyſimachus ſedecim & Philippus tredecim annos nati. Arſinoe Pt. Lagidæ & Eurydices filia, Antipatri neptis duos adhuc fratres habebat Philadelphum, & Ceraunum filios Berenices. Philadelphus Ceraunum in Macedoniam mittit, qui ſpecie tutoris Græciam obtineret. Ceraunus Arſinoes nuptias ambit. Illa non inceſtum, ſed fraudulentum & truculentum fra-

CERAVNI MORES.

A tris ingenium auerſata etiam aſpectum fugiebat. Sed Ceraunus tot tamque diris execrationibus deierauit ſe bona fide agere, vt Arſinoe verita ſit peruicaci diffidentiâ fraternæ crudelitatis rabiem prouocare. Vbi Caſſandream admiſſus eſt, fratris filios cupidè & vltra modum verè affectionis amplectitur. B Eoſdem poſtridie inter matris necquicquam eiulantis amplexus trucidat. Tantum ſcelus expiarunt non Macedones, ſed Galli exundanti multitudine ſedes ferro quærentes. Hi in Macedoniam delati hunc parricidam, C qui ſe belli κεραυνὸν fulmen dictitabat, amoliuntur.

MORS.

Euſeb. Iuſt. l. 17.

Seleucus ſolum ſe de cohorte Alexandri remanſiſſe, victoremque victorum extitiſſe, non humanum opus, ſed diuinum munus gloriabatur, ignarus prorſus D *non multo poſt fragilitatis humanæ ſe ipſum exemplum futurum. Quippe poſt menſes admodum ſeptem poſt Pt. Cerauni mortem à Ptolemæo* Philadelpho *cuius ſororem Lyſimachus in matrimonio habuerat occiditur.* Huic ſuccedit filius Antiochus Soter regnatque annos E viginti. Ita intra triennium vel quadriennium circa Olympiadem CXXIV perierunt Pt. Lagi filius, Detrius, Lyſimachus eiuſque ſucceſſor Pt. Ceraunus, & Seleucus.

Polyb. l. 2. pag. 128. & 155.

F

IX. VI.
A. M. 3719. Sel. 32. V.C. 473.
Ante Dn. 281. Soteris II.
Pt. Philadelphi IV.

L. Aimilio Barbulâ } Coſſ.
Q. Marcio Philippo

OOo

Euſebius. Iuſt. l. 24.

SOSTHENES.

GAllorum totam Macedoniam raptantium impetum reprimit Soſthenes Macedo ſed obſcuris parentibus ortus, regnoque Macedoniæ biennium fruitur, ducis tamen nomine contentus regijs inſignibus abſtinuit.

Oroſius. Zonaras.

TARENTINI BELLI OCCASIO.

Tarentini Romanorum incrementa pertimeſcentes Samnitibus clam fauerant, cum Romanis palam ſocietatem fouebant. Forte L. Valerius claſſis præfectus Tarẽtum quaſi ſociam vrbem aduehitur. Tarentini ſibi male conſcij Valerium quaſi hoſtili animo accedentem aggreſſi cum ſuis immergunt. Senatus L. Poſthumium mittit de hac iniuria conqueſturum. Is audaciùs loqui viſus cum acerbo reſponſo dimittitur, atque adeò vrinâ per feneſtram eiectâ reſpergitur. Bellum igitur aduerſus eos decernitur & L. Aimilio Coſ. mandatur. Is tamen tum quoque conatur Tarentinos verbis ad ſanitatem reuocare. Sed diffidentia perfidiæ filia & iuuenum temeritas ſanis conſilijs aures occluſerunt.

X. VII.

Olympias cxxv. Ladas.

A. M. 3720. Sel. 33. V. C. 474. Ante Dn. 280. Ant. Soteris III. Pt. Philadelphi V.

L. Valerio Læuino } Coſſ.
Ti. Coruncanio Nepote }

QVi Olympiade cxxv ὀλυμπιονίκης fuit Ladas, is eſſe videtur, de quo auarus apud Iuuenalem ait,

— pauper locupletem optare podagram
A *Ne dubitet Ladas.*

Ægienſes eiecto Macedonum vel reguli cuiuſpiam præſidio Achæorum Reip. ſe adiungunt, quinto poſtquam conſtitura fuerat anno. Secuti dein Burij occiſo tyranno ſuo. Simile quidpiam metuens Iſeas B Caryneæ tyrannus Marco Catynenſi impulſore ſponte abdicat & Caryneam conuentui Achæorum adijcit.

Polyb. l. 2. pag. 129.

ACHAEORVM INCREMENTA.

Jam fama virtuſque felicitatis Romanæ apud exteras gentes eniteſcere inceptabat, inquit Gellius. Primus Græcorum expertus eſt Pyrrhus. Tarentini C Pyrrhum aduerſus Corcyrenſes iuuerant. Eò liberiùs auxilium ab eo aduerſus Romanos petunt. Pyrrhus Epirotarum rex Alexandri, quem affinitate contigebat, victorias & Occidentis imperium ſomnians totius orbis vires vnius vrbis modulo D metiens lubens inuadendæ Italiæ occaſionem arripuit. Deus in ipſo limine vanas eius ſpes accîdit immiſsâ tempeſtate, quæ claſſis eius maximam partem diſiecit ac perdidit. Tarentum tamen delatus de confidentiâ nihil remittit pro ſocio domi- E num ſe gerens & grauiora Tarentinis onera imponens, quàm à Romano victore metuerant. Vbi ad pugnam ventum eſt, Læuini Conſulis exercitum maximè exterruit elephantorum, quos Italia nondum viderat, moles & barritus. Vicit ergo. F Pyrrhus, ſed ita vt de ſe actum fateretur, ſi ruſus eo modo vinceret. Itaque licet recedente Læuino in Etruriam vſque excurrerit, tamen nec Capuam, neque Neapolim, neque ſecundi prœlij aleam tentare auſus

Gell. l. 17. c. 21.

PYRRHI VANAE SPES.

Digitized by Google

eſt infauſta auguria prętexens eò maxime territus, quod Romanis hydrę inſtar vno capite execto plura ſuccreſcere animaduertit.

XI. VIII.

A. M. 3721. Sel. 34. V. C. 475. Ante Dn. 279. Antiochi Soteris IV. Pt. Philadelphi VI.

Præt. Anaxicrate
Pt Sulpitio Sauetrione } Coſſ.
P. Decio Mure

Pauſan. in Phocicis. Iuſt. l. 24 BRENNI BREVIS FELICITAS.

BRennus Gallorum dux in Macedoniam irrupturus ab Athenienſibus Thermopylarum anguſtias inſidentibus aditu prohibetur. Sed inuentâ aliâ viâ, quam olim Ephialtes Xerxi monſtrauerat, Soſthene Macedonum duce profligato & occiſo Macedoniam perualtat. Hinc Phocidem petit Delphicum templum ſpoliaturus. Sed quamuis execrandum Idolum Delphis coleretur tamen cum pro Deo haberetur à Gallis, tãquam ſacrilegi à vero Deo meritò caſtigãtur immiſſo terræ motu, fulgetris & id genus oſtentis, quæ multos Gallos obtriuerunt, omnes profligarunt, vt pauci tentati vel perpetrati ſacrilegij pœnam euaſerint.

Euſebius. ANTIGONVS GONATAS.

Soſtheni defuncto ſuccedit Antigonus Gonatas regnatque in Macedonia annos triginta ſex is erat Demetrij Poliorcetæ filius, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν περὶ ἑκατοστὴν (adde εἰκοστὴν) καὶ πέμπτην ὀλυμπιάδα, καθ᾽ ἣν Πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος Αἰγύπτου ἐβασίλευσεν, h. e. circa Olympiadem CXXVI, vt in Arati

A vita legitur, regnabat iam tum Pt. Philadelphus, Gonatas autem tum demum regnare cœpit. Antigonus igitur Philam vxorem ducturus ad nuptiarum ſolennia cum multos alios inuitat, tum maximè Perſium Philoſophum, eiuſq; diſcipulum A- B ratum Athenodori filium, natione Cilicem, patriâ Soleuſem, cuius extant Phænomena tam eleganter ſcripta, vt ea Latini verſibus ornare, non piguerit Ciceronem, Germanicum Cæſarem, & Feſtum Auienum. Euſebius Aratum floruiſſe ait Olympia- C de CXXVII. Fuit autem σύγχρονος Nicandri Colophonij Mathematici, ſed duodecim Olympiadibus antiquior Nicandro Colophonio, qui Theriaca ſcripſit.

ARATVS SOLENSIS

Zonaras. PYRRHI CLADES.

Pyrrhus aduerſus Sulpitium & Decium Coſſ. pugnans vincitur qui- D dem & ſauciatur amiſſis viginti virorum millibus, cùm Romani non amplius quinque millia deſiderarint. Sed Sulpitius amiſſo collega Decio maluit in hyberna ſecedere, quàm victoriâ vti.

VERSIO LXX INTERPRETVM.

Verſionem LXX. interpretum Ire- E næus ait procuratam à Pt. Lagi filio, Anatolius à Lagidâ & Philadelpho. Plerique à Philadelpho poſt mortem patris. Euſebius id refert ſtatim initio Philadelphi, quia videlicet annum præciſè neſciebat. Epiphanius factum id refert annis ducentis vnde F quinquaginta ante Cleopatram, anno Philadelphi XVII. Non cohærent hęc. Legendum igitur VII, non XVII, vt dicamus factum id ſeptimo poſt Lagidæ mortem anno, annis 249 ante mortem Cleopatræ.

Digitized by Google

XII. IX. Pythias LXXVII.

A.M.3722. Sel.35. V.C.476.
Ante Dn.278. Antiochi
Soteris v. Pt. Philadelphi VII.

C. Fabricio Luſcino II. } Coſſ.
Q. Aimilio Papo II.
Pr. Democle

Iuſt. l. 25. ANtigonus Gonatas Gallos Macedoniam tertiò populantes iamque in ſpolijs diuidundis inſolentiùs laſciuientes ex improuiſo C adortus profligat, *tantaque cædes Gallorum fuit, vt Antigono pacem opinio huius victoriæ non à Gallis tantum, verum etiam à finitimorum feritate præſtiterit. Quamquam Gallorum eâ tempeſtate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, vt Aſiam omnem velut examine aliquo* D *impleuerint.* Pauſanias Gallorum in Aſiam tranſitum confert in hunc annum Olympiadis CXXV. tertium, cum Athenis Prætor eſſet Democles.

Pyrrhi medicus Nicias ad Fabricium Coſ. venit pollicitus ſe Pyrrhum dolo interfecturum. Fabricius E perfidiam hanc aduerſatus ſcribit ad Pyrrhum, vt ſibi à Nicia caueat. Ita Quadrigarius Annali tertio. Sed Antias Valerius Timocharidem vocat, & Pyrrhum quidem ait monitum vt à veneno ſibi caueret, cæterum Timocharidis nomen ſuppreſſum. Fa- F bricium auro corrumpere vel de repentino in cubiculum intromiſſi elephanti aſpectu terrere fruſtra tentauerat. Fortitudinem igitur & integritatem Romanorum admiratus

A. Gellius l. 3. c. 8.

Val. Max. l. 6. c. 5.

A captiuos ſine pretio dimittit, pacem poſtulat. Iubetur prius ex Italiâ egredi quàm de pace agatur. Is ſpecie obſequij in Siciliam ſecedit, pacem impetrat ſperans ſe feliciùs aduerſus Pœnos pugnaturum, quàm in Italiâ aduerſus Romanos. Et ſane non in- B feliciter prima proceſſerunt. Sed in ſuſcipiendis quàm ingerendis bellis animoſior turpiùs ex Siciliâ quàm ex Italiâ pulſus eſt.

XIII. X.

A.M.3723. Sel.36. V.C.477.
Ante Dn.277. Ant. Soteris VI. Pt. Philadelphi VIII.

P. Cornelio Rufino II. } Coſſ.
C. Iunio Bruto II.

TArentinorum temeritas & Pyrrhi aduentus multos Italos ad defectionem pertraxerat. Romani à moto Pyrrho defectores quàm hoſtes priùs caſtigandos rati Samnites bello adoriuntur infelici ſucceſſu. Crotonem quoque fruſtra vi oppugnarat Rufinus, niſi ſimulatâ diſceſſione ſecuram iam & vacuam vrbem ex improuiſo aggreſſus occupaſſet. *Zonaras.* CROTON A ROM. CAPITVR

Pyrrhus, cùm Romanorum virtutem debilitare nequiuiſſet, beneuolētiam emercari ſtudens per legatos pene totum regiarum opum apparatum Romam mittit. Illi, cùm & magni pretij & varij generis, tam virorum, quàm feminarum apta vſui munera circa domos ferrent, nulla cuiquam domo ianua paruit. Quam vrbem in toto Chriſtiano orbe da-

Val. Max. l. 4. c. 3. ROMAE CONTINENTIA.

Digitized by Google

bis, in qua tale quidpiam ſperare A auſis?

Liu. l. 14. Gell. l. 17. c. 21. Plutarch. in Sylla. Val. Max. l. 2. c. 9. Romanorum per hæc tempora ea fuit pauperies & frugalitas, vt RufinConſularis & Dictatorius criminis loco accuſatus ſit, quod decem pondo argenti facti haberet, eamque ob cauſſam Senatu motus à Fabricio & B Papo Cenſoribus, *Priuatus illis cenſus* *Val. Max. l. 4. c. 3.* *erat breuis Commune magnum. Dentatus, cùm Italiâ Pyrrhum regem exegiſſet, nihil omnino ex præda regiâ, quæ exercitum Urbemque ditauerat, attigit. Decretis autem à Senatu Septenis iugeribus agri populo, ſibi autem quinquagin-* C *ta, popularis aſsignationis modum non exceſsit.*

c. 4. C. Fabricij tota ſupellex argentea fuit ſalinum & patella pediculo corneo ſuſtentata. Hæc cùm hæreditatis nomine accepiſſet, Q. Aimilius Papus, religionis cauſa abalienanda D non putauit. Denique, quos pericula Reip. Imperatores aſſerebant, anguſtiæ rei familiaris bubulcos fieri cogebant.

Plutarc. de adulat. p. 60. PT. PHILADELPHI MORES. Pt. Philadelphus is eſſe videtur, de quo Plutarchus loquitur. *Cum videretur*, inquit, *Ptolemæus diſcendi ſtudioſus eſſe, de linguæ idiomate, de verſi-* E *culo, aut hiſtoriâ pugnantes ad mediam vſque noctem pertendebant aulici. Si quid creduliter, ſi quid contumelioſè ageret, ſi quem excarnificaret, inhibebat nemo*. Nempe illic vbi nihil opus eſt, libertatem mentitur adulator, vbi F opus eſt, ignauiam ſuam prodit. Phi- *Athen. l. 12.* larchus apud Athenæum narrat. *Ptolemæum ſecundum Ægypti regem, omnium ſui ſeculi principum grauiſsimum, & , ſi quis alius, humanioriб. tinctum* *diſciplinis, ac eruditum, ſic dementatum ac perditum importuno luxu, vt ſempiternam vitam ſibi futuram ſomniaret, ſtultè iactitans à ſe ſolo repertam fuiſſe immortalitatem. Mox cum per multos dies articulari pedum morbo afflictatus eſſet, vbi conualuit per feneſtras Ægyptios intuitus ad fluuium prandentes, & ijs, quæ fortè aderant, veſcentes. Me miſerum, inquit, quod non ex illis vnus ſum.*

Idem literarum amantiſſimus, in *Pauſan.* ciues, in exteros munificentiſſimus domi eo modo Philadelphus fuit, quo Poëtæ Parcas, & Eumenidas dictas volunt. Duos enim fratres ex Eurydice natos occidit, mores eorum exoſus, an conſortis impatiens. Contra ſororem ſuam Arſinoem non fraterno, ſed inceſto amore dilexit, & vxorem duxit. Non eſt igi- POTENTIA. tur, quod gnatonibus eius Poetis omnia in maius extollentibus fidem in omnibus adhibeamus. In eo numero Theocritus Siculus Poeta ele- *Theocrit. Idyllio XVII.* gantiſſimus ad laudes eius nihil reliquum facit. Potentiam ita deſcribit, vt dicat eum imperare Ægypto, Phœniciæ, Arabiæ, Syriæ, Lybiæ, Æthiopibus, Pamphyliæ, Ciliciæ Cariæ, Lyciæ, Cycladibus. Poſſidere *Pontos* vrbes 33339. neue quid mendacio deeſſet, θάλασσα τε πᾶσα ϗ αἶα ϗ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ. Hieronymus in Dan. XI. *Narrant*, inquit, *hiſtoriæ habuiſſe eum peditum* CC M, *equitum* XX M. *curruum duo millia, elephantos, quos primus eduxit ex Æthiopia, quadringentos. Naues longas quas nunc liburnas vocant* MD. *alias ad cibaria militum deportanda, mille: auri quoque & argenti grande pondus: ita vt*

Digitized by Google

de Ægypto per ſingulos annos XIV MDCCC A *talenta argenti acciperet, & frumenti artabas, quæ menſura tres modios & tertiam modij partem habet, quinquies & deciès centena millia.* Potentiæ effrenis plerumque comes eſt impotentia. Cùm ergo Philadelphi cum Arſinoe ſorore inceſtum increpans Sotades dixiſſer, *εἰς οὐχ ὁσίαν τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς*, Philadelphus Sotadem carceris pædore male perire iuſſit haud prorſus immerentem, vt qui tam luxu perditus, quàm maledicus eſſet. Itaque, qui antea Ionici, poſtea Sotadici dicti ſunt verſus molles ſimul & Satyrici.

SOTADES. *Plut. περὶ παίδων ἀγωγῆς. Athenæus lib. 14.*

B C

XIV. XI. Olymp. CXXVI.

A. M. 3724. Sel. 37. V. C. 478. Ante Dn. 276. Ant. Soteris VII. Pt. Philadelphi IX.

Q. Fabio Maximo II. } Coſſ.
C. Genutio Clepſina }

ERatoſthenes Cyrenæus Aglai vel Ambroſij filius naſcitur Olympiade CXXVI. Fuit hic diſcipulus Ariſtonis Chij Philoſophi, Lyſaniæ Cyrenæi Grammatici, & Callimachi Poëtæ. Athenis arceſſitus eſt à tertio Ptolemæo, vixitque vſque ad tempora quinti Ptolemæi vixit enim annos octoginta. Romanorum ſociam caſtigat Deus immiſſa graui in homines & pecudes peſtilentia, cui amoliendæ, vel claui figendi cauſa videtur delata Dictatura L. Cornelio Rufino bis Conſuli.

Suidas. ERATOSTHENES. *Auguſt. de ciuitat. l. 3.* PESTIS.

F

XV. XII.

A. M. 3725. Sel. 38. V. C. 479. Ante Dn. 275. Ant. Soteris VIII. Pt. Philadelphi X.

M. Curio Dentato II. } Coſſ.
L. Cornelio Lentulo }

MCurius Coſ. cùm delectum ſubito facere cogeretur, & iuniorum nemo reſponderet, coniectis in ſortem omnibus tribubus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen citari iuſſit. Cùm ne tum quidem, qui citatus erat parere vellet, Curius præfatus Reip. non opus eſſe eo ciue, qui parere neſciret, & bona eius & ipſum vendidit.

Val. Max. l. 6. c. 1. CVRII SEVERITAS.

D Tarentini, Lucani, Samnites à Romanis vrgeri ſe videntes Pyrrhum in Italiam reuocant. Pyrrhus in Sicilia res male gerens maluit videri Italis ſuccurrere, quàm ex Sicilia fugere. Sed cùm Romanis tertiò congreſſus, victus, vulneratus, in Epirum redit, quaſi nouas ibi copias conſcripturus. E

Zonaras. PYRRHVM FVGAT.

XVI. XIII.

A. M. 3726. Sel. 39. V. C. 480. Ante Dn. 274. Ant. Soteris IX. Pt. Philadelphi XI.

Ser. Cornelio Merenda } Coſſ.
M. Curio Dentato III. }

PYrrhus in Græciam reuertens Milonem ducem reliquerat, qui

Zonaras.

Digitized by Google

ſpecie ſubſidij Tarentinos in officio A contineret. Tarentini, vbi viderunt ſe foris à Romanis vrgeri, intus à præſidiarijs militibus grauari vix tandem agnito errore in Milonem inſurgunt & à Romanis veniam ac pacem petunt, ſed non impetrant.

XVII. XIV.

A. M. 3727. Sel. 40. V. C. 481. Ante Dn. 273. Ant. Soteris XI. Pt. Philadelphi XII.

C. Fabio Dorſone Licino } Coſſ.
C. Claudio Canina

Zonaras. Epitome Liuij l. 13. Val. Max. l. 4. c. 3. Romani Pyrrho victo etiam Ptolemæis innoteſcere ac formidini eſſe cœperunt. Philadelphus Pyrrho prudentior Romanos amicos quàm hoſtes habere maluit. Is D Romam legatos miſit inuictæ Romanorum fortitudini congratulaturos. Romani viciſſim Q. Fabium Gurgitem, Cn. Fabios Pictores, Q. Ogulnium Alexandriam mittunt. Hos Ptolemæus non tantum humaniſſimè excepit, ſed etiam liberaliſſè E donis onuſtos dimiſit. Illi Romam reuerſi dona, quæ priuatim acceperant, priuſquam ad Senatum legationem referrent, in ærarium detulerunt: de publico ſcilicet miniſterio nihil cuiquam, præter laudem bene adminiſtrati officij, accedere de- F bere iudicantes. Senatus viciſſim legatis dona reſtitui iuſſit.

(.·) (.·.) (.·.)

XVIII. XV. Olymp. CXXVII.

A. M. 3728. Sel. 41. V. C. 482. Ante Dn. 272. Ant. Soteris XI. Pt. Philadelphi XIII.

B L. Papirio Curſore II. } Coſſ.
Sp. Caruilio Maximo II.

Strato Lampſacenus XVII poſt *Laertius.* Theophraſtum anno moritur, Olympiade CXXVII teſtamentoque ſucceſſorem deſignat Lyconem A- LYCO. C ſtyanactis filium Troadenſem virum eloquentem, & περὶ παίδων ἀγωγῆς ἄκρως συντεταγμένον inſtituendis pueris maximè idoneum. Is ſcholam Academicam tenuit annos quadraginta. vixit LXXIV.

Anno Nabonaſſari 476. Philadelphi tertio decimo vltra medium decurrente Meſori XVII. ſequente XVIII. Timocharis exactè obſeruauit ſtellam Veneris obſcurantem oppoſitum prævindemiatrici, circa extremitatem Auſtralis alæ Virginis. *Ptolem. l. 10. c. 4.* Tempus conuenit cum *c. 9.* Octobris XIII. *Stella vero Martis obſeruata eſt ſub Scorpionis fronte, Caprinionis* XXV, *Athyr* XX *ſequente* XXI. Tempus conuenit cum Ianuarij XVIII.

Pyrrhi morte audita dux ipſius *Zonaras.* Milo adhuc Tarentum obtinebat, TARENTINI DOMITI. eò acriùs quod ſuo quàm legati nomine malebat imperare. Tarentini nec à Romanis pacem impetrare poterant, nec Milonem amoliri. Ad Carthaginienſes igitur confugiunt, opem flagitant. Erant illi Romanorum in ſpeciem ſocij, ſed æmuli eo-

Digitized by Google

que hoſtibus quàm amicis propiores. Milo vbi ſe tribus hoſtibus imparem ſenſit, cum Papirio Coſ. paciſcitur, vt ſibi cum ſuis tutò liceat diſcedere. Arce capta Fabricius nullo negotio vrbe potitus eſt, muros diruit, & Tarentinos ſapere docuit.

A

B

XIX. XVI.

A.M.3729. Sel. 42. V.C.483. Ante Dn. 271. Ant. Soteris XII. Pt. Philadelphi XIIII.

C. Quinto Claudo
L. Genutio Clepſinâ } Coſſ.

Polyb. l. 1. p. 6. ROMANOR. IN SVOS SEVERITAS

RHegini auxilium à Romanis impetrauerant Pœnorum & Pyrrhi metu. Romani præſidiarios milites quater mille miſerant. Hi, cùm viderent ſe à Rheginis ita excipi, vt ciues ſummam poteſtatem penes ſe retinerent, inito cum Mamertinis conſilio iniuſſu Senatus ciuitatem ſociam peſſimè tractant, ciuium alijs occiſis, alijs in exilium pulſis. Hæc vbi reſciuit Senatus tantam perfidiam ac immanitatem deteſtatus, mittit, qui Rheginos liberali manu aſſerant. Genutius Conſul vrbem captam liberat, & perfidos illos milites, quotquot ſupererant, (ſupererant autem circiter treceenti) Romam mittit. Ij à Prætoribus flagris cæſi ac ſecuri percuſſi ſunt, vt fides apud ſocios labefactata horum ſupplicio in integrum reſtitueretur.

(∴) (∴)
(∴)

XX. XVII.

A.M.3730. Sel. 43. V.C.484. Ante Dn. 270. Ant. Soteris XIII. Pt. Philadelphi XV.

C. Genutio Clepſina II.
Cn. Cornelio Blaſione } Coſſ.

Euſebius. CRATES.

POlemo Philoſophus moritur: poſt quem Arceſilas & Crates clari habentur. Quod ſi docere cœpit Polemo Olympiade CXVI. vt vult Laertius, ſequitur, vt ſcholam tenuerit annos XLVI.

C

Polybius.

Aratus Cliniæ filius Sicyone Peloponneſi vrbe naſcitur ſeptennio antequam Sicyone tyrannidem inuaderet Abantidas.

D

XXI. XVIII.

A. M. 3731. Sel. 44. V.C. 485. Ante Dn. 269. Ant. Soteris XIV. Pt. Philadelphi XVI.

E

C. Fabio Pictore
Q. Ogulnio Gallo } Coſſ.

IS. Caſaubonus contendit hoc demum anno Hieronem Syracuſarum regem declaratum. Vt vt ſit, agebat tum annum circiter XXXVI, regnauitque ab hoc tempore annos quinquaginta quatuor.

F

Plin. l. 33.

Q. Fabio Conſule argentum Romæ ſignari cœptum annis quinq; ante bellum Punicum. Argenti copia ex Samnitici cuiuſdam caſtelli expugnatione comparata. Ita cum æneis nummis

Zonaras.

antea

anteа vterentur Romani, argentei denarij percuti cœperunt.

XXII. XIX. Olymp. CXXVIII.

A. M. 3732. Sel. 45. V. C. 486. Ante Dn. 268. Ant. Soteris XV. Pt. Philadelphi XVII.

P. Sempronio Sopho
App. Claudio Craſſo } Coſſ.
Cæci filio

Romanos iam tum Græcari ſolitos docent cognomina, quibus pro Furijs & Sapientibus Clepſinas & Sophos per ludibrium ſuos concinnabant.

APOLLONIATES. *Valer. l. 6. Liuij Epit. l. 15.* Apolloniates Romam legatos mittunt ſocietatis ineundæ cauſſâ. Hos ortâ contentione Q. Fabius & Cn. Apronius Ædiles pulſant. Id vbi reſciuit Senatus, Ædiles legatis dedi iuſſit, & Quæſtorem addit, ne à deditorum cognatis violarentur.

Florus Frontinus. Stabant in acie pugnaturi Picentes & Romani, cum exortus terræ motus vtroſque exterruit. P. Sempronius Coſ. ædem Telluri vouet, & ſuos cohortatur, vt hac ipſa occaſione vtantur ad Picentes ſuperſtitione territos debellandos. Pugnauit & voti compos factus eſt.

XXIII. I.

A. M. 3733. Sel. 46. V. C. 487. Ante Dn. 267. Ant. Soteris XVI. Pt. Philadelphi XVIII.

M. Attilio Regulo
L. Iulio Libone } Coſſ.

A *Zonaras.* BRVNDISIVM. Brundiſium tam commodo portu inſtructum erat, vt eodem vento ad portum accedere & è portu ſoluere liceret. Tantò auidiùs à Romanis appetitus eſt opportunus in Græciam traiectus. Itaque Brundiſinis & Calabris crimini datum, B quod Pyrrho quàm Romanis æquiores fuiſſent. Apolloniates Ionicum ſinum incolentes Romam rurſus legatos mittunt. Q. Fabius Senator, eorum, qui Apolloniatibus deditus fuerat, cognatus legatos contumelia afficit. Senatus vt in ipſâ Græciâ C paratam ianuam haberent, hunc quoque Senatorem Apolloniatis dedit. Illi, ne litem lite ſererent, Fabium incolumem Romam remiſerunt.

XXIV. II.

D A. M. 3734. Sel. 47. V. C. 488. Ante Dn. 266. Ant. Soteris XVII. Pt. Philadelphi XVIII.

N. Fabio Pictore
Q. Ogulino Gallo } Coſſ.

E *Zonaras.* VVLSINII. Vulſinij Etruſcorum opulentiſſimi quandiu Romanis hoſtibus vſi ſunt, foris arma ſtrenuè capeſſebant, domi Remp. optimis legibus regebant. Poſtquam ſpecie ſocietatis Romanis ſubditi eſſe cœpe- F runt, ſecuritas in deſidiam vertit. Ita otio ſe dantes ſeruos temere manu mittebant & per libertos omnia adminiſtrabant.

Liberti dominorum facilitate & opibus abuſi pro ſeruis heros ſe ge-

runt. Dominos ignauæ credulitatis ſuæ ſerò pœnituit, cum iam ne hiſce quidem auderent. Romam igitur clam mittunt, rogantque vt Senatus in ædibus priuatis ſibi detur. Sed ſic quoque legatio detecta, & legati domum reuerſi à ſeruis excarnificati. Bellum igitur, in ſeruos decernitur, quod anno ſequente à Decio Coſ. confectum eſt exciſo oppido & indigenis aliò tranſlatis. Adeò remedia ſæpe ipſo morbo moleſtiora ſunt.

XXV. III.

A. M. 3735. Sel. 48. V. C. 489. Ante Dn. 265. Ant. Soteris XVIII. Pt. Philadelphi XX.

Q. Fabio Maximo Gurgite IV. L. Mamilo Vitulo } Coſſ.

SPARTA. Diod. l. 20. Plutarc. in Agide & Cleomene p. 1461. Pauſanias p. 87.

AReus Lacedæmoniorum rex Acrotati filius, Cleomenis nepos cum poſt auum Cleomenem regnaſſet annos XLIV. circa Corinthum pugnans occumbit, & Acrotatum filium relinquit. Is quoque in pugnâ iuxta Megalopolim Arcadiæ vrbem ab Ariſtodemo tyranno occiditur relictâ vxore grauidâ. Ea poſthumum peperit. Leonidas Cleonymi filius, Cleomenis nepos, Arei patruelis huius poſthumi primò tutor fuit, deinde ſucceſſor, cùm infra pubertatem obijſſet, octauum annum iniens.

Ptolem. lib. 9. c. 10.

Anno XXI. *ſecundum Dionyſium, Nabonaſſari 484, Scorpionis* XXII, *Thoth* XVIII, *ſequente* XIX. *Mercurius matutinus paulum diſtabat à fronte Scorpij.* Tempus conuenit Nouembris XV. Itaque videtur legendum *Scorpionis* XX. Tunc enim Sol Scorpionem ingrediebatur, circa Octobris XXVII.

Polyb. l. 1. p. 9. MAMERTINI.

Romani Rheginis ante ſexennium liberatis etiam à Mamertinis, qui illos oppreſſerant, pœnas repoſcere meditabantur. At ecce Hiero ſocietate cum Pœnis initâ Mamertinos obſidet. Horum alij à Pœnis, alij à Romanis opem petendam cenſent, dum hi Pœnorum perfidiam, illi ſceleris ſibi conſcij Romanorum iram metuunt, *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.* Pœni interim arcem ſibi traditam occupant. Oppidani nihilominus Romam mittunt legatos veniam ante actorum deprecaturos, & opem imploraturos.

XXVI. IV. Olymp. CXXIX.

A. M. 3736. Sel. 49. V. C. 490. Ante Dn. 264. Ant. Soteris XIX. Pt. Philadelphi XXI.

App. Claudio Caudice
M. Fuluio Flacco } Coſſ.

ZENO. Euſeb. Suidas.

ZEno Stoicus moritur, cui ſuccedit Cleantes. Hic Zeno fuit natione Cyprius, patriâ Citieus, diſcipulus Cratetis Cynici, Polemonis Athenienſis, & alterius Zenonis Sidonij qui & ipſe Stoicus dictus eſt & qui diſcipulus fuerat Diodori, cui Saturno ſiue Crono cognomen erat. Sed Zeno ſecundus gloriâ ſuâ primi memoriam obſcurauit. Floruit ſub Antigono Gonâta circa Olympiadem

Digitized by Google

cxx (lege cxxx vel cxl) vixit annos A xc, cum morbum nullum ſenſiſſet. Fuit hic fructus ſobrietatis & abſtinentiæ ſingularis. Tandem vitæ tædio inediâ vitam finijt.

TIMÆVS *Polyb. l. 1.* *Liu. lib. 31.* Timæus hiſtoricus deſinit in Olympiade cxxix teſte Polybio lib. 1. qui indidem ſuum hiſtoriæ apparatum inchoat. B Liuius ab V. C. ad Appium Claudium Conſulem num erat annos ſolidos quadringentos lxxxviii.

Polyb. l. 1. p. 10. PRIMA ROM. IN SICILIAM EXPEDITIO. Romæ diu deliberatur num Mamertinis ferẽdum ſit auxilium, dum alij iniquum cenſent perfidos perduelles vltima C commeritos iuuare, cumque ciues ſuos vltimo ſupplicio affecerit populus, barbaros eiuſdem ſceleris complices ab exitio liberare. Alij contendunt hoc ipſum glorioſum futurum, ſi Romani dicantur ſuorum, quàm alienorum cenſores D ſeueriores eſſe. Præſtate Meſſanam ſeruari, quam Hieronis & Pœnor, manu perire. Non eſſe ferendum, vt Pœnorum potentia iam nimia & Italiæ imminens hoc incrementum accipiat futurum veluti pontem & traiectum in Italiam. Vicit vtilitas. E Mittitur Claudius Coſ. in Siciliam. Is licet copijs Hieronis impar præſentiſſimum periculum præſenti animo ſuperat. Meſſenem appellit, Hieronem acie vincit, & fugat. Fugiunt & Pœni. Fugientib. inſtat Claudius & patentis campi potens Syracuſas F *Gell. l. 17. c. 21.* ipſas obſidet. Hęc fuit prima Romanorum extra Italiam expeditio, & primi belli Punici initium anno, inquit Gellius, V. C. ccccxc.

XXVII. V.

A. M. 3737. Sel. 50. V. C. 491. Ante Dn. 263. Ant. Soteris xvii. Pt. Philadelphi xxi.

Manio Valerio Maximo Meſſala Manio Otacilio Craſſo } Coſſ.

Siciliæ pleræque ciuitates Hieronis infirmitatem deſpicatæ & Pœnorum perfidiam exoſæ Romanis vt potentioribus ac fidelioribus accedunt. *Polyb. l. 1. p. 15.* HIERO ROM. SE DEDIT. Hiero quoque tutiorem & illuſtriorem ſibi cùm Romanis quàm cum Pœnis futuram societatem arbitratus mittit qui pacem petant. Pœnos vt maris potentes metuebant Romani, eoque libentius cum Hierone pacti ſunt, eâ tamen lege, vt captiuos omnes gratis dimitteret, & centum talenta penderet. Ab eo tempore tutus & ſecurus regnauit Hiero regulorum, qui per id tempus Græcis imperitabant, ſplendidiſſimus. Euſebius hæc breuius deſcribens ſecundo Olympiadis cxxix anno. *Romani*, inquit, *Syracuſas capiunt.*

Plutar. in Arato. ABANTIDAS SICYONEM OCCVPAT. Sicyon, vt & pleræque Peloponneſi vrbes, pridem ſolutâ Ariſtocratiæ harmoniâ perditiſſimi cuiuſque, qui tyrannidem inuadere audebat, præda erat. Reſpirationem aliquam & meliorem in poſterum ſpem dederant Timoclidas & Clinias, qui occiſo Cleone Tyranno virtute quàm potentiâ reliquis ciuib⁹ præſtare malebant, cùm Timoclidas fato fungi-

Digitized by Google

rur. Hoc cuſtode remoto Abantidas Paſiæ filius in Cliniam affinem ſuum inſurgere non dubitauit. Eo occiſo tyrannidem occupat annos trede- cim. Cliniæ filius ſeptennis Aratus patris percuſſores fugiens forte in Prophanti patrui ſui ædes illabitur. Soſo Prophanti vidua Abantidæ ſoror erat, ſed bonis moribus. Ea Dei ductu in manus ſuas incidiſſe Aratum credens, ingenui vultus puerum, ingenuique pudoris abſcondit & proximâ nocte Argos deducendum curat, quo etiam multi Sicyonis exules aut vltrò Abantidæ ſæuitiam fugientes ſe receperant. Inibi Aratus à paternis amicis & hoſpitibus comiter exceptus liberaliter educatur, bonis moribus, honeſtis artibus, quin & palæſtrâ ac bellicis exercitamentis imbuitur.

ARATVS EVADIT.

SOLARIVM. *Plin. l. 7. c. 60.*

Primus Romanis Solarium dederat Lucius Papyrius Conſul A.V.C. 461. poſt annos triginta Marcus Valerius Meſſala Conſul, capta in Sicilia Catana, nouum deportauit teſte Marco Varrone apud Plinium, *nec congruebant ad horas eius lineæ: paruerunt tamen ei annis vndecentum*, h. e. vſque ad annum V. C. 590.

CALLIMACHVS.

Callimachus Poeta apud Ptolemæum (Philadelphum ſcilicet) celebratur haud multò poſt inchoatum primum bellum Punicum teſte A. Gellio lib. XVII. c. 21.

XXVIII. VI.

A. M. 3738. Sel. 51. V. C. 492. Ante Dn. 262. Ant. Thei I. Pt. Philadelphi XXII.

A L. Poſthumio Megello / Q. Manlio Vitulo } Coſſ.

Polyb. l. 1. p. 19.

AGRIGENTVM A ROM. CAPITVR.

Conſules Agrigentum obſidet, omnium Sicularum, quæ à Pœnis tenebantur, vrbium ampliſſimam. Erant hominum circiter quin- B quaginta millia, quibus præerat Annibal. His oppugnandis duas legiones cum copijs auxiliatibus ſufficere rati Conſules, inſtabant operi. Ad inediam redigebatur vrbs, & quotidianis excurſionibus exhauriebatur. Mittitur Hanno cum nouis copijs. C Is Erbeſſum proditione capit. Romanos incurſionibus fatigat, & obſeſſores obſidet. Iamque Romanos haud minus vrgebat fames quàm Agrigentinos. Neque Romanis commeatus aut auxilij ſpes vlla affulgebat, cùm Annibal impatientiùs auxi- D lium expoſtulans eò Hanonem egit, vt aggrederetur caſtra Romanorum, quibus fames iram, ira fortitudinem acuerat. Ita repulſus Hanno magna ſtrage. Dum ſpolia diuidunt & incautius caſtra cuſtodiunt, hoc ipſum ſuſpicatus Annibal minimo minus E caſtra cœpit. Romanis ſaluti fuit diſciplinæ militaris auſteritas, apud quos ſtationem deſerere capitale eſt. Et Deus ita opportune adfuit, vt, qui bis terque vltimo exitio proximi fuerant, repulſo Annibale etiam Agrigentum occuparint poſt men- F ſium circiter quinque obſidium. *Nicomedes res Bithyniæ Aſtacum vrbem amplians Nicomediam nuncupauit.*

NICOMEDIA. *Euſebius.*

Antiocho Soteri cum regnaſſet annos viginti ſuccedit filius tertius eius. Syriæ rex Antiochus, quem paraſiti ΘΕΟΣ.

ANTIOCHVS.

impiâ adulatione Deum nuncuparunt, regnatque annos ſedecim.

I. VII.

A.M. 3739. Sel. 52. V. C. 493. Ante Dn. 261. Antiochi Thej II. Pt. Philadelphi XXIV.

L. Valerio Flacco
Ti. Otacilio Craſſo } Coſſ.

Polyb.l.1. p.10. CORVVS NAVTICVS.

MAritimæ ciuitates Siciliæ pleræque à Pœnis obtinebantur. Mediterraneæ non paucæ à Romanis. Cum igitur rei marinæ ignari fuiſſent Romani, Pœni verò pridem peritiſſimi, imperio mediterranei maris ſine controuerſiâ fruerentur, auſi Romani tum primùm naues conficere, & rei nauticæ periculum facere, in ipſo artis meditamento nouum inſtrumentum (coruum indigetarunt) commenti ſunt.

II. VIII. Olympias cxxx.

A.M.3740. Sel.53. V.C.494. Ante Dn.260. Antiochi Thej III. Pt. Philadelphi XXV.

Cn. Cornelio Scipione Aſinâ
C. Duillio Nepote II. } Coſſ.

Polyb.l.1. p.22. POENORVM VARII SVCCESSVS.

CN. Cornelius Conſul rei nauticæ imperitia in anguſtias redactus Pœnis ſe tradit. Eò inſolentiùs Annibal in alterum Conſulem Duillium impetu facto quaſi ad prędam non ad prœlium iret, corui nuper à Romanis inuenti nouitate ter-
A ritus fugatur, quinquaginta naues amittit, & mox aliquot alias circa Sardiniam. Ob hæc Carthaginem reuerſus cruci affigitur familiari Pœnorum in ſuos duces ſæuitia. Amilcar audito Siculos Romanis ob prædæ diuiſionem diſcordes ſeorſim ca-
B ſtra metari derepente in Siculos impetu facto quatuor millia occidit.

III. IX.

A. M. 3741. Sel. 54. V. C. 495. Ante Dn.259. Ant.
C Thej IV. Pt. Philadelphi XXVI.

L. Cornelio Scipione
Q. Aquilio Floro } Coſſ.

L. Scipio [a] Coſ. in Sardinia & Corſica aduerſus Hannonem
D Pœnorum ducem feliciter pugnat, Hannonem [b] in Olbię oppugnatione occiſum amplo funere effert. Hamilcar [c] Pœnus totam Siciliam ſubacturus videbatur, niſi fortiter obſtitiſſet alter Coſ. Florus. Ambo [d] igitur Coſſ. de Pœnis triumphant. Po-
E lybius tamen nihil ab illis geſtum ait, quod ſit memoria dignum.

a *Eutrop. Epit. Liuij l.17.* b *Valer. l. 5.* c *Zonaras.* d *Tabula Capitol.*

IV. X.

A.M.3742. Sel.55. V.C.496. Ante Dn.258. Ant. Thej v. Pr. Philadelphi XXVII.

F A. Atilio Calatino
C. Sulpitio Paterculo } Coſſ.

ROmani in Sicilia Panormum oppugnant, Hippanam, Muttiſtratum, Camarinam, Ennam &

Polyb.l.1. p.25.

aliquot alia oppidula Pœnis eriA piunt. Autor de viris illuſtribus ait Calatinum Coſ. paucis nauibus ſuperaſſe magnam Amilcaris claſſem.

V. XI.

A. M. 3743. Sel. 56. V.C. 497. Ante Dn. 257. Ant. Thej VI. Pt. Philadelphi XXVIII.

C. Attilio Regulo }
Cn. Cornelio Blaſio } Coſſ.

Polyb. l. 1. p. 26.

C Attilius Coſ. prælio nauali victus & mox victor animos Rom. adijcit ad rem nauticam toto ſtudio capeſſendam.

VI. XII. Olympias CXXXI.

A. M. 3744. Sel. 57. V.C. 498. Ante Dn. 256. Ant. Thej VII. Pt. Philadelphi XXIX.

L. Manlio Vulſone Longo }
Q. Cædicio } Coſſ.

Polyb. l. 1. p. 26. REGVLVS VICTOR.

CÆdicio in Conſulatu defuncto ſubſtituitur. M. Attilius Regu- E lus. Is armat naues trecentas triginta, inſtructas trecenis remigibus, propugnatoribus centenis ac vicenis. Colliguntur hominum fere CXLM. Hi Freto Siculo traiecto Syracuſas, Pachynum, Ecnomum appellunt, hinc toto impetu in Africam traiecturi. Carthaginienſes contra quiduis priùs tentandum ſtatuunt, quàm vt in Africam traijci patiantur. Mittunt igitur aditum occluſuras naues CCCL, hominum CLM.

A Hinc Hanno & Amilcar, illinc ambo Coſſ. magnâ vtrinque contentione pugnant. Primus Amilcar poſt longum ac triplex certamen in fugam ſe dedit. Perierunt Romanæ naues XXIV, Pœnorum XXX. Captæ LXIII. Romanus victoriâ vtendum B ratus Africam rectâ petit, Clupeam, Adim, Tunetum occupat. Hac occaſione commodum oblatâ Numidæ ab aliâ parte Pœnos hoſtiliter inuadunt. Compulſos Carthaginem ruſticos fames vexat, & magna vndique perturbatio. Pacem poſcunt C Pœni. Iniqua expoſtulat Attilius. Conturbatos recreauit Xantippus Lacedæmonius ingentem mercenariorum à Pœnis è Græciâ conductorum manum ſecum adducens. Neq; tam ſaluti fuit militum aduectorum robur, quàm Xanthippi ſolertia, qui D errores à ducibus in proximis prœlijs admiſſos indicans tantum fidei apud conterritos & vltima metuentes. Pœnos inuenit, vt ſummæ rei præfectus ſit. Tum reſtitutâ Carthagine militari diſciplinâ mox compertâ militum alacritate cum Romanis prœlio decernere auſus legiones, quæ inuictæ videbantur, profligauit, magnaq; ſtrage editâ Regulum Conſulem nuper Pœnis inſolentiùs inequitãtem cum quingentis cepit. Euſebius hiſtoriam hanc quinquennio prius & ὑπερβολικώτερον quàm par F ſit referens. *Romani*, inquit, *Carthaginienſes naualı certamine ſuperant, & centum Lybiæ vrbes capiunt*. Hęc quarto Olympiadis CXXIX anno, Primo vero Olympiadis CXXXI. anno. *Antigonus*, inquit, *Athenienſibus liber-*

A POENIS CAPIVTR.

tatem reddit.

Gell. l.6. c. 3. SERPENS IMMANIS. *Dum in Africa pugnabat Attilius Regulus Coſ. caſtris ad Bagradam poſitis prælium grande atque acre feciſſe* refert Tubero apud Gellium, *aduerſus vnum ſerpentem in illis locis ſtabulantem, inuſitatæ magnitudinis: eumque magna totius exercitus conflictatione balliſtis atque catapultis diu oppugnatum: eiuſque interfecti corium longum pedes* CXX *Romam miſiſſe.*

VII. XIII.

A. M. 3745. Scl. 58. V. C. 499. Ante Dn. 255. Ant. Thei VIII. Pt. Philadelphi XXX.

M. Aimilio Paulo Ser. } Coſſ.
Ful. Pætiuo Nobiliore }

MANASSES. IVdæorum, inquit Euſebius, *Pontificatum poſt Eleazarum auunculus eius* (immo Oniæ) *Manaſſes accepit.* Sed nec commode Hieronymus auunculum vocat, qui patruus erat, Græca vox θεῖος vtrumque ſignificat. Græca igitur Euſebij ſic habent. E
ONIAS. Josephus Ant. l. 12. c. 4. p. 359. *Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν μετ’ Ἐλεάζαρον Μανασσῆς ὁ θεῖος τοῦ Ὀνίου.* Sed cum Onias eſſet maior annorum XXXIII. cur adhuc patruum tutorem patitur? propter ingenij ſtuporem. Itaque tum adhuc *puer cenſebatur. Decimo poſt anno Ioſeph⁹ auunculum apud Euergetem excuſaturus eum decrepitum vocat, & vitio ætatis iam delirantem, vſurpans prouerbiale illud F
Bis pueri ſenes.

Polyb. l. 1. p. 37. Aimilius & Sulpitius Coſſ. nauibus CCCLX Siciliam petunt, atque
A inibi prœlio nauali proſpere facto CXXIV Punicas naues capiunt. Africam tamen peruicaciter tueri non placuit. Quin potiùs reliquijs militum, qui Clupeæ erant, aſſumptis Italiam repetunt. Monentur à nautis tempeſtatem inter Orionis & Canis CONSTVLVM FASTVS.
B exortum nauigationi non eſſe aptam, litus Siciliæ quod Africam ſpectat importuoſum. Aut quieſcendum, aut in Italiam recto itinere properandum. Conſules, victoriæ Siculis oſtentandæ ſtudio quaſi tam facile ſit cœlo quàm hominibus leges dare, conſilio nautarum inſuper
C habito Camarinam pergunt. At in ipſo propemodum portu excipiuntur à procellâ tam atroci vt è nauibus CCCLXIV ſolæ octoginta reliquæ factæ ſint. Deo nimirum docente, quàm facile ſit illi inſoleſcentium NAVFRAGIO PVNITVR.
D hominum faſtum contundere. Inter Africam & Siciliam medius parallellus eſt graduum XXXV, quo noſtro ſeculo Sirius oritur Leonis tertio. Tum gradibus XXV priùs ac proinde cancri XVII, Iulij XIII oriebatur.

VIII. XIV.

A. M. 3746. Scl. 59. V. C. 500. Ante Dn. 254. Ant. Thei IX. Pt. Philadelphi XXXI.

Cn. Cornelio Scipione } Coſſ.
Aſinâ II. A. Atilio Co- }
latino II.

ROmani cedere neſcij naues CCXX fabricant quæ cum reli- Polyb. l. 1. p. 39.

quis LXXX quæ euaſerant, iunctæ Panormum Punicatum in Siciliâ vrbium metropolim oppugnant, expugnant.

Li. p.130. MARCVS. Marcus Carynenſis annis demum quinque & viginti poſt procuratam Carynenſibus libertatem fit Achæorum Prætor ſolus, cum antea bini quotannis crearentur.

Polyb. l.4. p.365. Prætores autem ſuos creabant Achæi circa Pleiadum ortum, inquit Polybius. Ætoli vero ſex, ſeptem ante menſibus ſtatim ab Æquinoctio autumni. Pleiades autem eo ſeculo in Ætoliâ oriebantur circa Crionis finem. Et quia plerique omnes Græci anno Lunari vtebantur, videntur Achæi annum inchoaſſe ab eo nouilunio quod Pleiadum ortui vel Tauronis neomeniæ proximum erat. Ætoli vero ab eo nouilunio quod autumnalis æquinoctij epocham proxime ſequebatur.

Secunda periodus Calippica ab hoc anno initium ducit, cum prima cœpiſſet ab anno V. C. 424. Cœpit, inquam, Hecatombæonis primo, Iunij XXIX. Cancri quinto.

IX. XV.

A. M. 3747. Sel. 60. V. C. 501. Ante Dn. 251. Ant. Thej X. Pt. Philadelphi XXXII.

Cn. Seruilio Cæpione
C. Sempronio Blæſo } Coſſ.

Polyb. l.1. p.40. Conſules Africam rurſus adoriuntur, neque quidquam memorabile agunt: dum varia ſubinde litora tentant, locorum imperitia iuxta Lotophagorum inſulam, quæ Meninx dicitur, in Syrtes incidunt, in quibus non niſi iacturâ factâ idq; præter ſpem ſeſe expediuerunt. Panormum reuerſi atq; hinc Romam regredientes naufragium iterum patiuntur, amiſſiſque CL. nauibus reliqui vix ſoſpites euadunt. Ita ſubacta ad tempus Romanorum contumacia à marinis expeditionibus deſtitit ſperantium ſe terra quàm mari feliciùs & tutiùs acturos. MARE ROM. INFAVSTVM.

X. XVI. Olympias CXXXII.

A. M. 3748. Sel. 61. V. C. 502. Ante Dn. 252. Ant. Thej XI. Pt. Philadelphi XXXIII.

C. Aurelio Cotta
P. Seruilio Gemino } Coſſ.

Romani naufragiorum metu maris imperio Pœnis cedentes ne terra quidem cum illis pugnare auſi ſunt hoc anno, adeò exterruerat illos elephantorum robur ac numerus, quos ſciebant ante quadriennium victoriæ cauſſam fuiſſe, & peditum ingentem numerum obtriuiſſe. *Polyb. l.1. p.40.*

XI. XVII.

A. M. 3749. Sel. 62. V. C. 503. Ante Dn. 251. Ant. Thej XII. Pt. Philadelphi XXXIV.

L. Cæcilio Metello
Cn. Furio Pacilo } Coſſ.

Conſules

Polyb. l. 1. pag. 41. Conſules in Siciliam aduecti nè A hoc quidem anno audebant cum Pœnis acie côngredi, non male ſecum actum iri putantes, ſi parta tuerentur. Rebus in Siciliâ compoſitis Furius cum parte copiarum in Italiam redit. Cæcilius Panormi excubias agebat. Aſdrubal deprehenſâ B Romanorum timiditate copias Panormum ducit hoſtem ad pugnam prouocaturus. Cæcilius, vbi agnouit audaciam in temeritatem vertiſſe, tantò magis metum adſimulat, in oppido ſe continet, fruges matureſcentes corrumpi patitur. Aſdrubal C quaſi latitantem ſerpentem in ipſo antro oppreſſurus Panormitani agri anguſtias ſuperat, flumium vrbi proximum copias tranſducit. Tum denique Cæcilius voti compos ſuos educit ſub ipſis mœnibus vrbis pugnaturus, eâ mente vt etiam opifi- D ces militibus pugnantibus ſubminiſtrare, & ipſi de muro iacere tela quàm denſiſſima poſſent in elephantos, quos potiſſimùm formidabat. Reliqua quoque ordine conuenientiſſimo diſpoſuit. Beſtiæ primò terribiles poſtquam vndique ſe telis E transfigi ſenſerunt in fugam ac furorem verſæ deiectis ductoribus in ſuos iram vertunt, omnia proturbant, plurimos pedibus proterunt. Aſdrubalem fugientem inſequens Cæcilius magnam ſtragem edit, elephantos omnes aut occidit aut capit. F Ita Romanis redit in præcordia virtus, & beluarum in poſterum contemptus.

CAECILIVS.

STRATAGEMATE.

POENOS SVPERAT

(∴)

XII. XVIII.

A.M. 3750. Sel. 63. V. C. 504. Ante Dn. 250. Ant. Thej XIII. Pt. Philadelphi XXXV.

C. Attilio Regulo II.
L. Manlio Vulſone II. } Coſſ.

His Coſſ. Antiochi & Seleuci fratrum Seleuci Nicanoris non pronepotum, vt vult Iuſtinus, ſed nepotum diſcordiâ Parthis impunitatem defectionis dedit, quippe dum ſibi inuicem eripere regnum volunt, perſequi defectores omiſerunt. Eodem fere tempore Theodotus mille vrbium Bactrianarum præfectus deficit, regemque ſe appellari iubet. Hoc exemplum ſecuti & alij Orientales, i. trans Euphratem ſiti populi à Macedonibus deficiunt.

Iuſt. l. 41. SELEVCIDARVM IMPERIVM LABASCIT.

Conſules bonæ in poſterum ſpei pleni non elephantorum modo, ſed etiam maris depoſito metu claſſe nauium CC in Siciliam proficiſcuntur. ἔτος ἤδη τῷ πολέμῳ τεσσαρεσκαιδέκατον, i. annis quatuordecim ab inchoato bello Punico. Duæ omnino Pœnis in Siciliâ ſupererant vrbes Lilybęum & Drepana. Et Lilybæum quidem promontorij nomen eſt & vrbis vicinæ, muniτiſſimæ ſitu & arte. Hanc præter ciues tutabantur peregrinorum militum decem millia duce Himilcone. Drepanis præerat Adherbal XV M paſſuum à Lilybæo diſtans. Lilybæum priùs obſidere placuit. Magna vtrimque contentione vrbs oppugnata & propugnata. Audacia

Polyb. l. 1. p. 43. LILYBAEVM OBSIDETVR.

ad temeritatem vſque facinora multa ab vtriſque perpetrata, eamq; ob cauſſam ad ſequentem vſq; annum continuata obſidio.

Plutarch. in Arato p. 1880. ARATVS SICYONEM LIBERAT.

Abantidas Sicyonis tyrannus Philoſophicis exercitamentis animum recreare ſolitus Diniam & Ariſtotelem Dialecticos lubenter audiebat. Illi nihil Philoſophiâ dignius arbitrati quàm Tyranni cæde de patriâ bene mereri diſcipulum ſuum confodiunt. Abantidæ pater Paſias cruda adhuc viridique ſenectute non dubitat tyrannidem retinere. Hæc meditantem dolo occidit Nicocles, ſed ita vt maluerit ipſe tyrannus eſſe, quàm tyrannicidæ laudem reportare. Vix dum quatuor menſes regno potitus erat, cùm Aratus Cliniæ filius annos viginti natus cum amicis Argiuis & Sicyonijs exulibus cõmunicato conſilio ſcalis admotis Sicyonem occupat & in Nicoclis ædes impetu facto tyranni cuſtodes comprehendit primo diluculo. Et Nicocles quidẽ per cuniculos euaſit, ſed ſatellites eius tantâ induſtriâ & opportunitate correpti ſunt, vt ne gutta quidem ſanguinis Sicyonijs conſtiterit libertas, & exulum amplius quingentorum (quorum quidam annos quinquaginta extorres fuerant) in patriam reditus.

Sed exulibus ſatis non erat in patriam redire, niſi etiam erepta ſibi bona poſtliminij iure recuperarent. Neque poterant omnia omnibus reſtitui, neque tutum erat quidquam à poſſeſſoribus bonæ fidei aut temporis præſcriptionem aliudue quidpiam prætexentibus extorquere.

Polyb. l. 2. p. 130.

Cùm ergo hinc nouas ſeditiones, tum Antigoni libertati vrbium inſidiantis vim metueret Aratus, autor fuit ciuibus, vt Achæorum Reip. ſeſe adiungerent, quarto poſtquam Marcus Carynenſis Præturam obtinuerat anno. Arati multæ fuerunt virtutes, multa ab eo præclare geſta. Sed exitus docuit eum non tantum amore patriæ & immenſa laudum cupidine flagraſſe, ſed hoc etiam vitio laboraſſe, quod cum pleriſq; omnibus ambitioſis maximam gloriam in maximo imperio putabat. Cumque illud imperium validiſſimum eſſe ſciret, quo obedientes gaudent, indicto tyrannis exoſis bello hoc maxime ſatagebat vt volentibus imperando ſatellitio cuſtodum non indigeret.

XIII. XIX.

A. M. 3751. Sel. 64. V. C. 505. Ante Dn. 249. Ant. Theſ XIV. Pt. Philadelphi XXVI.

P. Claudio Pulchro } Coſſ.
L. Iunio Pullo

Polyb. l. 1. p. 51. CLAVDII TEMERITAS.

CVm Lilybęi incolarum ignes & ventorum impetus Romanorum machinas conſumpſiſſet, depoſita vrbis vi capiundæ ſpe, quod ſupererat, decernunt Romani oppidanos ad inediam adigere. Cum in eo ſtatu res eſſet, P. Claudius, ſimul eò delatus eſt, ſtratagemate vtendum ratus, priuſquam Adherbal eius aduentum reſciſceret, ſubductam noctu claſſem Drepana du-

Digitized by Google

cit, quaſi vrbem vel ex improuiſo A occupaturus, vel obſidione cinctus. Adherbal, quamuis tam inopinato hoſtium aduentu territus, tamen præſenti animo ſuos ad pugnam cohortatus, conſilioque ſub manu capto locorum peritia, nauium velocitate, remigum induſtria B tam dextrè vſus eſt, vt Romanis omnia, quibus pollere videbantur, aduerſa reddiderit. P. Claudius diu ſed fruſtra reſiſtere conatus, cum triginta nauibus turpi fuga euadit, grauesque ſed meritas temeritatis ſuæ pœnas Romæ luit. Adherbal nauibus C XCIII potitus eſt. Mox ipſe claſſi, quæ Lilybęum obſidebat, plurimum incommodauit, inde in alterum Conſulem L. Iunium, qui Meſſana Syracuſas aduentabat, conuerſus coegit in loca importuoſa ſe recipere, in quibus ſuperueniente tempe- D ſtate tota Iunij claſſis penitus confracta eſt. Iunius ex naufragio elapſus dedit operam, vt tot clades aliquo ſtrenuo facinore leuaret. Erycen igitur Veneris templum & oppidum proditione occupat, ſperans futurum id aditum ad Drepana vici- E na capienda. Sed fuit hoc leuiſſimum tot infortuniorum ſolatium & imbelle telum. Præcipuam horum infortuniorum cauſam affingebat ſuperſtitio auſpiciorum cõtemptui, quod, cum pullarius nuntiaſſet pullos è cauea non exire, P. Claudius F eos in mare abijci iuſſerit, dicens. *Quia eſſe nolunt, bibant*. Hic Claudius erat Appij Cæci filius.

CASTIGATA.

Val. Max. l.1. c.4.

Plut. in Arato p. 1885.

Aratus placandis exulibus bona ſua repoſcentibus magno ſumptu opus eſſe videns ad Pt. Philadelphum adire ſtatuit. Nauem ventus aſper in pelagus Hadriaticum trahit ad littus vrbis quam inſidebant Antigoni Gonatæ milites, quos Aratus fugiens aliquandiu in ſyluis latitauit: donec præteruehentem Romanam nauim (quæ in Syriam nauigabat) conſpicatus oblato pretio primùm in Cariam, dein in Ægyptum poſt multos mari perpeſſos labores propemodum nudus enauigat. Tantò magis magnanimitatem eius & præclaras ingenij dotes admiratus Philadelphus pollicitus eſt illi centum quinquaginta talenta, quibus amicos regi compararet. Horum beneficio Sicyoniorum exulum paupertatem leuans ab omnibus eligitur arbiter controuerſiarum inter exules & eos qui bona eorum poſſidebant. Is ad eam rem aſſumptis XV viris tanta arte rem peregit, vt omnibus propemodum ſatisfecerit, & magnam apud optimos quoſq; gratiam inierit.

ARATI PERICVLA.

VIRTVS.

Tertij ludi Sæculares fuerunt, Antiate, Liuioque authoribus P. Claudio Pulchro C. Iunio Pullo Coſſ. aut, vt in libris quindecim virorum ſcriptum anno quingenteſimo duodeuiceſimo. Secundi ludi centenarij vno anno exorbitauerant, hi in orbitam redierunt.

Cenſorinus c. 17.

XIV. I. Olymp. CXXXIII.
A.M. 3752. Sel. 65. V.C. 506.
Ante Dn. 248. Ant.
Thej XV. Pt. Philadelphi XXXVII.

Digitized by Google

C. Aurelio Cotta II. } Coſſ.
P. Seruilio Gemino

Polybius lib. 1. Romani à Pœnis terra marique male rractati aliquantiſper ſubſiſtunt ſua defendere potiùs quàm aliena inuadere ſatagenres.

XV. II.

A. M. 3753. Sel. 66. V. C. 507. Ante Dn. 247. Ant. Thej XVI. Pt. Philadelphi XXXVIII.

L. Cæcilio Metello II. } Coſſ.
N. Fabio Buteone

Dan. 11. 6. Hieron. PT. Philadelphus & Antiochus belli rædio ſocietatem incunt, eamque ἐπιγαμίας vinculo confirmãt. Philadelphus filiam Berenicem cum ingenti dote dar Antiocho, eâ lege vt Laodice, ex quâ Callinicum & Antiochum filios ſuſceperat Antiochus, repudiata aur concubinæ loco habita, Berenice vxoris ac reginæ dignitatem obrineret neq; multò poſt obit Pt. Philadelphus, eiq; ſuccedit filius Pt. Euergetes. *Polyb. l. 1. p 57.* AMILCAR. Amilcar XVIII belli Punici anno Nauarchus à Carthaginienſibus electus primùm Locrorum ac Bruriorum fines populatur. Deinde montem commodo portu inſtructum & fecundiſſimis torius Siciliæ agris circundarum inter Panormum & Erycem ſitum occupat, & munit, hinc tanquam ex belli arce Romanos terra mariq; continuis excurſionibus farigans & ab ijs viciſſim vexatus. SIRACIDES. Ieſus Siracides in Eccleſiaſtici ſui præfatione ait ſe in Ægyptum veniſſe ἐν τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει ἐπὶ Εὐεργέτου βασιλέως, h. e. vt ego interpreror, ieunte primo Euergetæ anno, exeunte duodequadrageſimo anno æræ Dionyſij Aſtronomi, de qua diximus anno V. C. 470. Clemens Srromatum lib. 1. tribuit Philadelpho annos viginti ſeprem. Error eſt vnius decadis. Regnauit annos 37: qui in hoc anno deſinunt. Euſebius tamen ab anno ſequente Olympiadis CXXXIII tertio æram Euergetæ inchoar.

XVI. III.

A. M. 3754. Sel. 67. V. C. 508. Ante Dn. 246. Sel. Callinici I. Pt. Euergetæ I.

M. Otacilio Craſſo II. } Coſſ.
M. Fabio Licino

Atcius Capito apud Gellium l. 10. c. 6. *APpij Caci filia à ludis, quos ſpectauerat, rediens turba vndique confluentis fluctuantiſque populi iactata eſt, atque inde egreſſa, cùm ſe male habitam diceret. Quid enim in me tunc factum eſſet, inquit, quantoque arctius preſſiuſque conflictata eſſem, ſi P. Claudius frater meus nauali prœlio claſſem nauium cum ingenti ciuium numero non perdidiſſet? Vtinam reuiuiſcat frater, atque iſtam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miſeram conuexauit. Hoc vbi reſciuerunt Ædiles plebei, multam dixerunt ei grauis æris XXV millia.*

Dan 11. 6. Hieron. in Dan. Antiochus Atheus, qui ſe Θεὸν oſtentabar, vbi ſocerum fato functum vidit, ſubmotâ filiâ Ptolemæi

Berenice primam ſuam vxorem Laodicem reuocat. Laodice verò contumeliæ quàm beneficij memor, ſimul inconſtantiam mariti verita commentitium illum Deum veneno propinato deſcendere iubet in cœlum. Tum Berenicem eiuſque ex Ptolemæo filium adhuc in cunis vagientem & qui cum ea ex Ægypto venerant, è medio tollit, regnumque filio ſuo Seleuco tradit, cui Callinico nomen fecit, quaſi pręclaram de ſuis hoſtibus victoriam conſecuto. Dicebatur etiam Seleucus Pogon teſte Polybio ſub finem libri II.

Euſebius. Ioſephus Ant. l. 12. c. 4. ONIAE STVPOR.

Horum motuum occaſione Onias Simonis filius defuncto Manaſſe patruo ſacerdotium tandem adeptus non dubitauit negare tributum viginti talentorum, quod Sacerdotes Ptolemęis exoluerę ſolebant de ſuo. Mittit igitur Pt. Euergetes legatum Athenionem qui tributum expoſtulet. Iamque Onias, tam ſtolidus, quàm auarus duriore reſponſo Athenionem exacerbauerat, cùm ſoror Oniæ, velut altera Abigail, filium Ioſephum acceſſit, monetque, quantum vrbi periculum immineat, niſi maturè Athenionis & Euergetę ita placetur.

IOSEPHI PRVDENTIA.

Ioſephus igitur & Oniam auunculum & Athenionem tam prudenter affatur, vt ſpem fecerit ſe breui regi ſatisfacturum. Neque multò poſt mittitur ipſe Ioſephus ad Euergetem perſolutoque tributo, nouis munerib° oblatis, & honeſta oratione regem non modo placat, ſed & ſibi amicum reddit.

Forte tum ſubhaſtabantur Syriæ vectigalia, aderantque redemptores A quamplurimi. Neque tamen plura quam octo talentorum millia offerebant. At ego, inquit Ioſephus, duplum offero, & inſuper bona proſcriptorum. Sed quem, inquit Euergetes, vadem profers? Duos, inquit ille, locupletiſſimos & optimos. Te B ipſum, & reginam Cleopatram. Placuit regi ingenua hæc vrbanitas. Neque minus animi quàm ingenij fuit Ioſepho ad ea exequenda quæ ſpoponderat. Itaque, cùm alij redemptores annui eſſe ſolerent, Ioſephus duo & viginti annos totius Syriæ, C Phœniciæ & Samariæ vectigalia tenuit vſque ad obitum. Obijt autem eo tempore quo Aſiam regebat Seleucus Ceraunus frater Antiochi Magni, pro quo Ioſephus imprudens dixit Seleucum Soterem filium Antiochi Magni. Obliuio hęc eſt. Fra- *Vide A. M. 3776.* D trem enim non filium Antiochi magni hunc eſſe docet hiſtorię ſeries.

XVII. IV.

A.M. 3755. Sel. 68. V. C. 509. Ante Dn. 245. Sel. Callinici II. Pt. Euergetę II.

E

M. Fabio Butcone } Coſſ.
C. Attilio Bulbo }

M*Ercurij ſtella deprehenditur ſuperior boreali fronte Scorpionis* *Ptolem. lib. 9. cap. 7.* *anno ſexageſimo ſeptimo æra* Seleucida- F rum *ſecundum Chaldæos, Nabonaſſari quarto & quingenteſimo Thoth* XXVII. *ſequente* XXVIII. *cum Sol medius eſſet in Scorpionis gradibus 24. 50. idque quinto die menſis Apellæi.* Conuenit tempus Nouembris xix.

Plutar. in Arato p. 1890.

Abœocritus Bœotarcha cum decem Bœotorum millibus in Ætoliam excurrit ſperās ab Achæis auxilia. Sed Ætoli prius ad pugnam adegerunt Bœotos quàm aduenissent Achæi atq; ita prœlio proſpere facto Abœocritum & mille Bœotos occiderunt. Aratus tamen Achæorum Prætor inuitis Ætolis Locrida populatus eſt. Ex illo magna fuit Arati apud Achæos autoritas adeo vt παρ' ἐνιαυτὸν, i. tertio quoque anno Prætor fieret. Hæc igitur cum exeunte primâ Arati præturâ contigiſſent, anno interiecto iterum Prætor electus eſt.

XVIII. V. Olymp. cxxxiv.
A. M. 3756. Sel. 69. V. C. 510.
Ante Dn. 244. Callinici III. Pt. Euergetę III.

A. Manlio Torquato
C. Sempronio Blæſo II. } Coſſ.

Plutarc. in Agide p. 1461. LEONIDAS SPARTA PELLITVR.

Circa hoc tempus regnare cœpit Lacedæmone Agis Eudamidæ II. & Ageſiſtratæ filius, Archidami II, & Archidamiæ nepos, Eudamidæ pronepos, Archidami I. abnepos, Ageſilai magni (qui obijt A. M. 3638) adnepos. Is videns Spartam luxu diffluere Lycurgi exemplum æmulatus Lyſandrum ephorum inducit ad rogandam legem, quâ nomina omnia aboleantur, & agrorum noua fiat diſtributio. Obſtitit rex alter Leonidas, & Seniorum maxima pars pridem luxu fracta & paupertatis impatiens. Leonidæ Lyſander obijcit ortum degenerem, nefas eſſe ex peregrinâ natum Sparta-

A nis imperare. Affingit etiam patritæ ſuperſtitionis neſcio quod τήχασμα, quod nono quoque anno corniculante Lunâ obſeruari ſolebat.

Præſto eſſe Cleombrotum Leonidæ generum, Heraclidarum certam progeniem, Spartanâ matre natum,
B & regno dignũ. Nec puduit Cleombrotum per ſoceri contumeliam regnum ambire. Leonidas regno & patriâ pellitur. Sequitur hunc filia Chilonis patris inſontis exilium iniqui mariti regno anteponens. Quin & fuere qui percuſſores immitte-
C rent. Agis id reſciens miſit qui Leonidam monerent & tutò Tegeam perducerent.

XIX. VI.
A. M. 3757. Sel. 70. V. C. 511.
D Ante Dn. 243. Callinici IV. Pt. Euergetæ IV.

C. Fundanio Fundulo
C. Sulpitio Gallo } Coſſ.

Plut. in Arato p. 1892. ARATVS CORINTHVM LIBERAT.

Antigonus Gonata, vt Aratum aut ad ſuas partes pelliceret, aut Achæis & Pt. Philadelpho
E ſuſpectum redderet, modo munera ad illum mittebat, modo de illius amicitiâ gloriabatur. Sed Antigoni gloriationem pulchre refellit Aratus. Obtinebat Antigonus Acrocorinthum valido præſidio munitum, veluti lupatum toti Græciæ iniectũ.
F Inibi Diocles Syrus inter præſidiarios milites erat, habebatque fratres Erginũ & Dionyſium in vrbe commorantes. Erginus ſubductos ex Theſauro regio nummos aliquot apud Ægium Sicyonium trapezi-

tam deponebat, & forte exciditilli vox eſſe locum, quâ commode poſſet adiri arx. Confeſtim Aratus id reſciens LX. talenta pollicetur, ſi dictis euenta reſpondeant. Erginus fratres in partes pellicit, & die dictâ Aratum cum quadringentis militibus in arcem deducit. Ita deiecto Macedonum præſidio Corinthij libertate donantur & Achæis adiunguntur ab Arato ſecundùm Prætore anno ante Pœnorum in Sicilia cladem. Corinthiorum exemplum ſequuntur Megarenſes, Trœzenij, Epidaurij, adeò vt Achęis in Atticam vſq; excurrere liceret, neque multo poſt obit Antigonus Gonata cum XXXVI annos in Macedonia regnaſſet. Huic ſuccedit filius Demetrius, regnatque annos decem. Confeſtim Aratus adhuc Prætor Atticam rurſus incurſat & à Bithye Demetrij duce repellitur vſque adeo vt peruaſerit fama perijſſe Aratum, tanta Græcorum vanitate, vt Arato & Achæis ipſis iam inſultarent Athenienſes & alij credulam ipſorum leuitatem ſecuti.

Polyb. l. 2. p. 130. ANTIGONI MORS. *Euſeb. Chron.* *Plutarchus in Arato p. 1906.*

Lacedęmone pulſo Leonida nouus ephorus Ageſilaus diues agris ſed magno ære alieno Agidi incauto perſuadet, nimis arduum eſſe duo ſimul exigere debitorum abolitionem & agrorum diuiſionem. Illud priùs poſtulandum, eo impetrato etiam alterum poſthac non grauatim impetratum iri. Annuit Agis. Cleombrotus non repugnat. Applaudit obæratiſſim⁹ quiſq;. Ita productæ ex Archiuis ſyngraphæ omnes ac creditorum tabulæ palam incenduntur exclamâte Ageſilao ſplendidiorem flammam ſibi nunquam conſpectam. Interim Ætoli Achæis inuidentes & ex aliena iniuria creſcere ſtudentes per Megarenſium agros in Peloponneſum irruptionem facturi nuntiantur. It obuiam Aratus Prætor & Lacedæmonios tum Achæorum ſocios rogat, ſuppetias veniant aduerſus communem hoſtem.

Plutarchus in Agide ARATVS ΚΡΕΩΚΟΠΙΑΝ INSTITVIT.

Miſſus eò Agis tenella adhuc ætate magnam modeſtiæ, virtutis, & prudentię ſuæ admirationem apud optimos quoſque concitauit. Arato ſeniori cedens & vtilia potiùs ſuadens quàm quæ ineuntis ætatis feruori conuenire videbantur. Repulſi Ætoli aſtu potiùs quàm vi ad ſuos remearunt. Ageſilaus interim inſigni morum improbitate magnum apud omnes odium ſibi conciliauit. Huic amoliendo abſente Agide reuocatur Leonidas. Accurrit Agis quaſi reſtincturus incendium. Sed iam potentior erat Leonidæ pars, quàm vt adhibẽdo remedio par eſſet Agis. Ageſilaus fuga & filij innocentis precibus periculo ereptus eſt. Fugiunt ambo reges Cleombrotus in Mineruæ, Agis in Neptuni ædem. Pro Cleombroto deprecatur vxor Chilonis, & quantumuis nocentem maritum in exilio comitatur.

AGIS. LEONIDAE REDVCIS.

Agis ita in Neptuni fano ſe continebat, vt ſæpe ad balnea prodiret, ſuorum ſatellitio fidens, à quib⁹ tandem proditus & in carcerem pertractus atque inibi indicta cauſſa ſtrangulatus eſt. Accurrunt Ageſiſtrata mater & Archidamia auia. Indignum facinus clamitant. Obſtrepentibus laqueo ſilentium imponitur.

IVSSV CONFODITVR.

Nihil indignius vnquam Lacedæmone contigiſſe ex quo vrbs condita fuerat, memorant ſcriptores. Ne quid tamen contumeliæ deeſſet Agiatis Agidis vidua opibus præpotens, forma & caſtitate pręſtans Leonidæ filio Cleomeni puero nubere iubetur. Sed Cleomenes Agidi interempto quam patri ſimilior puerilib. blandimentis vxorem, quam deperibat, facile conſolatus eſt. Archidamus Agidis frater Meſſenem fugit, à Niſagora humaniſſime excipitur, aliquantoque poſt à Leonida, vt ex Polybio colligi videtur, reuocatur & regni conſortio donatur. Ætoli hactenus Macedonibus aduerſus Achæos opitulati deinceps à Demetrio laceſſiti aduerſus eum cum Achæis fœdus ineunt.

Polyb. l. 4. p. 383.

Polyb. l. 2. p. 130.

XX. VII.

A. M. 3758. Sel. 71. V. C. 512. Ante Dn. 242. Callinici v. Pt. Euergetæ v.

C. Lutatio Catulo }
A. Poſthumio Albino } Coſſ.

Polyb. l. 1. p. 60.

LVTATIVS FIT REI NAVTICAE PERITVS.

Poeni cùm viderent Romanos maris imperio ceſſiſſe ſecuriùs & ſegniùs rem nauticam exercebãt, atque adeò ſumptui parcentes claſſem ex Sicilia ſubduxerant contenti pedeſtribus copijs quibus Amilcar Romanos in Sicilia vexabat. Romani contra cùm Amilcaris audaciam, quàm maris ſęuitiam magis extimeſcerent, ſtatuunt ſibi rurſus tentandam maris aleam. Ceperant ante octennium in Lilybæi oppugnatio- A ne nauem Rhodiam expeditiſſimam, quæ inſignem operam Pœnis diu præſtiterat vidente & inuita claſſe Romana vltro citroq; commeans Carthagine Lilybæum & Lilybæo Carthaginem.

Ad huius nauis exemplar claſſem B integram inſtruunt, à Rhodijs quoque nauis huius captiuis rem nauticam addiſcunt. Poſtquam omnia ſibi probe inſtructa vident, Lutatium Coſ. in Siciliam mittunt. Is cum nauibus ducentis ineunte ęſtate profectus proximos Drepano & Lilybęo C portus improuiſus occupat, & confeſtim opera ad Drepani oppugnationem neceſſaria molitur. Cognito Romanę claſſis aduentu Carthaginienſes tam inopinato nuntio conterriti ilicò claſſem tumultuaria opera adornant, remiges & milites vnde D vnde conquirunt pleroſque nauticę & bellicę rei ignaros. Lutatius interim quotidianis exercitamentis ſuos militaris ac nauticæ rei diſciplina imbuebat. Hanno claſſi Punicę pręfectus Hieronneſum delatus aliquantiſper ſubſtitit explorans quonam E modo poſſet clam Romanis ad Amilcarem irrepere, vt exoneratis commeatu nauibus & melioribus nautis ac militibus aſſumptis inſtructior eſſet ad prœlium nauale. Hoc ipſum veritus Lutatius obuiam it, claſſem in proxima inſula Æguſa collocat certus omnia priùs experiri, F quàm pati vt Hanno Amilcari iungatur. Superuenit tempeſtas. Lutatius tamen videns procellam onuſtis Pœnorũ nauib⁹ quàm ſuis moleſtiorem eſſe Hannonem vento ſecundo plenis

HANNONEM FVGAT.

plenis velis in Siciliam properanti obuius fit, manus conſerit, naues L ſubmergit, LXX. capit, ac Pœnorum fere CCIↃↃ. Hannonem in Sacram inſulam reuerti cogit. Hannonis fugæ commodùm fauit ſubita venti mutatio. Fuit hæc cataſtrophe primi belli Punici, cui Plutarchus duo & viginti annos tribuit in Marcello.

XXI. VIII.

A. M. 3759. Sel. 72. V. C. 513. Ante Dn. 241. Callinici VI. Pt. Euergetæ VI.

A. Manlio Torquato II. } Coſſ.
Q. Lutatio Cereone }

Diogen. Laertius. LACYDES

LAcydes Alexandri filius, Cyrenæus nouæ Academiæ princeps Arceſilai diſcipul⁹ & ſucceſſor ſcholam tenuit annos circiter XXVI, cùm cœpiſſet quarto Olympiadis CXXXIV anno.

Polyb. l. 1. p. 63. & l. 3. p. 182. POENI SICILIA SPOLIANTUR.

Cùm Romani maris circa Siciliam imperio ſiue cõtrouerſiâ vnius victoriæ beneficio fruerentur, nec ei recuperando pares eſſent Pœni, de Siciliâ retinendâ animum deſpondentes atque adeò grauiora metuentes pacem petunt. Erat illis in Sicilia Amilcar Barca, vt fortitudine, ſic & conſilio præſtans. Huius prudentiæ pacis negotiationem commiſerunt Pœni. Is ſciẽs quàm pridem damnoſa fuerit Pœnis inuadẽdæ Siciliæ cupiditas non innitus huic ambitioni renuntiauit. C. Lutatius viciſſim memor quàm male ceſſerit Regulo, quod iniquis petitionib⁹ hoſtem ad

A deſperationẽ fortitudinis cotem adegiſſet, nihil amplius exegerat, niſi vt totâ Siciliâ cederent, & in poſterum abſtinerent, captiuos omnes gratis dimitterent, & intra annos viginti talenta Euboica duo millia & ducenta penderent. Id primò improbauit

B Senatus, poſtea miſſis ad eam rem Xuiris non multa addidit, puta vt etiam inſulas intra Siciliam & Italiam ſitas dimitterent, & vt mille talenta ſtatim, bis mille ducenta intra decennium exoluerent. Ita finis impoſitus primo bellum Punico anno

C XXIV poſtquam inchoatum fuerat. Fuit hoc bellorum omnium, quæ antehac vſquam geſta fuerant, iudicio Polybij grauiſſimum ac diuturniſſimum, maximè ſi nauticum apparatum ſpectes. Nam bello Peloponneſiaco triremibus tantum pugnaba-

D tur. Pœni hoc bello quingentas, Romani ſeptingentas quinqueremes amiſerant, & tamen toties prœlio victi, naufragijs attriti laboris improbitate & pugnandi pertinaciâ effecerunt, vt bello victores exiſterent.

ATTALUS *Liu. l. 33.*

E Attalus Pergamenus diuitijs prudenter & magnifice vtendo effecit primùm vt ſibi, deinde vt alijs regno non indignus videretur, quod paulatim auxit ac tenuit annos XLIV.

XXII. IX. Olympias CXXXV.

A. M. 3760. Sel. 73. V. C. 514. Ante Dn. 240. Callinici VII. Pt. Euergetæ VII.

F

C. Claudio Centhone } Coſſ.
Cæci F. M. Sempronio }
Tuditano

RRr

Nihil indignius vnquam Lacedæmone contigiſſe ex quo vrbs condita fuerat, memorant ſcriptores. Ne quid tamen contumeliæ deeſſet Agiatis Agidis vidua opibus præpotens, forma & caſtitate pręſtans Leonidæ filio Cleomeni puero nubere iubetur. Sed Cleomenes Agidi intetempto quam patri ſimilior puerilib. blandimentis vxorem, quam deperibat, facile conſolatus eſt. Archidamus Agidis frater Meſſenem fugit, à Niſagora humaniſſime excipitur, aliquantoque poſt à Leonida, vt ex Polybio colligi videtur, reuocatur & regni conſortio donatur. Ætoli hactenus Macedonibus aduerſus Achæos opitulati deinceps à Demetrio laceſſiti aduerſus eum cum Achæis fœdus ineunt.

Polyb. l. 4. p. 383.

Polyb. l. 2. p. 130.

XX. VII.

A. M. 3758. Sel. 71. V. C. 512. Ante Dn. 242. Callinici v. Pt. Euergetæ v.

C. Lutatio Catulo }
A. Poſthumio Albino } Coſſ.

Polyb. l. 1. p. 60.

LVTATIVS FIT REI NAVTICAE PERITVS.

POeni cùm viderent Romanos maris imperio ceſſiſſe ſecuriùs & ſegniùs rem nauticam exercebãt, atque adeò ſumptui parcentes claſſem ex Sicilia ſubduxerant contenti pedeſtribus copijs quibus Amilcar Romanos in Sicilia vexabat. Romani contra cùm Amilcaris audaciam, quàm maris ſęuitiam magis extimeſcerent, ſtatuunt ſibi rurſus tentandam maris aleam. Ceperant ante octennium in Lilybæi oppugnatione nauem Rhodiam expeditiſſimam, quæ inſignem operam Pœnis diu præſtiterat vidente & inuita claſſe Romana vltro citroq; commeans Carthagine Lilybæum & Lilybæo Carthaginem.

Ad huius nauis exemplar claſſem integram inſtruunt, à Rhodijs quoque nauis huius captiuis rem nauticam addiſcunt. Poſtquam omnia ſibi probe inſtructa vident, Lutatium Coſ. in Siciliam mittunt. Is cum nauibus ducentis ineunte ęſtate profectus proximos Drepano & Lilybęo portus improuiſus occupat, & confeſtim opera ad Drepani oppugnationem neceſſaria molitur. Cognito Romanę claſſis aduentu Carthaginienſes tam inopinato nuntio conterriti ilicò claſſem tumultuaria opera adornant, remiges & milites vnde vnde conquirunt pleroſque nauticę & bellicę rei ignaros. Lutatius interim quotidianis exercitamentis ſuos militaris ac nauticæ rei diſciplina imbuebat. Hanno claſſi Punicę pręfectus Hieronneſum delatus aliquantiſper ſubſtitit explorans quonam modo poſſet clam Romanis ad Amilcarem irrepere, vt exoneratis commeatu nauibus & melioribus nautis ac militibus aſſumptis inſtructior eſſet ad prœlium nauale. Hoc ipſum veritus Lutatius obuiam it, claſſem in proxima inſula Ægusa collocat certus omnia priùs experiri, quàm pati vt Hanno Amilcari iungarur. Superuenit tempeſtas. Lutatius tamen videns procellam onuſtis Pœnorũ nauib⁹ quàm ſuis moleſtiorem eſſe Hannonem vento ſecundo plenis

HANNONEM FVGAT.

pleniſ velis in Siciliam properanti
obuius fit, manus conſerit, naues L
ſubmergit, LXX. capit, ac Pœnorum
fere CCIↃↃ. Hannonem in Sacram in-
ſulam reuerti cogit. Hannonis fugæ
commodùm fauit ſubita venti mu-
tatio. Fuit hæc cataſtrophe primi
belli Punici, cui Plutarchus duo &
viginti annos tribuit in Marcello.

XXI. VIII.

A. M. 3759. Sel. 72. V. C.
513. Ante Dn. 241. Cal-
linici VI. Pt. Euer-
getæ VI.

A. Manlio Torquato II. } Coſſ.
Q. Lutatio Cereone }

Diogen. Laertius. LACYDES

LAcydes Alexandri filius, Cyre-
næus nouæ Academiæ princeps
Arceſilai diſcipul⁹ & ſucceſſor ſcho-
lam tenuit annos circiter XXVI, cùm
cœpiſſet quarto Olympiadis CXXXIV
anno.

Polyb. l. 1. p. 63. & l. 3. p. 182. POENI SICILIA SPOLIANTVR.

Cùm Romani maris circa Sici-
liam imperio ſiue cõtrouerſiâ vnius
victoriæ beneficio fruerentur, nec
ei recuperando pares eſſent Pœni, de
Siciliâ retinendâ animum deſpon-
dentes atque adeò grauiora metuen-
tes pacem petunt. Erat illis in Sicilia
Amilcar Barca, vt fortitudine, ſic &
conſilio præſtans. Huius prudentiæ
pacis negotiationem commiſerunt
Pœni. Is ſciẽs quàm pridem damno-
ſa fuerit Pœnis inuadẽdæ Siciliæ cu-
piditas non inuitus huic ambitioni
renuntiauit. C. Lutatius viciſſim me-
mor quàm male ceſſerit Regulo,
quod iniquis petitionib⁹ hoſtem ad

A deſperationẽ fortitudinis cotem ade-
giſſet, nihil amplius exegerat, niſi vt
totâ Siciliâ cederent, & in poſterum
abſtinerent, captiuos omnes gratis
dimitterent, & intra annos viginti
talenta Euboica duo millia & ducen-
ta penderent. Id primò improbauit
B Senatus, poſtea miſſis ad eam rem
Xuiris non multa addidit, puta vt
etiam inſulas intra Siciliam & Ita-
liam ſitas dimitterent, & vt mille ta-
lenta ſtatim, bis mille ducenta intra
decennium exoluerent. Ita finis im-
poſitus primo bellum Punico anno
C XXIV poſtquam inchoatum fuerat.
Fuit hoc bellorum omnium, quæ an-
tehac vſquam geſta fuerant, iudicio
Polybij grauiſſimum ac diuturniſſi-
mum, maximè ſi nauticum appara-
tum ſpectes. Nam bello Peloponne-
ſiaco triremibus tantum pugnaba-
D tur. Pœni hoc bello quingentas, Ro-
mani ſeptingentas quinqueremes
amiſerant, & tamen toties prœlio vi-
cti, naufragijs attriti laboris impro-
bitate & pugnandi pertinaciâ effece-
runt, vt bello victores exiſterent. ATTALVS

Liu. l. 33.

Attalus Pergamenus diuitijs pru-
E denter & magnifice vtendo effecit
primùm vt ſibi, deinde vt alijs regno
non indignus videretur, quod pau-
latim auxit ac tenuit annos XLIV.

XXII. IX. Olympias CXXXV.
A. M. 3760. Sel. 73. V. C. 514.
F Ante Dn. 240. Callinici
VII. Pt. Euergetæ VII.

C. Claudio Centhone } Coſſ.
Cæci F. M. Sempronio }
Tuditano

RRr

L. LIVIVS Gell. l. 17. c. 21. L. Liuius Andronicus Poeta primus fabulam Romæ agit his Coſſ. anno antequam Ennius naſceretur. Ita Gellius & Atticus apud Ciceronem in Bruto. Sed ex Accij ſententiâ videtur Liuius hoc anno natus potiùs, quam fabulam egiſſe. Vult enim Accius Liuium anno demum V. C. 545. à Q. Fabio V. Coſ. Tarenti captum & primam fabulam ab eo Romæ C. Cornelio Q. Minutio Coſſ. actam V. C. 557.

Po'yb. l. 1. SEDITIONEM MILITVM. Cum in Siciliâ bellum gererent Pœni, militibus quidem multa largiebantur, plura pollicebantur. Afros vero ſibi ſubiectos iniquis exactionibus tyrannicè opprimebant, vt haberent vnde belli ſumptus tolerarent. Bello finito Giſco Amilcari ſuccedens prudenter mercenarios non ſimul omnes ſed diſiunctos in Africam dimittebat, militiæ præmia excepturos. Carthaginienſes militem rogant vt aliquid de iure ſuo remittat, vrbem ſumptibus exhauſtam non eſſe ſoluendo. Negat miles honeſtam eſſe hanc orationem. Pœni, quaſi ab vniuerſis quàm à ſingulis id facilius impetrari poſſet, expectant dum omnes redierint, atque interim in oppidum Carthagini proximum eos amandant cum vxoribus & liberis. Vbi adunatos ſe viderunt, rerum geſtarum gloriâ tumentes, non modo de ſtipendijs nihil remittunt, ſed & promiſſa honoraria expoſtulant, & vbi pauidos oppidanos ſenſerunt, in dies majora flagitant ſeditionis faces ſuggerentibus Spendio & Mathone. Poſtremo apertè deficiunt, ſuoque exemplo totam

A fere Africam ad defectionem trahunt.

Hanno in illos miſſus in copijs quidem conſcribendis ſolers & impiger, vbi manus conſerendæ erant, ignauus & in felix res Pœnorum afflictas propemodum peſſum dedit.

B Huic ſubſtitutus Amilcar Barca prudenter, & ſtrenuè rem agit, prœlioque proſperè facto captiuos omnes clementiſſimè habuit. AMILCAR AEGRE COMPESCIT. At Spendius & Matho ſibi metuentes clementiam Amilcaris fraudem interpretabantur, vt ſpe impunitatis illectos C circunſcriberet: deniq; ira egerunt, vt Giſconem & quingentos amplius captiuos crudeliſſimè excarnificarent, facto decreto eodem modo tractandos, quotquot hoſtes viuos cepiſſent. Hac veſaniâ percitis coactus eſt Amilcar talionis vicem in poſte-D rum rependere. Ita implacabili odio irritatis animis bellum omnium ſæuiſſimum exardeſcit tres amplius annos.

Sardinia quoque Afrorum exemplum ſecuta in Pœnos inſurgit. Romani primò bellis & ipſi ciuilibus E impliciti æquitatem ſuam eò vſque commendarunt, vt Afris auxilium poſtulantibus negarint. Pœnis conceſſerint: mox ciui libello defunctis Sardiniam occupare religio non fuit. Carthaginienſes primò exaſperati bellum in Sardos eorumque ſo-F cios decernunt, mox Romanorum metu & imbecillitatis ſuæ conſcij Sardiniâ cedunt, & decreti ſui temeritatem mille ac ducentorum talentorum mulctâ expiant. Amilcar poſt multos labores factioſos eò inediæ

adegit, vt ipſi ſeſe vorare cogerentur: dein deditionem deprecatos & mox tumultuantes internecione deleuit omnes ad quadraginta amplius millia. Africæ ciuitates poſtea non magno labore ad officium reuocatæ ſunt.

XXIII. X.

A.M.3761. Sel. 74. V.C. 515. Ante Dn. 239. Callinici VIII. Pt. Euergetæ VIII.

C. Manilio Turtino } Coſſ.
Q. Valerio Falto

ENNIVS. *Gell. l. 17. c. 21. Lucretius.* HIs Coſſ. M. Varrone authore apud A. Gellium Q. Ennius Poeta naſcitur, qui Romam

---primus amæno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Vixit annos ſeptuaginta. Obijt A.V.C. 585, vel 586.

XXIV. XI.

A. M. 3762. Sel. 75. V.C. 516. Ante Dn. 238. Callinici IX. Pt. Euergetæ IX.

T. Sempronio Graccho } Coſſ.
P. Valerio Faltone

CLEOMENES. *Plutar. in Cleomene p. 1508. Polyb. l. 4. p. 383.* LEonidæ Lacedæmoniorum regi defuncto ſuccedit filius Cleomenes, regnatque annos ſedecim. Liuius eum vocat Spartæ tyrannorum primum, ſed ſi mores ſpectes, habuit Sparta reges Cleomene deteriores. Si genus, regio ſanguine ortus ab Heraclidis originem ducebat. Archidamus Agidis frater à Leonidâ

A ad regni conſortium, vt quidem ex Polybio colligi videtur admiſſus Leonidâ defuncto metu Cleomenis rurſus exulare cogitur, & à Nicagorâ eadem, quâ pridem humanitate excipitur.

Poſtea Cleomenes Archidamum B abſentem quàm præſentem magis metuens reditus ſpem Archidamo facit Nicagorâ reconciliationem hanc magno ſtudio procurante, & fœderis pignora poſtulante. Vbi ſatis proſpectum ſecuritati cenſuit Archidamus Spartam repetens in ipſo C itinere à Cleomene obtruncatur. Nicagoræ, reliquiſque Archidami ſocijs parcit Cleomenes. Nicagoras, qui mos eſt à principe diſcedẽtium, Cleomeni, quod ſibi pepercisset, grates agit. Interim manet altâ mente repoſita indignatio & ſæuæ Cleo- D menis perfidiæ deteſtatio poſt octodecim annos eruptura.

XXV. XII.

A.M. 3763. Sel. 76. V.C. 517. Ante Dn. 237. Callinici X. Pt. Euergetæ X.

E

L. Cornelio Lentulo } Coſſ.
Q. Fuluio Flacco

GAllI legatione ad Romanos miſſa agrum Ariminenſem repetunt, negantibus ereptum armis F eunt. Conatus eorum diſſipat coorta diſſenſio tam atrox, vt etiam reges ſuos Atem & Galatum occiderint. Romani alijs curis impliciti ſatis habuerunt, quod viderunt hoſtes ſuis ipſorum armis perire. GALLI. *Polyb. l. 2. pag. 109. Zonaras.*

Polyb. l. 1. p. 90. & l. 3. p. 165.

IVSIVRANDVM INOFFICIOSVM.

Amilcar Barca confecto ciuili bello ac rebus in Africâ cõpoſitis ægerrime ferebat, non tam Siciliæ quàm Sardiniæ amiſſionem. Quippe Siciliam iuſto bello ab hoſtibus captam. Sardiniam contra fœdus à Romanis calamitati Pœnorum inſidiantibus interceptam. Sed non erat is Punicarum rerum ſtatus, vt tum exerceri cum tam potente hoſte inimicitiæ poſſent. Dum tempus opportunum expectat dolorem alta mente premens filium ſuum Annibalem vix nouem annos natum in Hiſpaniam deducit. Et forte ſacris peractis cùm perlitaſſet, amotis arbitris filium iubet ante aram iureiurando polliceri ſe æterno & implacabili odio Romanos proſecuturum. Tum filium ſtudijs militaribus imbuens in Hiſpaniâ toto nouennio Pœnorum arma quàm latiſſime poteſt extendit in Hiſpaniam aduenit. Annibal cum patre trigeſimo ſexto ante ſecundi belli Punici finem anno.

Ptolem. l. 9. c. 7.

Mercurij ſtella deprehenditur in quartodecimo Libræ gradu anno LXXV *æræ* Seleucidarum *ſecundum Chaldæos, Nabonaſſari* 512, *Thoth nono ſequente decimo, Dij menſis* XIV. *cum Sol eſſet in Scorpionis gradibus* 5.10. Tempus conuenit cum Octobris XXIX.

Plin. l. 2. c. 87.

Inter Cycladas enatæ dicuntur inſulæ duæ Thera & Theraſia quarto Olympiadis CXXXV anno, quomodo pridem antea Delos & Rhodos, Anaphe, Nea. Inter eaſdem poſt annos CXXX Hiera, quæ & Automate.

(·.·) (·.·)

(·.·)

XXVI. XIII. Olymp. CXXXIV.

A. M. 3764. Sel. 77. V. C. 518. Ante Dn. 236. Callinici XI. Pt. Euergetæ XI.

P. Cornelio Lentulo }
C. Licinio Varo } Coſſ.

Iuſt. l. 41.

ARSACES

ARſaces, ſicut incertæ originis, ita virtutis expertæ ſolitus latrocinijs & rapto viuere acceptâ opinione Seleucum Callinicum à Gallis in Aſiâ victum ſolutus regis metu cum prædonum manu Parthos ingreſſus præfectum eorum Andragoram opprimit, ſublatoque eo imperium gentis inuadit. Non magno deinde poſt tempore Hyrcanorum quoque regnum occupauit, atque ita duarum ciuitatium imperio præditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci & Theodoti Bactrianorum regis. Sed citò, morte Theodoti metu liberatus, cum filio eius & ipſo Theodoto fœdus ac pacem fecit: nec multo poſt cum Seleuco rege congreſſus victor fuit, quem diem Parthi exinde ſolennem, velut initium libertatis obſeruant.

Cenſorinus c. 17.

III. LVDI SAECVLARES.

Tertij ludi Sæculares Romæ fuerunt, vt in libris quindecim virorum ſcriptum eſt, anno quingenteſimo duodeuiceſimo P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coſſ. Hi re verâ ſunt tertij ludi quindecimuirales, quorum ſeries poſt decem & centum annos recurrebat. Primi quidem facti videntur anno V. C. 188. regnante Ser. Tullio, poſtulante id Dæmone. Horum exemplo XV virûm iuſſu primi facti ſunt

Digitized by Google

anno V. C. 298. Secundi A. V. C. 408. Tertij hoc anno, vt vult Cenſorinus. Vide & quæ diximus A. V. C. 406.

XXVIII. XV.

A. M. 3766. Sel. 79. V. C. 520. Ante Dn. 234. Callinici XIII. Pt. Euergetæ XIII.

L. Poſthumio Albino } Coſſ.
Sp. Caruillio Maximo

Val. Max. l. 2. c. 1. I. DIVORTIVM ROMAE. *Repudium inter uxorem & virum vſque ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem Sp. Caruilius uxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei præponi debuiſſe arbitrabantur.* Gellius ait Sp. Caruilium Rugam de amicorum ſententiâ hoc feciſſe anno poſt Romam conditam quingenteſimo vndeuiceſimo, eodemq; anno C. Næuium Poetam fabulas apud populum dediſſe. *Gell. l. 17. c. 21.*

I. XVI.

A. M. 3767. Sel. 80. V. C. 521. Ante Dn. 233. Callinici XIV. Pt. Euergetæ XIV.

Q. Fabio Maximo M. } Coſſ.
Pomponio Mathone

Euſebius. Plutarch. ANTIGONVS. Demetrius rex Macedoniæ moriens filium Philippum impuberem relinquit. Huius tutelam ſuſcipit patruelis Antigonus ὁ δώσων dictus, quod cum nihil daret, magnifica tamen ſemper polliceretur & iam iamque daturus videretur. Hic igitur Antigonus tutoris nomine regiam poteſtatem obtinuit annos XV. vel potius vndecim bona fide & magnâ cum laude. Demetrium anno ſuperiore functum memorat Euſebius Olympiadis CXXXVI tertio. Contra Polybius videtur innuere vno aut altero anno ſeriùs obiiſſe cùm ait obiiſſe circa primam Romanorum in Illyricum traiectionem Euſebij tamen epilogiſmus certior videtur. ΔΩΣΩΝ. *Polyb. l. 2. p. 131.*

II. XVII. Olympias CXXXVII.

A. M. 3768. Sel. 81. V. C. 522. Ante Dn. 232. Callinici XV. Pt. Euergetæ XV.

M. Aimilio Lepido } Coſſ.
M. Poblicio Malleolo

Iudæorum Pontifex Maximus Simon II. Oniæ II. filius clarus habetur. In Græco Ἀρχιερατεύει, i. Pôtificatu fungitur. *Sub quo Ieſus filius Sirach ſapientiæ librum componens, quem vocant* PANARETVM *etiam Simonis in eo facit mentionem.* Hæc Euſebius. Sed verba Siracidę ſatis teſtantur agi de Simone defuncto, non de viuo, ac proinde de primo, non de hoc ſecundo. *Euſebius.* SIMON II. *Vide A. M. 3753.*

C. Flaminius Tr. pleb. popularem auram captans peſſimo conſilio & exemplo ſuadet, vt ager Picenus Gallis ſenonibus ereptus populo diuidatur. Boij, qui inuitiſſimi Romanis iugum ſubdiderant, etiam cùm de imperio tantum ageretur, *Polyb. l. 2. p. 109.* GALLI GAESATAE.

vbi de focis & aris agi viderunt, cum Inſubribus & alijs Gallis, qui intra Rhodanum & Alpes habitant (Gęſatos vocant) communicato conſilio multos aduerſus Romanos animant. Quippe Galli rerum nouarum & imperij promouendi cupidi. Gæſatę verò potiſſimum ingentem pręd ę vim ſibi pollicebantur. In huius belli apparatu ſeptem circiter anni conſumpti ſunt. Plutarchus in Marcello mercenarios iſtos pagina 545 Geratas, pag. 547. Geſſatas vocat. Polybius Gæſatas & à mercede dictos vult. Vero propius eſt à Gæſo (id teli genus eſt) nomen accepiſſe.

Plut. in Arato, p. 1906. ACHAEIS SE ADIVNGVNT ATHENAE.

Athenienſes audita morte Demetrij, ſpretâque Philippi pueritiâ & tutoris eius Antigoni ſenectâ ad libertatem adſpirant. Iam pridem illis hoc beneficium procurare tétauerat Aratus. Tum verò memores virtutis & beneficiorũ Arati, quem ante vndecim annos pro hoſte repulerant, huius auxilium implorant. Præturam tum obtinebat Lyſiades, & in lecto æger decumbebat Aratus. Iuſſit tamen ſe lecticâ Athenas deferri, quodque armis non poterat, comitate & promiſſis impetrauit. Piręum, Munychiam, Sunium & Salaminem inſulam Macedonum nomine obtinebat Diogenes. Hæc vt proderet, Athenienſes, cxxx, Aratus de ſuo viginti talenta offert.

ARISTOMACHVS.

Tum Ariſtomachus Argiuorum tyrannus Aratum conuenit, docens ſe quoque velle Argiuis libertate donare & Achiuis adiungere. Monet Lyſiades Ariſtomachum, ab Arato Tyrannorum irreconciliabili hoſte A ſibi caueat. Se Prætor cùm ſit, faciliùs & meliùs eam rem poſſe perficere. Mittit Ariſtomachus legatos ad Achiuos, qui Lyſiadæ beneficio negotium peragant. Tum Aratus Achiuos monere, à tyranno ſibi caueant. Iamque re infectâ diſceſſum para- B bant Ariſtomachi legati, cùm moniti ſunt ad Aratum adire. Protinus Aratus palinodiam canens Achiuos docet ſibi rem propiùs intuenti perſuaſum Ariſtomachum bonâ fide agere. Ita receptus eſt Ariſtomachus & Aratus quidem tertio quoque an- C no Prætor fieri ſolitus Lyſiædæ ſucceſſit. Arato vero Ariſtomachus.

III. XVIII.

A.M. 3769. Sel. 82. V.C. 523. Ante Dn. 231. Callinici XVI. Pt. Euergetæ XVI.

D M. Pomponio Mathone } Coſſ.
C. Papyrio Maſone }

Polyb. l. 2. p. 131. GRAECORVM LIBERTATI INCVMBIT ARATVS.

MAcedones libertatem Græcorum ſuæ maieſtatis imminutionem interpretantes in ſingulis propemodum Peloponneſi vrbibus E regulos ac tyrannos vel inſtituebant vel fouebant, quorum beneficio totam Græciam ſibi ſubijcerent. Id potiſſimum procurarat Demetrius. Eo defuncto Aratus ſingulas Peloponneſi vrbes perluſtrat, ad libertatem capeſſendam hortatur, Tyrannis impunitatem & præmia pollicetur, ſi F ſponte abdicent, ſin autem, bellum æternum & certum exitium. Plerique omnes parere coacti, vt Ariſtomachus Argiuorum, Xenon Hermionenſium, Cleonymus Phliaſio-

Digitized by Google

rum tyranni, paſſique ſunt ſuas vrbes popularis Achęorum ſtatus communione donari. Huic præclaro Achiuorum conſilio & proſperis ſucceſſibus remoram attulit Ætolorum inuidia & Cleomenis Lacedæmonum regis ambitio. Ætoli cuniculis & proditione, Cleomenes aperto Marte rem agere, vt qui etiam Spartæ regium ſtatum tyrannico propalam mutaſſet.

OBSTAT CLEOMENES.

A B

IV. XIX.

A. M. 3770. Sel. 83. V. C. 524. Ante Dn. 230. Callinici XVII. Pt. Euergetæ XVII.

C

M. Aimilio Barbula
M. Iunio Perâ } Coſſ.

Polyb. l. 2. p. 96.

TEVTAE LATROCINIA.

Teuta Agronis Illyriorum regis vidua lucri dulcedine illecta patiebatur ciues ſuos piraticis incurſionibus vicinorum omnium rebus incommodare, agros populari, vrbes expilare, omnia obuia raptare. Cùm de Illyriorum rapinis Itali ſæpe Romæ conqueſti eſſent, mittuntur ad Teutam legati C. & L. Coruncani de ſuis iniurijs expoſtulaturi. Teuta reſpondet curæ ſibi futurum, ne qua populo Rom. ab Illyrijs publicè fiat iniuria, quid priuati faciant, Reges non præſtare. *At nos*, inquit Lucius, *priuatas iniurias publicè perſequimur, breuique, Deo volente, cogemus te regia iſta iura emendare.*

D E F

Teuta muliebri impatientiâ percita diſſimulatâ in præſens irâ mittit percuſſores, qui Lucium redeuntem confodiant. Romani ius gentium à fœminâ violari non inulti paſſi ſunt. Hæc legatio forſan vno aut altero ante hunc annum contigit.

Ariſtomachus Achæorum Prætor, primò diſſuadente, poſtea etiam adiuuante Arato in Lacedæmonios arma mouet. Tamen, ſimulac Cleomenem prœlium poſcentem vidit, quantumuis Ariſtomachus & Lyſiades pugnandi ſtudio arderent, noluit tamen Aratus iuuenis feruentis vim experiri multum indignante, & Arati timiditatem ſugillante Lyſiada.

Plut. in Arato p. 1908.

V. I.

A. M. 3771. Sel. 84. V. C. 525. Ante Dn. 229. Callinici XVIII. Pt. Euergetæ XVIII.

A. Poſthumio Albino II.
Cn. Fuluio Centumalo } Coſſ.

Romani, vt non tam ſuis quàm alienis ſumtibus iniurias ab Illyrijs acceptas vlciſcerentur, oſtentant ſe Græcis, quaſi non ſuas, ſed alienas iniurias vltum irent. Primi occurrunt Corcyrenſes nuperà Teuta ſubacti, crudo adhuc vulnere ad libertatem ereptam adſpirantes. Simul Demetrius Pharius, quem Corcyrenſibus Illyrij præfecerant, monitus ſe criminationibus apud Teutam petitum, maluit proditor eſſe, quàm videri. Ita ciues ſponte Demetrij præſidium Illyriorum Romanis tradunt, initaque cum Romanis ſocietate in libertatem ſeſe aſſerunt. Conſulibus quoque ſeſe tradunt Apollonia, Oricum & mox Dyrrachienſes quorum obſidionem ſoluere coacti

Polyb. l. 2. p. 98.

ILLYRIS A ROM. OCCVPATVR.

Digitized by Google

ſunt Illyrij audito Romanorum aduentu.

Exemplum id ſecuti ſunt certatim Ardyæi, Parthini, Atintani Illyriorum odio, & Romanorum metu. Quippe peditum viginti, equitum duo millia ducebant Conſules. Quędam vrbes vi captæ. Teutacum oppidò paucis Rizonem fugit. Fuluius cum maiori copiarum parte Romam reuertitur. Poſthumius ex vrbibus quæ deditionem fecerant, nouum conſcribit exercitum.

[*Ptolem. lib. 11. c. 7.*] *Saturni ſtella ſub auſtrali Virginis humero obſeruatur anno octogeſimo ſecundo Seleucidarum ſecundum Chaldæos, Nabonaſſari 519 Tybi* XIV. *Xanthici quinto. Sole in ſexto gradu Piſcium exiſtente.* Thoth antecedens cœperat Octobris viceſimo, feriâ quartâ. Tybi Februarij XVII. feriâ quintâ. Videtur igitur legendum Tybi XIII. ſequente XIV. Ita tempus conueniet Februarij XXIX. feriâ tertiâ, Ætate Lunæ VI. Sequens Martius capit Ætate Lunæ VII. Xanthici VII. ineunte Cyclo Lunæ primo, Epactis quinque.

[RHODVM VASTAT.] Polybius de Rhodijs ea narrat quarto Olympiadis CXL anno, quæ potiùs quarto Olympiadis CXXXVII. anno conueniunt, quia Rhodi euerſionem cum eius inſtauratione vno ductu recenſet. [*Polyb. l. 5. p. 418.*] Rhodiorum ea fuit induſtria & virtus, vt omnium fere regum ac populorum beneuolentiam ſibi conciliarent. Cùm ergo, vt fieri amat, prudentiæ ſuæ nimis fiderent, Deus immiſſo terræ motu [TERRAE MOTVS.] inſolentiam eorum caſtigauit deiecto coloſſo, & maximis quibuſque eius A vrbis ac inſulæ ornamentis & munimentis. Cum eum caſum lugubriter quidem ſed moderatè ferrent, dum quiſque patriæ potiùs quàm ſuam vicem deflet, & publicis potiùs ædificijs, quàm ſuis ædibus inſtaurandis [INSTAVRANT VICINI.] incumbunt, tantam ſortis ſuæ com- B miſerationem apud omnes commouerunt, vt regibus ac populis vicinis certatim donaria mittentibus intra duodecim plus minus annos longe meliora & plura repoſuerint. Dedit illis Ptolemæus argenti talenta trecenta, artabarum decies centena mil- C lia: æneæ pecuniæ mille, æris rudis tria millia talentum, & alia quamplurima, vt pote liberalis princeps eamque ob cauſſam Euergetæ nomen ſortitus. Antigonus argenti centum, picis mille, ferri tria millia talentum, ligni copiam immenſam. D Seleucus Callinicus pater Antiochi frumenti ducenta medimnûm millia, materiæ, reſinæ, talentum aliquot millia, & Rhodijs omnibus immunitatem. Hiero Syracuſanus argenti talenta centum. Vnica mulier Chryſeis tritici medimnûm centum E millia, plumbi talentûm tria millia. Conſimilia his Pruſias, Mithridates, Lyſanias, Olympicus, Limnæus & alij qui in Aſia dominatum aliquem obtinebant. Liberas quoque ciuitates huius liberalitatis incellit æmulatio, vt breui tempore damna ſua F. cum multo fœnore ſarciuerint Rhodij.

(∴) (∴)

(∴)

Digitized by Google

A

VI. II. Olympias cxxxviii.

A. M.3772. Sel. 85. V. C. 526. Ante Dn. 228. Callinici xix. Pt. Euergetæ xix.

Sp. Caruilio Maximo II.
Q. Fabio Maximo II. } Coſſ.

B

Polyb. l. 2. p. 100. TEVTA SE DEDIT.

PRimo vere Teuta veniam deprecatur, pacem expoſtulat. Pacis conditiones fuerunt, vt iniuncta tributa penderet, intra præſcriptos eoſque exiguos fines ſe contineret, vltra Liſſum non pluribꝰ quàm duobus lembis inermibus nauigaret. Ita caſtigata mulieris impotentia & Illyriorum rapacitate, totam Græciam, quam illi offenderant, ſibi obligarunt Romani, publicę libertatis vindices audire cupientes: fuitque hæc prima Romanorum in Græciam traiectio apprime glorioſa.

Polyb. l. 2. p. 91. & l. 3. p. 166. ASDRVBAL.

Amilcar Barca cum nouem annos in Hiſpania multa præclare egiſſet, obit decennio ante ſecundum bellum Punicum. Cumque filius eius Annibal vix duodeuiceſimum annum attigiſſet, huius loco Aſdrubal Amilcaris gener Hiſpaniam regit annos circiter octo nihilominus Romanis infenſus quàm Amilcar ipſe. Sed conſilium odiumque diſſimulans interim id ſatagebat, vt totam Hiſpaniam Pœnis adiungeret. Horum ſucceſſibus inuidentes Romani animum & ipſi diſſimulant. Sed quaſi ſocios in Hiſpania haberent, fœdus cum Pœnis renouant ea lege ne Iberum copias tranſducant.

VII. III.

A. M. 3773. Sel. 86. V. C. 527. Ante Dn. 227. Callinici xx. Pt. Euergetæ xx.

P. Valerio Flacco
M. Atilio Regulo } Coſſ.

Plutarch. in Arato p. 1908. ARATI ΑΓΟΣ.

ARatus inuitiſſimo Lyſiada *δωδέκατον* (legendum *δέκατον*) *ἡρέθη στρατηγὸς*, i. decimùm prætor factus eſt. Neque multò poſt cum Cleomene congreſſus & fugatus etiam pro C mortuo habitus, hac occaſione vtendum ratus in Mantinenſes improuiſus inuadit, & vrbem capit. Poſtea Megalopolitanis ſuppetias miſſus cum Cleomene decertare non audet. Lyſiades æſtuare, furere, poſtremò cum ſuis in hoſtem impetum facere, & proſperè ceſſiſſet eius auda- D cia, niſi Aratus æmulo inuidens peruicaciter in incepto permanſiſſet. Ita cecidit Lyſiades magno Achæorum deſiderio & Arati probro, cui eludēdo non multò poſt Cleomenem iam digreſſum ſciens in Laconiam E impetu facto trecentos capit Lacedæmonios atque in his Megiſtonum Cleomenis vitricum. De numero Præturarum Arati. Vide A. M. 3789.

VIII. IV.

A. M. 3774. Sel. 87. V. C. 528. F Ante Dn. 226. Sel. Cerauni I. Pt. Euergetæ xxi.

M. Valerio Meſſala
L. Apuſtio Fullone } Coſſ.

Euſeb. SEleuco Callinico, cum annos xx regnaſſet defuncto, ſuccedit filius Sel. Ceraunus, quintus Syriæ rex, regnatque annos tres.

Polyb. l. 2. p. 110. BELLI GALLICI APPARATVS. Cum omnium Italorum animi in Gallici belli expectatione eſſent, & Romani à ſocijs vndiq; auxilia conquirerent, milites conſcriberent, commeatus colligerent, magnus vtrimque factus eſt apparatus. Iam Sicilia, iam Italia tota Picenum vſq; potiebantur, Sardiniam tenebant, Illyrici partem ſubegerant. Quam ob cauſſam Veneti & Cenomani Romanor. quàm Gallor. ſocietatem amplecti maluerunt. Boij cum totis viribus in Italiam irruere cogitarent coacti ſunt magnam copiarum ſuarum partem domi retinere: Itali non quaſi pro Romanorum imperio ſed pro ſua ſalute dimicaturi magno animo ad bellum ſe accingebant. Conquirũt Romani militaris ætatis tabulas, vt ſcirent quot ipſi, quot ſocij viros ferendis armis idoneos habeant. Militiæ nomina dedere peditum ſeptingenta, equitum ſeptuaginta millia, ex quibus ſeptima circiter pars in armis erat, reliqui domeſticis curis ita incumbebant, vt velut in ſtatione eſſent.

Plutarc. in Agide p. 1481. Cleomenes rerum geſtarum gloria elatus redempto Megiſtono Spartam reuertitur, Ephoros nec opinantes confodit, nouam agrorum diſtributionem inſtituit, cum primùm ipſe & Megiſtonus vitricus agros ſuos diuidendos obtuliſſent, vtque inuidiam leuaret, fratrem Euryclidam conſortem imperij facit, tyrannidiſq; ſuſpicionem comitate amo- liri ſtudet reuocata Lycurgi frugalitate & parſimonia, non tam legibus, quàm exemplo ſuo.

IX. V.

A. M. 3775. Sel. 88. V. C. 529.
Ante Dn. 225. Sel Ceraunі
II. Pt. Euergetæ XXII.

L. Aimilio Papo
C. Attilio Regulo } Coſſ.

Polyb. l. 2. p. 113. GALLI. GAlli peditum quinquaginta, equitum & eſſedariorum viginti millia Alpes transducunt. In Sardinia quoque motus erant, quibus ſedandis præficitur C. Attilius. Alter Coſ. Gallicum bellum ſortitus Ariminum mittitur ad tuẽdam maris Adriatici oram. Prætorum vni decreta Etruria eſt. Galli per Etruriam itinere facto iam Cluſium triduo à Roma diſtantem vrbem peruenerant, cum audiunt Prætorem à tergo inſtare. Tum & ipſi obuerſa fronte ad Prætorem pergunt. Sub veſperam exercitum conſpicati paulùm ſubſiſtunt: caſtriſque poſitis mox proximum collem Fæſulanum occupare ſtatuunt. Quamobrem tota nocte quàm minimo ſtrepitu pedites eò feruntur relicto in caſtris equitatu. Primo diluculo equites & ipſi fugæ ſpeciem præ ſe ferentes Fæculanum collem petunt. Prætor incautiùs inſequens à Gallis profligatur & in proximum collem fugit. VICTORES. Quod ſi Galli victoria vti ſciſſent, confectus erat ille exercitus. Sed dum itineris labore feſſi in ſequentem diem rem differũt ſuperuenit L. Aimilius Coſ. Quanquam ne Aimilij quidem co-

Digitized by Google

piæ Gallorum viribus pares erant. A Gallorum duo reges erant. Concolitanus etiam cum Aimilio pugnandum cenſebat. Aneroeſtus prædæ (quæ immenſa erat) conſulendum.

VICTI.

Interim ex Sardinia per Liguriam ſuperuenit alter Conſul C. Attilius. Ita vtrinque concluſi Galli quantumuis B fortiter dimicantes & ad præſentem neceſſitatem optimè inſtructa bifronti acie Gæſatarum potiſſimùm, qui nudi in aciem proceſſerant, temeritate victi ſunt. Occiſi ad XLM. Capta XM. Præda, quam auerterant, legitimis dominis reſtituta. Et pluri- C ma inſuper ſpolia abducta. Concolitanus captus. Aneroeſtus ſibi manus intulit. C. Attilius Coſ. in prœlio ſtrenuè pugnans occubuit.

Plut. in Arato

Cum hactenus Aratus tertio quoque anno Præturam Achæorum geſſiſſet, hoc anno Præturam pro more D ſibi oblatam recuſat, perficitque vt ea Timoxeno deferretur, in quo non tam modeſtiam ſuam commendauit, quàm ignauiæ crimen incurrit, quod periculoſiſſimo Reip. tempore gubernaculum ſibi commiſſum reſpueret. E

X. VI. Olymp. cxxxix.

A. M. 3776. Sel. 89. V. C. 530.
Ante Dn. 224. Sel. Cerauni
III. Pt. Euergetæ XXIII.

T. Manlio Torquato II. } Coſſ. F
Q. Fuluio Flacco II.

Ioſephus Ant l. 12. c. 4. p. 360.

IOſephus hiſtoricus ſibi & Euſebio perſuaſit Ioſephum Simonis Iuſti θυγατριδοῦν, i. nepotem obijſſe regnante Seleuco fratre Antiochi Epiphanis. Sed ſeries hiſtoriæ, ni fallor, docet id conuenire Seleuco fratri Antiochi Magni cum adhuc regnaret Euergetes. Hic igitur Ioſephus ex vxore legitima genuerat filios ſeptem, cum in Pt. Euergetæ aula conſpicatus meretricem eleganter ſaltitantem, rogauit Solymium fratrem, vt ſibi lenoniam operam præſtaret. Solymius meretricis loco filiam ſuam ſubſtituit. Ioſephus cum fratris filia iam ſæpe conſueuerat, cum errorem cœpit agnoſcere.

Miranti, & quid hoc rei eſſet, roganti Ioſepho. Ego, inquit Solymius, tuũ dedecus meo redemi. Malui filiæ meæ ſtuprum à patruo offerri, quam te alienigenæ contactu maculari. Factum fratris probauit Ioſephus, ac deinceps fratris filiam vxoris loco habuit. Ex ea naſcitur Hyrcanus generoſus quidem ac ingenioſus, ſed perditus ganeo, qui bonam patris viuentis opum partem dilapidauit, vt ſpurium eſſe non dubitares. Quamobrem à patre exhæredatus à fratribus & à Simone II. Pontifice in exilium pulſus in Arabiam ſecedit, inibique rapto viuit belli an latrocinij ſpecie, donec Antiochi (non Epiphanis, vt vult Ioſephus, ſed Magni) iram metuens mortem ſibi conſciuit. Septem circiter poſt patris obitum annis.

Ambo Conſules Boios circumpadanos numeroſo exercitu infeſtantes cogunt eos in fidem Romanorum ſe permittere. *Polyb. l. 2.*

Aratus ἔτη τρία καὶ τριάκοντα γεγονὼς lege ἔτη τριῶν δέοντα τεσσαράκοντα, h. e. anno *Plutarchus in Agide p. 1488.*

ARATI IN CLEOMENEM INVIDIA.

ſeptimo & viceſimo poſt liberatam Sicyonem, ſuſtinere non potuit, vt totannorum ſemẽtim iuuenis Spartanus Cleomenes vna æſtate demeteret. Rogarat primò Cleomenes modica, dein gliſcente potentia aliquantò maiora, ſed quæ tamen Achęis vim eius extimeſcentibus non iniqua videbantur. Vt vt ſit, tolerabilius & minus ignobile futurum ſeruitium ſub Heraclidis & Lacedæmonijs priſtinum decus recuperare cupientibus, quàm ſub Macedonibus potentioribus & barbaris.

Aratus verò Cleomeni diffidens an inuidens & luxui iam aſſuetus Laconum frugalitatem pati indocilis, quiduis experiri priùs ſtatuit, quàm vt Cleomeni cederet. Cleomenes Corinthum dedentibus oppidanis occupat. Domo Arati parcit, theſauros ipſius amicis commendat. Quin & duodena quot annis talenta offert, cum à Pt. Euergeta ſena tantum acciperet. Maluit tamen Aratus à Pt. Euergeta, cuius hactenus ſtipendiarius fuerat, deficere, & ad Antigonum, cui ſemper infenſiſſimus hoſtis fuerat, confugere, quàm ei cedere, quo ſe meliorem putabat. Igitur, qui Macedonas vſque oppugnarat, ſuadet Achæos vt Macedonum armis Cleomenem debellent, & Antigonum reddito Acrocorintho ſibi demereantur.

GRÆCIAE EXITIOSA.

Plut. in Agide.

Antigonus mari terraque dux Græcorum ab Achæis pronuntiatus dotis ac pignoris inſtar Acrocorinthum habere voluit. Simul id obtinuit Achæorum ſponte, & Arati conſilio, Argiui Cleomeni, quod

A promiſſam χρεωκοπίαν non præſtitiſſet, infenſi Aratum arceſſunt. Corinthum vrbem & Iſthmi aditus tenebat Cleomenes Antigono non parum negotij faceſſens. Aratus tamen cum MD. Argos euadit. Simul id audiuit Cleomenes, Megiſtonum vitricum cum peditibus bis mille eò mittit. Megiſtonus fortiter pugnãs cum multis occiditur. Accurrit ipſe Cleomenes & diu reſiſtit. Sed vbi Antigonum cum magnis copijs aduentantem audijt (quippe reſerato Iſthmo eò contendebat) cum ſuis ſoſpes Lacedæmonem repetit. Argiuorum exemplum pleræque vrbes ſecutæ. Ita Cleomenes Peloponneſum momento conquiſitam momento perdidit. Antigonus milites in hyberna mittit, & cum Achæis hilaria agit, cuſtodes amoliens, & maximam regiæ pompæ partem, vt populari comitate Græcorum animos ſibi conciliaret.

(Margin letters B, C, D, E, F stand beside the lines as printed.)

XI. VII.

A. M. 3777. Sel. 90. V. C. 531. Ante Dn. 223. Ant. Magni I. Pt. Euergetæ XXIV.

C. Flaminio Nepote }
P. Furio Philo } Coſſ.

Plutarc. in Marcello.

CVm ſanguine pluiſſe, tres Lunas conſpectas angures retuliſſent, idque portentum Conſulibus ominoſum eſſe, plebs lymphata mandat Coſſ. vt quamprimum redeant & magiſtratu abdicent. Flaminius prius reuerti noluit, quàm augurum vaticinia vanitatis conui-

Digitized by Google

ciſſet. Quam ob cauſſam prope fa- A
ctum eſt, vt populus his augurum
nænijs addict⁹ meritum triumphum
Flaminio denegarit. In eo certe per-
ſtitit, vt magiſtratum abdicare coge-
ret. Igitur prius quam Romam re-
uerteretur,quam maxima diligentia.

Polyb. l. 2. p. 119.

C. Flaminius, Anamuros, qui non B
procul à Maſſiliâ ſedes habent, ſibi
conciliat: tum per eorum fines Inſu-
briam ingreditur ; aſſumptis etiam
vicinis Cenomanis. Inſubres, pri-
mò pacem deprecati, dein vbi pu-
gnandi neceſſitatem impoſitam vi-
dent, fortiter dimicant. Sed quam- C
uis numero longe ſuperiores pru-
dentiâ Romanorum & armorum ge-
nere vincuntur. Quippe Gallorum
gladij cæſim tantum feriebant,idque
ſemel atque iterum, mox hebeſcen-
tes. Tribuni igitur triariorum haſtas,
qui in poſttemis ordinibus collocati D
ſolent primis cohortibus diuidunt:
dein, vbi haſtis obtruncandis Gallo-
rum gladios hebetatos animaduerte-
runt : ſtrictis ipſi gladijs ingentem
ſtragem faciunt.

GALLI A FLAMINIO VICTI.

Polyb. l. 4. p. 279.

Inter Macedonas, Achæos, Epi-
rotas, Phocenſes, Bœotos, Arcadas, E
& Theſſalos Arato ſuaſore fit ſocie-
tas, cuius dux conſtituitur Antigo-
nus eâ lege vt huic ſocietati neq; po-
pulus neque vrbs vlla poſſet inſcri-
bi à quoquam populo priuatim, niſi
conſulto prius rege Macedonum ac
reliquis ſocijs. Factum id hoc circi- F
ter vel ſuperiore anno.

Plutarc. in Cleomene.

CLEOMENIS VICTORIA.

Megalopolitanorum potiſſimùm
precibus Achæi inducti fuerant, vt
Arati conſilio obtemperantes Anti-
gonum arceſſerent. At his potiſſi-
mum inutilis fuit Antigoni aduen-
tus. Quippe Cleomenes ſciens An-
tigoni copias in hyberna diſpetſas,
Megalopolitanos ſecuriùs agere,ex-
curſione facta noctu vrbem Lacedę-
mone nihilo minorem inuadit. Re-
pentino hoc caſu conſternati pleri-
que fugam capeſſunt. Pauci obſi-
ſtunt, non alio fructu, quàm quod
interim omnis fere inermis turba
Meſſenem euadit. Lyſandridas ca-
ptiuorum vnus ſuadere audet, vt vr-
bem Megalopolitanis reddat ac ami-
cis impleat. Annuit Cleomenes. Sed
Philopœmen Cleomenis humani-
tatem ſiniſteriùs interpretatus effecit
vt Megalopolitani beneficio oblato
Achæorum ſocietatem antepoſue-
rint. Tum denique Cleomenes vr-
bem expilat, incendit.

Sciens quoque Antigonum cum
Argiuis deliciari alioqui copijs non
ſatis inſtructum, eò vſque excurrit
ac circumquaque populatur, Anti-
gono multa exprobrans vt eum ad
pugnam alliceret. Neque modeſtius
ſe gerebant Argiui impatienter ſuo-
rum agrorum vaſtationem ferentes.
Antigonus rumores ante ſalutem
non ponens domi ſe continet. Inſe-
quenti vere adunatis copijs in Laco-
nicum vſque agrum viciſſim excur-
rit. Quod ſi Cleomenes Antigoni
cunctationem imitatus dies aliquot
prœlium diſtuliſſet, poterat bello vi-
ctor videri. Sed quia belli neruus pe- FVGA.
cunia ipſi deerat, omnia in armis po-
ſita credens cum XXM aduerſus XXXM
pugnare cogitur. Et Macedones non
tantum numero, ſed & armorum ge-
nere ſuperiores erant. Itaque Cleo-

menes diu fortiterque prœliatus tan- A
dem fugere cogitur. Lacedæmonem
delatus ne cibo quidem ſumpto ſta-
tim excedit ac petito portu Alexan-
driam euadit. Antigonus Lacedæ-
monem ingreſſus humaniſſime ha-
bet, leges ac libertatem reſtituit, po-
ſteroque die literas accipit in Mace- B
donia omnia bello ardere. In remu-
nerandis ijs qui in prœlio fortiter
pugnauerant præcipuam laudem tri-
buit Philopœmeni Megalopolitano
adhuc iuueni. Plutarchus modo *μει-
ράκιον* vocat, modo triginta annos na-
tum dicit, quot re vera natus erat. C

ANTIGONI MORES.

Antigonus rebus in Peloponne-
ſo pro tempore compoſitis Argos
petit ſub ipſum Nemeorum tempus,
in quibus nihil ad fœdam adulatio-
nem reliqui fecerunt Græci, non
modo regios ſed & diuinos honores
ei deferentes, qui virtute quidem & D
ſapientia præſtabat, cæterum cada-
uerosa facie, phthiſi tabeſcens ſcele-
to inambulanti quàm viro viuenti
propior erat. Nemea celebrata ſunt
circa Iulij XXVI. Panemi XII.

MORS.

Simul in Macedoniam reuerſus
eſt, Illyrios alioſque barbaros eam E
populantes proſpero prœlio profli-
gat, ſed dum ſenio taboque confe-
ctum corpuſculum nimis fatigat, ve-
nis abruptis ſanguinem effundit &
moritur vndecimo tutelæ ſuæ anno
fidi tutoris, boni regis & ſtrenui du-

PHILIPPVS.

cis laudem adeptus. Succedit ipſi pri- F
uignus Philippus Demetrij filius,
Antigoni Gonatæ nepos, Demetrij
Poliorcetæ pronepos, Antigoni I.
abnepos decimum ſeptimum ætatis
annum agens, regnatque annos qua-
draginta quatuor.

SELEVCI CERAVNI POTENTIA.

Seleucus Seleuci Callinici ſiue Po-
gonis filius Laodicem matrem eiuſ-
que fratrem Andromachum, & An-
dromachi filium Achæum ſingulari
cura complectebatur. Seleucidæ to-
tam Aſiam ab Helleſponto ſiue ma-
ri Ægeo ad Indum vſque ſibi arroga-
bant. Occupauerant tamen Ptole-
mæi Cœlem Syriam, Mithridates
Cappadociam, Pruſias Bithyniam,
Attalus Pergamum. Et Attalus qui-
dem paulatim ita creuerat, vt maxi-
mam Aſiæ cis Taurum ſitæ partem
ſibi vindicaret.

Id non ferendum ratus Seleucus
Hermiæ quidem Cari nequiſſimo
regni adminiſtrationem relinquit.
Ipſe aſſumpto Achæo cognato futu-
ro conſiliorum ſocio ad bellum ac-
cingitur, & forte tum territandis ho-
ſtibus Cerauni, i. fulminis nomen ac-
cepit. Sed eò ridiculoſior factus à

MORS.

Nicanore & viro ſui nominis Apa-
turio per dolum occiditur vix dum
Taurum tranſgreſſus. Succedit illi

ANTIOCHVS.

frater Antiochus Seleuci Callinici
filius adoleſcentulus. Quamobrem
Hermias tutoris, proregiſue nomi-
ne omnia ſuſque deque ferebat. Ex

MITHRIDATIS FILIAM.

ſeptem illis principibus qui cum Da-
rio Hyſtaſpidâ Magos interfecerunt.
A. M. 3444. V. C. 198. Vnus præ-
mium virtutis prouinciarum, quæ
Ponto Euxino adiacent, perpetuam
Satrapiam obtinuerat: quam vbi hæ-
reditariam reddiderunt eius poſteri,
etiam regni nomine auxerunt, ac
continuata ſucceſſione retinuerunt
vſque ad A. M. 3937. V. C. 691. an-
nos fere quingentos. Ab his Cappa-

Digitized by Google

DVCIT. dociæ Satrapis an regibus oriundus Mithridates filiam Laodicem habebar, quam Antiochus vxorem ducere volens magno apparatu obuiam it, & Antiochiæ ſalutari reginam iubet.

XII. VIII.

A. M. 3778. Sel. 91. V. C. 532. Ante Dn. 222. Antiochi Magni II. Pt. Philopatoris I.

Cn. Cornelio Scipione Caluo M. Claudio Marcello } Coſſ.

Liuius. IDVS MARTIAE. C. Flaminius Kal. Quintilibus Conſulatum auſpicatus VI. Id. Martias de Gallis triumphat. Sequenti die magiſtratu abdicato Interregem nominat. Is Scipionem & Marcellum Coſſ. inaugurat Idibus Martijs. Ita deinceps Idus Martiæ Magiſtratibus inchoandis ſolennes fuerunt vſque ad annum V. C. 600. cùm antea Kal. Quintiles hoc priuilegio gauderent inde ab anno V. C. 363. vel 425. Videntur autem Idus Martij Pompiliani incidiſſe in Martij Iuliani XXII. triduo ante Æquinoctium.

Plut. in Marcello p. 548. BRITOMARTVS. Britomartus Gallorum dux Alpes tranſgreſſus cum triginta Gæſatarum millibus ad Acerras caſtra poſuerat. Nec procul hinc abetant ambo Coſſ. Mediolanum obſidentes. Cum pugnandi copia non fieret, Britomartus cum X M. peditum populabundus excurrit. Tum Marcellus aſſumptis equitibus DC. & peditib' ali-

A quot expeditis in Britomartum inuadit. Cum numero immane quantum ſuperiores eſſent Galli, negligentiùs rem geſſere. Britomartus Marcellum ſua manu ferire cupiens ipſe Marcelli manu cadit. Extemplo Gallorum fuga præceps, & ſtrages magna. *MARCELLI MANV CADIT.*
B Quin & illi, qui circa Acerras ſubſtiterant, audito ſui regis obitu & Marcelli reditu fugam capeſſunt. Mediolanum Inſubrum Metropolis fidei Romanorum ſe committit. Triumphum Marcelli illuſtrauit, quod ipſe tertius & vltimus opima ſpolia Ioui
C Feretrio tulit. Ea autem opima dicebantur, cùm dux ducem ſuâ manu interfecerat.

Cleomenes Alexandriam delatus ita ſupplicem egit, vt regem non exueret. Atque hæc tanta ſolertia temperauit, vt Pt. Euergetes Cleo- *Polyb. l. 5. pag. 381. Plut. in Cleomene p. 1503.*
D menis induſtriam ac generoſitatem admiratus ingemuerit, quod paſſus eſſet tantum virum ab Antigono vinci. Adeò pluris fugitiuum præſentem faciebat, quàm nuper regem abſentem. Pollicetur in poſterum naues, viros, equos, & quot annis *EVERGETAE SVCCEDIT PHILOPATOR.*
E XXIV talenta, queis regnum & priſtinum decus recuperet. Conſilia eius intercipit mors, cum regnaſſet annos Euſebio quidem XXVI. Epiphanio XXIV. Clementi XXV. Succedit filius Pt. Philopator haud multò poſt Olympiadem CXXXIX. vt docet
F Polybius l. 2. & 4.

Philopator Antiochi & Philippi pueritiam deſpiciens, res bellicas atque adeò ſeria omnia inſuper habens, totus in Venerem, iocos, pſaltrias, & id genus ludicra ac fœda *IGNAVVS*

ruens promiſſum Cleomeni ab Euergeta commeatum, A neque dare volens neque negare ſuſtinens diem de die ducebat ac Cleomenem varijs procraſtinationibus ludificabatur.

SAEVVS. *Polyb. l.5. p. 382. Plutarchus in Cleomene p. 1504.*

Pt. Philopator patris exemplum ſecutus fratrem Magam & ſororem Beronicam ſiue mauis Berenicem B velut æmulos & ſuſpectos amoliendos ſtatuit, autore Soſibio, qui tum Philopatoris nomine regnum obtinebat. Soſibius rem cum Cleomene communicat tremens & à peregrino potiſſimùm milite male metuens. Tum Cleomenes, Honeſtius, inquit, C regi foret multos fratres optare, quàm nullum. Sed ſi ſtat ſententia. Bono animo eſto. Nam peregrinorum militum Syri quidem imbelles ſunt: Græci verò ampliùs ter mille mihi ita beneuoli, vt vel nictu oculi poſſim eos, quo velim, impellere. D Confidenter igitur rem aggreditur & perpetrat Soſibius. Mox Philopator tàm ſæuus & infidus quàm ignauus Cleomenem ſuſpectiorem habere cœpit quàm pridem Magam, ſed veluti lupum auribus tenens nec dimittere, nec inuitum detinere audens, E quid conſilij caperet, aliquandiu in incerto fuit.

Polyb. l.4. p. 317.

Cum Achæus Attalum Pergami muris ſeſe tuentem obſideret, Byzantini pridem cum Attalo ſocietate iuncti monent Achæum conſulſultiùs facturum, F ſi cum Attalo conciliatus cogitet de tutando ac firmando nouo regno aduerſus Pruſiam & Antiochum. His rationibus motus Achæus cum Attalo pacem facit, ſed infidam, eoq; non diuturnam.

HERMIÆ CONSILIVM INFIDVM.

Regiones trans Euphratem ſitas obtinebant duo fratres Molo Mediam, Alexander Perſidem Antiochi nomine. Hi Antiochi adoleſcentiam deſpicati, & tutoris eius Hermiæ impotentiam exoſi, perfidiam vetiti à rege deficiunt ſperantes idem quoque facturum Achæum. Sapienter ſuadebat Epigenes vir conſilio bonus & manu promptus, vt Antiochus ipſe præſentiæ ſuæ maieſtate exorientem nubem diſſiparet. Hermias periculoſiorem futuram militiam ratus trans quàm cis Euphratem, contendit perduellibus debellãdis ſuffecturos Xenonem & Theodotum Hemiolium, i. *ſeſquialterum*. Regis præſentiam nobiliori bello deſtinandam. Eſſe pro foribus Cœlem Syriam à Pt. Lagida ante octogeſimum annum occupatam. Huius recuperationem regis dignitati apprimè conuenire. Hæc ille id ſatagens vt regi quàm plurimis curis implicito neceſſarium ſe redderet, & omnibus timendum. Epigenis ſententiam cõfirmauit euentus. Quippe Molo Xenone & Theodoto profligatis Media non contentus Apolloniaticum agrum inuaſit & circa Cteſiphontem hybernauit.

XIII. IX.

A. M. 3779. Sel. 92. V. C. 533. Ante Dn. 221. Antiochi Magni III. Pt. Philopatoris II.

P. Cornelio Scipione Aſinâ M. Minutio Rufo } Coſſ.

Phigalea,

Polyb. l. 4. p. 272.
DORIMACHI LATROCINIA.

PHigalea, quæ & Phialea Arcadiæ vrbs Meſſenæ vicina Eleorum & Ætolorum ſocietate gaudebat. Eò mittitur ab Ætolis Dorimachus Græciæ ſtatum exploraturus. Competit Græcos bello fractos pace nuper ſancitâ ſecurè fruentes. Meſſenij verò etiam Cleomenico bello cùm neutri ſtetiſſent longæ pacis otio bellicum animum exuerāt & magnas opes comparauerant. Eò magis iniuriæ obnoxij Dorimacho viſi ſunt. Submittit igitur piratas, qui furtiuis incurſionibus eos infeſtent. Querentibus Meſſenijs Dorimachus modo riſum tollere, modo negare, modo captioſis reſponſis omnia eludere. Erat Meſſenæ impurus quidam ſannio nomine Babyrtas Dorimacho tam ſimilis vt vix internoſci poſſent. Infrementibus atque Dorimacho minitantibus Meſſenijs confidenter reſpondet Dorimachus rem illis non cum Dorimacho, ſed cum Ætolis futuram. Tum Sciron Meſſeniorum Ephorus. Tune, inquit, Babyrta, cenſes aut te aut minas tuas nos curare? Hoc ſcommate perculſus Dorimachus abſcedit & in Ætoliam reuerſus Scopam Ætolorum Prætorem docet Meſſenios imbelles, opulentos, ſociorum ſubſidio deſtitutos poſſe magno lucro & nullo periculo incuſari. Illico Scopas prædæ inhians ne conſultis quidem Ætolorum Apocletis aut concilio ea molitur, quæ totam Græciam Ætolis infenſam reddiderunt. Quippe blandiente lucri cupidine non Meſſeniorum tantum ſed & Macedonum, Acarnanum & obuij cuiuſque rebus piraticis ſuis populationibus incommodabat. Et quia id primò proſperè ceſſit, Ætolis rapto viuere aſſuetis fuit gratiſſimum.

Eutrop. Oroſius. Zonaras.
ISTRI SVBACTI.

Dum Romani cum Gallis bellum gerebant, mittebant naues, quæ mari Hadriatico frumentum ſubueherent, atque exercitui ſuo neceſſaria ſubminiſtrarent. In has incidentes Iſtri latrocinijs aſſueti prædam opimam lubenter corripuerant. Hanc iniuriam vlturi Romani ambos Conſules in Iſtriam mittunt, qui barbaros non magno labore caſtigarunt. Dum bello tranſmarino detinentur Conſules, comitiorum cauſſâ Dictator creatur Q. Fabius Maximus & C. Flaminius Magiſter Equitum. At huius dignitati obſtrepens mus electionem irritam fecit. *Occentus*, inquit Valerius, *ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſſa fuit.* Hanc vecordiam quis Democritus pro merito ſugillarit?

Plut. in Marcello, & Val. Max. l. 1. c. 1.

Polyb. l. 3. p. 71.

Hos Iſtros vult Polybius Illyriorum populos fuiſſe, & Demetrij Pharij ſponte impulſos ad violandum fœdus cum Romanis initum, quo cautum erat ne pluribus quàm duobus lembis Liſſum amnem ſuperarent, cum hi quinquaginta amplius lembis Hadriaticum Ioniumque mare & Cycladas inſulas piraticis incurſionibus infeſtarent, quorum latrociniorum particeps erat Demetrius Pharius beneficiorum à Romanis acceptorum oblitus, iamque ſuas ſpes in Macedonum regibus repoſitas habens.

Defuncto Aſdrubale milites ſuffi-

Digitized by Google

Polyb. l. 3. p. 168. ANNIBALIS PRIMORDIA.

ciunt Annibalem Amilcaris Barcæ filium, Aſdrubalis affinem, vtriuſq; præceptis militaribus ab ineunte ętate imbutum. Et Carthaginienſibus perplacuit militum ſententia. Annibal fratris & patris veſtigijs inſiſtens in id incumbit vt reliquam Hiſpaniæ partem Pœnis adiungat, eam potiſſimum, quam mare mediterraneum alluit. *p. 191.* Nam ea Hiſpaniæ pars, quæ oceano contigua eſt, Pœnis & Romanis tum fere ignota & barbara egeſtatem ac feritatem morum pro munimento habebat. Hoc anno Holcadas & Althæam vrbem debellauit Annibal.

Polyb. l. 4. p. 306. BYZANTINVM BELLVM.

Byzantini opportuniſſimo loco ſiti, ſi maris commoditates ſpectes, etiam agrum fœcundiſſimum incolentes à vicinis Thracibus grauiſſima damna perpetiebantur. A quorum vexationibus vt ſe redimerent, ſæpe quina, dena, vicena, aliquando & octuagena quot annis talenta tributi nomine pendere cogebantur. Vt hos ſumptus tolerarent, tributum & ipſi à nauigantibus portorij nomine exigebant. Hoc cùm alijs, tum Rhodijs potiſſimum graue & moleſtum erat, quod Rhodij nauigandi peritiſſimi per ea loca maris principatum ſibi quodammodo vindicabant. Pruſiam igitur Bithyniæ regem conueniunt indignum facinus clamitantes vnius vrbis tyrannide mare totum infeſtari.

Pruſias Byzantinis ſuccenſebat, quod pacis inter Achæum & Attalum ſanciendæ autores fuiſſent. Byzantini contra Attali & Achæi ſocietate freti Rhodijs & Pruſiæ pares ſe A putabant. Ita inter illos excitatur bellum biennio circiter poſt Seleuci Cerauni mortem.

Polyb. l. 5. p. 391. HERMIAE PERFIDIA.

Antiochus auditis Molonis ſucceſſibus indignatur, quod aduerſus eum ipſe non ierit, prout ſapienter ſuaſerat Epigenes. Sed Hermias per- B uicaciter infidus pernegat regis maieſtati conuenire, vt ipſe præſens cum furciferis perduellibus manus conſerat. Regi cum rege Philopatore de Cœle Syriâ pugnandum. Quippe Philopatoris ignauiam perſpectam habens ignauus ipſe malebat C cum eo iniquum, quàm cum fortibus iuſtum bellum ſuſcipere.

Et Antiochus inuitus quidem ſed ab Hermiâ faſcinatus eò dementiæ venit, vt cùm ſua tutari non poſſet, aliena inuadere cogitaret. Sed vanas, & iniuſtas Hermiæ ſpes irritas D reddidit Theodotus Ætolus Syriæ præfectus. Xenoetas autem Achęus Hermię conſilio aduerſus Molonem miſſus ſuâ temeritate & ſocordiâ regis res peſſum dedit. Molo profligato Xenoetæ exercitu totius Babyloniæ ac Suſianæ potitur. Perſidem au- E tem Alexander Molonis frater ſine controuerſia obtinebat. Ita Antiocho trans Euphratem & cis Taurum nihil ſupererat.

Cùm in incepto perſtaret Hermias, vix tandem Antiochi autoritate adduci potuit, vt omiſſâ Syriâ fa- F teretur Epigenem bene ſentire. Sed Epigenis ſententię accedere coactus peruicit, vt eius autor ac fidus regis monitor ſpecie honoris aliò amandaretur: cùm Hermias amicos regis territando, militibus indulgendo ſu-

Digitized by Google

premam autoritatem ad ſe trahit tam ambitioſus, quàm ignauus, adeoq; ſcæuus, vt regē, regnum, ſeq; ipſum perditum ire mallet, quàm pati vt quiſquam rebus gerendis idoneus apud regem gratiâ polleret. Veritus itaque ne reuocatus Epigenes ſuis luminibus officeret, fingit literas quaſi à Molone ad Epigenem ſcriptas, tum per ſeruum, Epigenis ſcedis eas admiſcet, Zeuxidiq; mandat audiſſe ſe Epigenem cum Molone literarum commercio vti. Inquirat, & ſi rem ita ſe habere deprehenderit, confeſtim occidat. Eâ re perpetratâ Zeuxis ipſe cohorreſcere ac ſcelus Hermiæ ſuſpectare. Eademque ſuſpicio multorum animos inceſſebat, mutire tamen audebat nemo.

XIV. X. Olympias CXL.

A. M. 3780. Sel. 93. V. C. 534. Ante Dn. 220. Antiochi Magni IV. Pt. Philopatoris III.

L. Veturio Philone } Coſſ.
C. Lutatio Catulo

Polyb. l. 1. INitium ſcriptionis, inquit Polybius, *nobis erit Olympias* CXL. &c. initium inquam, eius hiſtoriæ, quam Polybius πραγματικὴν vocat, quæ erat annorum trium & quinquaginta. Hoc anno rurſus in Iſtriam miſſi Conſules citra pugnam multos ſibi adiungunt.

Polyb. l. 3. p. 169. SVCCESSVS. Annibal primo vere expeditione in Vacceos ſuſcepta Salmanticam repentina inuaſione occupar, vt iam præter Saguntinos nullus eſſet po- A pulus, qui contra Carthaginienſes oculos attollere auderet. Tanto acriùs inſtare Saguntini & Romanos monere, vt ambitioſiſſimi & odio in Romanos furentis iuuenis conatibus mature obſiſtant. ANNIBALIS. Romani legatos ad Annibalem mittunt, qui prolatis fœderis tabulis vetent Iberum B traijcere. Annibal feroci reſponſo odium non diſſimulauit. Tāto acriùs putabant Romani Illyrico bello incumbendum, vt eo confecto toti in Hiſpanico bello eſſent. Sed conſilia eorum anteuertit, & longe aliò, C quàm putabant, tranſtulit Annibal.

Ætoli ineunte vere Rhium delati per Patræenſium & Pharæenſium agros Phigaleam copias ſuas ducunt non ſine damno. Polyb. l. 4. p. 276. Meſſenios verò iam non occulto latrocinio, ſed quaſi iuſto bello populantur. ÆTOLORVM. Achæi comitiorum tempore D Ægium conueniunt. De Ætolorum iniurijs cōqueruntur Patræenſes & alij. Sed maxime Meſſenij ius ſocietatis & auxilium poſtulantes. Achæi negant ſe Meſſenios iure ſocietatis donare poſſe niſi conſultis reliquis ſocijs & E maxime Philippo Macedone. Opem tamen pollicentur. Eamque curam Timoxeno Prætori mandant. Timoxenus eam rem lentiùs procurabat. Id ægrè ferens Aratus Prætor Deſignatus quinque diebus ante legitimum Præturæ ſuæ diem à Timoxeno F Sigillum publicum exigit, & Prætoria autoritate, copias conſcribit circa Aprilis decimum. Eo audito Ætoli receptui canunt. Aratus quia copiæ conſcribebantur, non laceſſendis Ætolis, ſed propugnādis Meſ-

Digitized by Google

ſenijs, quaſi re confecta, maximam copiarum partem effluere patitur, & mox ſui oblitus Ætolos inſolentiùs reditum facientes copijs imparibus & iniquo loco adortus, multos milites deſiderauit magno ſuo probro, & Achæorum dolore, quos tamen eloquentiæ ſuæ vi & præteritorum meritorum commemoratione facile placauit. Hæc paulo ante Olympiadem CXL. acta ineunte Arati apud Achæos, & currente ad medium Ariſtonis apud Ætolos prætura. Et Ætolorum quidem proteruiam omnes primò damnare, ſtupere, mox, quia nihil alienum à moribus ſuis feciſſe viſi ſunt, cum admiratione deſijt indignatio. Quin & Lacedæmonij ex morum ſimilitudine, Meſſenij grauiora metuentes occulta cum illis iniere fœdera.

Polyb. l. 4. p. 286. ILLYRIORVM.

Interim Dercyllaidas Illyrius, & Demetrius Pharius iuſſa Romanorum inſuper habentes, ille XL, hic L nauibus Ægeum & Ionium mare latrocinijs infeſtum reddebant. Pylum fruſtra adorti, Demetrius Rhodum verſus excurrit. Dercyllaidas quaſi in Illyricum remeans Amynam Athamanum regem affinem ſuum adit, eiuſque beneficio cum Ætolis ſocietatem init, cùm ſeſe illis offert noua & pergrata latrocinandi occaſio.

CYNÆTHENSIVM IVSTVM EXITIVM.

Arcades rigente ſolo & craſſo aere nutriti ærumnoſam vitam magno labore ſuſtentantes ingenij ſui toruitatem muſicæ ſtudio emollire conabantur. Soli in Arcadia Cynæthenſes non tam Muſicam quàm omnem ingenij expolitionem reſpuentes ferum animum diritate A morum in dies exaſperabant. Ita omnibus inuiſi inter ſe diſcordes perpetuis diſſenſionibus conflictabantur. Non ita pridem trecentis ciuibus pulſis in exilium ab Achæis præſidiarios milites vrbi tutandæ impetrauerant. Exules culpam deprecati B reditum exorant, ſimulatâque concordiâ perſuadēt inutile iam & oneroſum ipſis eſſe Achæorum præſidium. Eo dimiſſo Ætolos ad prædam inuitant vindictæ ſtudio & ſpoliorum participandorum ſpe. Ætoli vrbe potiti primos proditores C confodiunt, reliquos, ſimul arma poſuerunt, vrbe pellere & bonis omnibus ſpoliare contenti. Cynæthenſes exitio ſuo digniſſimos nemo miſeratus eſt: ſed quoquouerſus confugerent ſtatim vrbe abſcedere iubebantur. Adeò omnes eos quaſi fulmine D tactum bidental auerſabantur, vſque eo vt Mantinenſes propere faceſſere iuſſis Cynæthenſibus vrbem inſuper ſuam quaſi aduentu ipſorum impiatam luſtrauerint.

Polyb. l. 4. p. 293. CONIVRATIO IN ÆTOLOS.

Lacedæmonios domi tumultuantes ac defectionem molientes E Philippus Tegeam vſque delatus terrere quàm caſtigare & ſanguinem ſuffundere quàm effundere maluit. Hinc Corinthum profectus ſociorum omnium ſynedrium conuocat. Ibi auditæ innumeræ aduerſus Ætolos expoſtulationes: decreti ſumma F hæc fuit, Ætolis intra diem dictam ſui purgādi copiam fieri: ſi renuant, hoſtes denuntiari. Ætoli quaſi remedium ab eo, qui vulnus fecerat ſperantes Scopæ, qui belli cauſſas ſeuerat, Præturam reſtituunt ineunte

Digitized by Google

Autumno. Dercyllaidæ regi Illyriorum ſpoliorum ex Cynæthenſium direptione partorum partem negant, quæ iniuria Dercyllaidam ab Ætolis alienatum Philippo conſociauit. Mittuntur quoquouerſus legationes ad eos, qui de Ætolis queruntur, velintne bellum illis indicere. Acarnanes generoſè annuunt, quamuis Ætolis vicinis longè infirmiores. Epirotæ palam Ætolis ſuccenſent, clàm cum ijs cõſilia ineunt. Meſſenij hiſcere non audent. Lacedæmonij ſtolidè feroces ſine reſponſo ſocios dimittunt. Paulò poſt & quidem, vt videtur, ſub brumam creantur noui ephori quibus fœderis cum Macedonibus & Achæis initi violatio diſplicebat.

Polyb. l. 5. pag. 383. Plutar. in Cleomene p. 1505. IN CLEOMENEM.

Nicagoras Meſſenius Alexandriam delatus à Cleomene prope portum ambulante ſalutatur. Ecquid vero noui, inquit Cleomenes, quæue te cauſſa in has oras compulit? Tum Nicagoras. *Equos,* inquit, *venales adduco eoſque præſtantes ac Ptolemæo dignos.* Huic Cleomenes. *Tuâ cauſſâ velim,* inquit, *non equos, ſed exoletos & ſambuciſtrias aduexiſſes. Nam in his rex totus eſt.* Nicagoras ſubridens ac memor iniuriæ à Cleomene ante annos octodecim acceptæ ſcõma hoc Soſibio prodit, quamque iuſtas iræ in Cleomenem cauſſas habeat, aperit. Tum Soſibius non amplius dubitate, quin à Cleomene cauendum ſit. Peregrinorum tamen militum offenſionem metuẽs Philopator Cleomenem in cuſtodiâ habere, quàm ſtatim occidere maluit.

Cleomenes ſciens Philopatoris A iram ac diffidentiam tam leui ſupplicio exacui potius quàm ſatiari, cum cuſtodiæ ſuæ ſocijs communicato conſilio fingit à Ptolemæo, qui Canobum abſceſſerat, ſe literas accepiſſe quibus liberationis ſpem faciebat, eoque nomine hilaria agens milites, B à quibus cuſtodiebatur, epulo liberali excipit. Poſtquam vino ſepultos vidit, ſtrictis gladijs cuſtodes ſuos confodit, & in plateam impetu facto libertatem ſe Alexandrinis donare proclamat. Alexandrini, quibus ne libertatis quidem nomen notum C erat, Cleomenis audaciam mirari, ſtupere, etiam expaueſcere, & fugere, ne Cleomeni applauſiſſe viderentur. Poſtquam perreptato oppido ſurdis ſe canere vidit, ne effugij quidem portâ vllâ ſeſe offerente, audaciâ in furorem verſâ cum ſocijs pa- D ciſcitur, vt alter alterius mucrone pereat potiùs quam hoſtibus ludibrio maneant. Hoc nuntio audito Crateſiclea mater eiulare & nepotum, qui & iſtic aderant, ſortē lugere. Ar Cleomenis filiorũ maxim⁹ quamuis puer non puerili animo dolorem ferens E de feneſtra in ſolum deſilit, neque tamen mortem, quam præceps quærebat, aſſequi potuit. Philopator in Cleomenis cadauer, matrem, ac liberos ſæuit. Ita perijt Cleomenes cum ſuis, cum regnaſſet annos 18, cùm aliorum ſcelerum, tum maximè F perfidæ in Archidamum ſæuitię meritas pœnas luens.

Polyb. l. 4. p. 317. IN BYZANTINOS.

Pr. Philopator caſu aliquo Andromachum Antiochi proauunculum, Achæi patrem ceperat, eumque captiuum detinebat. Rhodij pridem

apud Ptolemæos gratiâ & autoritate plurimùm pollebant. Philopatorem igitur conueniunt, ac muneris loco Andromachum rogitant. Eo dono impetrato ad Achæum legatos mittunt, monent Andromachum in manu ſuâ eſſe, nec aliud reſtitutionis pretium flagitare, quàm vt ſibi aduerſus Byzantinos auxilio ſit. Ita Byzantini Achæi auxilio deſtituti pacem poſtulare, & tributi ſiue portorij exactionem abolere coguntur.

HERMIAE DEMENTIA.

Antiochus cum Antiochiam in Mygdoniâ circa brumam perueniſſet, donec deſæuiret, quæ ingruebat hyems, ſubſtitit, & quadrageſimo poſt die Libam venit. Hermias cenſebat ſecundum Tigrim progrediendum, vt Tigrim, Lycum, & Caprum fluuios pro munimento habeat, Zeuxis videns quam exitioſum eſſet id conſilium, tamen Epigenis exitum ante oculos habens vix tandem auſus eſt Hermiæ tam ſæui quàm imperiti offenſionem incurrere, vt ſalutaria moneret. Antiochus probatâ Zeuxidis ſententiâ Tigrim traijcit, Apolloniam primo aduentu recuperat, ac in fœcundiſſimis eius campis exercitum reficit.

MOLONIS CONATVS IRRITI.

Molo metuens, ne quæ Zeuxidis mens erat, regreſſus in Mediam ipſi intercluderetur, Tigrim & ipſe traijcit & Apolloniatidis montana prior occupare nititur. Eâ ſpe deiectus concubiâ nocte adoriri caſtra regis ſtatuit. Tum comperto decem ſimul iuuenes ad regem tranſiiſſe ad caſtra rediens inopinato aduentu ſuis terrorem inijcit. Poſtero die rex copias educit, ad prœlium prouocat. Pedem referre Moloni A non erat integrum. Igitur ſuos, vt erant turbati, paucis cohortatus, perturbate quidem ordinat. Vtrimque tamen ad formam aciei hoſtilis rationes ſuas accomodans forti animo prœlium init.

TRAGICVS EXITVS.

Sed media exercitus pars in ipſa dimicatione ad regem B tranſgreſſa reliquum Molonis exercitum conſternat & in fugam agit. Molo & defectionis autores primarij ſibi manus inferunt. Quin & ex Molonis mandato Neolas in Perſidem profectus Alexandrum Molonis fratrem perſuadet, vt idem fa- C ciat. Ipſe Molonis matrem ac liberos obtruncat, deinſuper mortuorum cadaueribus ipſe ſe iugulat. Ita Molonis familia regiam poteſtatem breui ſpatio conſecuta multò breuiore vitam & iniq; partum regnum amiſit.

ANTIOCHVS ORIENTEM RECVPERAT.

D Recuperato vnius victoriæ beneficio toto trans Euphratem regno ac rebus quantum per Hermiæ ſæuitiam licuit, clementer compoſitis Antiochus vicinis barbarorum regibus, qui perduellibus auxilia ſubminiſtrarant, exterrendis Artabaza- E nem, qui inter Caſpium & Euxinum mare Mediæ imminebat, adoritur. Hermias, qui Artabazanis ſubditos Atropatios validos & fortes eſſe norat, quamuis ſibi metuens tamen in regis iuuenili audaciâ ferocientis caput ruiturum periculum F ſperans, iamque ſe filioli qui Antiocho nuper natus erat, tutorem futurum ſomnians generoſitatem Antiochi dilaudat.

ARTABAZANEM

Sed impias Hermiæ ſpes in caput eius retorſit Deus. Artabazanes

Digitized by Google

SIBI CONCILIAT. quippe ſenex Antiochi audaciam ac A proſperos ſucceſſus admiratus cum Antiocho, quibus ipſe voluit legibus pacem fecit. Quin & Apollophanes medicus Antiochum monere auſus vt ab Hermiâ ſibi caueret, fidem inuenit, maximè cùm rex ſimulato morbo cum amicis ſingulis cõmunicato conſilio comperit cum B Apollophane omnes idem ſentire. Sed quia Hermiam militibus, quib. indulgebat, carum eſſe conſtabat, rex cum paucis ambulationis ſpecie longiùs à caſtris progreditur. Hermias inter primos regem comitatus ab ijs, quos rex ambulationis ſocios aſſumpſerat, confoditur. Apameenſes eo audito ſtatim vxorem & liberos Hermiæ confodiunt. Hic fuit iuſtus potentiæ per multa ſcelera impotenter graſſantis exitus.

HERMIAM AMOLITVR.

ACHAEI MOLITIONES.

Dum in Oriente longinquo bello D diſtinetur Antiochus, Cyrrheſtæ ſiue Cyriſticæ in Syriâ prouinciæ populi à rege deficiunt. Achæus etiam Syriæ occupandæ in ſpem euectus Laodiceam Phrygiæ metropolim venit, ac ſumpto diademate copias Syriam verſus ducit. Vbi tumultuan- E tem exercitum vidit, quod aduerſus Antiochum duceretur, pernegat id ſibi conſilij fuiſſe, ſed eſſe ſibi in animo Piſidas rebelles à tergo nec opinantes adoriri. Eoq; ſtatim peracto milites opimâ prædâ ingurgitatos ſibi conciliat.

(∴) (∴)

(∴)

XV. XI.

A.M. 3781. Sel. 94. V. C. 535. Ante Dn. 219. Antiochi Magni V. Pt. Philopatoris IIII.

M. Liuio Salinatore
L. Aimilio Paulo } Coſſ.

ROMAM VENIVNT MEDICI. *Plin. l. 29. cap. 1.* *Polyb. l. 3. p. 171.*

Anno, inquit Plinius, *V. C.* DXXXV. *L. Aimilio & M. Liuio Coſſ. primus è medicis Romam venit è Peloponneſo Archagathus Lyſaniæ fi-* C *lius.* Hos Coſſ. autem creatos currente primo Olympiadis CXL anno teſtatur Polybius. Vere igitur ineunte, currente verò ad exitum primo Olympiadis CXL anno L. Aimilius Coſ. in Illyricum cum exercitu mittitur. Et quidem Iſtris iam caſtigatis ſupererat inſtigator eorum Demetrius Phatius. Huic duæ potiſſimum erant vrbes Dimalus & Pharus. Dimalum ſeptem diebus, Pharum inſulam & vrbem vno impetu cœpit Aimilius. Quippe paucis nauibus ad littus vrbi proximum delatus exceſionem parabat, cùm Demetrius deſpectâ Romanorum paucitate cum oppidanis effuſus aditu prohibebat. Interim maior claſſis pars aliâ viâ in inſulam ingreſſa Pharios nec opinantes adoritur, & vndique concluſos facile profligat. Demetrius F cum paucis ad Philippum Macedonum regem euadit.

AIMILIVS DEMETRIVM CASTIGAT.

ANNIBAL SAGVNTHVM DELET.

Interim Annibal in Hiſpaniâ ſolam Saguntum vrbem Romanis fauere ſciens bellumque pridem me-

ditatum in Italiam transferre cogitans, ne quid à tergo infeſtum relinqueret, Saguntum totâ vi adoritur. Et quantumuis munitiſſima eſſet, tamen omnibus ante proſpectis acriter oppugnans octauo menſe capit, & nouis incolis implet. Pecuniam totam in belli ſumptus ſeponit, mancipia militibus largitur. Supellectilem mittit Carthaginem, cui res tam grata fuit, vt deinceps omnia Annibalis prudentiæ ac fortitudini committerent Pœni, & ipſi pridem Romanis infenſi, maxime ex quo Sardiniam ipſis eripuerant. Sociæ vrbis caſum ægre ferentes Romani feciales Carthaginem mittunt, qui Annibalem & præcipuos belli Saguntini duces dedi ſibi poſtulent. Sin autem, bellum denuntient. Hanno à Romanis æqua poſtulari cēſebat. Sed odio Barcinæ domus non caritate in patriam ita ſentire viſus & ab omnibus fere exploſus eſt. Rarò cum mortalibus tam bene agitur, vt meliora pluribus placeant.

Polyb. l. 4. p. 302. EPHOROS AETOLIS ADVERSANTES. Machatas Ætolorum legatus Lacedæmonem delatus primò ſocietatem poſtulat, dein conſilium dat, vt defuncto iam Cleomene Regem eligant. Ephori, quibus neutrum placebat. *De rege*, inquiunt, *poſthac videbimus*. Interim populum docent, quot beneficia à Macedonibus, quot iniurias ab Ætolis acceperint: cauſſam non eſſe, cur fidos ac potentes ſocios deſerant, vt cum infidis latronibus conſocientur. Ita re infectâ dimittitur Machatas. At ij, quibus latrocinium & Ætolica ſocietas cordi erat, taciti tremere, Ephoris obloqui. Denique conſilium capiunt oppidò nefandum. Feſto die ſolebant Ephori quidem in Mineruæ Chalciœcæ fano ſacris operari: iuuenes in armis vrbe perluſtratâ ad fanum & ipſi accedere. TRVCIDAT IVVENTVS.

Erat huius templi ea religio, vt in eo ne perduellibus quidem aut parricidis vim facere fas ceſeretur. At tum iuuenes ſuos Ephoros in ipſo altari ſacra facientes contucidarunt, ſimul & ſeniorum optimos quoſq; & quos Ætolicæ ſocietati aduerſatos nouerant, alios iugulare, alios in exilium mittere. Tum quaſi perlitaſſent, nouos Ephoros, tum & reges creant, primùm quidem Ageſipolim Cleombroti ante annos XXVII in exilium pulſi filium iuniorem eâ lege vt maior eius frater Cleomenes tutoris nomine regnum adminiſtraret. Tum quia duos reges habere ſolebat Sparta, Lycurgus ab Heraclidarum ſtirpe planè alienus ephororum cuique talentum largitus regis titulum emercatur. Tum Spartam reuerſus Machatas voti fit compos, Lycurgus illico indicto Achæis bello copias in Argiuos immittit, & oppidula aliquot repentino impetu capit. REGES ELIGIT.

Dorimachus Ætolus Ægiram Achæorum vrbem proditione capit. Sed dum ad prædam citiùs properant Ætoli, ab Ægiratis, qui in arcem confugerant, internecione delentur. Dorimachus cum paucis euadit. Dymæi, Patræenſes & Tritæi ab Eleis & Ætolis Euripida duce vexati auxilium à popularibus ſuis petunt. Aratus, ſolēs ſuo more ſegnius rem agit. *p. 322.* ACHÆORVM POTENTIA INFRINGITVR.

Digitized by Google

Illi de ſuo ſibi proſpiciunt, ac deinceps à ſocijs ſe ſubducunt peſſimo conſilio, vt qui primi Achæorum Reip. fundamenta iecerant, ijdem eius fundamenta primi labefactarint præcipuâ Arati culpâ, qui ſibi ipſi diſpar, in clancularijs expeditionibus igneus, apertis dimicationibus niueus erat. Prætor autem tum Achæorum erat Arati filius & ipſe Aratus nomine.

ÆTOLORVM LATROCINIA.

Scopas Ætolorum Prætor audito Philippi è Macedoniâ diſceſſu aliena inuadere, quàm ſua tueri doctior in Macedoniam vſque excurrit, & cùm alia multa, tum maximè Dium regiam vrbem amœnam, ſed minus munitam peruaſtat totam. Interim Philippus exercitum in Epirum ducit. Epirotæ Ætolis auxilium polliciti vbi Philippum præſto adeſſe viderunt, infenſum in Ætolos vultum & animum induunt, id maximè ſatagentes vt Ambracum ab Ætolis ſibi ereptum recuperarent. Et Philippus

CASTIGANTVR.

Epirotarum precibus importunis annuit. Tum per Acarnaniam amicam in Ætoliam inuehitur, eamque totam perpopulatur, pleraſque eius vrbes capit, diripit, ſubuertit lege talionis in publicos totius Greciæ prędones agens.

In his cum eſſet, Demetrius Pharius, quem à Romanis victum diximus, ad eum venit cum vnico lembo. Philippus tamen hominem, qui olim Macedonibus vtiliter ſeruierat, maximè in bello Cleomenico, non deſpicatus humaniter excepit. Tum audito Dardanos in Macedoniam cogitare, ad ſua tutanda animum aduertit A pollicitus Achæis ſe quamprimum rediturum ad opem illis ferendam. Et Dardani quidem audito Philippi reditu ſtatim diffugerunt. Sed quia meſſis tempus inſtabat pleroſq; ad meſſem faciendam dimittit Philippus reliquum æſtatis Lariſſæ acturus B exeunte primo Olympiadis CXL. anno.

ÆTOLI TANTO ACRIVS PRAEDANTVR.

Sequente autumno Ætoli Prætorem Dorimachum creant. Is ſtatim in Epirotas copias ducit ſpe prædæ & vindictæ ſtudio: Omnia peruaſtat, etiam Dodonæum Iouis fanum. C Quippe Ætolis nec pace nec bello quidquam, quod ad quæſtum faceret, pro nefario habebatur.

P. 331.

Elei cum Ætolis ſocietate iuncti copias aliquot, quarum Euripides dux erat, ab ijs obtinuerant. Euripides vexatis aliquandiu vicinis Elidi D Dymæis & Patræenſibus, poſtquam ſtrenuè reſponſantes vidit, conuerſus Pſophidem Eleorum ſociam in Arcadiâ vrbem petit. Circa brumam Pſophide profectus per Stymphaliam in Sicyoniorum agros copias ducit, quaſi plus damni ex improui- E ſo illaturus & maiorem ex longinquo terrorem.

ITERVM A PHILIPPO.

Eâdem mente Philippus Lariſſâ per Bœotiam & Megaridem Corinthum improuiſus aduenit: portiſq; clauſis Aratum ſeniorem Sicyone arceſſit: iuniori, qui Prætor Achæo- F rum erat, mandat, quid velit. Hinc Dioſcorium Phliaſiorum vrbem petit eo ipſo tempore, quo Euripides per ea loca in Sicyoniam iter faciebat. Prior Euripides per pabulatorem reſciuit aduentum Philippi. Id

Digitized by Google

ditatum in Italiam transferre cogitans, ne quid à tergo infeſtum relinqueret, Saguntum totâ vi adoritur. Et quantumuis munitiſſima eſſet, tamen omnibus ante proſpectis acriter oppugnans octauo menſe capit, & nouis incolis implet. Pecuniam totam in belli ſumptus ſeponit, mancipia militibus largitur. Supellectilem mittit Carthaginem, cui res tam grata fuit, vt deinceps omnia Annibalis prudentiæ ac fortitudini committerent Pœni, & ipſi pridem Romanis infenſi, maxime ex quo Sardiniam ipſis eripuerant. Sociæ vrbis caſum ægre ferentes Romani feciales Carthaginem mittunt, qui Annibalem & præcipuos belli Saguntini duces dedi ſibi poſtulent. Sin autem, bellum denuntient. Hanno à Romanis æqua poſtulari cēſebat. Sed odio Barcinæ domus non caritate in patriam ita ſentire viſus & ab omnibus fere exploſus eſt. Rarò cum mortalibus tam bene agitur, vt meliora pluribus placeant.

Polyb. l. 4. p. 302.

EPHOROS AETOLIS ADVERSANTES.

Macharas Ætolorum legatus Lacedæmonem delatus primò ſocietatem poſtulat, dein conſilium dat, vt defuncto iam Cleomene Regem eligant. Ephori, quibus neutrum placebat. *De rege*, inquiunt, *poſthac videbimus*. Interim populum docent, quot beneficia à Macedonibus, quot iniurias ab Ætolis acceperint: cauſſam non eſſe, cur fidos ac potentes ſocios deſerant, vt cum infidis latronibus conſocientur. Ita re infectâ dimittitur Macharas. At ij, quibus latrocinium & Ætolica ſocietas cordi erat, taciti fremere, Ephoris obloqui. Denique conſilium capiunt oppidò nefandum. Feſto die ſolebant Ephori quidem in Mineruæ Chalciœcæ fano ſacris operari: iuuenes in armis vrbe perluſtratâ ad fanum & ipſi accedere.

TRVCIDAT IVVENTVS.

Erat huius templi ea religio, vt in eo ne perduellibus quidem aut parricidis vim facere fas cenſeretur. At tum iuuenes ſuos Ephoros in ipſo altari ſacra facientes contrucidarunt, ſimul & ſeniorum optimos quoſq; & quos Ætolicæ ſocietati aduerſatos nouerant, alios ingulare, alios in exilium mittere. Tum quaſi perlitaſſent, nouos Ephoros, tum & reges creant, primùm quidem Ageſipolim Cleombroti ante annos XXVII in exilium pulſi filium iuniorem eâ lege vt maior eius frater Cleomenes tutoris nomine regnum adminiſtraret. Tum quia duos reges habere ſolebat Sparta, Lycurgus ab Heraclidarum ſtirpe planè alienus ephororum cuique talentum largitus regis titulum emercatur. Tum Spartam reuerſus Machatas voti fit compos, Lycurgus illico indicto Achæis bello copias in Argiuos immittit, & oppidula aliquot repentino impetu capit.

REGES ELIGIT.

p. 322.

Dorimachus Ætolus Ægiram Achæorum vrbem proditione capit. Sed dum ad prædam citiùs properant Ætoli, ab Ægiratis, qui in arcem confugerant, internecione delentur. Dorimachus cum paucis euadit. Dymæi, Patræenſes & Tritæi ab Eleis & Ætolis Euripida duce vexati auxilium à popularibus ſuis petunt. Aratus, ſolēs ſuo more ſegnius rem agit.

ACHÆORVM POTENTIA INFRINGITVR.

Illi

Digitized by Google

Illi de ſuo ſibi proſpiciunt, ac deinceps à ſocijs ſe ſubducunt peſſimo conſilio, vt qui primi Achæorum Reip. fundamenta iecerant, ijdem eius fundamenta primi labefactarint præcipuâ Arati culpâ, qui ſibi ipſi diſpar, in clancularijs expeditionibus igneus, apertis dimicationibus niueus erat. Prætor autem tum Achæorum erat Arati filius & ipſe Aratus nomine.

ÆTOLORVM LATROCINIA.

Scopas Ætolorum Prætor audito Philippi è Macedoniâ diſceſſu aliena inuadere, quàm ſua tueri doctior in Macedoniam vſque excurrit, & cùm alia multa, tum maximè Dium regiam vrbem amœnam, ſed minus munitam peruaſtat totam. Interim Philippus exercitum in Epirum ducit. Epirotæ Ætolis auxilium polliciti vbi Philippum præſto adeſſe viderunt, infenſum in Ætolos vultum & animum induunt, id maximè ſatagentes vt Ambracum ab Ætolis ſibi ereptum recuperarent. Et Philippus Epirotarum precibus importunis annuit. Tum per Acarnaniam amicam in Ætoliam inuehitur, eamque totam perpopulatur, pleraſque eius vrbes capit, diripit, ſubuertit lege talionis in publicos totius Græciæ prædones agens.

CASTIGANTVR.

In his cum eſſet, Demetrius Pharius, quem à Romanis victum diximus, ad eum venit cum vnico lembo. Philippus tamen hominem, qui olim Macedonibus vtiliter ſeruierat, maximè in bello Cleomenico, non deſpicatus humaniter excepit. Tum audito Dardanos in Macedoniam cogitare, ad ſua tutanda animum ad-

A uertit pollicitus Achæis ſe quamprimum rediturum ad opem illis ferendam. Et Dardani quidem audito Philippi reditu ſtatim diffugerunt. Sed quia meſſis tempus inſtabat pleroſq; ad meſſem faciendam dimittit Philippus reliquum æſtatis Lariſſæ acturus

B exeunte primo Olympiadis CXL. anno.

ÆTOLI TANTO ACRIVS PRAEDANTVR.

Sequente autumno Ætoli Prætorem Dorimachum creant. Is ſtatim in Epirotas copias ducit ſpe prædæ & vindictæ ſtudio: Omnia peruaſtat, etiam Dodonæum Iouis fanum.

C Quippe Ætolis nec pace nec bello quidquam, quod ad quæſtum faceret, pro nefario habebatur.

p. 335.

Elei cum Ætolis ſocietate iuncti copias aliquot, quarum Euripides dux erat, ab ijs obtinuerant. Euripides vexatis aliquandiu vicinis Elidi

D Dymæis & Patræenſibus, poſtquam ſtrenuè reſponſantes vidit, conuerſus Pſophidem Eleorum ſociam in Arcadiâ vrbem petit. Circa brumam Pſophide profectus per Stymphaliam in Sicyoniorum agros copias ducit, quaſi plus damni ex improui-

E ſo illaturus & maiorem ex longinquo terrorem.

ITERVM A PHILIPPO.

Eâdem mente Philippus Lariſſâ per Bœotiam & Megaridem Corinthum improuiſus aduenit: portiſq; clauſis Aratum ſeniorem Sicyone arceſſit: iuniori, qui Prætor Achæo-

F rum erat, mandat, quid velit. Hinc Dioſcorium Phliaſiorum vrbem petit eo ipſo tempore, quo Euripides per ea loca in Sicyoniam iter faciebat. Prior Euripides per pabulatorem reſciuit aduentum Philippi. Id

VVu

diſſimulans copias ſenſim hinc ſubducebat, cum de repente ſenſit medios illapſus in hoſtes. Tum equô per auia concitato Pſophidem euadit. Exercitus verò à ſuo duce deſertus, ne id quidem ſciens, cur fugeret, à Macedonibus nullo negotio profligatus eſt. Occiſi nongenti. Capti MCC. vix centum euaſerunt. Hæc Philippi victoria eo illuſtrior viſa eſt, quod priùs viciſſe, quàm aduenisse auditus eſt.

PROFLIGANTVR

Polyb. l. 5. p. 402.

ANTIOCHVS SYRIAM OCCVPAT.

Antiochus reuocatis ad officium Transeuphrataeis populis Acheo per literas ingratitudinem & perfidiam exprobrat, grauia interminans niſi ad frugem mature redeat. Interim interruptum de recuperandâ Cœleſyriâ conſilium repetens initium Apollophanis Seleucienſis medici cōſilio à Seleuciâ facit. Eam ad Orontis oſtia opportuniſſimo & munitiſſimo loco ſitam mari terrâque fortiter aggreſſus immiſſis etiam, qui oppidanos, quâ minis territarent, quâ promiſſis pellicerent, ſuburbium quidem vi, vrbem ipſam alioqui inacceſſam proditione capit. Theodotus Ætolus, qui ante biennium à Syriâ fortiter Antiochum repulerat, compenſationis loco à ſycophantis apud Pt. Philopatorem præſentiſſimum vitæ periculum adierat. Igitur, partim odio ac contemptu Pt. Philopatoris, partim ſpe mercedis quas vrbes obtinebat, Ptolemaidem, Tyrum & alias Antiocho tradit. Reliquas Syriæ vrbes partim volentes ſpe meliorum, partim inuitas excidij metu ſubigebat Antiochus, cùm Pt. Philopator per ſocordiam omnia

A ſuſque deque ferri ſinens Soſibio & Agathocli regni habenas committeret, muliebri luxu ac ſtolido faſtu regem agens.

Et hi quidem magnâ diligentiâ peritiſſimos quoſque duces & copias quamplurimas conſcribunt ac B rei militaris diſciplinâ imbuendas curant. Quin & Cyzicenos, Byzantios, Rhodios, Ætolos ſollicitant ad procurandam inter Ptolemæum & Antiochum pacem. Horum poſtulatis Antiochus, cùm Dura diu irrito labore obſediſſet, ſub hyemis iniC tium quadrimeſtres inducias paciſcitur pollicitus inſuper ſe de rei ſumma ad æquiſſimas conditiones deſceſurum. Hyemem Seleuciæ agit, atque inibi legatos Alexandrinos alioſque audit, vtque rationibus non minus quàm armis pugnare videaD tur docet ſe Syriam maioribus ſuis ereptam iure merito repetere. Achæum perduellem immeritò à Pt. Philopatore protegi. Alexandrini docebant Syriam cauam à Pt. Lagidâ non Seleuco ſed Antigono Cocliti ereptam, iure belli Ægyptijs acquiE ſitam: poſſeſſionemque eius eorum qui Antigonum vicerant, principum decreto & annorum LXXX præſcriptione confirmatam iniquè ab Antiocho in dubium reuocari. Achæum non vt rebellem, ſed vt affinem à Philopatore protegi. In his leF gatorum vltro citroque commeantium diſceptationibus hyems inutiliter tranſacta.

Peregrina ſacra Romam paulatim inuehebantur, vt tandem vrbs illa facta ſit totius εἰδωλομανίας epito-

ISIDIS TEMPLVM

EVERTITVR. *Val. Max. l.1. c.3.*

me. Diſplicuit hoc ſanioribus. Igitur *L. Aimilius Paullus Conſul, cum Senatus Iſidis & Serapis fana diruenda cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet, poſitâ prætextâ ſecurim arripuit, templique eius foribus inflixit.*

XVI. XII.

A.M. 3782. Sel. 95. V.C. 536. Ante Dn. 218. Antiochi Magni VI. Pt. Philopatoris V.

P. Cornelio Scipione } Coſſ.
Tib. Sempronio Longo }

Polyb. l. 3. p. 189. ANNIBAL ALPES SVPERAT.

ANnibal in Hiſpania exercitum luſtrans, comperit peditum nonaginta, equitum duodecim millia. Traiecto Ibero Ilergetes, Barguſios, Ærenoſios, ſubigit ad Pirenæum vſque montem. His Hannonem, trans Iberum vero ſitis Aſdrubalem fratrem præficit. Singulis peditum dena millia, equites millenos dat. Parem militum numerum domum dimittit, vt breuis reditus ſpem faceret ijs quos abducebat, numero peditum quinquaginta, equitum nouem vel octo millia, quorum in itinere maxima pars perijt. *p. 209.* Quippe Alpes tranſgreſſo Annibali vix ſupererant peditum viginti, equitum ſex millia, quanquam Alpes quindecim diebus emenſus eſt. A noua vero Carthagine Taurinum vſque quinque menſes conſumpſit. Galli circumpadani, Boij & Inſubres Annibalis aduentum auidè expectantes interim rupto fœdere Cremonæ & Placentiæ, (quas Romani tum colo- A nias fecerant) agros populantur. Conſules vero P. Cornelius cum LX nauibus in Hiſpaniam, Tib. Sempronius cum CLX quinque remibus in Africam cogitabant, rebus omnibus Lilybæi ita præparatis ac ſi primo impetu Carthaginem veterem B obſeſſurus eſſet Sempronius, Cornelius nouam. Poſtquam Maſſiliam acceſſit P. Cornelius, comperto Annibalem Rhodanum copias tranſduxiſſe, claſſem quidem fratri Cn. Cornelio dedit, vt in Hiſpaniam profectus cum Aſdrubale pugnaret. C ipſe vela retroagit, & in Galliam circumpadanam copias ducit, vt Prætoribus, qui iam inibi pugnabant, iunctus Annibalem quamprimum opprimeret. Senatus audito Annibalem Alpibus ſuperatis Italiæ imminere, tam inexpectatæ rei nouita- D tē perculſus mandat Sempronio, vt in Italiam redeat. Sempronius claſſem Ariminum perducit. Annibal incredibili labore circa Pleiadum occaſum, i. Octobris finem tranſcenſis Alpium iugis Taurinorum, qui ipſum hoſtiliter exceperant, metro- E polim triduo capit & ſolo æquat. Huius clade territi vicini partim Annibalis metu, partim Romanorum odio & rerum nouarum ſtudio Pœnis ſe dedunt.

TAVRINVM EVERTIT.

Maximè, vbi Scipionem Annibal ad Ticinum profligauit, frequen- F tes ad eum venere Gallorum circumpadanorum legationes. Etiam ex ijs Gallis, qui in Scipionis caſtris erant, peditum duo millia, equites ducenti noctu Romanos nec opinātes agreſſi, multis occiſis pluribus vulneratis

P. SCIPIONEM PROFLIGAT.

Digitized by Google

ad Annibalem transfugiunt. Scipio A ſaucius primum Pado ad Placentiam, dein Trebia traiecto caſtris munitis ſeſe continet Tib. Sempronium expectans. Simul aduenit Sempronius, ſtudio pugnandi flagrabat, antequam Scipio è vulnere conualeſceret, aut noui conſules ſubſtitue- B rentur. Monebat Scipio conſultius futurum, ſi miles nuper conſcriptus & tyro per hyemem præceptis militarib⁹ imbueretur, in morâ plus periculi & damni futurum Pœnis quàm Romanis. Hoc ipſum ſentiens Annibal Sempronium laceſſit, militum C partem in inſidijs locat. Numidas iubet traiecto Trebia ac leui velitatione defunctos fugam adſimulare. Fugientes inſequitur Sempronius, Trebiam brumæ tempore præaltum ac rigentem traijcit, cum ne ſumpto quidem prandio corpus refeciſſent D milites. Vix dum Trebiam tranſmiſerant Romani, cùm ante pugnam fame & frigore confecti languerent. Pœni corpore curato viribus integris Romanorum vtrumque cornu impellunt. Mediæ aciei poſtremos ordines Numidæ ex inſidijs erum- E pentes inuadunt, cædunt. Soli mediæ aciei primi ordines cogente neceſſitate toto in Gallos & Afros impetu facto per mediam hoſtium aciem Placentiam euadunt ad decem millia. Reliqui exercitus maxima pars in acie vel in Trebiæ traiectu F perijt, cum eſſent peditum Romanorum ſexdecim, ſociorum viginti millia, equitum quater mille. At Cn. Scipio in maritima Hiſpaniæ ora cis Ibetum ſitâ res proſpere agit. Indi-

ET SEMPRONIVM

CN. SCIPIO FELICIVS AGIT.

bilem Hiſpanorum regulum & Hannonem Carthaginenſium ducem prœlio vincit & capit, præda opima milites ſuos recreat, fortitudinis & æquitatis ſuæ admiratione Hiſpanos multos ſibi conciliat.

Philippus territis hoſtibus inſtandum ratus ſuas, & quas Aratus iunior adduxerat, copias Pſophidem ducit vrbem naturâ & arte munitam, ac veluti belli arcem. Tanto ardentiùs illam hoſti eripere cupiens claro die ſcalas tribus locis admouet, oppidanos quamuis non impigre ſe defenſantes rei nouitate, militum robore, & machinarum multitudine terrefactos in fugam agit. Vrbem vi capit, arcem deditione. Tum Laſionem eodem impetu Eleis eripit, ac duas illas vrbes Achæis donat. Stratum Telphuſſijs reſtituit. Olympiam delatus & ſacris operatus Eleorum agros populoſiſſimos & reb. omnibus inſtructiſſimos incurſat, prædam ingentem Olympiam reportat. Circa Alphæum fluuium & Pholoem montem Arcadiæ ter ternæ ciuitates à numero Tryphaliæ nomen ſortitæ primò ſui iuris erant. Dein ab Eleis occupatæ & Alipheræ, quæ denarium expleret, iunctæ ſunt. Philippus eodem modo Alipheræâ, quo nuper Pſophide potitus totam Tryphaliam tremefacit. Typanea primùm & Hypana ſe illi dedere Lepreatas Lacedæmonij ducenti; mercenarij quingenti. Elei mille duce Phyllidâ ſpecie præſidij mancipabant. Tum tamen ad libertatem adſpirare auſi Phyllidam cogunt vrbe excedere Phylidas Samicum ſe recepit, & mox

Polyb. l. 4. p. 336.

PHILIPPVS PSOPHIDEM CAPIT.

TRIPHALIAM OCCVPAT.

Philippo cedere cogitur. Reliquæ ciuitates Tryphaliæ Phryxa, Styllagium, Æpium, Bolax, Pyrgus ſine mora deditionem faciunt. Epitalium quoque & Phiala ſiue Phigalea. Philippo dant manus. Ita diebus ſex duodecim vrbium fit potens ac per Tegeam Argos profectus reliquam hyemis partem ibi agit. Lacedæmone Chilo ab Heraclidis ſtemma repetens eoque ſibi prælatum Lycurgum inique ferens cum ciuibus aliquot communicato conſilio Ephoros primum iugulat, tum Lycurgum domi obſidet. At is amicorum beneficio euadit. Chilo, vt Lacedæmonijs factum ſuum probaret, nouam agrorũ cortitionem offert. Sed cùm nemo illi aurem accomodaret, ſed contra infremerent multi, fugere coactus eſt. Apelles, quem Antigonus regendæ Philippi iuuentæ admouerat, Philippum monet ita Græcos in libertatem aſſerendos, vt dignitatem ſuam ipſe perditum non erat. Moderandam eſſe vtriuſque Arati potentiam regibus grauem & ciuibus ſæpe exitioſam. Hoc felle imbutus Philippus, qui Arati virtutem hactenus amauerat & fouerat, deinceps Arati æmulis accedens comitiorum tempore circa Pleiadum ortum Aprili menſe delatus Ægium pro Timoxeno, quem commendabat Aratus, Eperato Pharæenſi Præturam dandam curauit, cuius inſcitiam & & ſegnitiem innocentiæ nomine ornauerat Apelles. Mox deprehenſa Apellis in Aratum calumnia, Apellem quidem Arato ſuſpectiorem habebat Philippus, neque tamen ab

p. 343. CHILONIS IRRITA AVDACIA.

APELLIS INFIDA CONSILIA.

A Apellis blandimentis ſibi cauere poterat. Adeò apud nos plus poteſt vetus gratia & lenociniorum pellacia quamuis falſi manifeſta, quàm vera virtus. Sed dum pluribus ſimul inſidiatur, ſibi ipſi malum cacat rurdus. Antigonus regnum ſapienter rexe-
B rar, & vt poſthac quam optime adminiſtraretur, operam dederat. Sed optimis quibuſque fucum faciunt vulpeculæ laruatæ. Aratum quidem Antigonus meritò magni fecerat, & ſapienter Alexandrum ſatellitio præfecerat, Taurionem Peloponneſo.
C At nec Apelles Philippi tutela, nec Leontius cetratorũ præfecturâ, nec Megaleas regiorum ſcribarum primatu digni erant. Apelli Leontium & Megaleam ſociabat morum ſimilitudo. Vt reliquos amoliretur, nihil non tentabat, Taurionem malignis
D laudibus ornans, reliquos fictis criminibus onerans. Philippus Eperati vecordiam videns errore agnito vtrumque Aratum ad ſe vocat, prætetita excuſat, culpam in Apellem confert, in poſterum meliora pollicetur. Tum Achæos Sicyonem con-
E uocat, & vtriuſque Arati conſilio & operâ impetrat in præſens quinquaginta talenta, in poſterum, quo die rex primùm caſtra moueret, trimeſtre militi ſtipendium, decem modiorum frumenti millia, & quandiu in Peloponneſo præſens bellum rex
F geret, ſeptena dena in menſem talenta. Philippus inſtructâ claſſe Cephalleniæ Metrópolin Pronum oppugnat, & abſque Leontij proditione foret, expugnarat. Sed Apelles, Leontius & Megaleas, dummodo

l. 5. p. 350. ARATI PRVDENTIA.

Digitized by Google

inimici intercideterent, etiam Philip- A pum perditum cupiebant, & plane res eius euertiſſent, niſi Aratus ſub- DISSIPANTVR. inde conſilia eorum longe ante præuiſa diſſipaſſet. Philippus in Ætoliam ingreſſus metropolim eorum Thermum inacceſſo, vt videbatur, loco ſitam belli arcem & prouinciæ B Gazam obſidet, capit, euertit, ne locis quidem, quæ pro ſacris habebat, parcens. Ita, dum iræ indulget, ſacrilegia ab Ætolis Dodoniæ ac Dij commiſſa non tam vlciſcitur, quàm imitatur. Tum reliquam Ætoliam populatur, & ſi quis contra obſiſteret, C profligatis hoſtibus plenam victoriam obtinet, cuius, quia pars aliqua Arato iure merito adſcribebatur, Leontius & Megaleas vri, ringi: & forte per temulentiam in Aratum inuecti Leontius verbis, Megaleas etiam factis ictuque aliquo ſuam D iram prodere. Fuitque ea Philippi facilitas, vt manifeſtarijs proditoribus parceret, ac Megaleam viginti talentûm mulctâ, Leontium verbis p. 363. caſtigaret. Dorimachus ab ingreſſu Theſſaliæ à Chryſogono prohibitus mox ſuis popularibus ſuppetias ve- E niens non priùs aduenit, quàm Ætoliâ diſceſſiſſet Philippus. Philippus verò rebus in Ætolia ex animi ſententia geſtis claſſem in Ambracio ſinu collocatam repetit, & noctu Leucadem delatus biduum moratur ordinandis per ea loca rebus. Hinc per F Corinthum, Argos, & Tegeam in Laconicum agrum peruenit prius conſpectus quàm auditus, cumque perpopulatus ac velitationibus aliquot cum Lacedæmonijs proſpere prœliatus per Tegeam & Argos Corinthum redit, vbi fraude Leontij ſeditione exceptus eſt, quam tamen ſingulari prudentia ſedauit, & aliquantò poſt continuis eius fraudibus offenſus cum è medio ſuſtulit. Megaleas fuga ſalutem quæſiuit, & mox ſibi mortem conſciuit. Apelles, qui nuper regem agebat, cum filio & catamito ſuo vltimo ſupplicio afficitur, Ptolemæo quoque, qui eiuſdem ſocietatis erat, adiuncto.

Poſtquam Dorimacho Prætori ſucceſſit Agetor, Ætoli, qui deprecatoribus Chijs ac Rhodijs pacem ſemel atque iterum rogauerant, ac die dicta adfuturos ſe receperant, vbi hæc audiuere, arbitrati Macedonas tot magnatum necem non impune laturos ad diem dictam non venerunt, inuitante potiſſimum Eperati Achæorum Prætoris ignauia toti Achaiæ damnoſiſſima. Philippo bellum quam pacem malenti Ætolorum præuaricatio non ingrata fuit. Itaque in Macedoniam hyemandi cauſſa profectus ad bellum rurſus ſeſe accingebat.

Magno vtrimque apparatu & conatu inter Antiochum & Pt. Philo- *Polyb. l. 5. pag. 411.* patorem de Cœle Syria pugnatur. ANTIOCHI. Pugnabant pro Philopatore Nicolaus Ætolus claſſi præfectus Diognetus & Perigenes, pro Antiocho Theodotus Ætolus, Menedemus & Diocles. Eodem tempore terra mariq; pugnatum, Antiocho vtrum- DVÆ VICTORIÆ que certamen proſpectante, quam ob cauſſam duces eius acerrime pugnantes victoriam conſecuti ſunt. Primus Theodotus Nicolaum in fu-

gam impulit terra. Secuta confeſtim etiam claſſis alacriter antea pugnantis inclinatio & mox præceps fuga.

Huius duplicis victoriæ beneficio Antiochus multarum vrbium potitus eſt. In his Pella, Kamus, Gephrus. Galaaditis, Abila, Gadara, Rabathamana, Arabia, Samaria certatim Antiocho ſeſe dedidere. In his æſtate conſumpta Ptolemaide hybernat.

l.5.p.415. ACHAEVS BONAM PAMPHYLIAE PARTEM OCCVPAT

In Pamphylia Pedneliſſenſes à Selgenſibus obſeſſi opem ab Achæo petunt. Mittit Achæus peditum ſex millia, equites quingentos duce Garſyere. Is per Milyada ingreſſurus comperit aditus à Selgenſibus occupatos. Fingit igitur diſceſſum. E veſtigio Selgenſes digreſſos hoſtes rati & ipſi diſcedunt, ad caſtra alij, alij ad meſſem, quæ iam maturuerat, faciendam. Garſyeris confeſtim regreditur & tranſmiſſis nullo obſiſtente faucibus, quas ſcalas vocant, eas ipſe tutatur ac totius belli curam Phayllo mandat. Phaylus Pergam profectus Pamphyliæ Piſidiæque populos ad opem obſeſſis ferendam inuitat. Aſpendij quatuor, Etennenſes octo hominum millia mittunt. E Selgenſes temeritate ſua rem prope confectam corruperunt, ac turpiter profligati decem circiter hominum millibus amiſſis Selgam confugiunt. Fugientibus inſtat Phaylus. Illi conterriti Logbaſim mittunt de pace acturum. F Is pro deprecatore proditorem agit. Induciæ fiunt, quarum beneficio Selgam commeabant milites. Arceſſitur Achæus, cuius clementiæ ſeſe committebant Selgenſes. In his tempus teritur, dum frau- A di commodum tempus expectatur. Cum iam ad exitum perducenda videretur proditio, res deregitur. Logbaſis cum coniuratis &, quos admiſerat, hoſtibus trucidatur. Tum Achæus ſeriò de pace agit. Nec abnuunt Selgenſes: iubentur pendere B ſtatim quadringenta, poſt aliquod tempus trecenta talenta. Pedneliſſenſes captiuos gratis dimittere. Hoc modo Achæus bonam Pamphyliæ partem ſui iũris fecit, rebuſq; compoſitis Sardes reuertit Attalo, Pruſiæ, totiq; cis Taurum Aſiæ iam gra- C uis ac timendus. Videtur autem hyemem in Pamphylia tranſegiſſe. Harum victoriarum curſum abrupit Attalus ope Gallorum vſus. Horum aliquot examina circa Pontum incertis ſedibus errabant. Hoc ſubſidio fretus Attalus Achęi in Pamphy- D lia occupati prouinciam inuadit. Multæ ciuitates Achæi faſtum pertęſæ non grauatim Attalo ſe dedunt imprimis Ilium, Alexandria, Cumæ, Ægæa, Phocæa, Smyrna, Teos, Lebedus, Colophon.

IPSE SVA AMITTIT.

XVII. XIII.

A.M. 3783. Sel. 96. V.C. 537. Ante Dn. 215. Antiochi Magni VII. Pt. Philopatoris VI.

C. Flaminio II.
Cn. Seruilio Gemino } Coſſ.

ECLIPSES DVAE.

RErum Aſtronomicarum imperitia veteres deliquia perplexe deſcribunt. Liuius & Obſequens. *Solis*, aiunt, *orbis in Sardinia minui viſus*

eſt. *Arpiis Sol cum Lunâ pugnans ſpectatus eſt.* A Contigit hæc eclipſis Solis Februarij XI, Sabbatho, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 83. 38'. 29". Huius eclipſis non meminit Polybius, ſed tantum Lunaris, quæ XV poſt die Gallos exterruit, quia Solarem Aſiatici Galli ſpectare non potuerunt. B Attalus primo vere copias ſuas Lycum tranſduxerat, iamque ad Megiſtum fluuium peruenerat, cùm impetum eius remoratur Lunæ deliquium, quod Scaliger rectè confert in Februarij XXV. Erat Lunæ latitudo graduum 278. 58'. 37", nec potuit toto C ſuperiore anno vlla Eclipſis contingere. Galli ſuis laboribus defectionem ſideris adſimilantes ſuam expeditionem deos auerſari, aut ne vltra pergerent, vetare arbitrabantur. Attalum vrebat hæc ſtoliditas. Sed cùm nec inuitos detinere auderet, D & incomitatos dimittere, qui fidem ipſius ſecuti in Aſiam traiecerant, pudebat. Pedem igitur referre coactus etiam Alexandrienſes, Ilienſes, & Lampſacenos in patriam reducit. Et Gallos quidem circa Lampſacum aſſumpſerat. Sed eo non E contentus multos curauit deducendos per Propontidem ac Pontum ad oſtia vſque Parthenij fluuij in cuius ora Orientali agros illis inter Bithyniam & Paphlagoniam aſſignauit, vel indicauit eius loci accolas incautos à Gallis facile oppreſſum iri. At- F que hi ſunt qui Galatę vel ægoſages aut Tectoſages Galli vocantur. Quidam ,. cùm circa Helleſpontum morari & circumiacentia loca populari maluiſſent primò quidem Ilienſes obſidere auſi à vicinis Alexandrienſibus repulſi ſunt. Dein cùm occupata Abydena regione petulantiùs obuia quæque agerent, ferrent, Pruſias Bithyniæ rex incautos adortus internecione deleuit hoc vel ſequente anno. Videtur ergo falli Liuius, cùm ait primum Attalum Eumenis patrem abnuiſſe ſtipendium Gallis pendere, & prœlio victos infregiſſe. De Pruſia veriùs id dixiſſet.

Polyb. l. 5. p. 420. Scalig. in Euſeb. pag. 127.

GALLI GALATIAM OCCVPANT.

f. 447.

Liu. l. 38.

Pt. Philopator audiens Antiochi præſentiam militibus eius victoriæ cauſſam fuiſſe, tandem excuſſo veterno ad bellum accingitur, ac ineunte vere Alexandria mouens per Caſium montem & Gazam vrbem Raphiam venit primam Cœlę Syriæ vrbem, ducens, ſecum peditum LXX, equitum quinq; millia Lybicos elephantos LXXIII. Eò quoque venit Antiochus habens peditum LXXII, equitum ſex millia, Indicos elephantos CII. Cum quinque tantum ſtadiorum interuallo diſtarent caſtra, & velitationes quotidie fierent inter pabulatores & aquatores, Theodotus Ætolus tabernaculi regij, in quo Philopator cœnare, & reſponſa dare ſolitus erat, locum obſeruat, & duobus tantum comitatus noctu in caſtra eius irrepit & in tentorij, quod obſeruauerat, locum delatus tres viros, quos dormientes comperit, occidit, eoque peracto tacitus in Antiochi caſtra redit. Poſtero die comperit Philopatorem forte extra Prætorium ſuum decubuiſſe, occiſos à ſe Andream Archiatrum, & cubicularios duos, in quo ſane eſt quod & Dei

THEODOTI AVDAX FACINVS.

Dei prouidentiam, & Ætolicam audaciam admireris.

PHILOPATOR ANTIOCHVM FVGAT.

Pt. Philopator vir mulieroſus ſororem & forſan tralatitio Ægyptijs more etiam coniugem Arſinoem ſecum adduxerat, vt ludicris omiſſis viderentur res bellicas ſeriò capeſſere, & Ptolemæus quidem mulierem exuiſſe, Arſinoe virum induiſſe. Antiochus cum militum, belluarumque numero & robore præſtaret, cauſſæ iuſtis inferior victus eſt. Polycrates, qui læuum Ptolemæi cornu agebat primus in aciem duxit. Sed elephanti eius Lybici Indicorum nec aſpectum nec odorem ſuſtinere auſi protinus in fugam aguntur ac ſuorum ordines turbant inſequente Antiocho. Hoc errore agnito Phoxidas ſubductis ſuis elephantis ſiniſtrum Antiochi cornu in quo Arabes ac Medi erant, adoritur, eoque impulſo Ptolemæus quoque & Arſinoe in medio agmine ſtantes Lydos ſibi oppoſitos in fugam agunt. Victorem ſe putabat Antioch᷒, cum iuuenili temeritate Polycratem fugientem longius inſecutus monitus eſt ſibi conſulere. Tum demum videns maximam ſui exercitus partem fugam adornare, & ipſe cum ſuis Raphiam & mox Gazam fugit. Ceciderunt eo prœlio Antiochinorum peditum decem millia, equites trecenti, elephanti quinque, capti ſunt ſupra quatuor millia. Ex Ptolemaicis occiſi ſunt elephanti ſedecim, equites ſeptingenti, pedites mille quingenti. Reliquorum elephantorum pars maior ab Antiocho capta.

Antiochus ne Gazæ quidem ac A ſuis militibus ſatis fidens Antiochiam ſe recipit. Homines plerique omnes, ſed maximè Syri leuitate ingenitâ victori fauent. Tum ergo pleræque Syriæ Cœlæ ciuitates ad Ptolemæum redeunt, culpam deprecantes, ac victoriæ eius exquiſitiſſimis B quibuſque lætitiæ imitamentis gratulantes. Antiochus legatos mittit pacem poſtulaturos. Ptolemæus, cui præter ſpem obuenerat victoria, regnum auitum recuperaſſe contentus, leuiter increpitis Antiochi legatis quàm quietis & ipſe cupidus eſ- C ſet, diſſimulare non potuit. Ita primùm annuæ induciæ, dein pax firmata. Pt. Philopator quum quatuor menſes ordinandis in Syria rebus ac hilarijs concelebrandis conſumpſiſſet, ante hyemem Alexandriam cum ſorore Arſinoe & exercitu redit reli- D cto Andromacho Aſpendio Syriæ Prætore.

SYRIAM RECVPERAT.

Inter alia, quæ Pt. Philopator vitulabundus iuuenili proteruiâ in Syria deſignauit, illud vel maximè notatu dignum eſt. Hieroſolyma profectum Philopatorem & ſacris ope- E ratum inceſſit cupido viſendi templi. Conatibus eius obſtat Simon ſummus Sacerdos, docens præter Sacerdotes nemini fas id eſſe, nedum homini peregrino, incircunciſo. Eo ardentiùs Philopator id expetere, putans ſe ſupra leges eſſe. Cùm Iu- F dæi omnes anxiè ſolliciti eſſent, Deumque precibus fatigarent, vt templi ſui iura tueretur, aditum parantem regem inuadit cæcus horror, ac trepidantem conſternat, vt vix à ſuis erigi potuerit. In Ægyptum re-

3. Macab. l. 1.

TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM VIDERE VVLT.

FRVSTRA.

XXx

Digitized by Google

uerſus iram in Iudæos Ægyptienſes conuertit.

Polyb. l. 5. pag. 431.
SVCCESSVS LYCVRGI.

In Græciâ ineunte Atari ſenioris Achæorum & Agetæ Ætolorum vltra medium decurrente Præturâ Lycurgus falſis criminibus impetitus eamque ob cauſſam in exilium miſſus ab Ephoris veriora edoctis ex Ætoliâ Lacedæmonem reuocatur. Is

ARATI.

Meſſenem fruſtra tentat. Aratus Megalopolitanos inteſtinis ob egeſtatem diſſenſionibus laborantes conciliat, paciſq; conditiones æreæ columnæ inſcriptas ad Veſtæ aram in Omario collocat. Megalopolis, Tegeæ, Argiæ & Meſſeniæ fines aduerſus Lacedæmoniorum incurſiones propugnaculis ac præſidiarijs militibus communit. Achæi terrâ marique proſpera aliquot prœlia faciunt in Ætolos.

PHILIPPI.

Philippus Bylazôra maximam totius Pæoniæ vrbem nocturno impetu capit, quâ ratione Dardanijs in Macedoniam aditum intercludebat. Eâdem felicitate Meliteam ceperat, abſque culpa eorum foret, qui ſcalas iuſto breuiores fecerant. Thebas Phthiotidas tum tenebant Ætoli, atque hinc Theſſalorum rebus plurimùm incommodabant. Hanc ſpinam pedi ſuo infixam auellere cupiens Philippus Thebas acriter oppugnat, ac tandem expugnat. Incolas ſubhaſtat. Nouos è Macedo-

Polyb. l. 3. p. 229.
ANNIBAL PROFLIGAT FLAMINIVM.

niâ colonos immittit. C. Flaminius & Cn. Seruilius Conſules ignari quâ impetum facturus eſſet Annibal duabus vijs illi obuiam ituri petunt C. Seruilius claſſe Ariminum, C. Flaminius per Etruriam Arretium. An-

A nibal, vt maiorem ex improuiſo terrorem incuteret per paludes, quæ inuiæ videbantur, in Etruriam ingreditur, Arretium à dextrâ habens, Flaminiumq; cuius leuitatem percontando didicerat, quaſi deſpectum prætereuectus Etruriam late populatur.

B Flaminius ſui contemptum, & Etruriæ vaſtitatem impatientiùs ferens, ſimul perſuaſus ſe etiam ſine collegâ Annibali parem eſſe, Pœnos quaſi fugientes inſequitur tantâ præſidentiâ ac ſecuritate ac ſi ad prædam non ad prœlium iret. Hoc ipſum

C præſagiens Annibal colles deligit inter Thraſymenum lacum & Tiberim ſitos. Flaminius neque loci neque temporis, quod nebuloſum erat, ratione habitâ per anguſtum inter lacum & Peruſiam aditum copias intromittit in conuallem colli-

D bus ab Annibale occupatis ſubiacentem. Vix media exercitus Romani pars tranſierat, cùm vndique partim ex inſidijs, partim ex ſuperiore loco Romanos hoſtem procul adhuc abeſſe opinantes circumueniunt Pœni, tantamque ſtragem edunt, vt cum

E mille quingentos tantum eoſq; maximam partem Gallos deſideratint, quindecim amplius millia occiderint, totidem ceperint. Et captiuos quidem omnes Gallos Italoſue gratis dimittit Annibal, ſolos Romanos durâ cuſtodiâ detinet, ſubinde iacti-

F tans ideo ſe veniſſe vt Gallos & Italos à Romanor. iugo liberaret. Interim alter Coſ. C. Seruilius Arimino ad collegam ſuppetias mittebat equitum quatuor millia C. Centronio duce. In hos Maharbal incidens

CENTRONIVM.

alteram partem obtruncat, alteram capit. Hinc per Inſubrum, ac Picentum fines Adriatici littoris ripam longe fœcundiſſimam petit, vt tum equos tum viros itinerum per Alpes & paludes labore enectos ac tabeſcentes reficeret. Simul & portus occupaturus quibus Carthagine nuntios & commeatus accipere poſſet. His auditis quanta Carthagine lætitia, tanta Romæ conſternatio fuit. Huic malo procurando Dictator inſtituitur Q. Fabius Maximus II. vir notæ prudentiæ & Magiſter equitum M. Minutius. Flaminio Coſ. defuncto M. Attilius Regulus ſufficitur.

FABII CVNCTATIONE FRANGITVR.

Annibal equis viriſque ſanatis ac refectis relicto Adriæ campo per Prætutios, Marrucinos, Ferentanos, Arpos in Dauniam Apuliæ prouinciam peruenit omnia circunquaque peruaſtans, raptans. Eodem loci Annibalem aſſequuntur Seruilius Coſ. & Fabius Dictator. Fabius Seruilium Romam remittit Tyrrheni maris oram tutaturum. Ipſe Annibalem ſine pugna oppugnandum ſibi proponit, vt rem Romanam, quam alij temere pugnando perdiderant, ipſe cunctando reſtitueret, Annibalis ſubinde laceſſentis, & militum ſuorum pugnaturientium, atque adeò M. Minutij dicteria inſuper habens ne pedis quidem extra vallum efferendi poteſtatem militi faciebat, niſi forte Pœnos pabulandi cauſſâ latiùs ac ſecuriùs exſpatiantes intercipiendi commoda ſe offerret occaſio, vt quem vno prœlio non poterat, carptim minutis ictibus concideret.

A Annibal, quamuis id ægre ferens, tamen occaſione vtendum ratus, Venuſiam in Dauniâ muris & commeatu probe munitam vrbem capit. Beneuentanum agrum incurſat, item Samnites, inde Falernum circa Capuam in Campaniâ agrum totius B Italiæ longe nobiliſſimum, donec onuſtos prædâ per quam opimâ milites in Samnium reduxit, vt quam munitiſſimo loco hyberna ageret. Fabius appetente hyeme ſacrorum cauſſâ Romam reuocatus Minutio legiones tradens mandat, vt ciuis C ſeruandi quàm hoſtis lædendi longe ſtudioſior ſit. Minutius vna atque alterâ velitatione proſpera tantam famam ſibi comparauit, vt exemplo antehac inaudito populus Fabio Dictatori (quem ignauiæ incuſabat) Magiſtrum Equitum æquauerit. Re- D dit ad caſtra Fabius propoſiti tenax & ſuperbienti Minutio partem exercitus tradit, quam ille ſua temeritate perditum ierat, niſi Fabius opportune ſubueniens Minutium periculo exemiſſet, illuſtri exemplo docens temeritati prudentia quid præſtet.

PROSPERE AGVNT CN. SCIPIO.

E In Hiſpania Aſdrubal primo vere noua Carthagine mouet tum claſſicum XL. nauium, tum pedeſtrem exercitum ea mente vt iuxta Iberi oſtia alterum alteri coniungeret. Claſſem Punicam aggreſſus Cn. Scipio in fugam agit eò facilius, quod F Pœni paratum in pedeſtri exercitu ſuffugium videbãt. Eò acriùs inſtare Scipio, nauium Punicarum alias demergere, alias ſuarum puppibus religare, denique nauium XXV fit potens præcipua eo prœlio Maſſilien-

CN. SERVILIVS.

ſium gloria. Quin & Carthaginienſes nauibus LXX in Sardiniam, dein Piſas vſque excurrunt cum Annibale colloqui cupientes, qua ſpe fruſtratos Cn. Seruilius CXX nauibus in Cercinam vſque inſulam inſequitur, quam ne popularetur, accepta pecunia in reditu Coſſirum inſulam capit eique pręſidium imponit.

P. SCIPIO.

P. Scipio ad Cn. fratrem cum viginti nauibus mittitur. Annibal ex Hiſpaniç pleriſq; ciuitatibus quamplurimos obſides acceptos Saguntum deducendos atque Abilyci cuſtodiendos tradiderat. Poſtquam Saguntum acceſſit P. Scipio, eò venit & Boſtor Pœnus vrbem tutaturus. Abilyx Boſtorem docet non ſine periculo tot obſides vno loco ſeruari. Si parentibus reſtituantur, arctiore beneuolentiæ vinculo quàm obſidum pignore ciuitates Pœnis obligatum iri. Ipſum Boſtorem tanti beneficij autorem magnam gratiam apud omnes initurum & exquiſita munera adepturum. Annuit Boſtor, & obſides Abilyci reducendos tradit. Abilyx pręmonito priùs Scipioni loco dicto occurrit & obſides omnes prodit. Philippus Argos venit ad Nemea celebranda, quę contigerunt Panemi XII, Iulij XX. Inibi Romanos ad Thraſymenum lacum ab Annibale profligatos audiēs feriò legatos Ætolorum pacem poſtulantes audire cœpit.

PAX GRAECIAE DATA.

Quin & in Ætoliam ipſe profectus iuxta Naupactum pacem ſancit ea lege, vt quiſque parta bello tueatur. Agelao Naupactio grauiter & peritè Græcos ad mutuam concordiam cohortante, ne,

A dum inter ſe litigant, à Pœnis aut Romanis opprimantur. Eò rem veniſſe, vt vter horum bello vicerit, toti Græciæ terrori futurus ſit. Illud potiùs curandum, vt inter ſe concordes in Occidentem arma conuertant, quàm vt patiantur à Pœnis aut B Romanis in Græciam bella transferri. Pacis huius tempus ita deſcribit Polybius ac ſi vt Ætolorum ita & Elidenſium, qui tum Ætolis parebant aut fauebant, annus ab Autumno inciperet. *Romanorum*, inquit, *pugna in Etruria, Antiochi bellum in Cœ*-C*là Syriâ, & Achæorum ac Philippi pax cum Ætolis contigerunt Olympiadis* CXL *anno tertio*. Sane priora duo geſta ſunt exeunte tertio, cum Ætolis pacificatum eſt ineunte quarto Olympiadis CXL anno. Ætoli Agelao Naupactio quaſi præcipuo pacis D conciliatori primo quidem gratias agere ac Præturam deferre, mox ſuccenſere, quod omnes prædandi aditus ipſis occluſiſſet. Prætor pro ſua prudentia rumores patienter audire, furentium impetum moderari, & ad ſanitatem reuocare. Philippus Græ-E canico bello defunctus impulſore Demetrio Phario totus bellum Italicum ſpirabat. Diu noctuque vigilans & dormiens in eo totus erat. Sed priùs erant caſtigandi Illyrij Macedoniæ ac toti Gręciæ non minus graues quàm Ætoli. Vtriuſque populi F eadem erat audacia, eadem rapacitas. Itaque reliqua æſtatis & Autumni parte incurſaris latè Illyriorũ agris hyematum copias dimittit. Ipſe in Macedoniam redit.

Digitized by Google

XVIII. XIV. Olymp. cxli. A. M. 3784. Sel. 97. V. C. 538. Ante Dn. 216. Antiochi Magni viii. Pt. Philopatoris vii.

C. Terentio Varrone } Coſſ.
L. Aimilio Paullo }

3. Macab. l. 19. IVDAEI MIRACVLO SERVATI.

PHiloparor iubet Iudæos omnes in Ægypto commoranres abdicatâ religione idolis immolare. Sin autem, *εἰς λαογραφίαν καὶ οἰκετικὴν διάθεσιν ἀχθῆναι*, h. e. priuilegijs omnibus ac immunitatibus ſpoliatos vectigales fieri. Si quis obſiſtat, mancipio dari, & ſtigmatiam fieri impreſſo fronti Dionyſij, i. hederæ ſigno. Pleriquc Iudæorum tributum iniquum exoluere quàm legem violare malunt. Quod ſi quem ſacrificatum noſſent, hunc ſolenni ritu *ἀποτυμπάνιζον*
31. faciebant. Id reſciens rex iubet vndique conquiſitos Iudæos Alexandriam pertrahi. Adducta ingens multitudo. Quippe diebus xl facta deſcriptio eſt à Pachon xxv. ad Epiphi V. h. e. à Iulij ſexto vſque ad Augusti xv.

Habebat Philopator plures, quàm Philadelphus, aut quiſquam alius, elephantos, nempe quingentos. Hos vino thure condito inebriari iubet tyrannus, vt efferatæ belluę oblatos Iudæos lacerarent dentibus aut pedibus protererent. Hoc ſpectaculum ſibi, curię & toti Alexandrię gratiſſimum futurum. Poſtero die regem altus ſopor detinet vſq; ad horam prandij, cum iam tota ſpectatorum turba diffluxiſſet. Inſequenti

A die Philopatorem mandatorum capit obliuio, vt furere putaret eos qui ad ſpectaculum eum inuitabāt. Mox redit ſæuitia, & repetuntur iuſſa. Tertio die beluarum rabies in carnifices vertit. Tum denique Philopator Dei digitum hunc eſſe ſentiens
B Iudæos dimitrit non modo intactos ſed & multis honoribus ac præmijs mactatos. Terrij huius diei Epiphi vii, Auguſti xvii miraculum illuſtrauit Sabbathum. Ab eâ die vſque ad Epiphi xiv, Auguſti xxiv hilaria à Iudæis acta publicum epulum præ-
C bente rege. Et Deo quidem tum populum ſeruare ſatis fuit. Itaque regis adhuc pueri laſciuiæ pepercit. Sed quia nihilo melior factus eſt, quinquennio hinc Antiocho petulantiæ ſuæ pœnas dedit.

Seruilius & Atrilius digreſſis iam *Polyb. l. 3.*
D Fabio & Minutio legiones Annibali VARRONIS TEMERITAS.
oppoſitas regebant, eâ cautione, quam Fabius exemplo ſuo docuerat. Poſtquam cum ingenti ſupplemento in caſtra aduenere noui Coſſ. Fabij cunctationem tanto exercitui parum decoram & minimè neceſſa-
E riam putarunt, maximè Varrò ſordido genere lanij filius, ipſe inſtitor præter remeritatem etiam fœdi prauique animi vir. Aimilius contra pari cum fortitudine prudentiâ ac modeſtiâ ſeruandæ Reip. idoneus videbatur, ſi per collegam licuiſſet.
F Quoties in exercitu vel ſenatu ſimul erant Coſſ. alternis imperabanr. Annibalis aſtu paulatim eo loci res venerat vt commodo loco aciem ordinare Romanis integrum non eſſet. Eo magis pugnam detrectare Aimi-

Digitized by Google

lius. Varro prætoptare. Erant Romanis octo legiones quinum millium, h. e. legionariorum peditum quadraginta millia, ſociorum totidem, equitum ſex millia. Annibali peditum quadraginta, equitum decem millia. Pugnæ locus ad Cannas vicum Aufido Appuliæ fluuio proximum inter Cannuſium & Venuſiam vrbes. Patens vndiq; planities equitatui, quo præſtabat Pœnus, commoda erat. Pedites Pœnis pauciores quidem erant, ſed exercitati omnes. Romanis multi tyrones erant. Vnus Annibal inſtar multorum erat. Cæſa ſunt Romanorum peditum Polybio quidem ſeptuaginta duo, Liuio quinquaginta millia, capta octo millia, vix trecenti equites cum Varrone Venuſiam, peditum XM cum P. Scipione Cannuſium euaſerunt. Reliqui equites cum Aimilio, Seruilio, & Attilio ceciderunt, & ne quid infortunio deeſſet eodem anno exeunte in Galliâ L. Poſthumius Albinus Coſ. Deſignatus cum legione ſuâ internecione deletus eſt. Hanc cladem ſecuta eſt duodecim apud Brutios populorum, & multorum in Apulia, & Samnio defectio. Hactenus vrbes fidem Romanis præſtiterant. Tum multæ mediterraneis potiſſimum locis certatim Annibali ſeſe dedebant. Actumque de Rep. Romana videbatur, ſi Romam ipſam totis viribus impetere auſus fuiſſet Annibal. Sed vt Varronis triumphum ante victoriam canentis, ſic Annibalis victoria vti neſcientis cõfidentiam fruſtratus eſt Deus, cui tam facile eſt afflictos erigere, quam

CLADES CANNENSIS.

A ſuperbos deijcere. Hactenus Polybij τὰ σωζόμενα. Nam quæ ſequuntur ſunt tantum fragmenta ſitim lectoris excitantia potiùs quàm reſtinguentia.

Primus Annibalem cedere docuit M. Marcellus Nolam propugnans B Campaniç oppidulum, cum iam Capua caput campaniæ Annibali ſeſe dedidiſſet. Sed & Capuæ perfidia Annibali exitioſa fuit. Siquidem inuictum laboribus ac prœlio militem fregerunt Capuanæ deliciæ. Ipſe Annibal, quaſi vires ſuas omnes ef- C fudiſſet, aliquandiu torpere viſus. Alium diceres. In Hiſpaniâ Aſdrubal inuitus quidem ſed iuſſus à Senatu Carthaginienſi tranſitum in Italiam cogitabat Himilconem ſucceſſorem relicturus. P. & Cn. Scipiones eo audito pugnæ aleam ſibi ten- D tandam putarunt, potius quàm patiendum vt Annibali iunctus frater labantem iam Italiam opprimeret. Hiſpanorum ea mens erat, vt in patriâ vinci, quàm victores ad peregrinum bellum trahi mallent. Itaq; non tam metu quam volentes à Scipio- E nibus fugati ſunt. Et hos ſtatim ſecuti ſunt Numidç. Quamobrem Aſdrubal quoque cum reliquo exercitu poſt acrem dimicationem fugere coactus eſt. Romæ poſt multam trepidationem ſumptis animis Dictator factus M. Iunius Peta & T. Sem- F pronius M. E. Supplendo militi conſcripſerunt quotquot maiores erant annorum XVII. Quoſdam etiam iuniores. Quatuor ex his legiones & mille equites effecti. His addidere octo millia iuuenum validorum ex

CAPVA ANNIBALI CANNAE.

Liuius Decad. 3. l. 3.

SCIPIONES ASDRVBALEM FVGANT.

ROMAE IN MILITES SEVERITAS.

ſeruitijs priùs ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare, emptaque publice armauerunt. Volones dicti ſunt. Hic miles magis placuit, cùm totidem captiuos minore pretio redimendi copia fieret. Datum id diſciplinæ militari, quia & minus ſtrenuè pugnaſſe & nimis facile caſtra & arma Annibali tradidiſſe dicebantur, cùm licuiſſet proxima poſt Cannenſem cladem nocte cum alijs aliquot Cannuſium euadere. Tam duræ ſententiæ autor fuit T. Manlius Torquatus, cùm curiæ veſtibulum obſiderent captiuorum parentes magno eiulatu, & ipſe Senatus multos in eo numero cognatos aut affines haberet.

Sed & milites qui euaſerant, quia commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſe dicebantur, in Siciliam ablegati ac exautorati quatuor circiter annos infames manſerunt. Tam præfractum rigorem eo magis mireris, cum C. Terentio, cuius temeritas cladis Cannenſis præcipua cauſſa fuerat, Romam redeunti gratias egerit Senatus, quod de Rep. non deſperaſſet, & in Piceno quatuor annos continuatum imperium, & tribunis militum honos ſeruatus. Adeo Romanis fixum & immotũ manebat in milite nullum crimen eſſe capitalius ignauiâ & erga ſuos duces inobedientia. Pœni contra militi facile cõdonaſſent, duces certè Varronem excarnificaſſent. Et hæc mirari licet. Sed audi, quod deteſteris. Romana ſacra humanis hoſtijs imbui minime ſolebant. Tum verò fatalibus libris inſpectis extraordinarijs ſacrificijs

SVPERSTITIO CRVENTA.

A deos placare viſum. Inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro Boario ſub terra viui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum. Hæc piacula expreſſit ira in Gallos, qui acciuerant, & in magnæ Græciæ incolas quorum plerique admiſerant Anni- B balem. Plutarchus addit annua facta hæc ſacra menſe Nouembri, ſed quod ait ante annos decem Gallico bello id inſtitutum minus veriſimile eſt.

Plut. in Marcello.

Sed enim *magnus* ſcilicet *cæleſtibus iniectus eſt rubor vlterius aduerſus eam* C *ſæuiendi gentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerat, maximè quod triginta poſt Cannenſem cladem diebus matres, filiæ, coniuges, ſorores nuper interfectorum abſterſis lacrymis, depoſitiſque doloris inſignibus, candidam induere & aris dare* D *thura coactæ ſunt, vt Cereris ſacra peragere poſſent.* Pari Valerius impudentia cladem Cannenſem imputat *iræ Iunonis, quod cùm Ludos Circenſes Varro Ædilis faceret, in Iouis templo eximia facie puerum hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet.*

Val. Max. l.1.c.1. RIDICVLA.

E Scerdilaidas cum audiſſet claſſem à Philippo magno ſtudio inſtrui, hæc in ſe parari ratus Romanos auxilium poſcit. Illi ex Lilybetana claſſe decem naues ei ſubmittunt. Cumq; Rhegium præterlaberentur, Philippus Cephalleniam ac Leucadem præ- F teruectus in Italiam cogitabat: cum audito de Romanæ claſſis aduẽtu rumore derepente cum ipſe tum tota eius claſſis Panico terrore corripitur, & in Cephalleniam, ac dein in Macedoniam redit. Sine damno qui-

Polyb. l.5. p.446. PHILIPPI TIMOR PANICVS.

Digitized by Google

dem in præſens ſed non ſine riſu ac probro.

p. 443.

Timoxenus Achæorum Prætor Arato Seniori ſuccedens totum ſe pacis artibus tradit, ad quas Peloponneſij à natura ſupra reliquos homines egregie facti ſolettiæ ſuæ fructum minime omnium percipiebant, cùm ob alia gentis humanæ vitia, tum maximè quia ea quiſque ardentiſſimè expetit, quæ lex vel natura ipſi negauit. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Antiochus finitis iam annuis inducijs ac firmata cum Pt. Philopatore pace, Taurum tranſgreſſus inita cum Pruſia ſocietate Achæo cognato ſuo ſed perduelli bellum infert.

XIX. XV.

A. M. 3785. Sel. 98. V. C. 539. Ante Dn. 215. Antiochi Magni IX. Pt. Philopatoris VIII.

Ti. Sempronio Graccho }
Q. Fabio Maximo Verrucoſo III. } Coſſ.

Liuius decad. 3. l. 3. SVPERSTITIOSAE TRICAE.

T. Sempronius Idib. Martijs Conſulatum init ſolus. Aliquantoque poſt M. Claudium Marcellum II. Coſ. creat, magno omnium conſenſu, quod Marcellus primus poſt Cannenſem cladem cum Annibale proſpere pugnauerat. Sed quia tum primum ambo Coſſ. plebeij erant, exorto forte tonitru augures Marcellum vitio creatum pronuntiarunt. Senatus cenſuit dijs improbari duos ſimul è plebe Conſules peti. Igitur in Marcelli locum ſuffectus Fabius. Neue quid ſuperſtitioni deeſſet, mare arſiſſe, lapidibus pluiſſe, equum ex boue natum referebant. His prodigijs expiandis nouendiale ſacrum fuit.

Q. Fabius edicit vt omnes ex agris frumenta in proximas vrbes conuehant ante Kal. Iulias. C. Terentio procoſ. Picenus ager M. Valerio maritima inter Bruduſium & Tarentum ora nauibus XXV tutanda datur. T. Octacilio Craſſo Sicilia. T. Manlio Torquato bis Conſuli Sardinia.

Carthaginienſes in Sardos defectionem à Romanis molientes Aſdrubalem Caluum & Hannonem, in Hiſpaniam verò Magonem mittunt Annibalis fratrem. Vtriq; duodena peditum millia, equites MD, talenta millena data. Calui claſſis naufragio in Baleares inſulas proiecta eſt, ſeroque & ægre in Sardiniam reuerſa Harſicoræ defectionis autori ſe iungit. Neque multò poſt pugna pugnata, qua T. Manlius duodecim hoſtium millia cæcidit, quatuor fere cœpit in his Aſdrubalem & Hannonem duces. Harſicora ſibi mortem conſciuit. Manlius totam Sardiniam ad officium reuocat.

FACTIONES INTER PHILIPPVM ET ROMANOS.

Philippus legatum Xenophanem ad Hannibalem mittit. Is à Romanis captus confidenter ait ſe ad Romanos miſſum. Mox Romam ire fingens Capuam verſus deflectit. In reditu iterum capitur & Romam cum Hannibalis legatis perducitur. Ita compertum, quid ambo conſilij caperent. Philippus, qui nuper totam Italiam ſpe deuorabat, tota Italia

lia Pœnis cedebat. Pœni Philippo A omnia quæ trans Ionium mare ſita erant, largiebantur facili partitione prędæ, quá neuter tenebat. Philipp⁹ nouos ad Annibalem legatos mittit, Heraclitum Scotinum, Critonem & Soſitheum. Hi tutò tulerunt & retulerunt mādata. Sed ita vt hæc æſtas B inutiliter Philippo tranſacta fuerit. Romanis interim ſtrenue ſe non tantum ad Pœnos propulſandos, ſed & ad Macedonas, ſi daretur occaſio, vltrò laceſſendos ſeſe apparantibus. Annibal interim modo Neapolim, modo Cumas fruſtra tentat percu- C piens habere maritimam aliquam vrbem. Cumas Sempronius Coſ. Nolam Marcellus, qui conſulatum abdicarat, tutabatur, & Samnites, qui ad Annibalem defecerant, longe lateque populabatur. Hanno cum ſupplemento Carthagine aduecto à D T. Sempronio Longo fugatus duobus hominum millibus amiſſis finibus Lucanis pulſus ad Annibalem venit. Ambo Nolam obſident. Sed qui tot conſulares exercitus fuderant, tum luxu torpentes legionem vnam ſuſtinere non potuerunt. Han- E no in Brutios, Annibal in Appuliam hyematum ſecedunt. Hannoni ſeſe dedidere primò Locrenſes, dein Crotoniatæ ſponte plebis inuito Senatu. Quia enim Carthagine plebs, Romæ Senatus præcipuam autoritatem obtinebat, in Italiæ quoque F ciuitatibus paſſim plebeij Pœnis, Senatores Romanis fauebant non tam Romani, quam ſui Senatus odio, Annibalis metu, & rerum nouarum ſtudio.

ANNIBALI FAVENT PLEBEII.

In Hiſpania Aſdrubal & Mago Annibalis fratres & Amilcar ſiue Himilco Bomilcaris filius Illiturgi oppidum, quod ad Romanos defecerat, oppugnabant. P. & Cn. Scipiones per medios hoſtes in vrbem irrumpunt, frumentum aduehentes. Tum cōfirmatis oppidanis eruptione facta Aſdrubalis caſtra adoriuntur. Suppetias veniunt Amilcar & Mago. Concurritur. Pœnorum LX, Romanorum XVI millia pugnabant. Sed Romani pro aris & focis, Hiſpani alienæ ambitioni militabant. Igitur fugati omnes, occiſi amplius ſedecim millia. Pœni nihilominus Incibili vrbem obſident eodem ſucceſſu, tredecim amplius hominum millia deſiderarunt præter captiuos ad terna vtroque prœlio millia. Hic ſucceſſus magnam Hiſpaniæ partem Romanis conciliauit.

SCIPIONVM FOELIX GENEROSITAS.

In Græcia Meſſenijs inteſtino bello laborantibus Aratus Senior XV Prætor pro cæterâ animi in apertis dimicationibus lentitudine ſeriùs ſuppetias venit. Tantò lubentiùs accurrit Philippus, oleumque incendio addens Optimates quidem rogitabat, annon haberent leges, quibus poſſet frenari Tribunorum & plebis audacia. Populi contra oratores ſiue Tribunos, an non eſſent ipſis manus, quibus tyrannorum impotentia coerceatur. Dum mutuo odio flagrant & cædib⁹ vrbem complent Meſſenij, Philippus arcem vrbis Acrocorintho non minus munitam occupat. Hæc vbi vidit Arati filius Philippi deliciæ iuuenili libertate ſuum amaſium conuitijs onerat,

Plut. in Arato p. 1919.

DEGENERAT PHILIPPVS.

etiam turpem vocitans, qui olim formoſius falſò ſibi viſus fuiſſet. Et hæc audiens pater Aratus ſenior ſilentio ſuo comprobabat, deincepſq; à Philippo, quem totum in malas artes ruere videbat, ſe ſubduxit.

ET HIERONYMVS. In Sicilia Hiero nonagenarius mortis diem obit. Erat illi nepos Hieronymus annorum admodum xv, filiæ tres nuptæ Andronodoro, Zoilo, & Soſippo, quibus duodecim alios adiungit Hiero tutores Hieronymi futuros, conteſtatus imprimis vt fidem erga populum Rom. quinquaginta annos à ſe cultam inuiolatam ſeruarent. Andronodorus Hieronymum monet eſſe ipſi ſupra ætatem corporis & ingenij vireis: exueret iugum & regnum capeſſeret. Hæc quo falſiora erant, eo faciliùs credita ſunt. Ita Andronodorus ſpecie abdicantis collegarum vires in ſe vnum conuertit. Dum Hieronymus faſtu, luxu & ſcortationibus regem agit. Nec meliora Zoilus & Thraſo ſuadebant, niſi quod Thraſo tutius cenſebat Romanis fidem ſeruare, quàm ad Pœnos deficere. Quò carior Syracuſanis Hiero fuerat, cultu victu & comitate ciuem, ſolâ liberalitate & ſollicitudine Principem agere ſolitus, eò odioſior euaſit tam diſſimilis nepos.

Coniurant igitur in Tyrannum non pauci, è quibus vnus Theodorus accuſatus poſt multa tormenta pro coniuratis peſſimos quoſq; Tyrannidis miniſtros atque in his Thraſonem inſimulat. Confeſtim oppreſſi omnes. Sublato Thraſone Andronodorus aperte contendit victores Pœnos victis Romanis anteponendos, nemine iam contradicente, & Hieronymo iniquiſſimis quibuſque conſilijs aurem accõmodante. Iamque in Romanos expeditionem parabat, cum recrudeſcens coniuratio furentis iuuenis conatus intercepit. Occiſus Leontij tyrannus à Leontinis primò deſideratus, mox auditis eius ſceleribus ac fœdiorib⁹ libidinibus miſericordiâ in iram mutatâ per plateas raptatus eſt. Syracuſis Andronodorus primò regiam ac inſulam præſidijs obſepſerat, mox concurſu multitudinis territus vultu ad ciuilitatem compoſitô benigne plebem alloquitur, arma deponit, libertatem ciuibus reddit. Cõcordiæ ſanciendæ Prætores fiunt Andronodorus ipſe & coniuratorum principes Theodorus, Soſis, Themiſtius.

XX. XVI.

A. M. 3786. Sel. 99. V. C. 540. Ante Dn. 214. Antiochi Magni x. Pt. Philopatoris IX.

Q. Fabio Maximo Verrucoſo IV. M. Claudio Marcello III. } Coſſ.

IAm Romanis duodecim legiones erant præter Scipionum in Hiſpania copias. Sex legiones addi placuit. Vt binæ Conſulibus darentur, totidem Q. Mutio in Sardinia, P. Cornelio Lentulo in Sicilia, M. Pomponio in Gallia, T. Graccho Luceriæ, Q. Fabio Prætori in Appulia, totidem Romæ manerent. Singulas *T. Liuius Decad. 3. l. 4.* FABII CONSTANS FIDES.

regerent C. Terentius in Piceno, M. Valerius circa Brundiſium, præter naues CL. Videbanturque percommode ſelecti Conſules qui Annibabali opponerentur, vt Fabius Clypei, Marcellus gladij vice fungeretur. Fabius prius ciues ſuos, quàm Pœnos debellandos habuit. Compluribus enim iniurijs populi laceſſitus, nunquam ſibi Reip. iraſci permiſit. Hac ſui in ciues amoris perſeuerantia etiam infenſiſſimos in admirationem ſui pertraxit.

Val. Max. l. 3. c. 8.

Hoc non fit verbis, Marce, vt ameris, ama.

FELICITAS GRACCHI.

Hannoni Beneuentum cogitanti obuiam it Gracchus Luceria profectus cum Volonibus. His libertatem pollicetur, modo ſtrenuè pugnent. Iam annum integrum militari diſciplina imbuti non pœnitendam operam nauauerant. Tum verò ſpe libertatis animoſiores facti Hannonem facile profligant, & ad caſtra vſque inſequuntur. Cùm etiam caſtra oppugnare iuberet Gracchus, quatuor millia Volonum ſecedunt. Gracchus nihilominus cum reliquis Volonibus & liberis aliquot capitibus caſtra adortus expugnat, magnam ſtragem edit. Hanno ægre cum duobus militum millibus euadit deſideratis XVM, quos Romani trucidauerant aut ceperant. Gracchus Volonibus quidem omnibus libertatem largitur, ſed ea lege, vt, qui ſeceſſerant, nunquam niſi ſtantes cibum caperent, donec ſtipendia peregiſſent. Annibal Neapolim & Puteolos fruſtra tentat. Tum Nolam à plebe accitus à Marcello Coſ.

ET MARCELLI.

A profligatur, maiore tamen probro quàm damno, quia Marcellus equitum penuria fugientes longiùs inſequi auſus non fuerat. Pœnus duo millia, Romanus quadringentos milites amiſit.

BREVIS.

Marcellus à Fabio collega accitus
B Caſilinum petit, oppugnat. Vrbs inter colloquia cunctationemque petentium à Fabio fidem à Marcello capitur, neque multò poſt Marcellus Nolam reuerſus in morbum incidit. Gracchus ſucceſſu elatus Hannonem in ſequens in Lucanis licen-
C tiùs agit. Hanno effuſe palatos adortus haud multo minorem, quam à Beneuento acceperat, reddidit cladem, non tam occiſorum numero, quàm quod in Brutios, ne Gracchus aſſequeretur, raptim concedens pro fugiente victorem ſe oſtentabat.

ANNIBALI SEGNESCENTI.

D Annibalem Tarentina plebs arceſſit. Senatus M. Valerium Proprætorem. Marcus T. Valerium legatum mittit. Titus Annibalem anteuertit, vrbemque ita communit, vt eorum, qui clam Annibali fauebant, comparere auderet nemo. Ita deluſus An-
E nibal Salapiam tendit meritò ſibi quàm Tarentinis potiùs ſuccenſens, quod dum Nolam tentat, Tarenti occupandi occaſionem effluere ſiuerat. Itaque cum ſocios Romanorum quàm ſæuiſſimè infeſtaret, Tarentino agro pepercit. Interim Fabius
F Coſ. in Samnitibus Compulteriam, Teleſiam, Coſſam, Melam, Orbitanium, in Lucanis Blandas, in Apulia Ancas expugnat paucis diebus. In his vrbibus hoſtium XXVM capta aut occiſa.

INEQVITAT FABIVS.

SYRACVSANORVM FVROR.

In Siciliâ ex Hieronis ſtirpe ſuperant filiæ duę Demarata Andronodori, Heraclea Soſipij coniuges, & Harmonia Gelonis filia, Hieronis neptis. Soſippum auunculum Hieronymus ſpecie legationis in Ægyptum ablegauerat. Harmoniam ambit Themiſtius Prætor. Lubens annuit Demarata mulier ambitioſa maritum vſque ſtimulans ad patrium regnum repetendum. Igitur conuenit inter ipſos vt occiſis reliquis Prætoribus & optimatum potentiſſimis quibuſque Hieronis regnum inter ſe partiantur Andronodorus & Themiſtius. Sed detecta coniuratione ipſi nec opinantes in Senatu iugulantur. Audito tumultu populus primò fremere ac Prætoribus ſuccenſere, mox vbi Demaratæ conſilia edoctus eſt, non modo factum laudare, ſed & exclamare ex Tyrannicâ ſobole ne catulum quidem relinquendum.

Continuò in Hieronis domum irrumpitur, Demarata & Harmonia ſtatim iugulatæ ſunt. Heraclea in ſacrarium illapſa cum filiabus tenellis aliquantiſper percuſſores morata eſt caſtiſſima & proba mulier Hierone patre digna. Sed lymphatos ac ſanguinem ſpirantes nec Hieronis memoria, nec Heracleæ innocentia mouit, quin matris & filiarum cruore aras adſpergerent. Vix dum cæde perpetrata nuntius aduenit populi nomine iubens vt Heracleæ parceretur. Adeò varia & cæca ſunt furentis populi conſilia. Miſeratio in iram vertit. Prætoribus occiſis ſufficiendos conclamant alios, & quaſi libertatis autoribus iraſcentes, quos ipſis

A maxime diſplicituros norant eligunt Hippocratem & Epicidem ab Annibale pridem miſſos ad Syracuſanos Pœnis conciliandos.

App. Claudius opportuno aduentu in præſens malum id diſtulit. Hippocrates cum mercenarijs aliquot & B transfugarum duobus millibus in Leontinos amandatur. Eodem venit frater Epicides. Hi Leontinos ſtatim in Romanos incitant. Marcellus Coſ. iam à morbo conualeſcens in Siciliam delatus queritur apud Syracuſanos de fœderis viola- C tione. Illi rem iniuſſu ſuo à Leontinis factam excuſant. Marcellus ſtatim Leontinos adortus primò impetu capit, transfugas omnes occidit, cæteris parcit. Eò Syracuſani pergebant quaſi & ipſi Leontinos oppugnaturi. Nuntius illis adfertur Leon- D tinos captos & ad vnũ omnes interfectos. Solos Hippocratem & Epicidem Herbeſſum euaſiſſe. Syracuſani Cretẽſes pręmittunt, qui Herbeſſum petant & Hippocratem ac Epicidem ſibi dedi expoſtulent. Hippocrates literas Prætorum Syracuſanorum E nomine fingit, quibus Marcello gratias agebant quod de Leontinis ſupplicium ſumpſiſſent. In eâdem noxâ eſſe mercenarios omnes. Has quaſi interceptas Cretenſibus legi iubet. Tum ſubornat teſtes, qui iurent ſuis oculis viſa, quæ rumor ſparſerat. F Tum vero fremere omnes, Romanorum ſęuitiam & auaritiam incuſare, & Hippocrate ac Epicide ducibus Syracuſas redire. Prætores nec quicquam reclamantes primò inſuper habentur, dein etiam iugulantur. Ita

A MARCELLO CASTIGATVS.

Syracuſani paucos dies libertate potiti ſuâ credulitate nequiſſimos dominos & Romanorum odium ſibi conciliarunt.

ARCHIMEDIS INGENIVM.

In tanto tumultu eadem facilitate vaſta vrbs capi poterat, quâ Leontini, niſi Archimedes pridem ab Hierone prouiſis munimentis ingenioſe vtens impetum Marcelli moratus fuiſſet. Incomparabilis & fidem propemodum ſuperans vnius hominis ſolertia Siciliæ exitio fuit. Dum enim Marcelli inſultus terrâ marique ludificatur, ab Italia in Siciliam bellum transfertur, Romanis retinere, Pœnis recuperare opulentiſſimam inſulam toto niſu molientibus. Himilco peditum xxv, equitum tria millia, elephantos xii ad Pachynum exponit, Heracleam & Agrigentum volentes recipit. Murgantini præſidium Romanum Himilconi produnt. Ænnenſes à L. Pinario claues vrbis repoſcunt. Ille primo tergiuerſari, diſſuadere, rem ad Marcellum Coſ. referendam dictitare, poſtremo ſaltem rogitare, vt ſibi cum populo liceat eâ de re agere. Eo impetrato proximâ nocte milites hortatur, quid facto opus ſit. Poſtero die in theatrum venit, eadem quæ pridie repetit, vbi ſurdis ſe canere vidit, excuſſâ togâ ſignum dat militibus, qui protinus id cōſpicati in turbam inermem armati proſiliunt, & caueâ concluſam contrucidant.

SICVLIS DAMNOSVM.

IMPRIMIS PINARII IMMANITAS.

Facinus hoc probauit Marcellus quaſi neceſſarium. Deus ſibi diſplicere euentu teſtatus eſt. Quippe Pinarius vnam vrbem perdere, quàm amittere malens totam fere Siciliam

A à Romanis alienauit, multoque latiùs ſerpſiſſet incendium, niſi Marcellus partim inuictæ fortitudinis metu, partim æquitatis ac manſuetudinis admiratione Siculos in officio continuiſſet, aut etiam in defectionem prolapſos ad officium re- B uocaſſet. Dum his intendit animum & Archimedes vnus Romanis quouis exercitu terribilior videtur, propius ſuccedere metuentibus Syracuſas circunſidere quàm circumuallere ſatius viſum eſt.

Romanorum ſocietatem ante an- C nos quindecim amplexæ fuerant Oricum, Apollonia, Epidamnus. Hanc Ionij maris oram priùs expurgandam ratus Philippus, quàm vlteriora tentanda cxx biremibus eò appellit. Oricum non magno labore captum modico pręſidio tuetur. Apol- D loniam maiore apparatu oppugnat. Hæc M. Valerius Leuinus audiens T. Valerio Brundiſij oram tutandam tradit. Ipſe Ionium pelagus emenſus Oricum primo impetu reciperat. Tum è veſtigio milites Apolloniam ducit eâ viâ, quàm à Philippo mini- E me obſeſſam ſciebat, vrbemque nocte ingreſſus die ſequente vires Apolloniatum recognoſcit. Inſequenti nocte ſilenti agmine egreſſus caſtra offendit ſomno vinoque ſepulta. Quod ſi cædem aliquantiſper diſtuliſſet, regem ipſum in Prætorio F oppreſſerat. Philippus tumultu excitatus ſeminudus euadit, & ſubductis aut incenſis nauibus terreſtri itinere in Macedoniam redit deſideratis tribus admodum millibus hominum.

PHILIPPVS ROMANOS VEXAT.

SVO DAMNO.

In Hiſpania Pœni Illiturgi pidum

CN. SCIPIONIS VICTORIAE.

A priore anno obſeſſum iterum tentant eodem quo pridem ſucceſſu. Quippe Cn. Scipio per medios hoſtes in vrbem penetrauit, tum eruptione factâ duobus prœlijs ſupra XIIM occidit, XM capit. Totidem cæſa dicuntur ad Mundam, tria millia capta. B Eoque die caſtra Punica capi potuerant abſque Cn. Scipionis vulnere fuiſſet. Mercenarij paucis in diem aſſibus corpus & animum æſtimantes, modo pecunia ſuppeteret, in dies noui ſufficiebantur. Scipio, dum femur tragulâ confixum ſanatur, C in aciem lecticâ infertur & ſic quoque octo hoſtium millia occidit, in queis duo Gallorum reguli erant. Sagunthum ſexto, poſtquam occupauerat Annibal anno receperat Scipio, & cultoribus antiquis, quos vis reliquerat belli reſtituit. D Turdetanos Sagunthini excidij autores capit & ſub coronâ vẽdit.

ROMA IN ADVERSIS SAPIENS.

Romæ nunquam magis vigebant leges quàm vrgente bello. Cenſores P. Attilius & M. Attilius multos tribu mouerunt, atque inter hos L. Metellum, quod deſerendæ poſt Cannenſem E cladem Italiæ conſilium iniiſſe dicebatur, ærarium fecerunt. Publicorum operum redemptores nihil ab inceptis remittunt mercedem poſt belli demum exitum poſtulaturi. Militem puduit à publicanis honeſtate vinci. Itaque mercenarius cenſebatur, F ſi quis ſtipendium flagitaret. In exitum belli ſpes ſuas differentes gratuitam interim operam patriæ præſtabant. Fabio comitiorum cauſſâ Romam reuerſo populus filium eius Cõſulem deſignat, præmium hoc patris virtuti rependens & vt pater filio nomine legati à conſilijs eſſet. Comitijs peractis pater in exercitum redit.

XXI. XVII.

A.M.3787. Sel.100. V.C.541. Ante Dn.213. Antiochi Magni XI. Pt. Philopatoris X.

Q. Fabio Maximo Q.F. } Coſſ.
Ti. Sempronio Gracho II.

Liuius Decad. 3. L. 4.

PATER FILIO CEDIT.

FAbio Coſ. ad exercitum venienti pater obuiam iens iam vndecim lictores præteruectus erat, equo præter ius inſidens lictoribus reuerentiâ paternæ maieſtatis id diſſimulantibus. Filius per vltimum lictorem iubet patrem ex equo deſcendere. Tum pater filio lubenter obſequens. *Experiri*, inquit, *volui, fili, ſatin' ſcires te conſulem eſſe*. Exemplum hoc reuerentiæ magiſtratibus exhibendæ eò illuſtrius eſt quod Romæ patribus in filios ius vitæ ac necis erat.

FABIVS ARPOS RECVPERAT.

His offert ſe Caſſius Altinius Arpinas, qui patriæ Annibali prodendæ autor fuerat, viam docens, quâ Arpos recuperare poſſit. Conſuli conſilium eius neglectum non eſt. Sed ipſe in cuſtodiâ habitus veluti patriæ bis proditor. Eo audito Annibal Caſſij vxorem ac liberos viuos comburi, bona proſcribi, Arpos à quinque hominum millibus cuſtodiri iubet, cùm ciuium armatorum millia tantum tria eſſet. Fabius nihilominus Arpos pergit, portæ turiſſi-

Digitized by Google

mo eoque neglectiſſimo vrbis loco A ſitæ ſcalas admoueri imperat nocte illuni ac tum forte procelloſiſſimâ quæ cauſſa fuit vt priùs refracta fuerit porta, quàm ſtrepitus auditus. Pœni inſipientiſſimo conſilio primos Romanis objiciunt oppidanos. Athi Conſulis verbis deliniti B ſtatim Romanis ſe dedunt, eoſque ſequuntur Hiſpani numero mille, id vnum ſtipulati vt Punicum præſidium ſine fraude emitteretur, hactenus Pœnis, deinceps Romanis fidi ac ſtrenui.

Liuius decad. 4. l. 4.

OPPII LEX SVMPTVARIA

Cùm exhauſto ærario à priuatis vndecumque corraderentur C pecuniæ, vt neceſſarijs impenſis ſufficere poſſet Reſp. ſuperfluis interdicendum cenſuit C. Oppius Tribunus plebis. Eo referente lex fertur, *ne qua mulier plus ſemunciâ auri haberet, neu veſtimento verſicolori purpureoue vteretur: neu iuncto vehiculo in vrbe* D *oppidoue aut propiùs inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſſâ, veheretur.* Ea lex vndeuiceſimo poſt anno abrogata eſt. Tum, vt ſalutaris, & non iniqua videretur, faciebat impendentis ab hoſte periculi metus.

AFRICAE POTENTES.

In Africâ Mauritaniam Tingitanam E regebat Bochar forſan & Cæſarienſis Mauritaniæ partem. Maſæſylos Syphax. Cirtha Syphacis regia erat. Ptolemæus Maſæſylos in Mauritaniâ Cæſarienſi locat. Cirtham in Numidiâ. Liuius Syphacem Mauris affinem vocat. Rectiùs dixiſſet eum F partim Mauritaniæ, partim Numidiæ imperaſſe. Alteram Numidiæ partem obtinebat Gala. Sequentia Carthaginienſes Cyrenem vſq;. Ptolemæi cæteram maris oram Ptolemaidem vſque. Syphax Carthaginienſibus infenſus rebus eorum incommodabat. Hi in Syphacem animant Galam, vt alieno ſumptu ac periculo bellum gererent.

MASANISSA GALAE FILIVS.

Prouinciam hanc lubenter ſuſcepit Galæ filius Maſaniſſa xvii annos natus. Is poſt aliquot pugnas proſperè pugnatas Syphacem adigit ad pacem petendam, tertioque poſt anno rebus in Africâ compoſitis in Hiſpaniam proficiſcitur Pœnis auxilio futurus aduerſus Romanos, quibus tandem poſt annos octo amiciſſimus factus eſt.

XXII. XVIII. Olymp. cxlii.
A. M. 3788. Sel. 101. V.C. 542.
Ante Dn. 212. Antiochi Magni xii. Pt. Philopatoris xi.

Appio Claudio Pulchro
Q. Fuluio Flacco III. } Coſſ.

Liu. decad. 3. l. 5.

Hoc & ſuperiore anno binæ legiones adiectæ. Summaque trium & viginti legionum effecta. Delectui conficiendo lex lata, vt qui minores xvii annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi maiores xxvii annorum eſſent.

TARENTINI.

Tarentini obſides Romę in atrio Libertatis paulò liberiore cuſtodia detinebantur. Hi impulſore Phileâ effugere conati ac in vrbem retracti iuſſu populi virgis cæſi de ſaxo deijciuntur. Pridem plebs Tarentina Annibali fauebat. Tum etiam nobilium multos obſidibus cognatione iunctos ſupplicij atroci-

Digitized by Google

ANNIBALI SE DEDVNT.

tas irritauit. Sed arx valido præſidio, A vrbs quoque à multis militibus renebatur. Eò cautiùs agi viſum. Philomenes per ſpeciem venandi & ab hoſtibus prædas agendi noćte concubiâ ſæpe prodire ſolitus tandem Annibalem cum X M hominum in vrbem introduxit. Annibal per præ- B conem ſignificat ſolos ſe Romanos petere. Multi tamen ciues in arcem cum Romanis fugiunt ſitu & arte munitiſſimam.

INEPTO VATRAMENTO.

Cum anno ſuperiore Senatus damnaſſet omnes nouos & peregrinos ritus, planus aliquis in medium pro- C fert verſus quaſi pridem à Martio vate conſcriptos. Hos recitat Liuius verbis plane interuerſis, vt proſæ orationis ſpeciem exhibeant. Ij ſic fere videntur ſcripti.

Amnem Trojugena Cannam Romane caueto
Ne te alienigenæ cogant campo in Diomedis
Conſeruiſſe manus. Sed enim neque tu mihi credes.
Sanguine dum campum compleris. Multa tuorum
Millia cæſa in pontum magnum deferet amnis E
Frugiferâ ex terrâ. Tum piſcibus hæc auibuſque,
Quaque colunt latè terras feræ, ijs caro fiet
Eſca tua. Hæc etenim mihi Juppiter omnia fatur. F

Hæc clarè impoſtor rem geſtam videlicet vaticinans. In ſequentibus ſubobſcuriùs hariolatur.

Hoſtes, Romani, vomicamque expellere ſultis
Quæ longè venit, votandos cenſeo ludos,
Comiter hi fiant Appollini rite quotannis.
Ex publico partem populus cum fecerit, ipſi
Priuati conuaſanto pro ſe q; ſuiſque.
Præerit, qui ſummum populo plebique dabit ius.
Græco hoſtis ritu faciat hæc ſacra Decemuir.
Hæc ſi faxitis rectè, gaudebitis ſemper
Veſtraque res fiet melior, veſtrumque duellem
Js diuus extinguet, qui campos placidu' paſcit.

INSTITVTI LVDI APOLLINARES.

Senatus hæc τεχνάσματα pronis auribus excipere ſolitus mandat Decemuiris vt libros inſpiciant, Sibyllinos videlicet, bonos ſanè & obedienres. Hi Martiano carmini cõgruentia ca- D nere iuſſi. Apollini & Latonæ duob⁹ bobus totidemq; capris auratis ſacra Græco ritu fiunt. Hæc eſt ludorum Apollinarium origo, qui primò quidem incertis, dein ſtatis diebus fieri ſoliti III Non. Quintiles ex S. C. facto quadriennio poſt anno V. C. 546.

FVLVIVS CAPVAM OBSIDET.

Quum Coſſ. anno ſuperiore Capuanum agrum populati eſſent, iamque Capua frumenti inopia laboraret, Capuani legatos Tarentum ad Annibalem mittunt, docent obſidionem à Romanis parari, ſeque iam obſeſſorum mala tolerare. Annibal Hannonem mittit, qui frumentum vndecunque conuectum Capuam importet. Vbi Beneuentum acceſſit Hanno, tria ab vrbe millia paſſuum edito loco caſtra ponit & accurate communit,

Digitized by Google

communit, illinc frumentationi operam daturus. Capuanos monet vehicula ad ſe quamplurima mittant. Dum Capuanorum ſocordiâ lentiùs res procuratur, Fuluius Coſ. Beneuentum accitus aduenit, compertoque Hannonem ipſum frumentatum iuiſſe, caſtra carris & incondita turbâ plena eſſe, quartâ noctis vigiliâ egreſſus ante lucem caſtra adoritur. Sed quum munito & arduo loco ſita eſſe videret, milites plurimos iam ſauciatos, animum deſpondens receptui canit. Milites contra deſpectâ Conſulis ignauia perſtant, in propoſito. Vibius & Pedanius Centuriones vexillum in hoſtium caſtra proijciunt, ſe & milites ſuos ditis deuouentes, niſi ea recipiant. Ita pertinaci labore capiuntur caſtra vberrima præda & frumento multo pleniſſima. Hanno in Brutios regreditur. Capuani rurſus Annibalem auxilium poſcunt. Annibal ſpe Tarentinæ arcis occupandæ reditum in Campaniam in dies comperendinabat. Iohannes Mariana rerum Hiſp. l. 2. c. 17. ait Hannonem cum omnibus copijs in agro Piceno oppreſſum fuiſſe, in quo ſanè meritò à Petro Mantuano reprehenditur.

HANNONIS CASTRA CAPIT.

Romanis iam multa proſperè eueniebant. Sed dum ſociorum defectiones ſuſpicacius cauent, aut ſeueriùs vlciſcuntur, defectiones, quibus obuiam ibant, arceſſebant. Multi, quos Annibalis victoriæ non terruerant, tum Pœnis ſe dedebant, cum Pœnos impunè contemnere poterant, hoc ipſo tolerabiliorem ſuam conditionem effectum iri arbitran-

SEVERITAS DAMNOSA.

A tes, quod volentes non inuiti Pœnis ſe adiungebant. Romani, vt arcem Tarentinam muniant, Metapontinos præſidio nudant. Protinus Metapontini Pœnos admittunt. Atque his vicini Thurij & conſanguinei quamuis iuſtum & mite M. B Atinij imperium incuſare non poſſent, tamen Senatui Romano, qui fugam meditantes ipſorum obſides interfecerat, infenſi prodito Hannoni Romano præſidio deficiunt, vni ferè M. Atinio parcunt.

Cum Capuam ambo Coſſ. obſi- C derent, Annibal ſuppetias venit, prœlioque inito ſuperueniens Cn. Cornelius Quæſtor, vtrique parem metum præbuit, ne hoſtes noui aduentarent. Ita velut ex compoſito vtrinque ſignum receptui datum. Conſules vt Annibalem auerterent, D inſequenti nocte, Fuluius in Cumanum agrum, Claudius in Lucanos abierunt. Annibal Claudium inſequitur. Is hoſte circumducto, alio itinere, ad Capuam redit. Annibali obuium ſe offert M. Centenius Penula inſignis olim Centurio, tum dux te- E merarius militis maximam partem noui, ſemiermis. Diu tamen acriter pugnatum. Vbi ſuorum inclinationem animaduertit centurio, in medios hoſtes ſe conijcit, non tam pœnæ quàm ignominiæ metu. Occiſo duce reliqua turba facilè profligata F eſt. De XVIM, vix mille euaſerunt.

TEMERITAS PENVLAE.

Eiuſdem ſucceſſus ſpem fecit Cn. Fuluij Prætoris temeritas velitationum aliquot proſperitate inflati. Aduerſus eum accitus Annibal in Apu-

CN. FVLVII.

liam venit. Vix conſpiciendum ſe præbuit, cum licentiâ perditus miles & Centenio nihilo prudentior, ſed ignauior dux quâ data via in hoſtem procurrit, & mox agnito periculo tam timidè diffugit, quàm temerè excurrerat. Ducem periculo ſubduxit equorum pernicitas. Militum XVIM. cæſa ſunt: vix duo millia effugerunt. Volones quoque, qui duce Graccho operę pretium fecerant, amiſſo duce rurſus ad ſeruile ingenium reuerſi ſigna deſerunt,

Naturam expellas furcâ, tamen vſq; recurret.

Sed Volones quoque ducis culpâ corruptos non eſt dubitatum. Pręcipua populi ira in Cn. Fuluium fuit, qui licet fratrem Conſulem & cognatum cognominem Conſulem deſignatum haberet, tamen capitis accuſatus populi iudicium voluntario exilio præuenit.

Plut. in Marcello. MARCELLVS SYRACVSAS CAPIT. Dum longius trahitur Syracuſarum obſidium, Damippus Lacedæmonius à Marcello captus à Syracuſanis impenſo ſtudio repetitur. Dum ſuper eo conſultatur, & datâ operâ diem de die ducit, propiùs muris ſuccedens Marcellus animaduertit locum negligentiùs cuſtoditum, cui ſcalæ admoueri poterant. Commodùm obuenit triduanum Dianæ feſtum, quo cum aliæ lautitiæ deeſſent paulò largiùs vino, quo vrbs abundabat, indultum. Namque & pridem reges eo feſto epulum populo præbere ſoliti erant, & nouæ tyrannidis ac longæ obſidionis mala ſolatio aliquo lenienda putabat Hippocrates Syracuſarum tyrannus ab hoſte, qui pridem nihil moueat, nihil metuens. Hoc ipſum à transfugis vbi reſciuit Marcellus nocte concubiâ loco deſignato ſcalas applicat, nulloque obſiſtente in vrbem ingreditur, corporibus liberis parci iubet, reliqua militi diripienda permittit, ſed quem omnium maximè ſeruatum cupiebat, is temeritate militis occiſus eſt Archimedes. Atque hæc forſan anno ſuperiore geſta ſunt.

Iam vrbs capta videbatur, & ſupererat adhuc munitiſſima eius pars Achradina inſula & Naſſos, quàm cum acerrimè propugnaret Hippocrates & Pœnus, ſuperueniente autumno dira lues vtrumque exercitum, ſed maximè obſeſſos infeſtat. Mortui ægros, ægri validos conficiunt. Viciſſim ægros ſani, mortuos viui, deſerunt. Nec medico, iam nec veſpilloni ſupereſt locus. Paſſim ægri ſine cultu, mortui inſepulti iacent. Quidam prę dolore in hoſtium ſtationes irruunt, vt ferro potius quàm vi peſtis abſumantur. Ipſos duces Hippocratem & Himilconem abſumit contagio. Hippocratis tamen frater Epicides, Pœnus & transfugæ Romani peruicaciter obfirmabant animum: donec exortis inter ipſos diſſenſionibus proditione potiùs quàm vi capta ſunt quæ ſupererant, tertio poſt quam obſidio inchoata fuerat anno. Syracuſis tantum prædæ fuiſſe dicitur, quantum vix captâ Carthagine tum fuiſſet. Sed frumenti nihil ſupererat. Et quos Marcelli clementia ſeruatos cupiebat, conficiebat fames. Subſidio adfuit Deus tanquam è machi-

Digitized by Google

na. T. Octacilius cum quinqueremibus LXXX. ab Lilybæo Vticam tranſmittens portum incuſtoditum occupat, naues onerarias CXXX frumento onuſtas capit, etiam in terram egreſſus prædam omnis generis ad naues agit. Lilybæumque tertio, quàm inde profectus erat, die, redit, idque frumētum extemplo Syracuſas pauculis ante diebus captas mittit. Ita & Vticenſes caſtigati & miſeri Syracuſani aliquantulum recreati. Interea Epicides & Hanno Agrigentum adhuc tenebant, quibus acceſſit Hipponiates (Mutinem populares vocabant) Liby phœnix ab Annibale miſſus. Videbatur is magnum aliquid ſpondere, cum trecentorum Numidarum rebellio impetum eius retardauit. Heracleam hi Minoam conceſſerant. Dum ijs ad officium reuocandis diſtinetur multum conteſtatus collegas ne ante reditum ſuum cum Marcello manum confererent, illi noui & hybridæ collegæ laudi inuidentes tantò acriùs cupiunt reditum eius anteuenire. Contrà Numidæ inuidiam eorum deteſtantes à prœlio abſtinere in animum inducunt. Hæc edoctus à transfugis Marcellus in aciem ducit perlubenter. Epicides & Hanno temeritatis & inuidiæ ſuæ meritas luunt pœnas turpiter profligati. Hæc clades fuit Punici in Sicilia fundi calamitas. Sed videtur ſequente potiùs quàm hoc anno contigiſſe.

HANNONEM PROFLIGAT.

In Hiſpania Haſdrubales duo, alter ſenior Annibalis frater, alter Giſconis filius, & Mago cladibus præteritis edocti conſilijs potiùs quam armis bellum gerebant omiſſa iam Italiæ adeundæ ſpe. Tum P. & Cn. Scipiones præcedentibus victorijs & peregrinorum militum, quibus ſemper cautè vtendum, numero nimium confiſi debellandis hoſtibus pares ſe arbitrati adoriuntur; Cneus veterem Aſdrubalem, Publius alterum & Magonem. Erant in Cnei exercitu XXX M Celtiberorū, Romani pauci. Aſdrubal per ſimulatos transfugas ingentium præmiorum pollicitatione perſuadet Hiſpanos, vt Cneum deſerant. Tum Cneus ſecedere coactus. Publium, præter duos, quos ſibi propoſuerat exercitus, duo alij circunſiſtunt duce Maſſiniſſā Afro & Indibili Hiſpano. Ita vndique circunſeptus opprimitur. Tum toto impetu cum Aſdrubale ſeniore vincti omnes Cneum caſtris tumultuario opere munitis ſeſe tutantem adoriuntur, ac cum toto fere eius exercitu delent. Ita hæc duo fulmina belli ſeptimo poſtquam in Hiſpaniam aduenerant anno perierunt, ab optimis quibuſque non minus in Hiſpaniâ quam in Italiâ deſiderati. Perijſſe in Hiſpania videbatur res Romana, cum eam reſtituit L. Martius à militibus dux electus. Reliquias deleti exercitus inſequebantur diuerſi Aſdrubales & Mago. Primus Aſdrubal iunior L. Martij caſtra adortus eſt. Primo concurſu agnouit Martius victorum ex contemptu ſecuritatem. Nocte inſequenti milites vltionis auidos in hoſtium caſtra ducit. Nec fefellit ſpes. Iacebant omnes ſomno ſepulti. Magna ſtrages facta. Neue ad proxima caſtra pate-

CN. ET P. SCIPIONVM INTERITVS.

L. MARTIVS RVINAM REPARAT.

rer fuga, proſpexerat Martius. Calentem militem in Magonis caſtra ducit die iam orto. Aquatum alij, alij pabulatum iuerant. Itaque hîc quoque multi occiſi. Victoriæ moderandum ratus ſecedit fugam adſimulans. Accitus Mago raptim accurrit quaſi in prædones ſalutem fuga quęrentes. Eo incautius in inſidias, quas Martius parauerat, incidit. Ita Scipionum manibus pulchrè parentatum.

XXIII. XIX.

A.M.3789. Sel.102. V.C.543. Ante Dn. 211. Antiochi Magni XIII. Pt. Philopatoris XII.

P. Sulpitio Galba } Coſſ.
Cn. Fuluio Centimalo }

Euſebius. Ioſephus Antiq. l. 12. c. 3. p. 356.

ANtiochus rex Syriæ victo Pt. Philopatore Iudæam ſibi ſociat. Euſebius ex Ioſepho ſcripſerat τὴν Ἰουδαίαν προσηγάγετο, i. ſibi adiungit, ſubijcit. Quippe inter Seleucidas & Ptolemæos propriè certamen erat, vtri Cœlem Syriam occuparent. Iudæa vero erat προσκαταβλήματος, acceſſionis inſtar, & ceu nauis modo à Borea, modo à Notho huc & illuc concuſſa. Perperam autem apud Ioſephum ſemel hic Ptolemæus Eupator dicitur. Nam aliàs conſtanter Philopatorem vocat. Appianus notat Pt. Philopatorem id temporis adhuc puerum fuiſſe, quem tamen natu iam grandiorem fuiſſe docent ea quæ, ſupra memorauimus.

Fuluius & Sulpitius Coſſ. Idibus
A Martijs magiſtratum ineunt. Iam alterum annum obſidebatur Capua à Claudio & Q. Fuluio Procoſſ. Cum Annibal querimonijs ſociorum excitatus acceſſit & primo impetu caſtra Romanor. minimo minus cepit. Fortiter tamen repulſus omiſſa Ca-
B pua Romam ipſam petit, quantò opportunius ſi poſt Cannenſem cladem id feciſſet! Tum verò ridiculum videbatur repulſum à Capua Romæ capiendæ conſilium capere. Tantus tamen terror Romam occupauit, vt à Cannis non à Capua ve-
C nire videretur, Annibal. Proconſulum alter Claudius æger ad Capuam remanſit alter ad tutandam patriam cum exercitus parte venit.

Liuius Decad. 3. l. 6.

CAPVA CAPTA.

Duobus continuis diebus vtrimque in aciem producti exercitus. Prœlium ne iniretur, obſtitit repente
D coorta tempeſtas. Tum Annibal & Romæ capiundæ & Capuæ liberandæ omiſſa ſpe in Brutios redit. Capua fame iam enecta victori ſe tradit. Claudius ad clementiam propenſior ad Senatum cenſebat rem referendam. Q. Fuluius ægro collega
E præcipuum imperium obtinens nec differendum ſupplicium nec ſæuitiæ inuidiâ onerandum. Senatum ratus, etiam cùm à Senatu literæ ſuper eâ re miſſæ eſſent, prius principes ciuitatis omnes virgis cæcos ſecuri percuſſit, ac tum demum literas Senatus
F legit. Conſilium primò præceps durumq; viſum, dein ab omnibus probatum. Clemētiæ deputatum, quod ſaltem muris & ædificijs pepercilſet.

L. Martij in Hiſpania res geſtæ Senatui magnificæ ſunt viſæ. Sed diſ-

IN HISPANIAM

MITTITVR NERO. *Val. Max. l.2.c.7.*

plicuit, quod Proprætoris nomen à militc acceptum vſurpaſſet, priuſquam à Senatu res cõfirmaretur. Ne igitur id in exemplum traheretur, alius in Hiſpaniam mittitur cum ſummo imperio & nouis copijs ac commeatu, & quidem primò Claudius Nero cum peditum XIIM, equitibus MCC. Is Aſdrubalem in anguſtias conijcit, ex quibus non magis expedire ſe poterat, quàm olim Romanus ex furcis Caudinis. Aſdrubal legatos mittit, qui de pace agerent, dum ſuper conditionibus diutius conſultatur, & data opera diem de die ducit, ſingulis noctibus aliquam exercitus partem clam periculo ſubducit, donec & ipſe tandem euaſit. Neronem paſſum ſibi fucum fieri Senatus tam iniquo animo tulit, vt confeſtim alium ipſi ſufficiendum cenſeret.

P. SCIPIO *Val. Max. l.3.c.7.*

Cum nemo ſe offerret, qui periculi plenam prouinciam ſuſciperet, aut dignus videretur, qui Scipionibus ſuccederet, P. Scipio P. F. minor annorum XXIV. profeſſus eſt ſe petere. Populus iuuenis confidentiam admiratus exclamauit: Iret bonis auibus & patris ac patrui mortem vlciſceretur. Adduntur ei peditum decem millia, equites octingenti, quinqueremes triginta, Senatu iam de Italia ac Sicilia ſecuro ac præcipuum virium robur in Hiſpaniam cõuertente.

GRAECIA SOLICITATVR.

Quamobrem cùm Conſulum alter Cn. Fuluius, qui Annibali opponeretur, ſufficere videretur, Sulpitio Macedonia demandata. Neuter quicquam memorabile geſſit hoc quidem anno. Atque adeo Sulpitius ſequente demum anno in

A Græciam traiecit. Hoc autem anno M. Valerius Leuinus Syracuſarum & Capuæ expugnationem magnificè prædicans Ætolos impulit ad deſerendum Philippum & ineundam cum Romanis ſocietatem ea lege, vt Acarnaniam coniunctis viribus impugnarent
B & ſolum quidem ac ædes Ætolis cederent, reliqua præda Romanorum eſſet. Scopas hoc anno ineunte Autumno Ætolorum Prætor factus huius fœderis autor fuit, cuius confirmatio lentiùs à Senatu facta cum Ætolis, inquam, eorumque
C ſocijs Lacedemonijs, Elidenſibus & Attalo Aſiæ rege biennio demum poſt in Capitolio & Olympiæ promulgata. Leuinus interim ſtatim Naxum & Oleniada Acarnanibus eripit ac Ætolis contribuit. Tum Corcyram hybernandi cauſſa ſe recipit.
D Ob hæc & alia trans Ionium mare proſperè geſta Leuinus abſens in annum ſequentem Conſul deſignatur, Marcellus quartùm, cum primo deſignaſſet populus Conſules T. Manlium Torquatum & T. Octacilium præſentes. Torquatus oculorum
E valetudinem cauſatus conſtanter recuſauit, autorq; fuit vt conſulatus Leuino & Marcello deferretur.

ARATI PRAETVRAE.

Plutarchus ait Aratum παρ᾽ ἐνιαυτὸν ἀεὶ ϛρατηγεῖν εἰωθότα ceſſiſſe. Timoxeno conuenit tempus anno V. C. 529. Primam Præturam geſſit anno V. C.
F 509. & conſequenter anno V. C. 527. non duodecimam, vt vult Plutarchus, ſed decimam inijt. Anno 529. vndecimam initurus erat, quam tamen anno demum ſequente geſſit V. C. 530. XII. 532. XIII. 533. quartam

decimam inire debuerat anno 535. A ſed tum Aratum filio ceſſiſſe, ac ſequente anno Eperatum Prætorem factum conſtat ex Polybio. Sequitur vt dicamus XIV Præturam ab Arato geſtam anno 537. XV 539. XVI 541. XVII 543. Cum igitur decimum ſeptimum Prætorem obijſſe dicat B Plutarchus, ſeries rerum ab eo geſtarum perſuadet, vt hoc anno dicamus obijſſe.

ET MORS.

Plutar. in Arato p. 1919.

PHILIPPVS DEGENERAT.

Philippus aliquot poſt Antigoni mortem annis iuuentam ſuam Arati conſilio & autoritate indigere ratus in honore illum habebat, filium eius C etiam in delicijs. Hæc turpitudo vtrique exitioſa fuit. Nam in libidinem ſemel effuſus Philippus etiam Arati Iunioris vxorem deperire & corrumpere cœpit. Priùs id ſubolfecit ſocer, quàm maritus. Nec putauit è re ſua eſſe malum, cui mederi non poterat, filio indicare. Cæterum ægritudine tabeſcens amicitiam cum Philippo initam diſſuere potiùs quàm lacerare cupiebat. Itaque rogatus à Philippo ante quadriennium vt ſecum in Epirum veniret, valetudinem & ſenium cauſatus recuſauit. E Philippus, cum iam perſonam depoſuiſſet, & tyrannici ingenij ſæuitiam ac fœditatem non obſcurè prodidiſſet, Aratum, qui vel tacens vitiorum ſuorum cenſor videbatur, amoliendum ratus, Taurioni negotium mandat, vt lentum aliquot eoque minus ſuſpectum venenum ipſi F propinet. Arati vero Iunioris animum venenatis ac peſtiferis moribus imbuit.

(∴)

XXIV. I.

A.M.3790. Sel.103. V.C.544. Ante Dn.210. Antiochi Magni XIV. Pt. Philopatoris XIII.

M. Valerio Læuino M. } Coſſ.
Claudio Marcello IV.

Liuius dec. 3. l. 6.

Marcellus Romæ conſulatum init Idibus Martijs cùm Leuinum morbus in Ætoliâ detineret. M. Cornelius in Siciliam miſſus ſpargebat rumores bellum à Marcello tectum potiùs quàm extinctum, dabatque operam vt quam plurimi de Marcello queſturi Romam venirent. Marcellus, dixit iudicium minus ſuſpectum futurum, ſi eius cognitio differatur in Leuini reditum. D Interim pridie Quinquatrus, i. Martij XVIII. nocte & die Romæ multis ſimul locis incendium ortum multa conſumſit. Incendij autores campani adeo inſaniuerunt, vt Mannum ſeruum ſuum ſceleris cōſcium haud multò poſt verberibus caſtigarint. Mannus rem Senatui defert. Suſpecta videbatur Manni delatio. Sed vis veritatis ea fuit, vt incendiarij vrgente delatore faſſi ſint id à ſe factum vltionis ſtudio, quod ſuos parentes Q. Fuluius ſecuri percuſſiſſet, & porro pergeret campanis æternum exitium procurare. Incendiarij vltimo ſupplicio affecti. Reliqui Campani nihilo mitiùs habiti.

INCENDIARII CAPTI.

POENIS NOCET SVA SAEVITIA.

Annibal, cùm videret ſocios ſuos in dies magis ac magis Romanorum potentiam extimeſcere, quas vrbes

Digitized by Google

nec ſine præſidio tueri ſperabat, nec A præſidio dignas cenſebat, eas diripiebat, tum prædæ cupidine, tum vt quam miſerrimæ à Romanis reciperarentur. Hæc barbaries multorum animos à Pœnis alienauit. Quippe ad plures exemplum, quàm calamitas pertinebat. B

Prima Marcello, qui Annibali obijciebatur, ſe dedidit Salapia autore Blactio, quantumuis obſiſteret Daſius & ala Punica lōge fortiſſima, cuius quam Salapiæ iacturā iniquius tulit Annibal. Hinc Maronem & Meles de Samnitibus vi cepit occiſis C præſidiariorum militum tribus millibus & captis CCXL tritici, CX hordei modiûm millibus. Succeſſus huius lætitiam turbauit Cn. Fuluius proconſul, qui cognato ſuo eiuſdem nominis nihilo prudentior, ſed audacior Hordeoniam obſidens cum An- D nibale viribus ſuperiore pugnare auſus cum duodecim tribunis militum cecidit. Erant Romanorum tredecim circiter millia, ex quibus ſeptem occiſa, reliqui capti. Pauci ſemiermes ad Marcellum ſeſe receperunt. Marcellus ad Numiſtronem in Luca- E nis, quo ſe receperat Annibal, ſtatim aduocat, priuſquam huius cladis fama ſociorum animos frangeret, ad prœlium prouocat. Pugnatum ab orto Sole ad occaſum ſumma peruicaciâ. Die ſequenti in aciem prodire non eſt auſus Annibal. Inſequenti F nocte caſtris ſilentio motis in Apuliam abit inſequente Marcello, & palàm inequitante, Annibale verò pugnam conſtanter detrectante. Liuius tertio ab hoc anno res Græcanicas

FVLVIO SVA TEMERITAS

vno ductu refert, quæ duobus vel etiam tribus annis geſtæ videntur. Philippus Macedoniæ rex & Ætoli Græciæ incendiarij multos ad bellum concitauerant. Philippus ſibi conciliauerat Achæos, Pruſiam Bithyniæ regem, & Pœnos. Ætoli contra Eleos, Romanos, Lacedæmonios, Attalum. Achæos vrebant Elidenſes vicini, Machanidas Lacedæmoniorum tyrannus & ipſi Ætoli ex propinquo in eos ſubinde transfretantes. Præcipuum vero virium ſuarum ac ſociorum robur in Philippum armabant. Habebant ſecum auxilia ab Attalo, quem abſentem honoris cauſſa Prætorem ſuum deſignarant. Habebant & mille ferme ex Romana claſſe à P. Sulpitio miſſos, cùm interim claſſis Romana maritimam Achæorum oram infeſtaret. Phyſias Ætolorum Prætor cum copijs ſuis Philippo in Græciam deſcendenti ad Lamiam occurrit. Cum his Philippus bis proſpero euentu pugnat, & intra Lamiæ muros ſeſe continere cogit, ipſe Maliacum ſinum petit. Eo legati venere à Pt. Philopatore, Rhodijs, Athenienſibus, Chijs, & Aminandro Athamanum rege ad bellum inter Philippum & Ætolos dirimendum, non tam charitate in eos, quàm metu ne Philippi vel Romanorum hoc prætextu creſceret potentia. Amplior conſultatio differtur in concilium Achæorum. Interim, inducijs triginta dierum datis in Macedoniam hyematum redit, quod omnino poſtulant ſequentia.

GRAECIAE FACTIONES.

In Sicilia Pœnis ſupererant vrbes

Digitized by Google

fere LXX, quarũ princeps Agrigentũ, Duces Hanno, Epicides, Numides. Illi autoritate, Numides virtute reliquis præſtans. Hic continuis excurſionibus obuia quæq; agebat, ferebat; maximè poſt Marcelli diſceſſum. Huius gloriæ inuidens Hanno præfecturam eius filio ſuo donat. Sed Hannonis inuidia Numidis gloriam auxit, & ius deficiendi fecit. Numides Leuinum Conſulem, cui Sicilia obtigerat, arceſſit, eique Agrigentum prodit. Hanno & Epicides cum paucis euadunt. Leuinus principes Agrigenti ſecuri percuſſit, cæteros, prædamq; vendidit, omnem pecuniam Romam miſit. Huius cladis fama territæ vrbes ſiculæ XL voluntaria deditione in fidem Romanorum veniunt, ſex vi, viginti proditione captæ.

LEVINI IN SICILIA VICTORIAE.

Val. Max. l.3. c.7.

P. SCIPIONIS IN HISPANIA.

P. Scipionis tanta fuit confidentia, vt, cùm oppidum Badiam circumſederet, tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quę intra hoſtium mœnia erat, vadimonia in poſterum diem facere iuſſerit. Fiduciæ reſpondit euentus. Continuò enim ſcalis admotis vrbe potitus, & tempore & loco, quo prædixerat, ius militibus dixit.

Liu. l.26.

Erant P. Scipioni in Hiſpania peditum XXVIII. equitum tria millia. Is M. Syllano Prætori tria millia peditum, equites trecẽtos trãdit ad tutanda caſtra. Claſſem C. Lælio, ipſe pedeſtri itinere Carthaginem nouam petit. Ita temperatum iter, vt eodem die ſimul acceſſerint Lælius & Scipio, ſimulque vrbem nec opinantem toto impetu oppugnarint. Cum

A ea murorum eſſet altitudo, vt fruſtra ac cum damno maximo ſcalas admouerent Romani, repente maris æſtus ita decreuit, vt viam commonſtrante piſcatore ad eam muri partem vado acceſſerit miles quæ erat infima & defenſoribus vacua. Hac

B ſuperato muro prius mediam vrbem emenſi ſunt Romani, quàm captam ſentirẽt ciues. Arx ipſa eodem impetu capta. Ita vno die captum præcipuum Carthaginienſium ærarium, armamentarium, portus, claſſis, horreum. Ibi omnes obſides, pecunia

C omnis erat. Victoriæ felicitatem admirabiliorem fecit inſignis Scipionis in obſides & ciues captos humanitas, vt qui ſtuderet beneficio potiùs, quàm metu ſibi obligare Hiſpanorum animos. Imprimis admiratio-

Val. Max. l.4. c.3.

ni fuit, quod iuuenis & celebs virgi-

D nem forma pręſtantem vbi nobilem & Indibili deſponſam audiuit, parentibus & Indibili intactam reddidit. Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ allatum fuerat, ſummæ dotis adiecit.

E

XXV. II.

A.M.3791. Scl.104. V.C.545. Ante Dn.209. Antiochi Magni XV. Pt. Philopatoris XIV.

F

Q. Fabio Maximo V. } Coſſ.
Q. Fuluio Flacco IV.

Liuius de cad.3. l.7.

IDib. Martijs, quo die magiſtratũ inierunt Coſſ. Fabio Tarentum, Fuluio Bruti & Luconi prouincia obtigit. Marcello continuatum imperium.

MARCELLI DE ANNIBALE VICTORIA.

perium. Is Romanorum gladius, Fabius ſcutum videbatur. Annibal iam ſui diſſimilis Fabium æmulabatur. Tandem toties laceſſitum puduit Marcello ſe inferiorem fateri. Et forte non procul à Cannuſio caſtra metatus ſperabat alteram Cannenſem cladem ſe Romanis illaturum. Hæc ſpes Pœnos acriores reddidit, Romanos timidiores, quaſi fatali & iniquo loco pugnarent. Cecidere Romani duo millia ſeptingenti. Marcellus tam aſperè militem in caſtris caſtigauit, vt illi ipſi, qui primi fugerant, primos ſe in acie & vltimos pugnaturos deierarent. Poſtero die reductus in prœlium Romanus fidem verbis fecit. Pœnorum elephanti primò Romanam aciem turbabant, vbi C. Decimij conſtantia vulneribus confoſſi & in fugam acti ſunt, tantò maiorem edidere ſtragem, quantò acriùs pauor conſternatos agit, quàm inſidentis magiſtri imperio reguntur. Cæſa ad octo Pœnorum millia, elephanti quinque.

FABIVS TARENTVM RECVPERAT.

Tarentum Fabius Coſ. irrito labore oppugnabat: cùm miles quidem ipſi renunciauit eſſe ſibi ſororem Tarenti, quam deperibat Brutiorum præfectus. Per eam poſſe præfectum corrumpi. Mittitur miles, qui transfugæ ſpecie præfectum lenocinijs & promiſſis ad proditionem illiceret. Poſtquam conuenit, nocte dicta, Fabius omnibus fere locis, vnde minimùm periculi erat, ingentem tumultum excitari iubet. Poſtquam locum deſignatum defenſoribus vacuum ex ſilentio cognouit, ſcalas admouet: adiuuante etiam Brutiorum A præfecto. Ita Tarentum captum: in quo haud multò minor præda, quàm Syracuſis. Sed Marcello continentior Fabius ſigna templis detrahi vetuit. *Deos, inquit, iratos Tarentinis relinquamus.* Culpabatur inſuper Marcellus, à C. Publicio Bibulo Tr. pl. B cùm ob aduerſam pugnam, tum quod vagante adhuc in Italia Annibale Venuſiam in tecta milites abduxiſſet. Romam veniunt Coſſ. Fuluius comitiorum, Marcellus ſui purgandi cauſſa. Fuluij iam ſeneſcebat autoritas. Marcelli ea gratia fuit, vt C cui imperij abrogationem minabatur Bibulus, ei Conſulatus in ſequentem annum continuatus fuerit. Poſtero die inter Prætores creatus P. Licinius Craſſus Diues Pontifex maximus, & Q. Claudius Flamen. Adeò vetus eſt morbus, vt Sacerdotes D ſecularibus curis ſe immiſceant, quibus ne militem quidem implicari decet.

In Hiſpania P. Scipio Aſdrubalis caſtra ad Betulam edito loco probe communita occupat, ad octo millia hominum cædit, peditum decem, E equitum duo millia capit atque in his Maſſiuam Galæ ex filia nepotem, qui cum auunculo Maſſiniſſa eò venerat. Maſſiuas adoleſcens ad auunculum cum donis remiſſus. Hiſpani quoque omnes gratis dimiſſi. Reliqui Afri vænire iuſſi.

PHILIPPI LVDICRA.

F Philippus per Theſſaliam, Bœotiamque Chalcidem Eubœæ venit, vt Attalum, quem claſſe Eubœam petiturum audiuerat portubus & litorum appulſu arceret. Præſidioque inibi relicto cum paucis Argos venit

Digitized by Google

ad feſtum Heræorum, i. Iunonis Argiuorum patronæ. Heræis peractis Rhium proficiſcitur ad Concilium Achaicum. Ætoli, qui nuper pacem flagitabant, vbi Attalum Æginam, & Romanos Naupactum aduenisſe reſciuerunt, iniquis poſtulatis teſtati ſunt ſe bellum malle. Philippus hinc Argos regreditur. Iam enim Nemeorum appetebat tempus, quæ celebrari volebat præſentia ſua. In ipſo ludorum apparatu audit P. Sulpitium agros inter Sicyonem & Corinthum ſitos licentius populari. Eò raptim profectus palatos paſſim Romanos in naues compellit, victorioſaque hac tumeſcens ad Feſtum redit, vbi ſpecie ciuilitatis regem exuens, dum vana libertatis ſpe Argiuos lactat, quo minus conſpectus, eò ſolutior erat. Neque omnia emebat aut eblandiebatur, ſed vim etiam flagitijs adhibebat: periculo ſumq; & viris & parentibus erat, moram incommoda ſeueritate libidini regię feciſſe. Per hæc flagitia ſolenni Nemeorum peracto Dymas petit, vrbem obſeſſurus. Sulpitius excenſione ad Cyllenem facta quatuor armatorum millia in terram exponit. Hi ſilentio noctis Elidem intrant. Poſtero die Philippum aggrediuntur acriter pugnantem. Sed ex equo prolapſus, cùm etiam pedes aliquandiu pugnaſſet, fugere cogitur. Pauloque poſt audito barbaros Macedoniam populari, eò accurrit. P. Sulpitius & Attalus Æginæ hybernarunt.

FLAGITIA.

FVGA.

(∴)

XXVI. III. Olymp. CXLIII.
A.M.3792. Sel.105. V.C.546.
Ante Dn.208. Antiochi Magni XVI. Pt. Philopatoris XV.

M. Claudio Marcello V. } Coſſ.
T. Quintio Criſpino }

IVdæorum Pontifex Maximus Onias III. filius Simonis II. inſignis habetur. Euſebius ſcripſerat ἀρχιερατεύει, i. Pontificatum init, quod autem addit ab Ario Lacedæmoniorum rege legatos ad hunc Oniam miſſos refutauimus A. M. 3700. Reliquerat Simon II. filios tres Oniam hunc, Ieſum, qui Iaſon dici maluit, & alterum Oniam, cui cognomen Menelao fuit. Horum vetuſtiſſimus etiam optimus fuit, reliqui duo, quàm praui fuerint, docebunt, quæ dicturi ſumus A. V. C. 578. & 581.

Euſeb.

SIMONIS II. PROLES.

Legiones XXI defendendo imperio Rom. ſufficere hoc anno viſæ, quod ſuperiore anno XII coloniæ in Senatu queſtæ eſſent, ſe ſuſtinendis belli oneribus impares.

Liuius Decad. 3. l. 7.

Marcellus maior annis LX nimia pugnandi cum Annibale feruens cupiditate in inſidias cum collega incidit & ipſe quidem ſtatim occiſus eſt cum multis, T. Quintius ſaucius euadit. Annibal annulo Marcelli conſignatas literas Salapianis ſcribit adfuturum ſe quàm primum. Hoc ipſum veritus Quintius Salapiam & ad vicinas vrbes ſcripſerat Marcellum obijſſe. Fraude Annibalis agnita Salapiani reſpondent ſe dicto audien-

MARCELLI MORS.

ARS ARTE DELVSA.

tes futuros. Præmittit Annibal per fugas Romanos. His ſubducta in altum cataracta aditus datus. Vbi ſexcenti circitet ingreſſi, remiſſo fune cataracta deijcitur. Perfugæ omnes iugulati. Reliqui diffugere. Annibal ſuamet ipſe fraude captus abit ad Locros liberandos, quos acriter oppugnabat Cincius. Is obſidionem ſoluere cogitur. Roma ſtatim initio anni conſulibus ambobus amiſſis plurimùm æſtuabat. Itaque Deſignatis alijs in annum ſequentem, iubet eos quamprimum ſortiri prouincias, L. Manlium ad ludicrum Olympicum mittunt, ad res viſendas, & confirmandum fœdus, ante duos ac ſemis annos cum Ætolis pactum, vt quàm maximo Græciæ cœtu promulgaretur.

M. Valerius cum centum nauibus ex Sicilia in Africam tranſmittit, & ad Clupeam excenſione facta agrum late populatur. Suppetias veniunt Pœni cum nauibus LXXXIII. Redit ad claſſem Valerius ſecundoque prœlio facto cum ampliſſimis ſpolijs in Siciliam redit.

Cum diſſenſiones inter Aſdrubales duos enatæ Pœnorum in Hiſpania res plurimùm afflixiſſent, conſultius viſum vt ſenior ad fratrem Annibalem mitteretur. Alter in Hiſpania maneret. Aſdrubal igitur magnum auri pondus ſecum ferens ad auxilia mercede conducenda in Galliam tranſgreditur proximo vere Alpeis traiecturus.

VELITATIONES SVLPITII P. Sulpitius procoſ. cum XXV, Attalus rex cum XXXV nauibus Æginæ hybernis actis primo vere Lemnum

A petunt. Philippus Demetriadem anxius & multis curis implicitus. Macedoniæ imminebant Medi Thraciç populi. Achæos Ætoli vexabant & Machanidas Lacedæmonium tyrannus. Sulpitius & Attalus in Euboeam delati Oreum à Platore proditum

B priùs capiunt quàm eò venire potuerit Philippus. Ne Chalcidem eodem impetu caperent, obſtitit ciuium fides, & Euripus non ſepties die, vt fama refert, ſtatis temporibus reciprocans, ſed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc ruens.

C Opuntem tam facile recuperauit Philippus, quàm Attalus ceperat. Dein Attalo ad regnum ſuum, quod à Pruſia Bithyniæ rege infeſtabatur, tutandum & Sulpitio Æginam regreſſo Toronem capit Philippus. PHILIPPI Ita vulgo legitur. Sed ſcribendum videtur

D Thronium, quod oppidum inter Opuntem & Thebas Phthiotidas ſitum ab Ætolis ex Thebarum ruinis conditum fuerat. Tum diſſenſione inter Eleos, & Ætolos orta Machanidas Lacedæmonius Eleos Olympiorum ludicrum parantes aggredi

E ſtatuit. Hinc colligo male hęc a Liuio in ſequentem annum cõferri. Huiuſmodi in reb. Græcanicis anachroniſmi frequentes ſunt apud Liuium, vt apud Diodorum in rebus Romanis. Elei ad Philippum mittunt. Is nouos ſocios ſibi offerri gauiſus rap-

F tim accurrit. Sed, cùm iam Machanidas receſſiſſet, Ægium petit, vbi Nicias Prætor Achæorum concilium habebat. Et, quod omittit Liuius, rei ſeries id docet, Elei iam cum Ætolis in gratiam redierant. Itaque

Philippus indignatus, quod quoquo verſus diſcurſans vix cuiquam rei in tempore occurreret, fruſtraque tentata Ætolia Oteum reuerſus & adortus recuperat, atque hinc in Macedoniam redit. Sequente biennio neglectæ in Græcia res à P. Sulpitio.

XXVII. IIII.

A.M.3793. Sel.106. V.C.547. Ante Dn.207. Antiochi Magni XVII. Pt. Philopatoris XVI.

C. Claudio Nerone } Coſſ.
M. Liuio Salinatore II. }

Liu. decad. 3. l. 7.

OB Aſdrubalis in Italiam aduentum duæ legiones additæ veteribus vt eſſet ſumma legionum XXIII. Ex his quatuor in Hiſpania erant: binæ in Siciliâ, Sardiniâ, Galliâ, & Romæ ſub Prætoribus. Binæ Conſulibus & tribus Proprætoribus datæ in Italiâ. Vna C. Hoſtilio Tubulo Capuæ præter ſociorum auxilia, quæ legionariorum militum numerum fere ſuperabant, robur nunquam æquabant.

Claudius Coſ. cum quadraginta peditum, equitum duobus millibus & quingentis aduerſus Annibalem in Salentinos proficiſcitur. Alter Coſ. Liuius maioribus copijs in Galliam aduerſus Aſdrubalem, qui omnium opinione celeriùs & faciliùs Alpibus traiectis Placentiam obſidebat. Et obſidionem quidem ſoluere à Liuio coactus Senam verſus iter inſtituit veſtigijs eius inſiſtente Liuio. Annibal in Lucanis Grumen-

A tum oppugnabat. Accurrit eò Claudius & mille quingentos paſſus caſtra ab hoſte locat. Vtrumque exercitum à tergo tegebant colles patentes, ſine ſyluis, eoque in ſpeciem inſidijs minime obnoxij. Eo faciliùs hoſtem ſuis artibus deludi poſſe ra- B tus Claudius quinque cohortes totidemque manipulos à tergo montis collocat nocte. Die in ſequenti copias in aciem educit, & forte priùs inter emiſſarios conſertæ ſunt manus, quàm Annibal ſuos ordinaſſet. Dum aciem properantiùs inſtruit, à C tergo clamor auditus plurimum terroris Pœnis intulit. Caſtrorum vicinitas Pœnos ad fugam inuitauit. Cæſa ſunt octo millia, capti ſeptingenti. Hinc Pœnus ſe ſubducit ſilentio noctis. Inſecutus Claudius ad Venuſiam duo millia occidit. Hanno D ſuppetias venit ex Brutijs, & cum Annibale ad Cannuſium Caſtra metatur.

NERO ANNIBALEM FVGAT.

Aliquantò poſt Numidas cum literis intercipit Claudius. Fratrem rogabat Aſdrubal, ad ſe veniret. Sibi ad Senam nec pugnandi, nec pedem E mouendi copiam à Liuio fieri. Erant inter Liuium & Claudium veteres inimicitiæ, gratiaque nuper à Senatu vix ſarta. Tantò acriùs contendit Claudius Liuium & Remp. ſibi inſigni beneficio obligare. Ex toto exercitu expeditiſſimorum & fortiſſimo- F rum peditum ſex millia, equites mille diligit. Citatiſque itineribus ad collegam properat, ac priuſquam Aſdrubal aduentum ſuum reſciret, ſuadet vt pugnandi fiat copia. Aſdrubal Romano hoſti adſuetus ac

ASDRVBALEM PROFLIGAT.

Digitized by Google

Conſulis aduentum ſubodoratus A pugnam detrectat. Sequentis noctis prima vigilia Metaurum flumen traijcere cogitat. Dumq; ducum alter in deſtinata iam ante loca, alter in alia ac ſibi nota vada pergit: diuiſum ac deſertum agmen per agros palatur. Aſdrubal, quò lōgiùs à mari B abſcedit, tantò altioribus ripis coerceri amnem conſpicatus turbatur. His curis implicitos ac in compoſitos Pœnos lux deprehendit. Territis inſtat Romanus ac ingentem ſtragem edit. Cæſa dicuntur hoſtium LIV M, atque in his Aſdrubal ipſe. C Capti ſupra quinque millia. Claudius ea, qua venerat diligentia, ad Annibalem rerum omnium ignarum redit, abiectoque Aſdrubalis capite captiuos aliquot dimittit, qui cladem Punicam nuntient. Annibal indignatus ſibi veteratori os à Clau- D dio oblitum, & caſu fratris anxius Metapontinos, & Lucanos, qui ſuæ ditionis erant, ſedibus ſuis excitos in Brutium agrum traducit de reliqua Italia iam deſperans.

In Hiſpania Hanno Aſdrubali Barcino ſubſtitutus Magoni in Cel- E tiberia moranti iungitur. Caſtris tamen diuiſis, Hanno Celtiberorum IX M, Mago Pœnos regebat. Gaditanam prouinciam tutabatur Aſdrubal Giſkonis filius. Orientalē Hiſpaniæ oram tenebat P. Scipio. Is M. Syllanum cum X M peditum, equitibus D F mittit aduerſus Hānonem aut Magonem. In itinere diſcit Syllanus Magonis quàm Hannonis caſtra longe cautiùs cuſtodiri. In Hannonem igitur verſus Celtiberos offendit tan-

VICTORIAE SYLLANI.

quàm in patrio ſolo ſecurè otiantes, priuſq; magnam cædem edit, quàm aduenire potuerit Hanno. Is fortiter pugnans capitur. Mago cum equitatu & peditum duobus millibus ad Aſdrubalem fugit. Reliqui capti vel occiſi ſunt. Eo aduenit & P. Scipio ſpe debellandi. Aſdrubal pugnæ imparem ſe ſentiens copias in vrbes diuidit ſe muris, & vrbes ſocias armis tutaturus. Publius Lucio fratri X M militum tradit, queis Oringin obſideret in Meleſſum finibus agro frugifero, ac munito loco ſitam. Oringin hodie Oriolam vocari tradit Camillus Borellus. Etiam argentum incolæ fodiunt. L. Scipio Oringin eadem fere felicitate capit, qua frater Carthaginem, vix nonaginta militibus deſideratis, cùm hoſtium duo millia occidiſſet, plures cepiſſet. Carthaginienſes, & trecenti ferme oppidani, qui portas clauſerant, in cuſtodiam dati. Cæteris, qui non pugnauerant, traditum oppidum. Suæ res redditæ. P. Scipio L. fratrem Romam cum captiuis mittit. Ipſe Tarracone hybernat.

L. SCIPIONIS.

Borell. de Regis cath. præſtantia c. 40. §. 148. & 149.

M. Valerius Leuinus procoſ. ex Sicilia in Africam traijcit, Vticenſem agrum latè populatur, in reditu naues Punicas LXX profligat, XVII capit, quatuor in alto mergit magnamque frumenti capti copiam Romam ſubuehit.

M. LEVINI.

Achæorum Prætor Philopœmen Lacedæmoniorum Tyrannum Machanidam prœlio ad Mantineam cōmiſſo ſuperat. Machanidæ ſuccedit Nabis ferox & ſæuum portentum.

NABIS.

Polyb. l. 11. pag. 629. & l. 13. p. 674.

XXVIII. V.

A.M.3794. Sel.107. V.C.548. Ante Dn.206. Antiochi Magni XVIII. Pt. Philopatoris XVII.

Q. Cæcilio Metello } Coſſ.
L. Veturio Philone

Liuius decad.3.l.8. ANNIBALIS PRVDENTIA.

Annibal aduerſis quàm ſecundis rebus melior quamuis in vltimo Italiæ angulo concluſus pecuniæ ac commeatus indigens exercitum ex multarum gentium colluuie miſtum in officio continebat tutumque aduerſus duorum Conſulum inſultus præſtabat.

Metaſthenem Annij Viterbienſis ſpurium eſſe ſatis conſtat ex Scaligero & alijs. Verum autoris nomen eſt Megaſthenes, cuius apud veteres plurima mentio. Sed ipſius Megaſthenis genuina ſcripta fabuloſiſſima fuiſſe conſtat ex Strabone l. 2. Is nobis vnoculos, Cynocephalos & id genus portenta edidit. Inter cætera, Nabuchodonoſorem Hiſpaniæ potentem fuiſſe fabulatur apud Ioſephum Antiquit. l.10.c.11. Sed cùm ne Ioſephus quidem Megaſtheni fidem habuerit, multò minus debuit in tanta literarum luce Ioannes Mariana rerum Hiſpanicarum l. 1. c.17. dicere à Ioſepho id affirmari, & annum V. C. 171 aſſignare rei nunquam geſtæ. Verba Ioſephi ſunt. Megaſthenes, inquit, *πειρᾶται ἀποφαίνειν* Nabuchodonoſorem *τῇ ἀνδρείᾳ καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων ὑπερβεβηκότα τὸν Ἡρακλέα. Καταστρέψασθαι γὰρ αὐτὸν φησι Λιβύης* A *τὴν πόλιν, καὶ Ἰβηρίαν*. Meritò igitur Marianam hoc nomine caſtigat Petrus Mantuanus monitione quinta. Pœni bonam Hiſpaniæ partem inuaſerant. Primi totam occuparunt Romani, ſed multo & longo labore. Quippe Hiſpania militum quàm B frugum feracior prima prouinciarum, quæ extra Italiam in continenti ſitæ ſunt, Romanis inita, vltima idque ſub Auguſto demum perdomita nullis Scipionum victorijs deterrebatur, quin Aſdrubali Giſkonidæ auxilia in dies noua ſufficeret. C Is equitum quatuor vel quinque, peditum L, vel LXX millia cum Magone Amilcaris filio & Maſſiniſſa ad Silpiam ducit. Betulam P. Scipio ducit militum XLVM. caſtra ponentem Mago & Maſſaniſſa aggreſſi virtute & prudentia Scipionis repulſi ſunt. D Dein poſt continuas aliquot dierum velitationes pugna pugnata acriter quidem vtrimque. Sed Romanus manu conſilioque potior in fugam Pœnos conijcit renitente quantum poterat, Aſdrubale. Sed vſque inſtantibus ac cædentibus Romanis, E cedentibus Pœnis etiam ipſe fugam capeſſit. Maſſiniſſa quoque cum M. Syllano clam locutus amicitiam Pop. Rom. ſe exoptare teſtatur modo cum ipſo Scipione fœdus inire poſſit. Hoc maxime modo Carthaginienſes Hiſpaniâ pulſi XIII F Belli Punici anno, quinto poſtquam P. Scipio exercitum acceperat.

SCIPIO POENOS HISPANIA SPOLIAT.

Syphax Maſæſylorum in Mauritania rex opulentiſſimus ante octennium cum Pœnis bellum, cum Romanis ſocietatem inchoauerat. Sy-

SYPHACEM SIBI CONCILIAT.

phacem Maſſiniſſa à Romanis alienatum Pœnis conciliauerat. Sed ceſſatio belli potiùs quàm pax metu expreſſa fuerat. Et Syphax vltrò Romanis quàm Pœnis potiùs fauebat magis ingenij leuitate ac vitrea fide, quam certo iudicio. Igitur, vbi P. Scipio C. Lælium ad Syphacem legatum miſit, amicitiam Romanorum lubenter accepit. Sed eſſe quædam, de quibus cum ipſo Scipione velit agere. Et auſus eſt Scipio cum Lælio duabus quinqueremibus Africam petere. Eodem appellit & Aſdrubal ex Hiſpaniâ profugus cum ſeptem nauibus. Quod ſi paulò diligentiùs è portu ſoluiſſet, poterat Scipionem captiuum Carthaginem abducere. Vbi portum attigit Scipio, iam in tuto erat. Eodem tecto ac thoro menſæ accubuere victor & victus. Nec Syphaci modo ſed & Aſdrubali admirationi fuit Scipionis comitas ac ingenij amœnitas cum animi generoſitate certans. Itaque ergo non tantum de Hiſpania & Italia deſperare, ſed ipſi Carthagini timere cœpit Aſdrubal.

CASTIGAT ILLITVRGITANOS.

Poſt P. & Cn. Scipionum in Hiſpania cædem Caſtulo ſtatim à Romanis defecerat. Illiturgi etiam profugas exercit⁹ reliquias interfecerat. Huius ſceleris vltio hactenus dilata poſt ſexennium demum expetita. Illiturgitani conſcientiæ metu peruicaciter ſeſe defenſantes, capti & internecione deleti nullo ætatis ſexuſue diſcrimine. Vrbs ſolo æquata. Caſtulonenſes inuitis Pœnis, quorum aliquæ reliquiæ apud ipſos ſupererant, veniam deprecati & mitiùs habiti. Aſtapenſes latrocinijs aſſueti Romanorum rebus plurimùm incommodauerant. Vbi L. Martium cum exercitu accedentem viderunt, ſcelerum conſcientiâ vecordes ingenti rogo coniuges, liberos, aurum gemmas & ſi quid huiuſmodi, imponunt, dato mandato iuuenibus quibuſdam vt ſimul ac rem conclamatam viderent, ignem pyræ ſubijcerent. Ipſi eruptione facta in ipſis prope hoſtium caſtris furentibus ſimiles mortem oppetunt. Vbi vrbem ingreſſus eſt L. Martius obſtupuit ardente iam pyra ac vicis cruore manantibus. Ita Aſtapam ſuus furor perdidit. Aliquanto poſt in morbum incidit P. Scipio. Fama mortis eius euagata non Indibilem modo & Mandonium fratres Illergetum regulos ſed & duas legiones, olim P. & Cn. Scipionibus fidiſſimas ad defectionem incitauit. Sed legiones ſtatim ad officium rediere. Scelus XXX ſeditionis autorum ſanguine expiatum. Indibilis prœlio cernere auſus ac victus veniam deprecatur & impetrat. Mago & Maſaniſſa Hiſpania relicta in proximam inſulam Gades ſe receperant: niſi quod Maſaniſſa equitum præfectus, nonnunquam excenſione facta Hiſpaniæ litus populabatur. Hoc prætextu P. Scipionis conſpectum captabat, & obtinuit. Orationis Maſſiniſſæ ſumma hæc fere fuit. Ego hîc Pœnis miſeria ſua digniſſimis iuſſu patris milito. Simul in Numidiam reuertero, faxo pater ſciat, quantò Romanus Pœno præſtet. Quod ſi tu in Africam transferas bellum, & ex-

ASTAPENSES.

Digitized by Google

perieris quàm ſim accepti à te ante A
triennium beneficij memor. Hæc &
Syphacis promiſſa ſponte currenti
Scipioni immenſum calcar addide-
runt, vt iam totus ſpe ac cogitatione
in Africa eſſet. Vt id aſſequeretur,
Romam redit Conſulatum petitu-
rus.

MASANISSA REGNVM PATERNVM RECVPERAT.

Hæc Scipionis & Maſaniſſæ con-
ſilia ac ſpes multa turbarunt. Quip-
pe dum Romanorum in Hiſpania
victoriam moratur Maſaniſſa, pater
eius Gala fato fungitur. Galæ frater
Deſalces more gentis regnum occu-
pat, pauloque poſt & ipſe moritur. C
relictis duobus filijs Capuſa & Lacu-
mace. Capuſam regno potientem
ex improuiſo adortus Mezetullus &
ipſe regiæ ſtirpis occidit, & nomine
tutoris Lacumacem in cuſtodia ha-
bens regnum adminiſtrat.

Maſaniſſa vix tandem Magone D
Gadibus relicto patriam repetebat,
cùm his auditis à Bochare Maurita-
niæ rege quatuor Maurorum millia
impetrat. Mezetullus pupillũ ſuum
Lacumacem ad Syphacem mittit au-
xilia petiturum. Dat Syphax viro-
rum XVM. Erantque Mezetullo XM. E
Vicit tamen hæc Maſaniſſæ pruden-
tia & paterni nominis fauor. Quin
& Lacumaces & Mezetullus ſpe im-
punitatis & otij non inhoneſti cum
Maſaniſſa tranſigunt, quantumuis
reclamãtibus Carthaginienſibus eoſ-
que aduerſus Maſaniſſam incitanti- F
bus, forte quod reſciſſent aliquid de
ſecretis Maſaniſſæ cum Syllano &
Scipione colloquijs.

MOX FVGATVR.

Iiſdem autoribus Syphax Maſa-
niſſæ bellum infert vario euentu.
Quippe Maſaniſſa victus, profugus,
ad inſtitas redactus, pro mortuo ha-
bitus, vbi præter ſpem comparuit,
paulo momento regnum paternum
recuperat, cumque de vltione iam
cogitaret, rurſus à Syphace fugatus
& regno pulſus eſt. Atque hæc Ma-
B ſaniſſę cõtigerunt intra paucos men-
ſes puta XVI, aut XX. Hæc Syphacem
fluxæ fidei principem Pœnis recon-
ciliarunt. Acceſſit amor, quo depe-
rire cœpit Sophoniſbam Aſdrubalis
Giſgonidæ filiam. Tum palam reno-
uatum cum Carthaginienſibus fœ-
dus.

I. VI.

A.M.3795. Sel.108.V.C.549. Ante Dn.205. Antiochi Magni XIX. Pt. Philopatoris XVIII.

P. Cornelio Scipione } Coſſ.
P. Licinio Craſſo Diuite

P Licinio diuitiæ, facundia, no-
bilitas, iuris pontificij peritia
aditum patefecere ad ſummum Pon-
tificatum, Præturam, Cenſuram, &
Conſulatum, qui bellicæ quoque
laudis compotem eum fecit. P. Sci-
pioni Conſulatus non tam prẹmium
rerum in Hiſpania geſtarum fuit,
quàm gradus ad maiora. Licinio An-
nibal oppugnandus datur & Brutij.
Scipio bellum in Africam transfert
reclamantibus multis, & maxime
Senatus Principe Q. Fabio, ſiue ſti-
mulante inuidiâ, quod adoleſcens
Fabij, qui Maximi nomen obtinue-
rat,

Digitized by Google

rat, luminibus officeret, ſiue quod illi ſemper tutiora quàm audaciora conſilia placuerunt, non tam periculi metu quàm popularis auræ contemptu. Valerius etiam vetante Senatu traductum in Africam exercitum à Scipione tradit.

Val. Max. l. 3. c. 7.

INDIBILIS DEFECTIO.

In Hiſpania Indibilis & Mandonius, cùm Pœnos à Romanis pulſos, Scipionem cum magna exercitus parte in Italiam reuerſum viderent, ſpecie libertatis ſubijciendæ ſibi Hiſpaniæ ſpem concipiunt. Iamque multos ad arma concitauerant, cum L. Lentulus & L. Manlius à P. Scipione relicti naſcenti malo, priuſquam gliſceret, mature obuiam eundum rati in agros Illergetũ veniunt, commiſſaque proſperè pugnâ Indibilem ipſum & tredecim Hiſpanorum millia occidunt, octingentos capiunt, cum ipſi vix ducentos amiſiſſent. Reliqui redimendæ paci Mandonium reliquoſque defectionis autores comprehenſos ad Romanos mittunt. Atque ita ſupplicio eorum pax ſancita.

CASTIGATVR.

Plutar. in Philopœmene.

Philopœmen Achæorum iterum Prætor in feſto Nemeorum Tacticos Phalangis ſuæ rythmos oſtentat magnâ Græcorum admiratione. C. Lælius in Africam præmiſſus circa Hipponem expoſitis nauibꝰ agros vicinos populatur. Ad eum accurrit Maſaniſſa, Scipionis deſidiam incuſat. Se regno pulſum, Syphacem quoque fluctuare, & ni maturè proſpiciatur, ad Pœnos tranſiturum. Scipionem detinebat belli, quod diuturnum præſagiebat, apparatus & Locrenſium per occaſionem expugnatio.

PLEMINII SCELERA.

A His præfectus Pleminius ſpecie vltionis de defectoribus exigendæ ſacra, prophanaque expilabat, ac ſi non armis ſed vitijs cum Pœno certaret. Inter alia etiam Proſerpinæ templum ſpoliatum, notaturque idem euentus ſecutus, qui olim ſub B Pyrrho. Quotquot prædæ participes fuerunt, velut in furorem acti miſere periere. Cum præſidium Romanum diſſenſione laboraret, ei pacandæ P. Scipio redire coactus Pleminium quidem abſoluit, tribunos ſeditioſos verbis caſtigat. Scipione C digreſſo Pleminius iræ ſatisfactum non credens tantâ immanitate in Tribunos eorumq; neceſſarios graſſatur, vt ad ſummam ſæuitiam nihil reliqui faceret. Eâ re ad Senatum perlatâ reliqui quidem pœnas luerunt, Pleminius in carcere detinebatur, D & duodecimo demum poſt anno cum Romam ipſam per incendiarios perdere paraſſet, in carcere necatus eſt. Haud procul hinc, nec ab Annibale, nec à P. Licinio Coſ. fiebat vllum operæ pretium, quia vtriuſque caſtra maximè E Punica dira lues infeſtabat. Id Romæ nunciatum cum eſſet, & multis locis lapidarum, inſpecti libri Sibyllini iubent matrem Deûm Peſſinunte arceſſi. Lapis erat, quem Phryges ſtolidi è Cælo delapſum fabulabantur. Hoc munere lubens Romanos mactauit Attalus. P. Sulpitio res in F Græciâ ſegniter agenti ſucceſſor datur P. Sempronius. Interim Ætoli bello feſſi & velut à Romanis deſerti illis inconſultis cum Philippo pacem faciunt. Paulò poſt Dyrrachium

CYBELE ADVECTA.

SEMPRONIVS PACEM CVM PHILIPPO SANCIT.

aduectus Sempronius Dimallum oppugnat, Parthinos ad res nouandas ſollicitat. Accurrit Philippus rebuſque curſim non improſpere geſtis in regnum redit. Tum Epirotæ Romanos & Macedonas conteſtantur vt poſitis odijs pacem ineant. Ea res Romanis Africo bello intentis grata fuit. Ita pax facta inter Romanos & Philippum ac eorum ſocios. Sempronio abſenti Conſulatus in annum ſequentem datur præmium rei bene geſtæ.

II. VII. Olympias CXLIV.

A.M.3796. Sel.109. V.C.550. Ante Dn.204. Antiochi Magni xx. Pt. Philopatoris XIX.

M. Cornelio Cethego / P. Sempronio Tuditano } Coſſ.

Liuius decad 3.l.9.

P. Scipio poſt magnos apparatus in Siciliâ factos iam mediâ æſtate in Africam vela dat. Ad pulchrum promontorium excenſione factâ vicinos Vticæ agros late populatur, naueſq; onerarias aliquot prædâ onuſtas in Siciliam remittit. Neque tamen in Africâ quiſquam ſeſe Scipioni offert, præter Maſaniſſam profugum cum ducentis admodum equitibus. Erat tamen is non leuis momenti, propter locorum & rei militaris peritiam. Primum cum Hannone prœlium proſperum fuit. Eo ad duo millia equitum cepit aut occidit Scipio. Poſt ſeptidui populationem Vticam toto impetu obſidet dies XL. Sed Syphax cum quin-

A quaginta vel potius viginti, ſocer eius Aſdrubal cum XXX peditum, decem equitum millibus obſidionem remittere cogunt ineunte iam hyeme. Ita tamen caſtra diſpoſuit Scipio vt & aduerſus Aſdrubalem ac Syphacem tutus eſſet, & Vticam cir-
B cumſideret. P. Sempronius Coſ. cum Annibale bis congreſſus in Brutijs primo MCC milites deſiderauit, altero prœlio auctis viribus quatuor Pœnorum millia occidit, Annibal Crotonem ſe recipit, cùm interim Sempronius reciperet Petiliam, Conſen-
C tiam, Pandoſiam & aliquot alia minuta oppida.

Val. Max. l.2.c.9.
TVRPIS CENSVRA.

M. Liuius & C. Claudius Nero, qui triennio ante Conſulatum, hoc anno cenſuram ſimul geſſerunt. Sed quæ tum ſepultæ videbantur inimicitiæ, fœdum in modum recrude-
D runt. Primus Nero M. Liuio equum ademit, quod olim populi iudicio condemnatus fuiſſet. Viciſſim Liuius Claudio equum adimit, quod falſum de ſe teſtimonium perhibuiſſet, vel quod non bonâ fide in gratiam rediſſet. Victor luſtrum XLV
E condidit Claudius. Cenſa ſunt ciuium CCXXVM.

Liuius Decad l.9.
LVDI GALESES.

Cum matris Idææ ſimulacrum Peſſinunte arceſſeretur Apollo dixit numen id ab optimo virô recipiendum & conſecrandum. Senatus P. Scipionem Naſicam adoleſcêtem non-
F dum quæſtorium hoc titulo cohoneſtauit. In eius Idoli honorem ludi Megalenſes inſtituti pridie Idus Aprilis.

Ouid Faſt.

Sed & alio dramate Romanis illuſit Satan. De Claudiæ pudicitiâ dubi-

Digitized by Google

tabatur: quod cùm male audiret, ipſa ſe caſtiſſimam adſeueraret. Nauis Idolum Peſſinuntium ferens in luto hæret. Funibus adductis fruſtra mouere tentat populus. Tandem Claudia ter capite aqua adſperſo exclamat. *Si caſta ſum, ò Dea, ſequere, ſin minus, mane.* Et cum dicto funem trahit. Sequitur nauis. Ita & Claudia pudicitiæ & lapis diuinitatis famam conſequitur.

Clemens Stromat. 1. tribuit Pt. Euergetæ annos 25, Pt. Philopatori annos 17. Meliùs dixiſſet 24. & 18. Epiphanius Epiphani tribuit annos 34. Meliùs Clemens annos 24. Igitur Pt. Philopator cùm ſolus regnaſſet annos circiter octodecim, filio Epiphani quadrimulo regis nomen largitur, vt docet Hieronymus in Danielis c. XI.

III. VIII.

A. M. 3797. Sel. 110. V. C. 551. Ante Dn. 203. Ant. Magni XXI. Pt. Epiphanis I.

Cn. Seruilio Cæpione } Coſſ.
C. Seruilio Nepote }

Euſebius. Ioſephus Ant. l. 12. c. 3 p. 356.

PT. *Epiphanes Scopâ principe militiæ deſtinato Iudæam capit & plurimas Syriæ ciuitates.* Hæc Euſebius. Ioſephus id ad Cœlem Syriam reſtringere videtur, quam Rufinus ineleganter *humilem Syriam* vertit. Meliùs autem Euſebius tribuiſſet hæc Pt. Philopatori adhuc viuenti, quàm Epiphani infanti.

Duo Acarnanes legum Atticarum
A ignari magnis Cereris Myſterijs, quę ſecundo vel quarto euiuſque Olympiadis anno fiebant, ſeſe immiſcent. Imprudentiam eorum morte mulctarunt Athenienſes, quam ſęuitiam multa mala ſunt conſecuta. Quippe hanc iniuriam vlturi Acarnanes At-
B ticam cum Philippo populantur. Superuenit Attalus cum Rhodijs. Hi & Acarnanas & Philippum ad ſua quemque citiùs quàm venerant, redire cogunt. Et Myſteria quidem hoc anno menſis Boedromionis XV vſque ad XX acta ſunt. Incurſatio
C Acarnanum anno ſequente contingere potuit.

Liuius decad. 4. l. 1. MYSTERIA VIOLATA.

Per idem ferme tempus Pruſias Bithiniæ rex Philippi gener Cianis in Bithynia ſitis infenſus bellum infert adiuuante ſocero. Cianus luxu diffluens & ex aliorum damnis ſua
D commoda comparare ſolita vltimo exitio digniſſima erat. Sed nec Pruſias, nec Philippus digni erant, qui bello iniuſto Græcam vrbem perditum irent. Ad Philippum accedunt multarum Græciæ ciuitatum legati ſupplicantes, ne, qui Græcorum pa-
E tronus audiat, Gręcam vrbem excinderet. Sed potior fuit apud Pruſiam vltionis, apud Philippum prædæ cupiditas. Quin & iniuriæ contumeliam addit. Legatos inanibus promiſſis lactans ac diem ex die ducens tamdiu apud ſe detinuit, quoad vr-
F bem expugnaret: atque ita fecit, vt ipſi rei triſtiſſimæ ſpectatores eſſent, qua re Gręcos dum territare cogitat, plurimum irritauit, maximè Rhodios & Ætolos. Tum quaſi vulnus vulnere curaturus in reditu Lyſima-

551. *Polyb. l. 15. p. 709.* PHILIPPVS CIANVM EXPVGNAT.

Polyb. l. 17. p. 745.

LYSIMACHIAM OCCVPAT.

chiam in Thracica Cherſoneſo ſitam Ætolorum ſocietate ſubnixam eiecto Ætolorum Prætore occupat: ac præſidio tenet ſpecie ſubſidij ipſis aduerſus Thracum incurſiones pręſtandi, quam tamen aliquanto poſt alijs curis implicitus paſſus eſt à Thracibus capi, diripi, ſubuerti.

Liu. decad. 3. l. 10.

SCIPIO SYPHACIS CASTRA EXPLORAT.

P. Scipio legatos ad Syphacem mittit, vt aut ad ſe pelliciant eum, aut, ſi abnuat, eius caſtra diligenter circunſpiciant. Quam ob cauſſam cum legatis calonum loco mittit viros rei militaris peritos, qui emiſſitijs oculis omnia perluſtrent. Syphax ambiguis ac ſubdolis reſponſis Scipionem eludit. Eo acriùs inſtare Scipio & legatos miſſitare, quaſi belli pertæſus & pacis percupidus. Syphax Aſdrubalis conſilio ita pacem offert, vt iniquas conditiones expoſtulet. Tum Scipio ſortem ſuam ſe dolere, quod ſe vno fruſtra tendente nulli alij pax placuiſſet. Nullam aliam pacem quàm relictis Carthaginienſibus Syphaci cum Romanis eſſe. Ita abruptæ legationes, induciæ ſublatę. Iamq; ver appetebat, cum tumulum occupat, quaſi propiùs Vticam circumſeſſurus, re verâ vt hoſtium animos ab eo quod parabat auerteret, & Vticenſes ab eruptione prohiberet. Bina Pœnorum caſtra à Romanis ſeptem fere paſſuum millibus aberant. Sciebat Scipio caſtra Syphacis tuguriolis ex arido ligno ſtructis conferta eſſe. Igitur C. Lælio & Maſaniſſæ mandat, vt caſtris Syphacis ignem inijciant, ſed ita vt hoſtis fortuitum eſſe putet. Ingenti flammâ repente exortâ Afro- A rum alij ſemiſomnes hauſti, alij ſine armis ad reſtinguendum ignem accurrunt. Eodem concurrunt & Pœni ex Aſdrubalis caſtris. Vbi omnia turbata videre Romani, C. Lælius, Syphacis, Scipio Aſdrubalis caſtra adorti diripiunt, ſtragem horrendam B edunt. Cæſa ſunt hoſtium quadraginta, capta ſex millia, vix tria millia de Aſdrubalis, octo de Syphacis exercitu euaſerunt.

DIRIPIT.

Scipioni poſt direpta hoſtium bina caſtra duæ treſue vrbes ſtatim ſe dedunt. Carthagine, primò quidem C multum trepidationis, dein firmatis animis Aſdrubal iuſſus nouas copias conſcribere. Filia eius Sophoniſba Syphacem maritum obteſtari, ne patrem & patriam deſerat. Idem & Carthaginienſium legati ſupplices poſtulare. Syphax iam proprio do- D lori indulgens vltioniſque cupidus acriùs quàm pridem bellum reparat. Nec mora, triginta ferme armatorum millia aduerſus Scipionem ducunt Aſdrubal & Syphax. Scipio repetitam Vticę obſidionem tum quoque inter mittere coactus tumultua- E rium Numidarum & mercenariorum exercitum nullo negotio profligauit. Iamque confertim Carthaginienſium vrbes in deditionem veniebant. Maſaniſſa à C. Lælio in Numidiam deductus regnum paternum recuperat Mæſæſylis diu deſi- F deratum regem ſuum lubenter excipientibus. Syphax interim tum iræ, tum amoris œſtro percitus inſtigante ac faces admouente Sophoniſba fremere, indignari: quoque pertinaciùs, eò inconſultiùs in bellum fer-

MASANISSAE REGNVM RESTITVIT.

Digitized by Google

ri: copias conſcribere, etiam ex vſu diſciplinę Romanę ordinare, regere. Sed hęc raptim & tumultuoſe facta. Vbi ad rem ventum, quò ardentiores ad velitationum concurſationem eò ad ſtatariam cum Romano pedite pugnam ineptiores Numidæ legionum imperum ſuſtinere non potuerunt. Syphax dum exemplo ac periculo ſuo fugam Numidarum cohibet, equo icto prouolutus viuus capitur. Tum vero effuſâ fugâ Numidæ Cirtham regni caput petunt. C. Lælius & Maſaniſſa ſimul fere cum fugientibus vrbem ingrediuntur. Victori Maſaniſſæ ſeſe offert Sophoniſba ſuppliciter obteſtans, ne filiam Aſdrubalis, ne Syphacis vxorem cuiuſquam Romani poteſtati tradit. Tanta fuit ſupplicis venuſtas, maieſtas & facundia, vt captiuum victorem in amoris vincula coniecerit. Simul, id, quod rogabatur, temere promiſit, vt, quod promiſerat, præſtare poſſet, Sophoniſbam vxorem ducit, antequam Lælius aduenirer. Poſtquam primò Lælius, dein Scipio Maſaniſſæ temeritatem & incontinentiam modeſtè quidem, ſed ſeuerè caſtigarunt, Maſaniſſa anceps animi, quod id promiſiſſet, cui præſtando non erat, per ſeruum vxori venenum mittit, iuratus ſibi inuitiſſimo non aliam liberandæ fidei ſupereſſe viam. Sophoniſba poculum intrepido vultu haurit. In Italia iam tertium annum Liguriam inſidebat Mago Annibalis frater relictâ Hiſpaniâ. Galli Romanorum odio & metu Romanis palam fauebant, Pœnis per occulta & magis fida. Ligurum

SYPHACI ERIPIT.

SOPHONISBAE PELLACIA.

צפון צבא *peculium ſiue theſaurus exercitus.*

REVOCANTVR MAGO.

A maxima pars aperto Marte Hannoni militabat. Tandem etiam Inſubres Galli Magoni nomen dedere. In eorum regione M. Cornelius procoſ. & P. Quintilius Varus prætor aduerſus Hannonem pugnant. Atrox & cruentum fuit prœlium. Romani
B multò plures cecidere. Sed Mago ſauciatus ad Liguras Ingaunos mari proximos concedere cogitur. Ibi literas Carthaginienſium accipit, quibus iubebatur periclitanti patriæ ſubuenire. Neque multo poſt in itinere moritur. Huius frater Annibal
C Brutios paulatim ad Romanos deficientes nequicquam retinere conatur, id potius ſatagens, vt eorum victoriam retardaret, quàm quod ipſe victoriam aliquam de Romanis ſperaret, in omnes tamen occaſiones intentus, ſi forte victorum ſecuritas
D noui ſucceſſus materiam aliquam ipſi præbeat. Cùm in his eſſet, Italiam omittere, & iam iamque pereunti patriæ opem ferre iubetur. Iuſſis obſequitur furens, frendens, gemens, ac dira imprecans tum Hannoni, qui Barcinæ factioni infenſus cauſſa fue-
E rat, quod parciùs ad Annibalem miſſa fuerant ſubſidia, tum ſibi, quod poſt Cannenſem pugnam Romam rectâ non petijſſet.

Carthaginienſes, dum Annibalem expectant, ſimulato pacis ſtudio inducias à Scipione impetrauerant,
F & legatos Romam miſerant petituros, vt ſibi liceret ex vltimi fœderis præſcripto pace frui. Senatus fœdus illud à Pœnis violatum, eiuſque memoriam iam ex animo excidiſſe reſpondet. Illi culpam in Annibalem

ANNIBAL.

POENORVM PERFIDIA.

Digitized by Google

A conferre. Senatus & iniqua poſtulari & fucato animo pacem peti ratus legatos propere Italiâ abſcedere iuber. Interim Lentulus Prætor ex Sardiniâ centum onerarias & viginti roſtratas naues in Africam mittit proſpero curſu. Cn. Octauius ex Siciliâ B ducentas onerarias & triginta longas ducens vi tempeſtatis in Ægimurum Carthagini proximam inſulam & ad Aquas Calidas vrbi propiores defertur. Poterant Pœni modico in naufragos beneficio pacem honeſtis conditionibus redimere. Vicit perfidia. Protinus ab vrbe in disiectam C claſſem concurritur. Legatos mittit Scipio conquerens inducias à Pœnis, qui eas petijſſent, violatas. Legati per tumultum prope diſcerpti ſunt. Repreſſus in præſens à Senatu plebis impetus. Mox in redeuntes ex claſſe incurſio facta. Legati tamen D naue in litus proiectâ pedeſtri itinere euadunt. Paulo poſt ab Italiâ redeunt Pœnorum legati quibus Scipio. *Populares*, inquit, *veſtri & inducias & ius gentium violarunt. Vos memores eſtote à Romanis bella iuſte ſuſcipi, geri, finiri. Vobis inſontibus ciuium* E *veſtrorum ſcelera fraudi non erunt. Inducias ipſas ad vltimum vſque diem inuiolatas ſeruabo. In tempore dijs adiutoribus faciam, vt Pœnis ſua perfidia exitio ſit.*

IV. IX.

F A.M. 3798. Sel. III. V.C. 552. Ante Dn. 202. Antiochi Magni XXII. Pt. Epiphanis I I.

Ti. Claudio Nerone } Coſſ.
M. Seruilio Pulice }

Rebus in Italia, & Hiſpaniâ pacatis cùm totius belli moles in Africam vertiſſet, ſedecim legiones imperio defendendo ſufficere viſæ. *Liuius decad. 3. l. 10. Polyb. l. 15. p. 689.*

SCIPIO PROFLIGAT ANNIBALEM.

Pœni per Annibalem pacem petunt, ſed, cùm pauciora quàm priore anno offerrent, Scipio multæ ob inducias violatas nomine plura expoſtularet, ad arma ventum. Nec in ordinandâ acie, nec in prœlio quidquam omiſit Annibal, quod ad ſummi ducis officium pertineret. Sed elephantorum LXXX, quibus vel maxime confidebat, præter omnium opinionem is fuit pauor, vt vix conſpectum ac clamorem Romanorum ſuſtinere auſi ſuis quàm hoſti fugâ præproperâ ac præcipiti plus damni intulerint. Auxiliares Carthaginienſium cum & ipſi Romani peditis impetum non ferrent cedere coacti. Qui à tergo ſtabant, Carthaginienſium alij per ignauiam ne adiuuerunt quidem. Alij ferociùs fugam ferro inhibentes prius in ſuos quàm in hoſtes ſæuierunt. Sed male Mariana. *Annibal*, inquit, *totâ Africâ cedere compulſus longinqua fuga ſe texit.* Diu poſt in Africâ Carthagine manſit Annibal. *Mariana rer. Hiſp. l. 2. c. 24.*

Hæc vecordia fœdifragis digna certam Romanis victoriam dedit etiam fatente Annibale ſe non prœlio tantum ſed & bello victum, cùm fortiter pugnando feciſſet, vt quàm cruentiſſima Romanis victoria eſſet. Ceciderũt Romanorum decem millia, Pœnorum duplo maior nume-

Digitized by Google

rus. Sed caſtra capta & fugientium trepidatio Carthaginem adeò percuſit, vt nulla niſi in victoris clementiâ ſpes ſupereſſet. Cumque iam legati infulis velati ramum oleæ præferentes Scipionis miſericordiam implorarent, ſuperuenit Syphacis filius Vermina duodeuiginti circirer Numidarum millia ducens magnum momentum victoriæ allaturus, ſi in tempore adfuiſſet. Victoris exercitus pars cum toto equitatu ſuffecit ad Numidas internecione delendos. Cecidere XVM. Capti mille ducenti. Vermina cum paucis effugit. Multis vltimo excidio digna videbatur Carthago. Sed Scipio, qui ne Vticam quidem adhuc capere potuerat, reputans quantò maioris molis eſſet tãtæ, tum munitę vrbis expugnatio, ſimul metuens ne T. Claudij Conſulis, qui propediem adfuturus dicebatur, aduentus gloriæ ſuæ cumulum interciperet, conditiones pacis præſcribere maluit. Cum iniquæ Giſkonidi viderentur, Annibal perſuadet nec iniquas & neceſſarias eſſe.

VERMINAM.

V. X.

A. M. 3799. Sel. 112. V. C. 553. Ante Dn. 201. Antiochi Magni XXIII. Pt. Epiphanis III.

Cn. Cornelio Lentulo }
P. Ælio Paito } Coſſ.

Liuius decad. 3. l. 10.

SÆpe indicta comitia perfici tempeſtates prohibuerunt. Itaque cùm præter Idus Martias veteres magiſtratus abiſſent, noui ſuffecti

A non eſſent, Reſp. Rom. ſine curulib. magiſtratibus erat. Interim Romam adueniunt P. Scipionis, Carthaginienſium & Philippi legati. Scipionis legati ſtatim auditi: patefactiſque templis omnib⁹ dijs gratiæ actę. Reliqui legati poſt creatos demum B Conſules auditi. Philippus querebatur ſe à M. Aurelio vexatum, poſtulabat, vt quatuor millia Macedonum, qui duce Sopatro Annibali militantes à P. Scipione capti fuerant, ſibi redderentur. Reſponſum, fœderis violationem à Philippo profe- C ctam. Socios ſuos aduerſus Philippi iniurias ab Aurelio defendi debuiſſe. Sopatrum Philippi affinem in hoſtium caſtris aut acie captum meritò in vinculis haberi. Bellum à Philippo quæri &, ſi pergat, inuentum iri. Carthaginienſium legatorum D princeps erat Aſdrubal Hædus, qui cum Hannone bellum ſemper diſſuaſerat, tum pacis ac patriæ amore, tum odio Barcinæ domus, quæ bellum ſuadebat. Huic Senatus. *Per quos*, inquit, *deos fœdus icturi eſtis, cum eos, per quos ante ictum eſt, deceperitis?* E *Per eoſdem*, inquit Aſdrubal, *qui tam infeſti ſunt fœdera violantibus.* S. P. Q. R. Prætorem cum decem fecialibus ad Scipionem mittit, ex quorum ſententiâ Scipio pacem faceret, quibus ſuperiore anno dictum fuerat, F legibus. Perfugas, captiuos, fugitiuos, elephantos omnes, naues quoque omnes præter decem tradidere, plures comparare prohibiti ſunt. Suo intra Africam patrimonio contenti omni extra eam imperio belloque abſtinere iuſſi. Fœdus hoc an-

SENATVS PHILIPPVM INCREPAT.

חדוש

POENIS PACEM DAT.

nis quadraginta poſt vltimum, quod annos XXIII ſeruauerant, pepigere, cum annos XVII vario euentu pugnaſſent adeò vt propiùs periculo fuerit victor. Scipio primus de gentis victæ nomine Africanus cognominatus. Vetmina Syphacis filius pacem petens magnâ ſui regni parte mulctatur, eaque Maſaniſſæ datur, iubenturque Carthaginienſes omnia Maſaniſſæ reddere, quæ ipſi vel patri eius eripuerant, atque intra eos Africæ fines ſe continere, quos ante ſuſceptum bellum poſſederant. Attalus Pergami rex Pruſiam Bithyniæ regem vicinum odio proſequens ſocerum eius Philippum amare non poterat. Is Athenas cum Rhodijs venit, in Philippum debacchatus ad bellum hortatur. Philippus hoſtis Græcorum pronuntiatur. Dum illi decretis pugnant, Philippus Heraclidem mittit, qui fines Athenienſium agat, ferat. Ipſe Maroneam primo impetu capit. Hinc in proximam Cherſoneſum delatus Eleuntem, Callipolim, Madytos occupat ac totam denique Cherſoneſum ſubigit.

PHILIPPVS GRAECOS CASTIGAT.

Interim Athenienſes flammas ore vomunt & Attalus Æginæ moratur ambiguas ac ſubdolas procraſtinantium Ætolorum reſponſiones expectans. Ita Græci bella temere ſuſcepta ſegniter gerentes, dum Macedonum iugum non iam æneum ſed laneum ac putreſcens acri quidem animo, ſed molli brachio excuſſum eunt, nouum idque ferreum Romanorum iugum arceſſiuerunt & ceruicibus ſuis impoſuerunt.

A *Hipparchus* teſte Ptolemæo ſcribit *ſe obſeruaſſe Lunæ defectum annis poſt Nabonaſſarum 546 Ægyptiacis, diebus 346, Meſori* XVI, *horæ 7, cùm Sol eſſet in Virginis gradu 26. 6′. Eratq; annus ſecundus Periodi Calippicæ quinquageſimus quartus*. Tempus conuenit B cum Septembris XXIII Sabbatho, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 86. 26′. 8″.

ECLIPSIS LVNAE *Ptol. l. 4. c. 11.*

VI. XI. Olymp. CXLV.

A. M. 3800. Sel. 113. V. C. 554. Ante Dn. 200. Antiochi Magni XXIV. Pt. Epiphanis IV.

C

P. Sulpitio Galba II. } Coſſ.
C. Aurelio Cotta }

SEx legionibus eo anno Reſp. D Rom. adminiſtrata eſt. Tranquillitatis ſuæ iam tædebat Romanos, quibus nihil gratius erat, quam ex bellis bella ſerere. Philippo igitur Macedonum regi per feciales bellum denuntiant, quod Pœnis auxiliatus, quod Athenienſibus, Attalo, E aliiſque Romanor. ſocijs moleſtus fuiſſet.

Liuius decad. 4. l. 1.

Maximè cùm audiſſent magnos à Philippo fieri bellicos apparatus, malebant vim inferre, quàm repellere. Hæc cogitantes turbat Amilcar Pœnus à Magone nuper in Liguriâ F relictus ad ſollicitandos Gallorum animos. Is ſiue clam à Carthaginienſibus impulſus ſiue proprio motu XL Gallorum millia concitat, & Cremonam oppugnat. L. Furius Prætor copijs licet impar tamen pugnam non

FVRIVS CASTIGAT AMILCAREM.

Digitized by Google

GALLOS.

non detrectat. Dum Galli Romanos circumuenire cogitant, eques Romanus cornua ſtrenuè propulſat, pedes mediam aciem diductis cornibus extenuatam perrumpit. Amilcar fortiter pugnans occumbit. Eo ſublata tanta fuit Gallorum ſtrages, vt ipſa caſtra primo impetu capta fuerint, & vix ſex Gallorum millia euaſerint.

553.
PHILIPPVS ABYDVM EXPVGNAT.

Philippus iam totius Thraciæ Cherſoneſi potens imminentem Seſto Abydum oppugnat. Tantaque fuit Rhodiorum ignauia, vel infirmitas, vt cum ſub eorum oculis propemodum res gereretur, haberentque claſſem in Tenedo ſtantem, tamen vnam tantum quadriremem ſubſidio miſerint. Attalus trecentos milites, qui Abydenis animos potiùs quàm vires adderent. Philippus ſtrata ruinis muri parte ad interiorem raptim oppoſitum cuniculis peruenerat, cùm Abydenis rogantibus, vt ſibi ac ſocijs cum ſingulis veſtimentis abire tutò liceret, nihil pacati niſi omnia permittentibus reſpondit.

AYTOXEIPIA.

Huius reſponſi ferocia Abydenos eò indignationis ac deſperationis egit, vt eo fere modo quo ante ſexennium Aſtapenſes & antea Saguntini in Hiſpania perire maluerint, quàm Philippo ſe tradere. Ita dum viri pertinaciter ad vltimum vſque vitæ ſpiritum pugnant, iuuenes ſeipſos, ſenes, & ſequiorem ſexum cum domibus ac totâ ſuppellectile incendio perdunt. Sed vt Sagunti Pœnos, ſic Abydi ruinæ Macedonas oppreſſerunt. Philippo Abydum euertenti nuntij occurrunt *P. Sulpitium Coſ. in* A *Epiro eſſe: & Apolloniam terreſtres copias, nauales Corcyram in hyberna deduxiſſe.* Quippe, ait paulo poſt Liuius, Sulpitius Coſ. *autumno ferme exacto in prouinciam venit.*

Philippus Eubœam duobus præſidijs in officio continebat. Oreus B Orientem, Chalcis Euripum ſpectat. Ex Chalcide regij milites Atticam incurſabant. Eò venit à P. Sulpitio Coſ. miſſus C. Claudius Cento cum viginti nauibus longis. Is eam oram maris ab hoſtili incurſione tutabatur, cum Chalcidenſis aliquis C nuntiat præſidiarijs militibus confiſos oppidanos cuſtodiam vrbis negligere, præſidiarios ipſos populationibus intentos ſecuriùs agere. Claudius igitur ſub exitum noctis Chalcidem delatus ſcalis admotis vrbem incuſtoditam capit, & quia D eam cuſtodire ipſe non poterat, direptam incendit maribus omnibus occiſis. Philippus circumuolitare, quàm collatis ſignis pugnare aſſuetus eò feſtinus accurrit ac immedicabilis mali ſpectaculo efferatus in Atticam & ipſe noctu venit, ſi forte A- E thenienſibus incautis & ſibi pridem inuiſis talionem poſſit rependere. Sed prænuntius è ſpecula Hemerodromus ſpem regis fruſtratus eſt.

CENTO CHALCIDEM DIRVIT.

Hipparchus teſte Ptolemæo *Lunæ defectionem obſeruat annis poſt Nabonaſſarum 547 Ægyptiacis, diebus 158,* F *Mechir nono, cum Sol eſſet in Piſcium gradu 26.17′.* & Meſori die quinto, cum Sol eſſet iuxta medietatem Virginis. Tempus conuenit cum Martij viceſimo, feriâ tertiâ. Lunæ latitudo erat graduum 270. 27′.32″. &

Ptol.l.4. c.11.
ECLIPSES HIPPARCHI.

Septembris duodecimo, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 94. 28'. 55".

VII. XII.

A. M. 3801. Sel. 114. V. C. 555. Ante Dn. 199. Antiochi Magni xxv. Pt. Epiphanis v.

L. Cornelio Lentulo
P. Villio Tappulo } Coſſ.

Appianus. Liu. l. 32. ANtiochus Ioniam Æoliamq; etiam Attali Philippico bello occupati regnum infeſtat. Sed à Senatu monitus æquum eſſe ſocios & amicos Pop. Rom. inter ſe pacem ſeruare, dicto audiens fuit. Quam ob cauſſam ab Attalo miſſa corona aurea CCXLVI pondo idque ſequente anno.

PHILIPPI FVROR. Philippus peruaſtato Atticæ agro Argos venit ad concilium Achæorum conſultantium, qua ratione Nabidem Lacedęmoniorum tyrannum à finibus ſuis propulſarent. Ego, inquit Philippus, cum Spartam vſque fugere cogam. Vos modo mittite, qui meo nomine Corinthum & Oreum tueantur. Senſit Cycliades Achæorum Prætor id agere Philippum, vt Achæos incautos Romano bello illigaret. Ideò prudenter, *Non licet*, inquit, *nobis alijs de rebus referre, quàm propter quas conuocati ſumus*. Tum fremens Philippus Achæis deſertis in Atticam redit, eamque rurſus populatur: nec in viros tantum, agros aut tecta priuata ſed & in ſepulchra ac templa ſæuit, omnia diripiens, diruens, proterens. Adeo ab A irâ & vltionis ſtudio dementatus, vt non videret, quantum Græcorum omnium odium ſibi conciliaret, ac mox hæc rudera in caput ſuum ruitura. Hinc in Panætolium venit, cumque obtinere non poſſet ab Ætolis auxilium, ſaltem Damocritus Præ- B tor peruicit, vt nec Romanis auxilia darentur, ſed conſultatio ſuper ſocietate cum Romanis ineundâ in proximum Concilium differretur. Aliquantò poſt cum P. Sulpitio, bis improſperè pugnat. Tum demum Ætoli ſocietatem Romanorum am- C plectuntur annuente etiam Damocrito Prætore. Eo audito Philippus in Ætoliam vſque excurrit, & Ætolos multos nec opinantes occidit, ac meritas infidæ ſuæ leuitatis pœnas luere cogit.

Romana claſſis cum Attalo Oreum D & multas alias vrbes capit. His peractis Attalus Athenas venit, & magnis Eleuſiniæ Cereris myſterijs initiatur. Poſt Boedromionis viceſimum in regnum redit.

P. Villius Coſ. cui Macedonia obuenerat, ſub anni demum exitum in E Macedoniam venit, priuſque à T. Quintio ſucceſſore redire coactus eſt, quàm quidquam memoriâ dignum geſſiſſet.

C. Bebius Pamphilus Prætor Gallorum Inſubrum fines temere ingreſſus ſupra ſex millia & ſexcentos F milites amittit. L. Lentulus Coſ. Prętorem quidem acriter increpat. Sed ipſe memorabile nihil agit, atque adeo ne Sex. quidem Ælius anno ſequente.

VIII. XIII.

A.M. 3802. Sel. 115. V.C. 556.
Ante Dn. 198. Antiochi Magni XXVI. Pt. Epiphanis VI.

T. Quintio Flaminio
Sex. Ælio Pæto } Coſſ.

Euſeb. Chron. ANTIOCHVS SYRIAM RECVPERAT. *Ioſephus Antiq. l. 12. c. 3.*

ANtiochus Romanorum metu Attali regnum inuadere non auſus in Syriam venit, vbi cum Scopa Pt. Philopatoris duce prœlium ſecundum facit.

Huius victoriæ beneficio totam aut magnam Cœlæ Syriæ partem Ptolemæo ereptam occupat. Samaritani metu, Iudæi volentes Antiocho ſe dedunt, eiuſque elephantis ac toti exercitui commeatum liberaliſſimè ſuppeditant.

Liu. l. 32. Plut. in Flaminio. FLAMINII IN GRAECIA PROSPERE AGVNT.

T. Quintius Coſ. in faucibus Epiri ad Aoi fluminis ripam aduerſus Philippum aliquandiu colluctatur. Etiam colloquium Aoo inter fluente initum. Cum iniqua poſtulare videretur T. Quintius maxime quod Theſſaliam liberam dimitti iubebat, diſceditur. Hæſitanti in faucium anguſtijs Flaminio ſeſe offert paſtor à Charopo Epirotarum principe miſſus. Pollicetur viam ſe commonſtraturum, quâ poſſit à tergo Macedonas adoriri. Et fidem dictis præſtitit. Ita vtrimque oppugnatus Philippus recedere cogitur. In regreſſu, Theſſaliam, quam tueri deſperabat, ipſe peruaſtat maximè Phacium, Ireſias, Euhydrium, Eretriam, Palæphatum. Reliquas Theſſaliæ vrbes paulò poſt in-

A uadunt hinc Ætoli, illinc Aminander Athamanum rex, ac denique T. Quintius: cum Philippus ad Tempe ſtatiuis habitis lenta, ſed qualia poterat, per occaſiones auxilia ſubmitteret.

Interim L. Quintius Conſulis frater adiuuantibus Rhodijs & Attalo
B Eubœæ ac vicinæ oræ maritimæ multas vrbes occupat, dein Cenchreas Corinthiorum emporium petit, Corinthum oppugnatur. In Theſſaliâ ſola vrbs Rhages T. Quintij conatum eluſit. Nec patiebatur
C præcipitantis iam æſtatis tempus longam in ijs locis moram. Relicta igitur obſidione, pleraſque Phocidis in tranſcurſu vrbes partim volentes partim metu in deditionem accipit. Elatiam obſidenti nuntiatur Sicyone Concilium Achæorum haberi.
D Eò legatos ſuos mittit, cùm ipſe, tum Philippus, & primariæ omnes Græciæ ciuitates. Cycliades ſuperioris anni Prætor Philippo quidem prudenter obſtiterat, poſtea tamen auro forte corruptus eidem nimium fauere creditus in exilium pulſus fuerat.
E Cum cuiuſque ciuitatis legati peroraſſent, Achæi quid potiſſimum eligerent, aut non videbant, aut expromere non audebant, cum hinc vrgeret fœderis cum Macedonibus pridem initi reuerentia, illinc Romanorum duæ claſſes Achæos vtrim-
F que cingentium. Ariſtænus Prætor libere contendit præſenti neceſſitati cedendum: non eſſe cauſſæ, cur prudentes ſcientes perirent funditus in gratiam Philippi, qui ne ſua quidem tueri poterat & priore anno volens

eos deſeruerat, eaque in Græcos deſignauerat, quæ vel barbarum puderet perpetrare. Argiui, Megalopolitani, & Dymæi Macedonibus ſe plura debere conteſtati ſunt, quàm vt eos poſſent deſerere. Reliqui maximam partem inuitiſſimi in Ariſtæni ſententiam pedib⁹ iuerunt. T. Quintius Elatiam expugnat. Frater eius Lucius Corinthum quo minus caperet, obſtitit Philocles à Philippo cum præſidio miſſus.

Hyeme iam ineunte Opuntiorum alij Romanos, alij Ætolos arceſſunt. Priores Ætoli venerunt. Sed opulentior factio excluſis Ætolis Romanos admittit. Arcem tamen tenebãt Macedones. Cum eam obſidere cogitaret T. Quintium caduceatorem mittit Philippus. In Maliaco ſinu ad Niceam per aliquot dies collocuti hinc Philippus & Cycliades Achæorum exul. Illinc T. Quintius, Aminander Athamanum rex, Dionyſiodorus Attali, Ageſimbrotus Rhodiorum nomine, Phaneas Ætolorum, Ariſtænus Achæorum Prætores. Poſt multa vltrò citróque dicta induciæ in duos menſes datæ, legatique Romam miſſi infectâ pace redierunt, quod nec Senatum belli tæderet, & T. Quintius victoriæ quàm pacis auidior eſſet.

Polyb. l. 17. pag. 742.

IX. XIV.

A. M. 3803. Sel. 116. V. C. 557. Ante Dn. 197. Antiochi Magni XXVII. Pt. Epiphanis VII.

C. Cornelio Cethego } Coſſ.
Q. Minutio Rufo

Antiochus Syriâ debellatâ in Aſiam redit, Abydum occupat, idque, vt videtur ſponte Philippi, qui etiam aliquot alias in Aſiâ vrbes, quas tueri poſſe deſperabat, Antiocho tradiderat, vt ſocietatem eius emercaretur, & ad bellum Romanis inferendum incitaret.

Liu. l. 33. ΦΙΛΙΠΠΙ ΔΩΡΑ ΑΔΩΡΑ.

Et Antiochus hactenus Romanorum ſocietatem coluerat. Sed partim augendi imperij ſtudio, partim Romanorum incrementa ſuſpectãs offenſionem eorum incurrit. Perluſtratâ igitur Aſiæ orâ ac terrore Græcis vrbibus vndiquaque circumlato Epheſum redit, atque inibi hybernat. Philippus vt Nabim Lacedæmoniorum tyrannum ad ſe pelliciat, filiam vxorem illi pollicetur, & Argos illi donat. Cum abnuerent Argiui, Philocles Philippi præfectus incautos Nabidi prodit. Nabis omnibus bonis eos ſpoliat, oblituſque tum fidei Philippo datæ, tum beneficij ab illo accepti ad T. Quintium mittit & ad colloquium inuitat. Cum Quintio venerunt Attalus rex & Nicoſtratus Achæorum Prætor. Iubetur Nabis auxilia aduerſus Philppum dare, cum Achæis bellum finire, Argiuos liberos dimittere. Primum ſtatim conceſſum. Reliqua duo in exitum belli dilata.

Liu. l. 32. & 33.

T. Quintius Philippum ad Cynoſcephalas in Theſſalia prœlio ſuperat. Frater eius L. Quintius Leucadem Acarnaniæ vrbem expugnat, & to-

A tam Acatnaniam in deditionem accipit. Philippus rurſus pacem poſtulat, & ſuper eâ re legatos Romam mittit ſpondens facturum quidquid Senatus cenſuiſſet. Senatus decem legatos decernit, ex quorum ſententia T. Quintius pacem ſanciat.

GALLOS CASTIGANT ROMANI.

B Ambo Cõſules aduerſus Gallos miſſi, Cornelius aduerſus Inſubres, Minutius aduerſus Bojos. Cornelius Inſubrum XXXV M occidit, ſex millia capit. Quidam hoc demum prœlio Amilcarem belli autorem perijſſe volunt. Secuta eſt hanc cladem ciuitatum deditio. C Eo audito Boij prœlio cernere non auſi rectis ſe continere. Minutius eorũ agros populari, vrbes ſingulas, prout ferebat occaſio, capere.

ATTALI MORS.

Attallus rex æger Thebis Pergamũ aduectus moritur ſeptuagenario maior, cùm annos XLIV regnaſſet ſingulari iuſtitiæ, fidei manſuetudinis ac D liberalitatis famâ. Reliquit vxorem & filios quatuor Eumenem, Attalum, Philetærum, & Athenæum. Sed Philetærus videtur paulo poſt obijſſe. Eumenes regnauit annos vndequadraginta.

E Cum antea quatuor tantum Prætoribus adminiſtraretur Reſp. Rom. duo adiecti latiùs pateſcente paulatim imperio. Carthaginienſes pace quàm bello feliciores videri poterant, niſi internis morbis laborarent. Opprimebant ciuitatem duo mala grauiſſima, F Iudicum perpetuorum impotentia, & Quæſtorum rapacitas, quorum continui peculatus eò Remp. adduxerant, vt Romanis debitæ penſiones ex tributo priuatis indicto ſoluerentur, quaſi non ſufficerent ærarij opes. Annibal, vt, quando bello non licebat, ſaltem pacis artibus gloriam conſequeretur, Præturam nactus retulit ad populum quàm Reip. damnoſa eſſet & Iudicum & Quæſtorum effrænis potentia. Itaque Iudices annui pro perpetuis inſtituti.

Quæſtorum auaritiâ caſtigatâ, tributum priuatis remiſſum, ærariumque publicum plus ſatis idoneum compertum eſt ad ea ſoluenda, quæ Romanis ex pacto debebantur. Opum eius ærarij ſpecimen hoc eſto. Vna Leptis ſingula in dies talenta vectigal Carthaginienſibus dabat. Sed quantum hac ratione de Rep. meritus eſt Annibal, tantum nocentum odium ſibi conciliauit. Hi apud Romanos Annibalem criminantur, virum inquietum & implacabiliter Romanis infenſum ea agere, per quæ Carthaginienſibus liceat bellum reparare, etiam ad Antiochum ſcriptitare, & occultam cum eo ſocietatem inire. P. Scipio negat Reip. Rom. dignitati conuenire, Carthaginienſium inteſtinis factionibus ſe immiſcere, & bello glorioſo victum Annibalem turpi calumniâ circunſcribere. Miſſi tamen legati Carthaginem ſuper eâ re. Annibal non expectato iudicio ad Antiochum enauigat.

X. XV. Olymp. CXLVI.
A.M.3804. Sel.117. V.C.558.
Ante Dn.196. Antiochi
Magni XXVIII. Pt.
Epiphanis VIII.

L. Furio Purpureo
M. Claudio Marcello } Coſſ.

Liu. l. 33. FLAMINIVS DAT PHILIPPO PACEM.

ROmani ſcientes Græcos inani libertatis ſpecie delinitos obſequentiores futuros, quàm ſi præſidiorum compedibus adſtringerentur, vt Antiochum Europæ imminentem anteuerterent, & Græcis fauentibus in Aſiam traijcerent, ea legatis ſuis mandata dant, quæ nomini Romano glorioſiſſima & nouo bello ferendo commodiſſima videbantur. Igitur T. Quintius ex decem legatorum ſententia has Philippo pacis conditiones præſcribit, vt captiuos, transfugas & naues omnes tectas traderet, Macedoniâ contentus eſſet: extra eam iniuſſu Senatus bellum ne gereret. Ne plus quingentis armatis haberet, neue elephantum vllum. Mille talentûm daret Pop. Rom. dimidium in præſens, dimidium penſionibus decem annorum. Corinthum declarus Achæis Acrocorinthum ſeruandum tradit. Solas Demetriadem & Chalcidem præſidio Romano tutabatur metu, vt dicebat, Antiochi. Iſthmiorum (ea vere fiunt) ludicro per præconem pronuntiat. *Senatus Romanus & T. Quintius Imp. Philippo rege Macedonibuſque deuictis* [a] *liberos, immunes, ſuis legibus eſſe iubet Corinthios, Phocenſes, Locrenſeſque omnes & inſulam Eubœam & Magnetas, Theſſalos, Perræbios, Achæos, Phthiotas, Oreſtas, Dolopas,* &c. Huius beneficij magnitudo Græcos in tantam admirationem rapuit, vt ſui compotes non eſſent. T. Quintius, ne quid liberatæ Græciæ titulo

T. Quintius. GRAECIS LIBERTATEM.

[a] ἐλευθέρους, ἀφορολογήτους, ἀφρουρήτους, αὐτονόμοις.

NABIDEM CASTIGAT.

A deeſſet, ex Achæorum omnium maximè vero Ariſtæni Prætoris ſententiâ iubet Nabidem Lacedæmoniorum tyrannum Argos vrbem per fraudem occupatam & tyrannice vexatam liberam dimittere. Abnuenti bellum denuntiat. Argos tue-
B batur Pythagoras Nabidis gener, idemque frater vxoris eius. Vrbem primò circumſidere placuit, dein ipſam belli arcem Lacedæmonem peti. Iamque Gytheum & totam fere maritimam eius tractus oram tenebat T. Quintius, ac Spartam ipſam
C quinquaginta armatorum millibus ſuccinctus obſidebat, cum Nabis ad inſtitas redactus pacem petit. Cenſebant omnes æquiſſimum tyrannum excindendam ac liberandam totius Græciæ nobiliſſimam vrbem. Sed T. Quintius veritus ne ſuc-
D ceſſor ipſi ſubſtitutus gloriæ fructum interciperet, ſimul Antiochi conſilia ſuſpectans Achæos monet, quanta futura ſit obſidionis diuturnæ impenſa, labor, tædium. Se quidem ad omnia paratum, modo ipſi non defetiſcerent. Ita dum Achæo-
E rum ſententiam in ſpeciem probat, omnes in ſuam pertrahit. Sic Argiuis libertas, Nabidi pax data, tyranno quidem permoleſta, ſed quæ Spartanos parum iuuaret.

Maximam Aſiæ partem tenebant Antiochus, Pruſias, Attalus. Super-
F erant tamen Græcæ vrbes non paucæ, quæ pridem partam libertatem eripi ſibi non patiebantur. Harum potentiſſimæ tum erant Lampſacus & Smyrna. His ſubactis reliquas haud difficulter iugum accepturas

ANTIOCHVM EVROPA ABSTINERE IVBET.

ſperabat Antiochus. Lampſacum A-
bydi præfecto obſidendum mandat.
Ipſe Epheſo profectus Smyrnam
adoritur. Iiſque circunſeſſis, in Eu-
ropam traijcit & magnam Cherſo-
neſi partem occupat. Lyſimachiam
nuper à Thracibus euerſam inſtau-
rat. Lyſimachiæ conuentus eſt An-
tiochus. Poſt benignas ſalutationes
legati Romanorum docent Senatui
quidem gratum fuiſſe, quod Attali
regno, prout rogatus fuerat, abſti-
nuerit: diſplicere, quod Cœlem Sy-
riam Pt. Philopatori eripuerit, cùm
& ipſe ſit Romanorum ſocius. Mul-
tò magis, quod in Aſiam reuerſus res
nouas molitus ſit, & in Europam
traiecerit, quaſi Philippo debellato
ipſe belli præmia habere velit. Iube-
re Senatum, vt Pt. Philopatori ere-
pta reſtituat, Europâ abſcedat & ijs
omnibus locis, quæ Philippus te-
nuerit, Græcas Aſiæ vrbes liberas eſ-
ſe patiatur.

Antiochus reſpondet mirari ſe,
cur inquirant Romani, quid in Aſiâ
fiat, cùm ipſe de Italiâ non ſit ſollici-
tus. Eſſe ſibi cum Pt. Philopatore
amicitiam, breuique etiam affinita-
tem futuram, ſimul ac Epiphanis
ætas id pati potuerit. Se nec Ptole-
mæo, nec Philippo quidquam ade-
miſſe, ſed Seleuco belli iure parta,
maioribuſque ſuis erepta recupera-
tum ire. Græcis Aſiaticis ſe liberta-
tem non negaturum, modo eam abs
ſe petant. *His diſceptationibus per ali-
quot dies habitis rumor ſine vllo ſatis cer-
to autore allatus de morte Ptolemæi regis
effecit vt nullus exitus ſermonibus impo-
neretur. Nam vtraque pars diſſimula-*

A *batſe audiſſe.* Hęc Liuius, eſtque hoc
permoleſtum, quod, vt olim Pha-
raones, ſic poſt Alexandrum Ptole-
mæi vocantur omnes Ægypti reges,
raróque adhibetur epithetum, quo
alter ab altero diſtinguatur. Et qui-
dem Liuio ſi credimus intelligenda
B ſunt hæc de Epiphane. Quippe ſu-
periore anno inducit Romanos Phi-
lippo dicentes. *Ptolemæo regi Ægypti
reddendas vrbes quas poſt Philopatoris
Ptolemæi mortem occupaſſet.* Et ſanè
iam tum regnabat Epiphanes. Sed
pater eius Philopator adhuc viue-
C bat, ſi Appiano credimus. Igitur &
Antiochus & Romani concilio di-
miſſo in Ægyptum properant. Ephe-
ſo tranſiens Annibalem offendit &
humaniſſimè ac honorificè excipit.
In Lyciam cùm perueniſſet Antio-
chus, Pataris cognito viuere Ptole-
D mæum, nauigandi quidem in Ægy-
ptum conſilium omittit. Cyprum ta-
men in tranſcurſu occupandam co-
gitans vi tempeſtatis, ſuæ claſſis ma-
gnam partem amittit, ideoque Cy-
pro quoque omiſsâ Seleuciam ve-
nit, atque inde Antiochiam inibi
E hybernaturus.

Eratoſthenes ob ſingularem eru- *Suidas.*
ditionem, alter Plato, & πένταθλος ERATOS-
dictus, quod eſſet clarus orator, phi- THENIS
loſophus, poeta, hiſtoricus, & aſtro- OBITVS.
nomus, cum annos LXXX vixiſſet, &
iam inciperet ἀμβλυώττειν, inedia vi-
F tam finit ſub quinto Ptolemæo, reli-
cto ſcholæ ſucceſſore Ariſtophane
Byzantio, cui ſucceſſit Ariſtarchus,
Ariſtarcho Mnaſeas, Menander &
Ariſtus.

Digitized by Google

XI. XVI.

A. M.3805. Sel. 118. V.C.559. Ante Dn. 195. Antiochi Magni XXIX. Pt. Epiphanis IX.

M. Porcio Catone
L. Valerio Flacco } Coſſ.

Liu. l 33. HISPANOS AD OFFICIVM REVOCAT CATO. HIſpania citerior quinto poſt Punicum bellum finitum anno à Romanis defecerat. Et id bellum ſegniter adminiſtrauerant Prætores. In eam igitur mittuntur & Cato Conſul & P. Manlius Prætor. In vlteriorem Hiſpaniam quietiorem App. Claudius Nero Prætor.

Vtramque Hiſpaniæ partem ſingulæ legiones regebant. Addita pedum bina millia, & duceni equites, præter Cõſularem exercitum. Paulò *l. 34.* ante quàm proficiſceretur Cato, eo inuitiſſimo ac reclamãte, abrogatur lex Oppia ante annos duodeuiginti ad coërcendum muliebrem luxum lata. Quod vnum poterat Cato, ſaltem militem ſuum non tam imperio, quàm exemplo parſimoniæ, fortitudinis & patientiæ præceptis ita imbuit, vt breui Hiſpanos tam inconſtanter bellantes quàm temere rebellantes ad officium reuocarit, partim prœliorum aliquot felicitate, partim vrbium ac caſtellorum expugnationibus perduelles ita caſtigans, vt ſenſus ad paucos, terror ad omnes perueniret.

Val. Max. l. 4. c. 3. Catonis parſimonia hæc fuit, vt quingentorum aſſium ſumptu tranſmarinam prouinciam petierit, eo-A dem cibo, eodemque vino, quo nautæ contentus, tribus ſeruis comitatus Hiſpaniam rexerit.

FLAMINIVS A GRAECIS LAVDATVR. Nemeorum ludicrum Argiui paulo quidem ſerius quàm pro more, ſed tantò celebrius egerunt, præfecto ludis T. Quintio, quod apud ip-B ſos maximi muneris inſtar erat. Eo feſto, cùm Argiuis, tum reliquis Græcis libertas & immunitas promulgata iterum & confirmata eſt maximo Græcorum omnium gaudio. Solis Ætolis infrementibus, CVLPATVR. quod, cum ipſi Romanis in Greciam C aditum præbuiſſent, minimum victoriæ fructum perciperent. Maximè querebantur, quod Pharſalum & Æſchinum ex pacto ſibi debitas non reſtituiſſet T. Quintius. Præcipuus eos vrebat dolor, quod latrociniorum ſpem in poſterum ſibi ademD ptam videbant. Cumque prope ſingula Romanorum acta carperent, nihil iuſtiùs criminabantur, quàm fœdus cum Nabide ictum. Græciæ liberatores ſui propoſiti adeò oblitos, vt qui ne minimam quidem Græciæ vrbem nobiliſſimo Regi PhiE lippo relictam voluerint, ij totius Greciæ principem ciuitatem omnium nequiſſimo ac immaniſſimo tyranno prędę eſſe paterẽtur. Achęi, quanquam Flaminium palam culpare non audebant, cùm & ipſi culpę affines eſſent, tamen multò iniquiùs F id ferebant, quàm Ætoli. Quintij excuſatio ſpecioſior quàm verior erat, non potuiſſe tyrannum ſine Lacedęmonis ipſius exitio tolli. Non eſſe vnius aranei odio totam domum incendendam.

XII.

XII. XVII.

A.M.3806. Scl.119. V.C.560. Ante Dn.194. Antiochi Magni XXX. Pt. Epiphanis X.

P. Cornelio Scipione Africano II. Ti. Sempronio Ti. F. C. N. Longo } Coſſ.

Liuius. Plutarch.

T. Quintius Flaminius cum pro Conſule Græciam triennium, & Conſul annum vnum rexiſſet, in C Italiā reuerſus de Macedoniâ triumphat ne vnico quidem in totâ Græciâ relicto præſidio.

Euſebius. Ioſephus Ant. l. 12. c. 3 p. 356.

ANTIOCHVS IVDAEIS MVLTA LARGITVR.

Antiochus Judæorum erga ſe cognitâ voluntate magnis eos muneribus donat, & per epiſtolas crebris laudibus proſequitur. Duas refert Ioſephus. *Rex Antiochus Ptolemæo.* D Hic certe non eſt Philopator, nec Epiphanes, ſed aliquis Iudææ præfectus. *Quia*, inquit, *Judæi me lautiſsimè exceperunt & ſtrenuam aduerſus Ægyptios operam nauarunt, deiecto eorum præſidio πρῶτον αὐτοῖς ἐκρίναμεν διὰ τὴν εὐσέβειαν παρασχεῖν τὴν εἰς τὰς* E *θυσίας σύνταξιν. Decreuimus ea illis ſubminiſtrare, quæ iugis ſacrificij ſumptibus ſunt neceſſaria Drachmarum* XX M. *Simila, artabas ſacras* (ἀσσαρῶνας vocabant ἑλληνιστὶ) κατὰ τὸν ἐπιχώριον νόμον, i. *quantum lex poſtulat, tritici medimnos* MCCCCLX. *Salis medimnos* CCCLXXV. F *Lignorum ex Libano tantam copiam, quanta ſufficit inſtaurando templo. Viuant patrijs legibus, Sacerdotes, Senatus, Scribæ, Cantores à capitatione & ab auro-coronario immunes ſunto. Tota Hieroſoly-* A *ma triennium integrum immunis eſto. Deinceps tributorum triens illis remittitor.* Hæc Antiochus Ptolemæo. Cumque Zeuxis moneret eſſe in Lydiâ & Phrygiâ, qui rebus nouis ſtudeant, iubet, Antiochus ex Babylonia bis mille Iudæorum familias eò deduci B reliquis in officio continendis, perſuaſus eos ſibi fideliſſimos futuros, ad eam rem ampliſſimum Iudæis eò migraturis congiarium præberi, & in decennium immunitatem dari iubet. Nec eo contentus in Aſiam ipſe pergit.

PHILOPATORIS MORS.

C Epiphanius tribuit Pt. Philopatori annos *εἴκοσιν ἕν*, i. XXI. Pt. Epiphani XXXIV. vterque numerus mendoſus eſt, ſed facili mutatione emendari poteſt ſi dicas Philopatorem regnaſſe annos XXIX. Epiphanem ſolum, ſiue poſt patris obitum XIV. Et veri- D ſimile eſt Philopatoris libidinoſam & intemperantem adoleſcentiam effœtum corpus tradidiſſe ſenectuti, vt ab hinc decem circiter annis ſemel atque iterum huius tanquam conclamati ac ſepulti tumulo euanida conſilia ſuperſtruxerint Philip- E pus & Antiochus, quorum iniquas ſpes vnâ potiſſimum ratione fruſtratus eſt conſtantiâ videlicet ſocietatis cum Romanis ſemel initæ.

Polyb. l. 15. p. 712.

AGATHOCLIS SCELERA.

Habebant Ptolemæi penes ſe magnam peregrinorum, maximè Græcorum militum manum, Macedonum, Æto- F lorum & aliorum, qui corporis cuſtodes & ad ſubita belli vel ſeditionum incerta ſemper in procinctu eſſent. Præcipuus autoritate tum erat Agathocles Macedonum præfectus. Huius fidei ac prudentiæ, Epiphanis

vix dum XIV annum agentis pueritiam commiſerat pater. Is nomine tutoris regia munia obibat multum indignante Eurydice Epiphanis matre, quæ potentiam Agathoclis ſibi cõtumelioſam putabat. Agathocles autem parricidium admittere, quàm innocens petire malens non dubitauit ipſi reginę manus inferre. Eâdem veſaniâ multos quoque magnates è medio ſuſtulit, quâ ratione non tam terribilis, vt ſperabat, quàm inteſtabilis & odioſus omnibus euaſit etiam Macedonibus. Huius conatib[9] cum obſiſteret Tlepolemus, eius ſocrum Danaem per forum indigniſſime tractam in carcerem conijcit Agathocles. Mœragenem Tlepolemi conſiliorum participem tormentis excarnificari iubet: Cum iam nudus ad palum ſtaret Mœragenes, ſubito pauore conſternati carnifices diffugiunt. Is, vt erat nudus, manib[9] poſt terga reuinctis, ad proximum Macedonum tentorium euadit. Huius ſpectaculi fœditas Macedonum animos ita exaſperauit, vt iam apertè in Agathoclem coniurarint, ipſo Mœragene duce & Soſibio filio Soſibij, qui ſub Euergetæ & Philopatore princeps aulæ fuerat.

CASTIGANTVR.

Hi impetu in aulam facto regem ſibi dari expoſtulant & in Stadium ducunt, cumque eò totus populus accurreret, & confuſo clamore puerum territaret, Soſibius regem rogat an non velit plebi caſtigandos tradi maternæ necis autores, eo annuente ſtatim Agathocles ac pręcipui tyrannidis eius miniſtri meritas ſcelerum ſuorum pœnas dederunt.

Liu. l. 34.
BOII REPRESSI.

P. Scipio Coſ. aduerſus Gallos Inſubres miſſus, quod indignum ſuâ virtute negotium ſibi mandatum videbat, langueſcens nulla re memorabili geſta Romam redijt. Ti. Sempronius à Boijs in ipſis caſtris oppugnatus ac propemodum expugnatus vix tandem hoſtem repulit. Ceciderunt Gallorum vndecim, Romanorum quinque millia.

MEGALESIA.

Megaleſia ludos ſcenicos C. Atilius Seranus L. Scribonius Libo Æ-diles curules primi fecerunt eâ ratione vt Senatus à populo ſecretus ſpectaret: cuius ambitionis nouitas non plebi tantum diſplicuit ſed & P. Scipioni ægre ferenti diſcordiæ ſementum ſuo conſulatu enatam.

Liu. l. 35.
HISPANOS VSQVE REBELLANTIS.

Hiſpani, gens inquieta, nec pacem, nec bellum ferre poterant. Pacata omnia reliquiſſe videbatur Cato. Eò vix dum digreſſo ſtatim rebellant vrbes multæ, tam vltra, quam citra Iberum. Eò miſſi Prætores ſex. Digitius in citeriore Hiſpania ſępius aduerſo quàm proſpero euentu pugnauit. In Vlteriore P. Cornelius Cn. F. Scipio Naſica nihil nomine Scipionum indignum fecit aut paſſus eſt. Sed quanquam patruelis felicitatem non æquaret, veſtigia tamen virtutis ſequebatur longo proximus interuallo. Feliciùs aliquantò ſequente quàm hoc anno res geſſit. Nouum verò honoris titulum pridem obtinuerat, quod cum mater Idæa ab optimo Romanorum in vrbem accipienda iuſſu oraculi eſſet, ipſe vir omnium optimus fuerat iudicatus. Romam tamen reuerſus anno ſequente nullis, nec ſuis ſuorum-

PLACAT NASICA.

ue, nec Matris Idææ meritis petitum multo ambitu Conſulatum impetrare potuit, ſed tertio demum poſt anno obtinuit.

XIII. XVIII.

A.M.3807. Sel.120. V.C.561. Ante Dn.193. Antiochi Magni XXXI. Pt. Epiphanis XI.

L. Cornelio Merulâ
Q. Minutio Thermo } Coſſ.

Liu. l.34. INFIDA CONSILIA ANTIOCHI.

ANtiochus Romanos oderat & horrebat. Bellum ſuadebat ambitio, diſſuadebat metus & Philippi exemplum. Romani ante triennium duo præcipue poſtulabant. Tum, vt aliquid remittere viderentur, alterum vtrum exigebant, aut Europâ totâ abſcederet, aut ſi ea retinere cupiebat, quæ ante nonaginta annos proauus eius Seleucus Lyſimacho victo ſibi in Europa vindicaſſet, & ipſe nuper recuperaſſet, ſaltem Græcas Aſiæ ciuitates liberas dimitteret. Hac optione mētem ſuam ſatis prodebant Romani, ſe videlicet id agere, non vt liberarent, ſed vt Antiocho ereptos ſibi obligarent Græcos, & quoquomodo belli inferendi ac imperij dilatandi occaſiones quærerent. Antiochus, licet timori quàm ſpei propior tamen verecundabatur ſocietatem Romanorum probroſa iactura redimere, maximè cùm inſtaret Annibal ad bellum inſtigans & proſperi ſucceſſus ſpem faciens.

Hactenus Antiochum laudes potiùs quam culpes. Illud excuſari non poteſt, quod dum per legatos Romæ deliberat, & diem ducit, interim Carthaginienſes per Ariſtonem Tyrium ad defectionem ſollicitabat. Neque id Romanos latuit, & anceps Pœnorum animus, quos in officio continebat metus potiùs quàm fides. Itaque & ipſi Punicam fidem imitati, cùm Maſaniſſa P. Scipionis amicitia fretus Pœnorum fines arroderet, & controuerſiæ arbitrium Senatui delatum eſſet, poſt multas in re minimè dubia conſultationes ſuſpenſa omnia, neutrò inclinatis ſententijs, reliquere. POENORVM. ROMANORVM.

Galli, indociles otium pati, acriùs quàm conſtantiùs bellum gerebant. Toties experti, quàm Romanis impares eſſent, vt pace fruerentur, induci non poterant. Animos faciebāt Ligures & ipſi bellandi cupidiores quàm peritiores. Aduerſus eos miſſi Conſules. L. Cornelius Boijs inequitabat, Ligures Q. Minutio. Poſt multas veras & fictas fugas Boij tandem locum, qui inſidijs aptus videbatur, ad Mutinam inſederunt. Id cum parum occulte feciſſent, fruſtra fuerunt. Cæſa ſunt Romanorum quinque, Boiorum quatuordecim millia, capti mille. Victoriæ laus militum virtuti ac populi Romani felicitati quam L. Cornelij prudentiæ à multis dabatur. *Liu. l.35.* GALLIS TALIONEM REPENDIT L. CORNELIVS.

Tandem Minutius quoque cum Liguribus ferocientibus in agro Piſano ſignis collatis pugnauit: nouem millia hoſtium occidit. cæteros in caſtra compulit: ea nocte ſequenti deſerta. Fugientibus inſtans Mi- LIGVRIBVS MINVTIVS.

Digitized by Google

nutius Liguribus talionem rependit, caſtellis eorum viciſque igni ferroq; peruaſtatis. Sed hęc ſequentis potius anni initio facta.

XIV. XIX. Olymp. CXLVII. A.M.3808. Sel.121. V.C.562. Ante Dn.192. Antiochi Magni XXXII. Pt. Epiphanis XII.

L. Quintio Flaminio
Cn. Domitio Ahenobarbo } Coſſ.

Liu. l.35. Appianus. IN BELLVM RVVNT ANTIOCHVS.

ANtiochus cum ſciret ſe Romanis ſimul & Ægyptijs bellum inferre non poſſe, vbi certo audiuit Pt. Philopatorem defunctum, omiſſo inuadendæ Ægypti conſilio promiſſam ante ſexennium filiam Cleopatram Syram Pt. Epiphani coniugem dat cum ea dote, quam pollicitus fuerat, h. e. Cœleſyria vel potiùs Cœles Syrias ſolido ſemiſſi. Euſebius perperam hoc matrimonium refert poſt pralium ad Thermopylas, vno videlicet aut altero anno deceptus, & poſt eum Hieronymus in Danielis c. XI. Antiochus ſecundam filiam Antiochida Ariarathi Cappadocum regi collocat, tertiam Eumeni Pergami regi offert, vt affinitatibus vndiq; munitus tutiùs Romanis bellum inferret. At Eumenes Antiochi, quàm Romanorum incrementa ſuſpectiora habens, Romanorum amicus, quàm Antiochi gener eſſe maluit, mirantibus hominis conſilium cum alijs tum maxime fratribus Attalo & Philetæro. Per idem fere tempus exercitum inſigni-

A. Gellius l.5.c.5.

A bus argenteis & aureis florentem luſtrans gloriabundus Annibalem reſpicit & *Putaſne*, inquit, *ſatis eſſe Romanis hæc omnia?* Tum Pœnus ignauiam imbelliamque militum pretioſe armatorum eludens. *Satis plane*, inquit, *ſatis eſſe credo Romanis hæc omnia,* B *etiamſi auariſſimi ſint.* Itaque Ennius ſtupentem inducit Antiochum apud Gellium his verbis, *Annibal audaci* [a] *dum pectore dehortatur, Ne bellum faciam, quem credidit eſſe meum cor Suaſorem ſummum & ſtudioſum robore belli.* Videlicet bellum olim ſuaſerat, vbi C mores Aſiæ penitiùs introſpexit, diſſuadere cœpit. Ætoli qui Romanos in Græciam acciuerant, tum quaſi indigna ſuis meritis præmia conſecuti omnes in Romanos incitabant, faces admouente Thoante, qui ſuperiore anno Prętor Ætolorum fuerat. D Legationibus igitur fatigant reges Nabin, Philippum, Antiochum. Philippus moueri non potuit. Antiochus in apparatu belli montes parturiens tempus terebat. Nabis, cui præter ſpem & iram vix quidquam ſupererat, ſtatim ad arma procurrit & proximam maris oram ſibi E ereptam recuperare, Gytheum oppugnare, etiam claſſem nouã inſtruere conatur. Philopœmen Megalopolitanus Achæorum Prætor terrâ quidem diſciplinæ militaris peritiſſimus, cæterum rei nauticæ imprudens veterem nauem ante annos F octoginta Cratero ereptam militib⁹ implet, adiunctis etiam alijs. Illâ quaſi omnium optimâ pro Prætoria vtebatur. Vbi ad pugnam ventum, putre nauigium omnibus compagi-

l.7.c.2.

[a] *forte, nunc.*

AETOLI.

NABIS.

Liu l.35. Plut. in Philopœmene. Pauſanias p.278.

PHILOPOEMENIS ARCADIS MI.

Digitized by Google

bus aquam accipiẽs ſtatim diuulſum eſt captiq; omnes qui in naui erant: Philopœmen tamen ſpeculatoria naue euaſit. Reliqua claſſis Prætoriâ naue amiſſâ ſtatim diſſipata eſt, rediijtque in memoriam quod Homerus tantò ante dixerat Arcadas nullas proprias, ſed ab Agamemnone ſubminiſtratas naues habuiſſe ἐπεὶ ὄ- σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει, quum alioqui in terra eſſent ἐπιστάμενοι πολέμοιο, & ἀγχιμαχηταί, i. ſtatariꝗ cominus quàm eminus deſultoriæ pugnæ aptiores.

Homerus Iliad. β.

Tanto acriùs intendit animum Philopœmen vt acceptum mari damnum ac dedecus terra ſarciret. Sed hic quoque deceptus, quod Gythei obſidionem ſoluere ſperans eo ipſo, quo expugnatum eſt, die aduenit. Sed Nabis ſucceſſu elatus ac collatis ſignis cum Philopœmene pugnare auſus turpiter profligatur, inſequente Lacedæmonem vſque Philopœmene. Tum peruaſtato agro Laconico dies prope triginta domum rediit expeditionem ſuam T. Quintij gloriæ ęquans, qua comparatione ſanè iniqua T. Quintij offenſionem incurrit. Is enim cum L. Quintio Conſule fratre ſuo in Gręciam reuerſus aliquot annos in ea ſubſtitit.

Aliquantò poſt in Panętolio Damocritus Prętor Ætolorum palam ſocietati Romanorum renuntiat ipſo T. Quintio pręſente ac necquicquam reclamante. Rogat Quintius vt hoc ipſum decretum Romam perferendum dent. *Nos, inquit, ipſi dabimus caſtris ſuper ripam Tiberis poſitis.* Huic proteruiæ facinus addunt maioris aboll. Alexamenum cum auxilijs ad Nabin mittũt. Nabis Ætolis non min⁹ quàm ordinarijs corporis ſui cuſtodibus fidẽs die dicta ab Alexameno confoditur. Et pulchrè proceſſerat perfidia, ſi oratione rei accommodata libertatem Spartanis reſtituiſſent Ætoli. Dum regiam & ipſam vrbem expilatum eunt à Spartanis confodiuntur omnes. Atque ita Sparta libertati priſtinę reſtituta & Achæis autoritate Philopœmenis adiuncta, Ætolis inuitiſſimis, qui beneficij huius autores fuerant, cum Tyrannis ſeruijſſet annos XXVII, Nabidi circiter XV.

AETOLORVM VESANIA.

SPARTAM LIBERAT.

Paulo feliciore ſucceſſu Demetriadem tentarunt Ætoli. Nam & proditione acceptam ſeruarunt, & ſedem belli fecerunt. Sed hoc ipſum Antiocho & Ætolis exitio fuit. Quippe aut bello abſtinendum, aut Annibalis, qui vnus tanto oneri par erat, ductu bellum gerendum &, vt ipſe ſuadebat, in Italiam transferendum erat. Sed Ætolorum ſuis viribus victum Philippum gloriantium vanitas & Syrorum Annibali inuidentium malignitas bonis omnibus Annibalis conſilijs aures occluſit, adeò vt Philippum, Romanorum iugum ægre ferentem irritare quàm ſibi conciliare maluerint. Pręcipua verò amborum ſtoliditas fuit, quod inuicem mentiendo iactandoque vires quas non haberent, vana ſpe inflantes & inflati ſe Gręciam & Aſiam peſſum dederunt.

ANTIOCHI DEMENTIA.

Et primò quidem Romanis abſentibus Phanea iam Ætolorum Prætore initia arridere viſa. Nam & Chalcis & in Theſſalia non paucę vrbes

captæ. Et Aminander Athamanum rex in ſocietatem adſcitus. Sed Antiochus Chalcidenſis virginis amori operam dans & indignas ſuo nomine nuptias alieno tempore celebrans non tam Chalcidenſium animos ſibi conciliauit, quàm Gręcis ludibrium debuit & ſuum ſuorumque procerum animum luxu perdidit.

XV. I.

A.M. 3809. Sel.122. V.C.563. Ante Dn. 191. Antiochi Magni XXXIII. Pt. Epiphanis XIII.

M. Acilio Glabrione }
P. Cornelio Scipione } Coſſ.
Naſicâ

Liu. l. 36. ACILIVS ANTIOCHVM FVGAT.

INitio veris, dum Antiochus in Ætoliam delatus Acarnanum animos ſolicitat, Philippus rex & M. Bebius proprætor tam facile recuperarunt vrbes Theſſaliæ, Pieriæ, Phthiotidis, quæ deſcerant, quàm facile eas Antiochus ſuperiore hyeme occupauerat, maxime vbi eò aduenit Acilius Coſ. qui ad quintum Idus Majas paludatus Româ exceſſerat, qui dies eo anno incidit (vt ex anni ſequentis eclipſi colligimus) in Februarij Iuliani quartum.

Tum etiam Athamania omnis Aminandro rege fugam capeſſente in ius ditionemque Philippi conceſſit. Tum & Theſſalorum, Perręborum, Magnetum vrbes non paucæ Ætolis ereptæ. Antiochus & Ætoli veriti ne Romanus vlterius progrederetur, Hypatam, Heracleam & Thermo-

A pylas circumſidunt. Sed Ætolis, qui nuper Tiberis ripæ minabantur, iam irâ ſubſidente, ne ad ſua quidem tutanda animus fuit. Et Antiochus nuptialem crapulam adhuc ructans ſtatim in pedes ſe coniecit, & Chalcidem cum paucis euadit iam ſentiens
B quàm temere Ætolis potiùs quàm Annibali vel pacis autoribus credidiſſet. Ne Chalcide quidem diu ſubſiſtere auſus rex Epheſum tranſmittit, & mox Ariſtoteles regis præfectus vrbe excedit. Conſuli vacua Chalcis & Euboea ſine certamine

CAPIT EVBOEAM.

C reddita. Is modeſtiâ poſt victoriam quàm ipſâ victoriâ multo laudabilior, reliquas, quæ defecerant, Græciæ ciuitates oleæ velamenta præferentes ad officium reuocauit. Ætoli, vt primi ad culpam, ita vltimi ad pœnitentiam fuerunt. Conſilio ad Hy-
D patam conuocato decernunt legatos rurſus ad Antiochum mittendos, qui monerent nec honeſtum & inutile ipſi futurum, ſi ſecurus expectaret, dum Romani curâ vacui debellatis Ætolis copijs omnibus in Aſiam traijcerent. Nihil veriùs dixerant.
E Itaq; tum quoq; regem monuerunt. Auxilia quam primū miſſurum pollicetur, pecunias in præſens dat, quibus belli ſumptus tolerent. Interim Romani totis viribus Heracleam obſidebant, & quamuis peruicaciter ſeſe defendentes Ætolos tamen vigilia
F enectos & perpetuâ laboris continuatione fractos ſubegere. Expugnationem Heracleæ ſecuta eſt Lamiæ, quam eodem tempore obſidebat Philippus, liberatio, quia obſidionem ſoluere iuſſit Acilius, ſi for-

HERACLEAM. LAMIAM.

te ſuâ humanitate Lamienſes & vniuerſos Ætolos poſſet ad ſanitatem reducere. Hunc Appianus & Plutarchus ſimpliciter Manium vocant, Pauſanias per errorem Manilium nuncupat. Hæc cauſa eſſe potuit cur Liuius Marco Fuluio, qui biennio poſt Conſulatum geſſit, Sameæ obſidionem & quæ eam cõſecuta ſunt, tribuat, quæ tamen videntur potiùs conuenire Manio Acilio, quia, quæ vno ductu, quaſi vno anno acta refert Liuius, videntur triennium poſtulare. Manius igitur potiùs quàm Marcus in Cephalleniam delatus primò quidem obuios habuit Neſiotas, Cranonios, Pallenſes & Sameos vltrò ſe dedentes, & obſides dantes.

SAMEAM.

Mox Samæi, quam ob cauſſam incertum, mutato repente conſilio necquicquam fidem eorum conteſtantibus obſidibus à Romanis deficiunt, & obſidionem magno animo quatuor menſes ſuſtinent, donec tandem vigilijs & pugnando fracti & oppugnati omnes ſub coronę venere.

Plutar. in Philopœmene *Pauſanias p. 278.*

SPARTAE TVMVLTVS COMPONIT PHILOPOEMEN.

In Peloponneſo res non erant prorſus quietæ. Quippe Lacedæmon ab Ætolis nihil minus cogitantibus & à Philopœmene, qui toties id fruſtra tentauerat, libertati priſtinæ reſtituta velut ex longo morbo conualeſcens adhuc languebat. Mutationemque tam repentinam ſecutæ ſunt inteſtinæ diſſenſiones. Factionibus diuiſâ ciuitate alij Diophanem, qui tum Achæorum Prætor erat, alij T. Quintium, qui etiam tum in Græciâ res gerebat, alij Philopœmenem ambibant. Quin & vni

A Philopœmeni ferunt talenta centum vel cxx oblata ac conſtanter ab eo recuſata.

Diophanes & Quintius hos motus defectionem à Romanis aut Achæis interpretabantur. Itaque ſumptis armis Lacedæmonem oppugna- B tum ibant. Philopœmen monet Græciâ bellis ardente intempeſtiuâ ſeueritate Lacedæmonijs iniquiores eſſe Achæos, multa diſſimulando potiùs quàm puniendo in meliùs mutari. Vbi precibus ac monitis ſe nihil proficere videt, quaſi transfugam C acturus Lacedæmonem petit, & hortando, conſulendo, rogando diſſentientes Lacedæmonios ad concordiam reuocat, antequam Achæi aduenirent. Tum Achæis portas occludunt ſummo conſenſu omnes Lacedæmonij, gratijsq; actis rogant Dio- D phanem & Quintium, vt ab agro ſuo abſcedant: ſibi iam pacatis alieno auxilio opus non eſſe. Factum Philopœmenis Achæi ipſi adeò non improbarunt, vt anno ſequente Prætorem illum fecerint.

ACHAEOS LASCIVIENTES.

Philippus olim Zacynthum Ami- E nandro Athamanum regi dederat, vt eum ſibi conciliaret. Aminandro debellato, Hierocles inſulæ præfectus ad Diophanem Achæorum Prætorem legatos mittit, qui pecuniâ pacti inſulam Achęis tradant. Achęorum ſocietatem aſpernabantur Elidenſes F & Meſſenij in Ætolos propenſiores. Poſtquam Antiochum in Aſiam remeaſſe auditum, Elei cum Achæis conciliantur, Meſſenios adhuc reluctantes obſidet Diophanes. Oppidani, vbi ſe vrgeri vident, teſtantur

Digitized by Google

INCREPAT FLAMINIVS.

ſe paratos Romanis, non Acheis obſequi. Legati igitur ad T. Quintium, qui tum Chalcide erat, miſsi. Huius autoritate Achæis conciliati ſunt Meſſenij. Tum euocato Corinthum concilio Achęos increpat Quintius, quod Romanis inconſultis Zacynthum fraude intercepiſſet, & Meſſenem oppugnaſſet. Se tamen Achęis ea non inuidere, quæ intra Peloponneſum eſſent. Quæ verò mari diſiuncta eſſent, ea & Romanis deberi tanquam iuſta belli præmia, & Achæis inutilia eſſe, quibus tutiùs ſit, vt teſtudini intra tegimen ſuum, ſic intra peninſulam mari vndique clauſos ſeſe continere.

ÆTOLOS AD SANITATEM REVOCAT.

Hinc per Zacynthum claſſem Romanam petit T. Quintius, vbi M. Acilius Coſ. Naupactum duos iam menſes obſidebat. Iamque Ætolos nihil retinebat præter deſperationem obtinendæ veniæ. Hoc ipſum ſubodoratus Quintius muris obambulare, vt facile ab Ætolis noſceretur, cœpit. Nemo Ætolis iuſtius ſuccenſere poterat, quàm Quintius, cuius omnia acta illi ſiniſterius interpretati fuerant. Ætoli tamen memores humanitatis eius, ſimul Quintium agnouerunt, ſupplices manus tendere, veniam implorare. Ita deprecatore Quintio induciæ datę, legatique Romam miſſi. Antiochus quaſi Romano bello defunctus in Aſia otiabatur. Sed veternum excutit Annibal ſagax malorum ipſi impendētium vates, Annibalis monita comprobante euentu. C. Liuius pręfectus Romanæ claſſis & Eumenes Aſiam petunt, obuiamq; circa Pho-

A cæam Polyxenidam in fugam conijciunt, decem naues eius demergunt, XIII capiunt, ipſi vnicam eamque Punicam amittunt, fugientes Epheſum vſque perſequuntur. Cæterum Philippo, quia fidam Romanis operam nauauerat, ſtipendium remiſſum, & filius B Demetrius, qui obſes Romæ detinebatur, redditus, & ciuitates aliquot extra Macedoniam datę.

P. Scipio Coſ. in Gallia Boiorum quinquaginta millia profligat, plus dimidiam partem occidit biduo poſt C totam gentem in deditionem accipit. Sed quia Q. Minutius procoſ. in Boijs proxima Liguria iam tertium annum euentu vario pugnabat, ęgre triumphum impetrauit, quod diceretur debuiſſe potius Minutio opem ferre, quàm ad triumphum feſtinare.

D

XVI. II.

A. M. 3810. Sel. 123. V. C. 564. Ante Dn. 190. Ant. Magni XXXIV. Pt. Epiphanis XIV.

E

L. Cornelio Scipione } Coſſ.
C. Lęlio Nepote

CVm ambo Coſſ. Gręciam prouinciam optarent, Lęlius dixit elegantiùs facturos ſi indicio Patrum, quàm ſi ſorti eam rem permi- F ſiſſent. Et Scipione fratris monitu non abnuente, Africanus dixit, ſi prouinciam Gręciam L. fratri decreuiſſent, ſe legatum iturum. Hęc vox magno aſſenſu audita ſuſtulit certamen, quod Africano nemo aptior videbatur,

Liu. l. 37.

Val. Max. l. 5. c. 5.

Digitized by Google

videbatur, qui Annibali opponeretur. Africanus Lælio arctiſſima familiaritate iunctus erat. Sed vicit amicitiam charitatis fraternæ reſpectus.

SOLIS ECLIPSIS.

Scipio conſcriptis militibus imperat, vt Idibus Quintilibus Brunduſium conueniant, ipſe paulo ante Româ profectutus. *Per eos autem dies*, inquit Liuius, *quibus eſt profectus Coſ. ludis Apollinaribus ad quintum Idus Quintiles cælo ſereno interdiu obſcurata lux eſt, cum luna ſub orbem Solis ſubiſſet.* Perſpicuum eſt eclipſim Solarem notari, quæ contigit Martij Iuliani XIV. feria ſecunda, cum Lunæ latitudo eſſet graduum 278. 16′. 9″. Anni Romani perturbatio fecit vt ea dies incideret in Kalẽdas Quintilis Pompiliani.

L. ET P. SCIPIONES AETOLIS DANT INDVCIAS.

Ætoli pacem à Senatu impetrare non potuerant. Et tamen ſolutam ſemel Naupacti obſidionem repetere Acilio non placuit, maximè cum Ætoli occupato Corace monte iter interclusiſſent. Lamiam igitur à Philippo conquaſſatam ex improuiſo adortus ſecundo obſidionis die capit. Hinc Amphiſſam petit, iamque diruto muro oppidani in arcem fugerant cùm Scipionis claſſis Maliacum ſinum, pedeſtris exercitus per Epirum Hypatam prętervectus Amphiſſam acceſſit. Tum deprecatoribus Athenienſibus Ætoli rurſus pacem petunt. Senatus decreuerat, vt Ætoli vel mille talentûm darent, vel de ſe liberum arbitrium permitterent, neque Scipio quidquam remittebat. Rurſus igitur induciæ ſex menſium impetratæ, ſi forte Se- A natus ira molliri poſſet.

A PHILIPPO HONESTE EXCIPIVNTVR.

Scipiones Philippus regio apparatu excipit & proſequitur ad Helleſpontum vſque omnia exercitui neceſſaria liberaliſſimè ſuppeditans. Sed quamuis maturè Roma profecti fuiſſent Scipiones, tamen quod B multum temporis in apparatu bellico conſumpſiſſent, ſub finem demum æſtatis peruenerunt ad Philippum, quem iniuriæ ab Ætolis & Antiocho, beneficia à Romanis poſt pacem accepta ex infenſiſſimo hoſte ſocium fidiſſimum effecerant, cuius C exemplo etiam gener eius Pruſias nullis Antiochi promiſſis induci potuit, vt in Romanos quidquam hoſtile perpetraret. Illud impetraſſe videtur Antiochus, vt bello abſtineret Pruſias. Antiochus in Phrygiâ, filius eius in Æolide, Annibal in Sy- D ria, Romana claſſis ad Canas hybernarant, Eumenes ad Pergamum & quiſque pro virili parte ſatagebat, vt quam paratiſſimus ad nouum prœlium accederet. Media ferme hyeme C. Liuius autore Eumene Thyatirenſem agrum popularus magnam E prædam auertit. Primo vere Rhodij XXXVI, C. Liuius XXX, Eumenes ſeptem naues ad Helleſpontum ducunt, Seſtum oppugnant, & mox dedentibus ſe oppidanis capiunt. Dum Abydum quoque obſident, Pauſiſtratus Rhodiorum dux à Po- F lyxenida Rhodio exule in ſpem adducitur debellandæ claſſis Antiochinæ. Ita ſimulato proditori nimia credulitate fidem adhibens Samum petit, vbi cuſtodias negligentiùs adhibens de repentino à Polyxenida

Digitized by Google

circumuentus occiditur cum ſuis: pauci euaſerunt. Iam Abydeni deditionem parabant, cùm Liuius auditâ Rhodiæ claſſis ſtrage Helleſpontum deſerit, aliquantoque poſt aduenit L. Aimilius Regillus ſucceſſor claſſis. Is autore Epicrate Rhodio Patara Lyciæ vrbem aggreſſus fruſtra fuit, cum interim Seleucus & mox etiam eò aduectus pater eius Antiochus Pergamenum agrum peruaſtarent. Suppetias venere Eumenes, Aimylius, Rhodij, Achæi mille, equites centum duce Diophane. Dum Adramyttenum agrum populatur, Diophanes aliquot excurſionibus opportune factis Seleucum mouere caſtra cogit.

ANNIBALEM PROFLIGANT RHODII.

Aliquantò poſt iam media æſtate aduenientem ex Syria regiam claſſem circa Sida Rhodij adorti. Annibal quamuis maritimę pugnæ quàm terreſtris minus peritus tamen vltimus fugit, & ſi Rhodij impigrè fugientibus inſtitiſſent, totam claſſem capere vel ſubmergere poterant. Obſtitit morbus, quo plerique remiges correpti laboris minus tolerantes erant. Interim Antiochi imprudentiam agnoſcas licet, qui amiſſum Annibalem à terreſtribus expeditionibus, in quibus callidiſſimus veterator erat, naualibus copijs præfecerit, in quibus ipſe tyro aduerſus Rhodios rei nauticæ peritiſſimos pugnaret.

POLYXENIDAM AIMILIVS.

Multò illuſtrior fuit victoria, quâ Aimilius Polyxenidam vicit ad Myoneſum. Erant Polyxenidæ naues xc, Aimilio LXXX. Aimilij naues duæ tantum fractæ, aliquot vulneratæ, vna capta. Polyxenidæ naues XIII captæ, XXVII demerſæ. Colophonem acriter oppugnabat Antiochus. Sed cladis huius nuntio ita perculſus eſt, vt non modo obſidionem ſoluerit, ſed & Lyſimachiam & Abydum deſeruerit, ne cum ijs vrbibus etiam milites ſuos amitteret, in quo θεοβλάβειαν ac ſpiritum vertiginis facile agnoſcas. Nam dedendo, non abijciendo Europam poterat totam Aſiam aut bonam eius partem à Romanis impetrare. Tum Æmylius Phocæam adortus expugnat, & quo minus diriperetur, à milite impetrare non potuit. Phocææ portum ad hybernandum claſſi deligit. Sciopiones in Cherſoneſum peruenerunt paulo poſt quam Lyſimachiam præſidio deſtituerat Antioch⁹, cuius ſtuporem propemodum ſtupens miratus eſt Romanus, vrbem immenſis ſumptibus nuper inſtauratam, munitiſſimam, & omnium rerum commeatibus inſtructiſſimam ita relictam, ac ſi de induſtria in aduentum Conſulis hæc præparaſſet. Hæc Antiochi vecordia Romanis animos addidit, ad eò vt legatis ad pacem petendam miſſis non dubitarit Africanus reſpondere, non aliter Antiocho ſperandam pacem, quàm ſi tota cis Taurum Aſia cederet, cùm tamen eſſent Antiocho peditum LX, equitum XII millia, elephanti Indici LIV, currus falcati plurimi. Sed aberat, quo caſu non conſtat, Annibal, qui vnus dignus erat, qui cum hoſte Romano manum confereret. Forte abfuit & Africanus morbo ante pugnam correptus, quod ipſum fratri fuit non incommodum, ne tota vi-

ANTIOCHI VECORDIA.

PVGNA. ctoriæ gloria Africano cederet. Erant Cõſuli peditum xxv, equitum quinque circiter millia, elephanti Africi ſexdecim, qui in extremo agmine poſiti ſunt, ne ab Indicis fugati ſuos turbarent. Haſtatorum prima ſigna, deinde principum, triarij poſtremos claudebant.

Falcati currus, quibus plurimùm fidebat, Antiochus, cladis cauſſa fuerunt. Nam Eumenes huius pugnæ prudens his Cretenſes ſagittarios funditoreſque oppoſuit, qui fundarum ſtrepitu & ictu clamoribus diſſonis, & veloci concurſatione, quâ plurimùm valent, cõſternatos equos in fugam egerunt, vt ea ſuis incommoda inferrent, quæ hoſtibus illaturi videbantur. Et turbatam ſemel Antiochi aciem qui reſtitueret nemo aderat, fortitudine ac prudentiâ ſatis excellens. Læuum Antiochi cornu primùm profligatum eſt.

Ipſe Antiochus in dextro cornu pugnans læuum Romanorum cornu circunſcripturus videbatur & caſtra Romana direpturus. Iamque multos in fugam impulerat, cum M. Æmylius Lepidus, qui caſtra tutabatur ſuos hortando, minando, etiam cædendo à fuga reuocauit ad pugnam, & ope Attali aliorumque qui tandem accurrerunt, Antiochum ipſum fugere compulerunt, & ſua ipſius caſtra deſerere. Effuſa fuga primò Sardes, dein Apameam petit. Ceciderunt ex Antiochi exercitu ad peditum quinquaginta millia, equitum quatuor. Romani vix trecenti. Sardes deſertæ ſtatim Conſuli dederunt ſe. Eò venit Africanus cum primùm

FVGA.

A pati viæ laborem potuit. Pauloque poſt etiam Antiochi legati pacem petentes. Africanum reſpondere placuit, *Iſ animos*, inquit, *nobis nec ſecundæ res efferunt, nec aduerſæ minuunt. De pace vobis nuper agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, eaſdem*
B *nunc victores victis ferimus. Europâ abſtinete. Aſia omniſque cis Taurum montem eſt, decedite. Pro impenſis in bellum factis* xv *millia talentum Euboicorum date, Annibalem Pænum, Thoantem Ætolum, Mnaſimachum Acarnana, concitatores belli dedite*, &c. *Si morati*
C *fueritis ſcitote regum maieſtatem difficiliùs ab ſummo faſtigio ad medium detrahi, quam à medijs ad ima præcipitari.* Rex mandatum dederat, vt omnem conditionem acciperent. Itaque legati Romam miſſi. Exercitus in hyberna dimiſſi. Iam enim hyems appetebat. Et de reliquis quidem non
D diu diſceptatum. Annibalem vt dederet Antiochus, induci non potuit. Interim Romæ triumphabat M. Acilius de Antiocho & Ætolis anno ſuperiore victis. Romanorum lætitiam turbauit clades in Hiſpania ac-
E cepta. L. Æmylius Paulus proprætor in Vaccetanis ad Lyconem oppidum cum Luſitanis pugnans ſex millia militum amiſerat, caſtra ægre defenderat, & fugientis in modum ſuos reduxerat in agrum pacatum. Sic Deus & gaudia noſtra gemitu &
F amara læto tẽperat riſu. Achæorum conuentus quidam Ægium indici debebant priſco inſtituto. Philopœmen Prætor loci neceſſitatem publicæ libertati contrariam cauſſatus conuentum Argos edicit, quamuis

PHILOPOEMENIS FASTVS ACHAEIS EXITIOSVS.

A aliquot ciuitatum Damiurgi (id ſummi magiſtratus eſt nomen) Ægium pro more conueniſſent. Hi ad Manium Acilium Cephaleniæ rebus componēdis adhuc occupatum mittunt legatos de Philopœmene conqueſturos. Manius quamuis Ægienſium cauſſæ faueret, tamen Argos B venit, vbi cùm diſceptatio fuiſſet, & rem inclinatam cerneret, incepto deſtitit. Lacedæmone motus anno priore vix ſedati recrudeſcunt, & ij quibus fauerat Philopœmen, noua aliqua iniuria affecti, ad eum veniunt, conqueruntur. Philopœmen C imperioſiùs iubet iniuriæ autores & affines Achæis dedi. Sin autem, fœdus violatum videri. Id Lacedæmonijs adeò ſuperbum, indignumque viſum eſt, vt protinus occiſis triginta præcipuis Philopœmenis amicis, multis in exilium pulſis ad Ma- D nium Acilium miſerint legatos rogantes vt ſe ab Achæorum tyrannide liberatos in fœdus ac ditionem Pop. Rom. accipiat. Is Elin concilium indicit. Magna ibi non diſceptatio modo ſed etiā altercatio fuit. Manius nihil tali tempore mouen- E dum ratus partem vtramque fouendo incerta reſpondet, vna denuntiatione, vt bello abſtinerent, & Romam legatos mitterent.

XVII. III.

A. M. 3811. Sel. 124. V. C. 565. Ante Dn. 187. Antiochi Magni XXXV. Pt. Epiphanis XXV.

Cn. Manlio Vulſone } Coſſ.
M. Fuluio Nobiliore

ROmæ legationibus omnia plena. Rhodij libertatem omnibus Græcis, vt Europæ, ſic & Aſiæ vrbibus dandam cenſebant. Hunc titulum Romanos prætendiſſe belli aduerſus Philippum & Antiochum. Hunc victoriæ vſum magnificentiorem ipſa victoria futurum. Eumenes ſuis & patris meritis deberi putabat Aſiam Antiocho ereptam. Senatus reſpondit. Quæ ciuitates Eumenis & Attali ſtipēdiariæ fuiſſent, aut partium Antiochi fuiſſent, eæ Eumeni veſtigal penderent, vt & Thracica Cherſoneſus in Europa. *Liu. l. 38.*

Reliquæ vrbes Græcæ cis Taurum omnes liberę eſſent. Lycaoniæ, Phrygiæ vtriuſque, Myſiæ, Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Hydrelæ vrbes non Græcæ Eumeni cederent & in Lycia Telmeſſus. Rhodijs reliqua Lyciæ, & Cariæ pars. Ita Senatus prædæ Antiocho ereptæ dominium inter ſocios partitus eſt, ſummum in omnes imperium ſibi retinuit, & maiorem æquitatis quàm fortitudinis gloriam ſibi comparauit. Rebus in Aſia ex decem legatorum ſententia compoſitis Romam reuerſus L. Scipio Aſiatici cognomentum ſortitur & triumphat *menſe intercalario pridie Kal. Martias.*

F L. Aimilius Paulus in Hiſpania vlteriore vt dedecus anni prioris elueret ac damnum ſarciret, tumultuario exercitu collecto Luſitanos inſolentiùs victoriâ vtentes ex improuiſo adortus armatorum XVIII M occidit,

Digitized by Google

tria millia capit, caſtra expugnat. A Prætor vero L. Bebius in Hiſpaniam per Liguriam incautiùs proficiſcens à Liguribus circumuentus cum magna comitum parte occiditur. Adeò *nihil eſt ab omni Parte beatum.*

GRAECIAE TVMVLTVS.

Philippus Athamaniam imperio duro premens cogit eos Aminan- B drum ſuum deſiderare. Aminander eo audito Ambracia profectus Ætolorum perexiguo ſubſidio fretus regnum recuperat. Amphilochiam quoque Philippo eripiunt Ætoli. Iamque rei faciendæ ſpem concipiebant, cùm audito Antiochum vltra C Taurum ſubmotum, M. Fuluium Coſ. aduenire, rurſus confuſo pauore conſternantur. Needum enim quidquam parati habebant. Ambraciam Epirotarum conſilio & opera primam oppugnat Fuluius. Aminander excuſat ſe dictitans non inuitis D ſed volentibus ciuibus regnum paternum recuperaſſe. Ambraciotas perſuadet, vt Romanis ſe dedant. Ætoli, quod hactenus abnuerant, pollicentur ſe daturos mille talentûm, & hoſtes ac ſocios eoſdem habituros, quos Pop. Rom. In eo exer- E citu cum Fuluio merebat Q. Ennius Poëta ex Rudia Calabriȩ oppido natus, ex Sardinia Romam à M. Catone Quæſtore aduectus, ille, inquam, *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* Ab Achæis & Lacedæmonijs vtrimque miſſi legati cauſſam magna conten- F tione diſceptabant. Achæorum cauſſæ nocuit, quod, cùm legatos duos miſiſſent Diophanem, & Lycortam Megalopolitanos ambos, illi minimè inter ſe conuenientes orationes

ENNIVS.

habuerunt. Quippe domi diſcordes ne in Senatu quidem conſentire poterant. Diophanes rem omnem Senatui permittebat. Lycortas (is eſt Polybij inſignis hiſtorici pater) ex præceptis Philopœmenis rogabat, vt Achæis ex fœdere ac legibus ſuis, quæ decreſſent agere liceret, libertatemque ſibi illabatam, cuius ipſi autores eſſent, præſtarent. Æquiora poſtulare videbantur Lacedæmonij. Sed magnȩ tum autoritatis erat gens Achæorum.

Senatus cùm nec Lacedæmonios iniquè opprimere, nec Achæos palam irritare vellet, ita perplexè reſpondit, vt ambo in ſententiam ſuam S. C. interpretarentur. Sed Achæi potentiores interpretationem ſuam armis tuebantur & poteſtate, quam ſibi conceſſam à Senatu dicebant, ſuperbè ac immodicè vtebantur. *Philopœmeni,* inquit Liuius, *continuatur magiſtratus.* Id videtur cum Achæorum inſtitutis pugnare. Itaque vero propius eſt diſcordiam anno ſuperiore inchoatam vſque ad alteram Philopœmenis Præturam continuatam.

ROMANI SVBIGVNT GALLOS ASIATICOS.

Romani Græciæ libertatem pontis inſtar ſubſtrauerant ad vlteriora debellanda. Sciebant poſtea Græcis vndiq; concluſis neceſſariò ſeruiendum fore. In Aſia circa Sangarium fluuium ante annos circiter duodetriginta ſedes occupauerant tres Gallorum populi Toliſtobogij, Trocmi, Tectoſagi. Hi circumiectos Aſiȩ populos etiam ipſos Syriæ reges tributum pendere cogebant, ne Attalum quidem, qui has illis aſſignarat,

Digitized by Google

an indicarat, ſedes reuerſituri, niſi fer- A
ri mucrone potiùs quàm fœderis ob-
tentu ius ſuum propugnaſſet. Troc-
mi ab Helleſponti ora, Toliſtobo-
gij ab Æolide & Ionia, Tectoſagi à
mediterraneis populis vectigal exi-
gebant. Hanc gentem olim ipſi Ro-
mæ, tum Aſiæ toti formidabilem de- B
bellare Romanis pulchrum videba-
tur. Prætextus quæſitus, quod mer-
cede conducti ab Antiocho ſuppe-
tias veniſſent. Et Antiochus ipſe
Gallis quàm Romanis grauiùs ſuc-
cenſebat, quia iniquum videbatur
ijs tributum pendere, qui ſanguinem C
venalem haberent. Neque verò bre-
uiore via aduerſus Gallos exercitum
duxit Cn. Manlius Coſ. Sed circum-
duxit, vt vndique à pluribus popu-
lis, qui barbari dicebantur, eoque li-
bertate, quam ſibi vindicabant, indi-
gni videbantur, nummos expiſca- D
rentur. Nec erant illi copijs Roma-
norum pares. Igitur à Tabenſibus
extorta ſunt talenta xxv, à Moagete
Cibyrenſi tyranno centum, à Ter-
meſenſibus quinquaginta. A Saga-
laſſenis totidem, ab Oroadenſibus
ducenta. Galli audito Romanorum E
aduentu ad montes, quos inacceſſos
putabant, confugiunt cum liberis,
vxoribus & quæ conuaſare pote-
rant. Toliſtobogij Olympum, Te-
ctoſages & Trocmi non procul ab
Ancyra vrbe & Haly fluuio montem
alterum occuparant. Sed Galli infer- F
re quàm propulſare iniuriam, & quæ-
rere quàm parta tueri magis aſſue-
uerant, ac tum forte ex improuiſo
ab omnibus rebus imparati ne telo-
rum quidem ſatis habebant, quaſi
obuia ſaxa ſufficerent ad territandos & fugandos Romanos. Facile igitur victi, cæſi vel capti ſunt, & qui euaſerunt, caſtris exuti conditiones, quas Romanis libuit, accipere coacti ſunt.

XVIII. IV. Olymp. CXLVIII.

A.M.3812. Sel. 125. V. C. 566. Ante Dn. 188. Antiochi Magni XXXVI. Pt. Epiphanis XVI.

C. Liuio Salinatore
M. Valerio Meſſalâ } Coſſ.

Conſulibus, alteri Piſæ cum Liguribus, alteri Gallia prouincia decreta eſt continendis potiùs in officio ijs quàm debellandis, cùm bello tum opus non eſſet. Quam ob cauſſam paulo ſeriùs vrbe egreſſi ſunt. *Priuſquam* autem, inquit Liuius, *in prouincias noui magiſtratus proficiſcerentur, ſupplicatio in triduum pro collegio decemuirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam fere & quartam tenebræ obortæ fuerant & nouendiale ſacrificium indictum eſt, quod in Auentino lapidibus pluiſſet.* Huiuſmodi nænijs plenus eſt Liuius, quæ puerilem ſuperſtitionis credulitatem, & timiditatem patefaciunt. Hæc Solis eclipſis contigit Iulij XVII, feriâ quartâ, cum latitudo Lunæ eſſet graduum 87. 42'. 53". *Liu. l. 38.* ECLIPSIS SOLIS.

Philopœmen initio veris Præturam nactus exercitu ſtatim indicto caſtra in finibus Lacedæmoniorum ponit, iubet defectionis autores ſibi tradi, eos nihil indicta cauſſa paſſu- *Liu. l. 38. Plutar. in Philopœmene.* ACHAEI SPAR-

Digitized by Google

TAM SV-BIGVNT.

ros. Mittuntur octoginta. Simul hos conſpicati ſunt exules Lacedæmoniorum Philopœmeni militantes, primò iurgijs laceſſere, dein altercatione gliſcente nequicquam conteſtante Philopœmene vim inferre. XVII ſtatim occiſi. Reliqui LXIII in præſens quidem periculo erepti, poſtea auerſis auribus auditi, damnati, ac ſupplicio traditi. Hoc metu Lacedæmonijs iniecto reliqua pro arbitrio imperata, vt muros diruerent, exules reſtituerent, Lycurgi leges abolerent & Achaicas ſuſciperent. *Nihil obedientiùs fecerunt, quàm vt muros diruerent: nihil ægriùs paſſi ſunt, quàm exules reduci. Nulla tamen res tanto erat damno, quam diſciplina Lycurgi, cui per octingentos annos aſſueuerant, ſublata.* Liberaliter agit Liuius, cùm ait ante octingentos annos latas fuiſſe Lycurgi leges. Re vera non ante A. M. 3116. latæ ſunt, annis circiter quinque & ſeptingentis, antequam à Philopœmene abolerentur. Aliquantò poſt à Romanis obtinuerunt Lacedęmonij, vt reiectis Achęorum inſtitutis patrias Lycurgi leges reſtituere liceret. Achæi vero ſocios ſuos imperioſiùs prementes Romanis ius tyrannidis fecerunt, vt iure merito viderentur eas iniurias pati, quas ſocijs ſuis intulerant. Ambitioni nunquam deeſt inferendi belli, vel exigendi tributi prætextus.

MANLIVS CAPPADOCAS EXPILAT.

Aſia neſciens quem equitem dorſo ſuſcepiſſet, Antiochum à Romanis ſubmotum, Gallos caſtigatos gaudebat. Speciosus vtriſq; opprimendis titulus aſſumptus fuerat, Aſiæ libertas. Ariarathi Cappadociæ regi quo iure ſuccenſere poterant Romani, quod Antiochum, cum quo pridem ſocietatem inijſſet, cuius maioribus Cappadocia vectigalis fuiſſet, auxilio iuuiſſet? Hic tamen, ne bello à Romanis peteretur, ducentorum talentûm mulctâ pacem redimere coactus eſt. Dein, vt Romanos ſibi conciliaret, filiam ſuam Eumeni dedit. Mulctæ imperatæ dimidia pars in Eumenis gratiam remiſſa. Et ſane Cappadoci grauis eſſe potuit hæc multa. Quippe *Mancipijs locuples eget æris Cappadocum rex.* *Horatius.*

A PRAEDONIBVS EXPILATVR.

Cn. Manlius procoſ. rebus in Aſia compoſitis, confirmato fœdere cum Antiocho, præda onuſtus Abydum petit. Is in Aſia militem ſolutè ac negligenter habere ſolitus, tum per Thraciam iter faciens incidit in prædones, qui nullo Romani nominis reſpectu nec antecedentis ac ſubſequentis exercitus metu locorum maximè confragoſorum peritia freti bonam Aſiaticæ prædæ partem domum auexerunt. Manlius tandem in Epirum delatus, nec Brunduſium traijcere propter hyemem auſus Apolloniæ hybernat.

XIX. V.

A. M. 3813. Sel. 126. V. C. 567. Ante Dn. 187. Sel. Philopatoris I. Pt. Epiphanis XVII.

M. Aimilio Lepido
C. Flaminio Nepote } Coſſ.

ANtiocho Magno defuncto ſuccedit filius Seleucus Phi- *Euſebius.*

Dan. 11. 20. *Ioſephus Antiq. l.* 12. *c.* 4. *p.* 363.

lopator VII Syriæ rex, regnatque annos XII. Hic Danieli dicitur prævaricator & turpi māgonio regnum infamans, ac tributis lacerans. Hunc Ioſephus Soterem vocat, ſed Seleucus hic non magis Soter fuit, quàm Philopator. Siquidem hæc elogia ab adulatoribus tam putida aſſentatione imponebantur, vt in contrariam partem pleraque ſint accipienda.

Liu. l. 38. & 39. ORBIS VICTORES A VICINIS VELLICANTVR.

Qui ſitam cis Taurum Aſiam vno prœlio conquiſierant, & toti Aſiæ terribiles Gallogræcos duobus prœlijs ſubegerant Romani, ij viſceribus propemodum ſuis adhærentes Gallos ac Ligures nullis prœlijs, nullis ſupplicijs contundere ac perdomare poterant, quin vſque rebellarent, & domeſticam inopiam vicinorum agrorum incurſatione ſuſtentarent magno eorum, qui iam ſe orbis dominos oſtentabant, ac diuinos honores captabant, tædio ac probro, vſque adeò vt Gallis tum quieſcentibus ambos Coſſ. in Liguriam mitti neceſſarium cenſuerit Senatus. Vterque cùm militum numero ac robore præſtaret, proſperè pugnauit, & hoſtes multis cladibus affecit, mox à vicinis ea quæ ſibi erepta fuerant repetituros. Sed hoc ipſum Romanis vſui erat. Hæc, inquam, Gallorum, Ligurum, Hiſpanorumque contumacia erat illis cos fortitudinis, & militaris diſciplinæ ſchola, vt in hac palæſtra exercitati paratiores eſſent ad alias nationes debellandas, quę, quò opulentiores, eò magis imbelles erant, donec ipſi nemine iam in viciniâ reſiſtente victarum à ſe gentium vitia induerunt. P. Scipioni M. Næuius Trib. plebis, aut duo Petilij diem dicunt: qui ingenti frequentiâ in forum deductus, roſtra conſcendit, capitique ſuo coronâ triumphali impoſitâ, *Hac*, inquit, *Quirites die Carthaginem magna ſperantem leges veſtras accipere iuſsi: proinde æquum eſt vos mecum ire in Capitolium ſupplicatum*. Hanc vocem ita probauit populus, vt ipſe Tribunus de accuſatore Scipionis venerator fieri coactus ſit.

Val. M[ax.] l. 3. *c.* 7. SCIPIONIS GENEROSA CONFIDENTIA.

Romam Carthago legatos miſerat. Manus his attulerant L. Minucius & L. Manlius. Hos conquerentibus Pœnis Culeo Prætor ex S. C. dedendos curauit.

Val. Max. l. 6. *c.* 6.

XX. VI.

A.M. 3814. Sel. 127. V.C. 568. Ante Dn. 186. Sel. Philopatoris II. Pt. Epiphanis XVIII.

Sex Poſthumio Albino } Coſſ.
Q. Martio Philippo }

ANtiocho defuncto Annibal Philopatori non ſatis fidens ad Pruſiam Bithyniæ regem confugit. Cùm totâ Hetruriâ & magnâ Italiæ parte ac Romæ in luco [a] Similæ bacchanalibus in ſacro nocturno ſpecie religionis infandæ libidines, ac cædes perpetrarentur, iamque ſupra ſeptem virorum ac fœminarum millia coniuraſſent, tamen res non detegebatur, quia qui ſacris initiabantur, diris horrendis ſeſe deuouebant, ſi quid eliminaſſent, tandem Hiſpala Fecenia libertina Ebutij adoleſcentis

Entrop. l. 3. [a] סמל BACCHANALIA. *T. Liuius d.* 4. *l.* 9. *Val. Max. l.* 6. *c.* 3.

Digitized by Google

leſcentis amore percita, cùm videret eum à matre Dutoniâ & T. Sempronio Rutilo vitrico compelli, vt ijs ſacris initiaretur, omnia ei reuelat. Ebutius renuens initiari bacchis à matre & vitrico domo pellitur, ad Ebutiam amitam ſe confert: per eam innoteſcit Poſthumio Conſuli. Is magnâ prudentiâ ac vigiliâ rem eò adducit, vt totam impuriſſimæ, ac maleficæ ſuperſtitionis ſcenam detegeret, & euerteret. Multi vltimo ſupplicio affecti. Conquiſita & exterminata totâ Italiâ hæc ſacra. Mulieres à cognatis intra domos punitæ. Q. Martius Coſ. Ligures Apuanos in dumeta fugitantes incautiùs perſequens in anguſtias incidit, in quibus quatuor militum millia deſiderauit, ipſe turpi fugâ ſalutem quæſiuit.

XXI. VII.

A. M. 3815. Sel. 128. V. C. 569. Ante Dn. 185. Sel. Philopatoris III.
Pr. Epiphanis xix.

App. Claudio Pulchro }
M. Sempronio Tuditano } Coſſ.

T. Liu. decad. 4 l. 9.

NOVA BELLORVM SEMENTIS IN GRAECIA.

QVandiu Romani cum Ætolis & Antiocho pugnabant, Philippus vtriſque infenſus & ſpe participandæ prædæ fidum in Romanos animum an vultum induerat. Inter ipſum & M. Acilium Coſ. ante ſexennium conuenerat, ipſi ceſſurum, quidquid ſuis copijs Ætolis eripuiſſet. Ita Theſſalorum & Perrhæborum vrbes ab Ætolis occupatas Philippus iure belli ſibi vindicauit.

Athamaniam totam Aminandro Ætolorum ſocio eripuerat, & biennio poſt amiſerat anno V. C. 565.

A Quando recuperarit, incertum eſt. Vt vt ſit, non Athamanes tantum, ſed & Theſſali ac Perrhæbi tum Æni & Maroneæ incolæ, item alij libertate Græciæ à Romanis datâ frui ius faſque arbitrabantur. Legati primùm ab ijs & à Philippo Romam
B miſſi, tum à Senatu in Macedoniam ad eas controuerſias diſceptandas.

Græci inſolenter ac immodicè indulgentiâ Pop. Rom. abutebantur, velut ex diutina ſiti nimis auidè meram haurientes libertatem, atque ita procaciùs Regem criminabantur.
C Philippus impatientiùs ferebat ſe in ordinem cogi. Itaq; poſt multa vltrò citroque dicta elatus irâ adijcit Philippus nondum omnium dierum Solem occidiſſe. Id minaciter dictum non Theſſali modo in ſeſe, ſed etiam Romani acceperunt.

D Ita cauſam tenuerunt Græci prætextu quæſito non alias ab Acilio adiudicatas Philippo vrbes, quàm quę pridem Ætolorum formulæ fuiſſent, aut volentes Ætolis ſe adiunxiſſent. Ab Æno & Maroneâ præſidia deducere iubetur Philippus, & ab omni
E maritimâ Thraciæ orâ. In Hiſpania non procul à Toleto duo exercitus fuſi, Romanorum ſociorumque ad quinque millia occiſa. Hanc iacturam haud multò poſt reſarciunt C. Calpurnius & L. Quintius Prætores. Hi copijs vndique contractis, dum
F adhuc irâ & pudore fremit miles, in Hiſpanos ducunt, Tagum traijciunt. Erant Hiſpanorum XXXVM, quibus vadi traiectionem impedire facile erat. Dum cunctantur, Romani copias tranſducunt. Pugna-

IN HISPANIA.

Digitized by Google

tum ſummâ contentione. Romani vix octingentos deſiderarunt. Hiſpanorum vix octo millia effugerunt.

IN LIGVRIA. Ligurum ea contumacia erat, vt tum quoque ambo Conſules in eos miſſi fuerint. Sempronius Apuanos, Claudius Ingannos adgreditur. Multa eorum oppida expugnata, multa hominum millia capta. Hinc Romam redit App. Claudius, vt P. Claudio fratri Cōſulatum ambiret, quem & extorſit potiùs, quàm impetrauit.

XXII. VIII. Olymp. CXLIX.
A. M. 3816. Sel. 129. V. C. 570. Ante Dn. 184. Sel. Philopatoris IV. Pt. Epiphanis XX.

P. Claudio Pulcho } Coſſ.
L. Porcio Licinio }

2. Mac. 3. Auctum TEXTVM SVPPLICIVM HELIODORI.

SImon Beniamita templi προστάτης, i. præpoſitus Apollonium Thraſei filium Cœles Syriæ & Phœniciæ στρατηγὸν, i. præfectum docet eſſe in Hieroſolymitano templo immenſam vim auri & διαφόρων, i. rerum præſtantiſſimarum, vt apud Plutarchum in Agide pag. 1480. & Hebr. l. 4. VIII. 6. vel vectigalium vt 2. Mac. 4. 6. Hæc, cùm templi liturgiæ neceſſaria non ſint, poſſe in regis gazophylacium inferri. Apollonius id Seleuco renuntiat. Seleucus Heliodorum mittit, qui pecuniā eam auferat. Onias III Simonis II filius ſummus Pont. Heliodorum monet, mentiri Simonem Beniamitam, quæ non ex vectigalibus collectas aſſeruit pecunias, ſed eſſe viduarum depoſita, eaque non ingentia, puta quadringenta admodum argenti talenta numerata. Eam eſſe & templi & eo pedem religionem, vt etiam apud bar-

batos inuiolata ſit. Heliodorus & metu regis & auri potiundi cupidine occæcatus pia Oniæ monita reſpuebat. Cùm iam omnes templo metuentes ſolicitè anxij eſſent, Heliodorus templo, quod expilaturus ibat, propinquus ſubito pauore conſternatus humi affligitur, & pro mortuo domum exportatur. Mox tamen Oniæ precibus ſanitati reſtitutus ad Seleucum redit templi ſanctimoniam & Dei potentiam prædicans. Cùm à furore non deſiſteret Simon, ad Seleucum adit Onias. Hic videtur aliquid deeſſe 2. Mac. 4. 6. vt quis legationis Oniæ fructus fuerit, enarretur. Euſebius igitur ait Oniam à rege impetraſſe, vt Simon in exilium pelleretur. Ioſephus Apollonio tribuit, quæ Iaſon de Heliodoro narrat. SIMONIS.

Liu. l. 38. & 39. P. SCIPIONIS AFRICANI MORS. M. Næuius Trib. pleb. ad quartum Idus Decembris App. Claudio & M. Sempronio Coſſ. magiſtratum ingreſſus à P. Africano accuſatur. Is viciſſim P. Scipioni diem dicit, peculatus crimen affingit. Africanus, indignans, quod cum bis millies in ærarium intuliſſet, quadragies ratio ab ſe poſceretur, Vrbe ſecedit, neque multò poſt obit, aliquantò ante Catonis & Flacci cenſuram. Quippe, cùm ſuperioribus duobus luſtris Senatus princeps fuiſſet Africanus, Flaccus idem Cenſor & Senatus Princeps dictus eſt, qui cum Africano, ſi vixiſſet, prælatus non fuiſſet. Philippus Maronem ... [illegible] ... fecens ... [illegible] ... Quæ ... [illegible] ... Is Philippus ... [illegible] ... cum Thracibus in ... [illegible]

Liu. l. 39. SENECTATIS ... [illegible]

mittit, qui Maronitas multos iugularunt. Querentibus Romanis indignè factum negat Philippus id ad ſe pertinere. Caſſandrum dedit & in itinere veneno necari iubet. Senatui placando Demetrium filium Romam mittit velut fidei obſidem futurum. Interim Iſtri accolas ſollicitat, vt in Italiam quaſi opibus quàm armis inſtructiorem impetum faciant. Lacedæmonij muros dirutos, leges Lycurgi ſublatas, reſtitutos exules indignabantur. Inter ipſos exules erant duo Areus, & Alcibiades, quorum ambitioni non ſatis faciebat reditus in patriam. Hi rerum nouarum ſtudio ſpecie ſinceræ cum ciuibus reconciliationis aduerſus Achæos ſuæ reſtitutionis autores conſilium ineunt. Communibus conſilijs Romam mittuntur legati, qui de Achæorum impotentiâ querantur. Effoſſum Græciæ lumen, publicæ libertatis aſſertores ſub iugum miſſos. Lycortas Megalopolitanus Polybij hiſtorici pater tum Prætor indicit concilium. Alcibiadem & Areum abſentes præuaricationis ac perduellionis inſimulat etiam capitis damnat. Paulò poſt venit App. Claudius procoſ. Areum & Alcibiadem ſecum ducens. Huic Clitore in Arcadiâ concilium datur. Lycortas magnifica oratione vſus, ſed viribus impar Claudio cedere, & ſententiam in Areum ac Alcibiadem latam abrogare cogitur. Flaccus & Cato qui ante decennium ſimul conſulatum geſſerant, hoc quoque anno ſimul cenſurâ funguntur eâque nobili ac ſimultatum plenâ, quę Catonem, cui acerbitas ea aſſignabatur, per omnem vitam exercuerunt, nobilitati infenſum pariter & inuiſum. Vt qui aſperitate animi, rigidæ innocentiæ, virtutumque gloria fretus nobilium faſtum adſpernaretur, luxum odiſſet. M. Accius à planitie pedum Plotus ſiue Plautus dictus, patriâ Sarſinas, quod Vmbriæ eſt oppidum XV poſt inchoatum bellum Punicum ſecundum anno Romam aduectus M. Cethego & P. Tuditano Coſſ. Comicarum facetiarũ vrbanitate plurimùm famæ ſibi cõparauit, ac viginti poſt annis defunctus eſt P. Claudio L. Portio Coſſ. Catone Cenſore. Qui paucis poſt Ennium annis defunctum putant, falluntur. Quindecim annis ante Ennium obijt.

GRAECORVM. ROMANORVM. *Feſtus. Cicero. Gellius.*

XXIII. IX.

A M. 3817. Sel. 130. V. C. 571. Ante Dn. 183. Sel. Philopatoris V. Pt. Epiphanis XXI.

Q. Fabio Labeone }
M. Claudio Marcello } Coſſ.

IDibus Martijs tum quoque Conſulatus inibatur. Initio anni P. Licinius Craſſus Pontifex Max. moritur, in cuius locum M. Sempronius Tuditanus Põtifex cooptatur. Pontifex vero Max. creatur C. Seruilius Geminus. Eumenes in ſenatu queritur ſe bello à Pruſia peti, auxilia Pruſię à Philippo ſubminiſtrari. Multi alij multa Philippo obijciebant pleraque oppido quàm parua de controuerſia finium, de hominibus raptis, pecoribuſque abactis. Demetrius, cum ad ſingula reſpondere non poſſet, Patris commentarium in

Liu. l. 39.

Senatu recitat, in quo dilutis, quæ ſibi obijciebantur, criminibus, interpoſuerat querelas de iniquitate decretorũ, indignè ſibi, nec vllo ſuo merito inſultatum ab omnibus eſſe. Senatus, dum in Demetrij gratiam profitetur ſe multa diſſimulare, obliuiſci & pati præterita, non tam Philippum Romanis conciliauit, quàm in ipſum Demetrium exaſperauit, vt Demetrij laudes extemplo in inuidiam, mox etiam in perniciem adoleſcenti verterint.

MORS ANNIBALIS.

Rebus in Græcia componendis, mittitur Titus Quintius Flaminius ad Philippum & Pruſiam. Inter alia Pruſiæ obijciebat Flaminius, quod Annibalem Romani nominis infenſiſſimum hoſtem hoſpitio excepiſſet. Pruſias è veſtigio mittit, qui Annibalem comprehendant & Flaminio tradant. Hoc ipſum metuens Annibal, venenum parauerat, quod tum Pruſiæ proditori & hoſpitalis fidei violatori dira imprecatus, Romanorumque ſæuitiam deteſtatus, epotauit.

PHILOPOEMENIS.

Exorto inter Achæos & Meſſenios bello, Philopœmen Achęorum prętor bello quidem ſuperior, prœlio tamen victus & captus Meſſenem perducitur. Ad tanti viri ſpectaculum admirabunda concurrit tota ciuitas. Iamque redibat in memoriam beneficiorum eius in Meſſenios magnitudo, & ſeptuagenarij ducis totius Græciæ veluti parentis ac liberatoris veneratio. Poſſe exiguâ in tantum virum munificentiâ pacem redimi & Achęorum animos placari. Sed defectionis auctores, quorum A in manu reſpublica erat, ſcelerum ſuorum vltorem pertimeſcentes, venenum in carcere propinant. Philopœmen hoc vnum percunctatus, incolumiſne Lycortas & equitatus euaſiſſet, poſtquã dictum eſt incolumes eſſe, benè habet inquit, & poculo im- B pauidè hauſto, haud ita multo poſt expirauit, & cum eo priſtina Græciæ libertas & gloria. Nec diuturnum mortis eius gaudium autoribus crudelitatis fuit. Quippe haud multò poſt Meſſene bello victa expoſcentibus Achæis noxios dedit, oſſaq; Phi- C lopœmenis reddidit: quæ ſepulta ſunt ab vniuerſo Achaico conſilio, adeò omnibus humanis congeſtis honoribus, vt ne Diuinis quidem abſtineretur. Ita non quidem eodem anno, ſed intra ſpatium biennio breuius fato functi ſunt tres illuſtriſſimi D duces, P. Africanus, Annibal & Philopœmen. Omnes alieno ſolo, & morte rebus à ſe geſtis iudicio quidem hominum indignâ.

GALLORVM MOTVS IRRITI.

Galli Alpes tranſgreſſi iamque oppidum in Italiâ cõdere ſine permiſſu Romanorum aggreſſi à M. Marcel- E lo Conſule inuaduntur. Hi protinus ſe ſuaq; dedunt. Armis ſpoliantur. Senatus ea reddi iubet & Gallos in patriã remeare. Legati in Galliam miſſi, qui Gallos moneant, multitudinem ſuam domi contineant. Hi perbenignè reſponderunt ac tantum F num nimiam Romanorum leuitatem caſtigarunt.

COLONIAE.

Coloniæ quatuor deductæ Aquileia Latina in Iſtria, tres ciuium Romanorum. Saturnia in Saletrano, Mutina & Parma in Boiorum agro,

Digitized by Google

qui ante Tuſcorum fuerat. Singulis data Mutinæ quina, Parmæ octona, Saturniæ dena iugera. Aquileiæ quinquagena. Sed hæc deductio vt pote maioris molis tertio demum poſt anno perfecta eſt.

XXIV. X.

A.M. 3818. Sel. 131. V. C. 572. Ante Dn. 182. Seleuci Philopatoris VI. Pt. Epiphanis XXII.

L. Aimilio Paulo
Cn. Bæbio Pamphilo } Coſſ.

Liu. l. 39. MACEDONVM FACTIONES. ERant Philippo Macedonum regi filij duo Perſeus ex pellice, Demetrius ex vxore legitimâ natus. Ille triginta, hic XXV annorum. Demetrius Romæ primùm obſes, dein patris legatus diu vixerat ob egregiam indolem Romanis charus, eoq; patri, qui Romanos oderat, ſuſpectus & inuiſus. Perſei moribus praua patris conſilia placebant. Quo quiſque pacis ac tecti cupidior, eò in Demetrium propenſior erat. Qui rebus nouis ſtudebant, ijdem & Perſei conſilijs fauebant. Ita aula & Macedonia prope tota in contraria ſtudia diſcindebatur. SACRA CANINA. Forte luſtrandi exercitus tempus venit, in cuius ſolenni agnoſcas Satanam Dei mimum & æmulum. Genes. 15. 30. Eſa. 66. 3. Abraham inter ſacrificij à ſe diſſecti medias partes ambulaſſe legitur. Deus canis ſacrificium imprimis vetuerat. Macedonas docuit Satan caput canis præcidere, priorem partem ad dexteram cum extis, poſteriorem ad læuam ponere. Inter

A hanc diuiſam hoſtiam copias armatas traducere. Si quis piaculare quidpiam admiſiſſet, hoc ſacro luſtrari & expiari credebatur.

Luſtrationem exercitus ſequebatur ludicrum certamen. PERSEI SCAEVITAS. Id inter Demetrium & Perſeum commiſſum eſt B magnâ contentione, tanquam de regno dimicaretur. Pars Demetrij longè ſuperior fuit. Perſeum Demetrius ad conuiuium inuitat. Recuſat Perſeus fremens irâ & inuidiâ. Speculatores mittit, qui facta & dicta Demetrij explorent. Horum aliquis depre- C henſus & fuſtibus abactus eſt. Nihilominus Demetrius largiùs potus ad Perſeum ibat cum fratre comeſſaturus. Quatuor miniſtri ignaro Demetrio ferrum veſte abdunt, quo ſe tutati poſſent, ſi qua vis ab exploratoribus, quos abegerant, fieret. Hoc D ipſum nouus ſpeculator deprehendit, & ad Perſeum refert. Perſeus ianuas occludit & fratrem quaſi hoſtili animo venientem repellit. Demetrius ad pocula redit. Poſtridie Perſeus patrem adit, multis modis inſidias à fratre ſibi ſtrui clamitans, E etiam ferro graſſari auſum. Demetrius vix dum à ſomno & crapulâ excitatus ad cauſam dicendam vocatur, & in præſens quidem calumniam facile refellit. Cæterum Demetrij virtus & gratia non Perſeum tantum vrebat, ſed & ſuſpicacem patris F animum perſtringebat. PVNICA IN POENOS FIDES. Inter Carthaginienſes & Maſaniſſam in Senatu diſceptatur. Agrum quendam Carthaginienſibus eripuerat Gala Maſaniſſæ pater. Receperat Syphax & in Aſdrubalis ſoceri ſui gratiam

Carthaginienſibus reddiderat. Hunc poſt tot annos armis recuperat Maſaniſſa & quaſi poſtliminij ac belli iure ſibi vindicat. In Senatu vicit Maſaniſſæ gratia.

XXV. XI.

A. M. 3819. Sel. 132. V. C. 573. Ante Dn. 181. Sel. Philopatoris VII. Pt. Epiphanis XXIII.

P. Cornelio Cethego } Coſſ.
M. Bebio Pamphilo

Liu. l. 40. VARIAE PESTES IN ITALIA.

ROmę pro more deridicula nunciantur ſanguinem pluiſſe, haſtas ſponte motas, ſimulachrum Iunonis ſoſpitæ lacrymaſſe. Illud minimè fictum, quod ea in agris & vrbe peſtilentia erat, vt libitina vix tunc ſufficeret. His prodigijs procurandis circa omnia puluinaria Romę in vnum diem, per totam Italiam triduum ſupplicatio decreta & feriæ. Illud bene, quod de veneficijs & bacchanalibus ſæpe habitas quęſtiones Senatus ad exitum perduci iuſſit.

IN MACEDONIA. Perſeus Demetrium quò iniuſtiùs, eò infenſiùs odio proſequens non ceſſabat per emiſſarios ſingula eius dicta obſeruare & per ſycophantas etiam rectè facta apud patrem criminari. Philippum ſcelerum conſcientia eò dementię adegit, vt quoſcunque meminerat à ſe occiſos, horum filios ac poſteros ad necem conquiri iam inde ab aliquot annis iuberet. Ita cædes cædibus cumulantem vrgebant ciuium odia, & furiæ pręcipitem agebant ad deterrima quęque

A conſilia Perſeo faces ſubminiſtrante. Nec deerant adulatores aulæ peſtes, qui truculentam Philippi amentiam ſeueritatis aut prudentiæ elogijs ornarent. His artibus factum, vt optimum filium teterrimo non tantum poſtpoſuerit, ſed & iugulandum tradiderit. Placuit tamen veneno rem agi. Poculo epoto extemplo

B ſenſit Demetrius & mox coortis doloribus relicto conuiuio, cùm in cubiculum ſeſe recepiſſet, crudelitatem patris conquerens & parricidium fratris incuſans torquebatur.

C cùm alij intromiſſi iniectis tapetibus in caput fauceſq; ſpiritum intercluſerunt.

L. Aimilius procoſ. principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introducit. Hi per ſpeciem petendæ pacis ſpeculatores mittunt, inducias

D rogant. Poſtquam ſatis ſibi virium eſſe arbitrati ſunt, nec opinantes Romanos improuiſi adoriuntur. Dies aliquot obſeſſus Aimilius vltima metuebat. Poſtquam impetum hoſtium remitti ſenſit, quibuſcunque irritamentis poteſt, militum iras acuit,

E frendentem militem omnibus portis ſimul educit Liguribus nihil tale expectantibus adeò improuiſa res fuit, vt perinde ac ſi inſidijs circumuenti forent, trepidarent. Fuga deinde effuſa, & fugientium paſſim cædes fuit. Supra quindecim millia eo

F die occiſa, capta duo millia. Triduo poſt Ligurum omne nomen obſidibus datis in deditionem venit. Victorię lętitiam temperauit fames ex ſiccitate orta. Sex menſes nunquam pluuiſſe memoriæ proditum eſt. VANI CONATVS LIGVRVM.

Digitized by Google

HISPANORVM. In Hiſpania citeriore Celtiberi xxxvM hominum comparauerant. Q. Fuluius Flaccus aſtu è caſtris Celtiberos educit. Parte alia caſtra fere vacua adoritur, capit. Ea res Celtiberos exterruit. Cæſa ſunt eorum xxIIIM, capta vM. Hinc Contrebiam caſtra mouet Flaccus. Oppidani auxilia petunt. Pluuiæ auxilijs moram fecerunt, & vrbem ad deditionem adegerũt. Auxiliarij deditionis ignari incautiùs accedunt, profligantur. Ad xIIM cæſa. Capta plus vM.

Val. Max. l. 1. c. 1. Plin. l. 17. c. 13. LVCIFVGA SVPERSTITIO. *In agro L. Petilij ſcribæ ſub Ianiculo cultoribus terram altiùs verſantibus, duæ arcæ lapideæ repertæ ſunt, quarum in altera Scriptura indicabat corpus, Numæ Pompilij Pomponis Filij fuiſſe, in altera libri reconditi erant Latini ſeptem de iure Pontificum, totidemque Græci de diſciplinâ ſapientiæ. Latinos magnâ diligentiâ aſſeruandos curauerunt, Græcos, quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur, L. Petillius Prætor Vrbanus ex autoritate Senatus per victimarios igne facto in conſpectu populi cremauit.*

XXVI. XII. Olympias CL.

A.M. 3820. Sel. 133. V.C. 574. Ante Dn. 180. Sel. Philopatoris VIII. Pt. Philometoris I.

A. Poſthumio Albino Luſco C. Calpurnio Piſone } Coſſ.

HOSTILIAE FACINVS HOSTILE. PIſonis Conſulis vxor Quarta Hoſtilia filium ex priore coniugio habebat Q. Fuluium Flaccum

A iam grandiorem. Is Conſulatum ter ambierat, ter repulſam paſſus fuerat. Hoc maximè anno à vitrico ſe ſuperatum impatienter ferebat Flaccus. Et Hoſtilia ipſa maritum filio prælatum iniquè ferens dixiſſe filio fertur, pararet ſe ad petendum: intra
B duos menſes effecturam, vt Conſul fieret. Neq; dictis fides defuit. Tum demum ſuſpecta mors Piſonis fuit. Et quæſtione habita, inter multa alia teſtimonia ad cauſſam pertinentia hæc quoque vox nimis vero euentu comprobata valuit, cur Hoſtilia
C damnaretur. Piſonem tamen & multos alios omnium ordinum illuſtres viros abſumpſerat peſtilentia. Sed illa ipſa lues prodigij loco habita eſt. Et fraudis humanæ ſuſpicio inſinuauit animis. Quamobrem veneficij quæſtio ex S. C. T. Minutio Præto-
D ri mandata eſt. Sed meminiſſe debuerant famis, quæ anno ſuperiore ſæuierat, comitem fere peſtem eſſe. Deinde quàm cohærent hæc? Hoſtilia damnatur. Fuluius Conſulatu fruitur. Cornelius & Bebius procoſſ. cùm in Liguriâ belli gerendi
E defuiſſet occaſio, vt viderentur operæ pretium feciſſe, monēt nunquam quieturos Ligures, quandiu in patriâ relinquentur. Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Tauraſinorum fuerat. Eò traducti
F ſunt ſumptu publico, ad xLM liberorum capitum cum fœminis puerisque. Procoſſ. primi nullo geſto, tamen quaſi confecto bello triumpharunt. Horum exemplum imitati Fuluius ſuffect. & Poſthumius Coſſ. ſeptem Ligurum Apuanorum millia

LIGVRES SEDE MOVENTVR.

Digitized by Google

FLACCI FORTITVDO. in Samnium traducunt. Tib. Sempronius Gracchus Prætor Q. Fuluio Flacco Hiſpaniam citeriorem regenti ſubſtituitur. Iam rebellionem meditabantur Celtiberi, cùm Flaccus domuitionem parabat. Illi Flacci diſceſſum fugam interpretati terga exercitus improuiſi adoriuntur. Flac- B cus tanta induſtria exercitum ordinat, tanta contentione milites aduerſus perduelles toties victos, toties fœdi fragos animat, vt per totum ſaltum fuga diſſipati Celtiberi cæſi ſint ad XVII M, capti plus tria millia. Flac- C ARQVITAS. cus victorem exercitum Tarraconem reducit. Huic obuiam procedit Sempronius, atque inibi ambo magna concordia, quos dimitterent, quoſque retinerent milites, componunt. Flaccus Romã reuerſus triumphum agit & in ſequentem annum Conſul deſignatur.

C. Seruilium Pontificatu Maximo non vltra triennium potitum peſtis abſumit, eique ſubſtituitur M. Aimilius Lepidus. Cumanis petentibus permiſſum, vt publicè Latinè loquerentur, & præconibus Latinè vendendi ius eſſet.

PT. EPIPHANIS MORS. Pt. Epiphanes cùm regnaſſet annos XXIV, obiit anno Seleucidarum ſecundum Iudæos 133. Claudius Ptolemæus Aſtronomus Pt. Philometoris æram inchoat ab antecedente Thoth, Octobris ſeptimo, feriâ quartâ, ineunte anno Nabonaſſari F 568. Euſebius contra Philometoris æram inchoat ab anno ſequente, Olympiadis CL ſecundo, eamque ob cauſſam tribuit Philometori tantum annos XXXV, vt & Clemens Stromat. A l. 1. Melius tribuiſſent annos 36 ſolidos, initio ducto ab Olympiade CL. Epiphanes igitur duos reliquit filios Philometorem, & Phyſconem, filiam vnam nomine Cleopatram, omnes apprime iuuenes, vt poſte vndetrigeſimo ætatis anno mortuus.

XXVII. XIII.

A.M. 3821. Sel. 134. V.C. 575. Ante Dn. 179. Sel. Philopatoris IX. Pt. Philometoris II.

L. Manlio Acidino }
Q. Fuluio Flacco } Coſſ.

CEnſores creati M. Aimilius Lepidus Pontifex Max. & M. Fuluius Nobilior, qui ante decennium Conſulatum geſſerat. Inter hos vi- *Liu. l. 40.* METELLI BONVM FACTVM. D ros veteres inimicitiæ erant, ſæpe multis & in Senatu & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus. Sed Q. Cæcilius Metellus egregia oratione ad concordiam eos tam efficaciter cohortatus eſt, applaudente toto Senatu, vt ex eâ die dexteras E fidemque dederint mittere verè ac finire odium. Nec promiſſis defuit euentus.

In Hiſpaniâ citeriore Tib. Sempronius Gracchus Prætor Mundam & Alcem vrbes capit, Celtiberorum IX M cædit. Hac clade domiti Celtiberi annos XXV quieuerunt. Luſitanos quoq; debellat L. Albinus Prætor, amboque ſequenti anno triumphum egerunt. Sed quandiu quieuerint Luſitani, non ſatis conſtat.

Philippus, cùm annos quadraginta quatuor

Digitized by Google

Liu. l. 40. PHILIPPO SVCCEDIT PERSEVS.

quatuor regnaſſet, ſenio & amiſſi filij Demetrij confectus deſiderio Demetriade hybernabat, cùm Antigonus Echecratis filius nomen & virtutem referens patrui ſui Antigoni (quem Philippi tutelam cum laude geſſiſſe diximus A. V. C. 521.) Xychum teſtem profert, cuius beneficio tota in Demetrium ſcena detecta eſt. Miniſtrorum ſceleris alter Philocles præſens ſtatim oppreſſus eſt. Alter Apelles in Italiam fugit. Perſeo iam potentiori, quàm vt fugâ opus haberet, ſatis fuit ſi tanti ſper ab aulâ ſecederet, dum ira patris deferueſceret. Philippus Perſeum fratricidam deteſtatus Antigonum patruelis ſui filium regni hæredem pronuntiat, & principibus ac vrbibus Macedoniæ commendat. Dum Macedoniam luſtrat, Amphipoli morbo corripitur, cuius grauitatem diſſimulans medidicus Calligenes ad Perſeum mittit, qui moneant, maturè adſit. Ita Perſeus in procinctu ſtans & occupando regno omnia iam parata habens Antigonum nec opinantem opprimit, regnumque ſcelere partum vndecim annos obtinet.

Baſtarnarum ingens multitudo à Philippo inuitata traiecto Danubio per Thraciam in Dardaniam iter faciens profligatur tempeſtatis fulguriſque vi potiùs quàm Thracum armis debellata. Tamen XXX M iter abſoluerunt. Reliqui in tranſdanubianas regiones remearunt.

(·.·) (·.·)
(·.·)

XXVIII. XIV.

A.M.3822. Sel. 135. V.C.576. Ante Dn. 178. Sel. Philopatoris x. Pt. Philometoris III.

M. Iunio Bruto } Coſſ.
A. Manlio Vulſone }

Liu. l. 40. ſub finem. FATVA SVPERSTITIO.

Terra mouit. In foris publicis, vbi lectiſternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt ſe, lanaque cum integumentis, quæ Ioui appoſita fuit, decidit. De menſa oleas quoque prægustaſſe mures, in prodigium verſum eſt. Ad ea expianda nihil vltra, quàm vt ludi inſtaurarentur, actum eſt. Huiuſmodi terriculamentis ſuos & Idolorum cultores dementare pridem ſolitus eſt Satan. Antiocho vltra Taurum montem relegato L. Scipio Lycios Rhodijs aſſignauerat quaſi victoriæ præmium. Rhodij Lycios quaſi bello victos, imò quaſi ſeruos precio emptos maletractabant. Poſt duodecim annorum patientiam tandem legatos Romam mittunt Lycij de Rhodiorum crudelitate querentes. Romani per literas Rhodios monent ita Lycios illis eſſe aſſignatos, vt ſint etiam Romanorum ſocij & in ditione P. R. Mitiùs igitur cum ijs agant, eoſque non ſeruos, ſed liberos eſſe meminerint.

Liu. l. 41. RHODIORVM INSOLENTIA.

Tertia periodus Callippica annorum 76 initium ducit, Hecatombæonis primo, Iunij XXIX, Cancri quinto.

(·.·) (·.·)
(·.·)

Digitized by Google

I. XV.

A.M.3823. Sel.136. V.C.577. Ante Dn. 177. Sel. Philopatoris XI. Pt. Philometoris IV.

C. Claudio Pulchro
Ti. Sempronio Graccho } Coſſ.

Liu. l. 41. LVPVS ROMAM TERRET. LVpus Romæ interdiu agitatus, cùm Collinâ portâ intraſſet, per Eſquilinam magno conſectantium tumultu euaſit. Acceſſerunt & alia prodigia, quorum cauſsâ Conſules maiores hoſtias immolarunt.

II. XVI. Olympias CLI.

A.M.3824. Sel.137. V.C.578. Ante Dn.176. Antiochi Epiphanis I. Pt. Philometoris V.

Cn. Cornelio Scipione
Q. Petilio Spurino } Coſſ.

IMPIETAS ANTIOCHI. SEleuco Philopatore mortuo ſuccedit frater Antiochus per adulationem Epiphanes dictus, ſed à Daniele XI. 21. meritò [a] ἐπιδανὸς, nequam nuncupatus. Spurcitiem vel hinc agnoſcas, quod Timarcho Babyloniam, Heraclidæ ærarium commiſit. Erant hi fratres, & ambo Antiochi exoleti, παιδικά, inquit Appianus Syriacis pag. 82.

[a] נבזה vt Pſal. 16.4.

1. Mac. 1.11. Ioſephus Ant. l. 20. c. 8. & in Mac. c. 4. Regnare cœpit anno Seleucidarum ſecundũ Iudæos & Græcos 137, idque, inquit rectè Ioſephus, annis quatuordecim & quadringentis poſt euerſum à Nabuchodonoſoro tem-
A plum. Euſebius verò à ſequente anno æram eius inchoat, ac ſi regnare cœpiſſet anno 137 Seleucidarum ſecundum Chaldæos. Iaſon Simonis IASONIS. II. Pontificis filius ſimulac Antiochum regnare audiuit, ad eum accedit, trecenta ſexaginta talenta offert, B atque inſuper ducenta triginta pollicetur, vt Pontificatum emereretur. Grata ea res auaro regi fuit. Iaſon igitur Epiphanis diplomate inſtructus Hieroſolyma redit, fratrem Oniam III Sacerdotio circunſcribit, eoque fruitur annos tres, neue quid ſacrile- C gio deeſſet, profanos Græcorum ritus, panegyres & gymnaſia introducit.

Ti. Sempronius procoſ. Sardos *Liu. l. 41.* perdomat. Conſulum alter Cornelius fato fungitur, alter in prœlio cadit alioqui non improſpere aduerſus D Ligures pugnans. Romam in dies SVPERSTITIONVM INANIA. noua portenta territant. Ioculare omen Petilio tribuitur. *Cùm montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret, interque adhortationem militum dixiſſet.* *Val. Max. l. 4. c. 4.* *Hodie ego Letum vtique capiam, inconſideratius prœliando fortuitum vocis ia-* E *ctum letho ſuo confirmauit.* In Italia peſtis Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπώχετο καὶ κύνας ἀργοὺς, hoc, inquam, anno in bruta ſæuijt, ſequente in homines.

III. XVII.

F A.M.3825. Sel. 138. V.C.579. Ante Dn. 175. Antiochi Epiphanis II. Pt. Philometoris VI.

P. Mutio Scæuola
M. Aimilio Lepido } Coſſ.

Liu. l. 41. PERSEI VITIA.

INter Baſtarnas & Dardanos vario A euentu pugnatum, cùm Perſeus clam Baſtarnis fauens, palam Romanis iactaret ſe autore nihil à Baſtarnis fieri, vir alioqui tantâ ingenij mobilitate per omnia vitæ genera errans, vt nec ſibi, nec alijs, quinam homo eſſet, ſatis conſtaret. Nec B minimum vitiorum eius hoc fuit, quod beneficia ſpargebat potiùs, quàm collocabat, in viros illuſtres & bene meritos ſæpe ſordidus, in pomparum inania, & ſubſtructionum inſana perditè prodigus, ſi libido feciſſet auſpicium, etiam in obuios & C nihil dum meritos præter ſpem omnium effuſus.

In Italia peſtis tanta ſæuijt vt ne liberorum quidem funeribus libitina ſufficeret, Seruorum ſtrages per omnes vias inſepultorum erat. Cùm hoc anno hominum, ſuperiore pe- D cudum tot cadauera iacerent, toto biēnio in Italiâ vulturium nuſquam viſum.

IV. XVIII.

A.M.3826. Sel.139. V.C.580. Ante Dn.174. Antiochi Epiphanis III. Pt. Philometoris VII.

Sp. Poſthumio Albino } Coſſ.
Q. Mutio Scæuolâ

Liu. l. 41. PERSES FRVSTRA ACHAEOS INESCAT.

PErſes, quò ſtudioſiùs bellum ad- F uerſus Rom. moliebatur, eo ambitioſiùs Græcorum gratiam venabatur. Achæorum publico decreto ſancitum fuerat viuente adhuc Philippo, vt Macedones Peloponneſo arcerentur. Cùm ipſi quoque intrare Macedoniæ terminos non auderent, multa ſeruitia ab Achaiâ in Macedoniam transfugiebant. His omnibus comprehenſis Perſes literas amicas Achæis ſcribit, hoc munere gratiam captans, monet deponendas inimicitias, & ne ſimilis fuga ſeruorum poſteà fieret, cogitandum. Xenarchus & Arco fratres cenſebant poſſe munus admitti, & aliquid de ſimultate in Macedones remitti, illibato ſocietatis cum Romanis initæ fœdere. Vicit Callicratides docens eò arctiùs cum Romanis colendum fœdus, quò cupidiùs in eos bellum pararet Perſes. Ætolorum in ſemetipſos verſus furor mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem, niſi Romani miſſis legatis diſſidentes vtcunque conciliaſſent. Idem furor & Cretenſes lacerabat.

ECLIPSIS Ptol. l. 6. c. 5.

Alexandriæ obſeruatur lunæ deliquium ſeptimo Philometoris anno, Nabonaſſari 574, Phamenoth XXVII, *Sequente* XXVIII, *duabus horis & ſemis poſt mediam noctem, cùm Luna eſſet in* E *Scorpionis gradu 7. 41′. Sol in Tauri 6. 14″.* Tempus conuenit cum Maj primo, Sabbatho, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 97. 2′. 24″.

V. XIX.

A.M.3827. Sel.140. V.C.581. Ante Dn.173. Antiochi Epiphanis IV. Pt. Philometoris VIII.

L. Poſthumio Albino } Coſſ.
M. Popilio Lænate

tum ſummâ contentione. Romani vix octingentos deſiderarunt. Hiſpanorum vix octo millia effugerunt.

IN LIGVRIA. Ligurum ea contumacia erat, vt tum quoque ambo Conſules in eos miſſi fuerint. Sempronius Apuanos, Claudius Ingaunos adgreditur. Multa eorum oppida expugnata, multa hominum millia capta. Hinc Romam redit App. Claudius, vt P. Claudio fratri Côſulatum ambiret, quem & extorſit potiùs, quàm impetrauit.

XXII. VIII. Olymp. CXLIX.
A.M. 3816. Sel. 129. V.C. 570. Ante Dn. 184. Sel. Philopatoris IV.
Pt. Epiphanis XX.
P. Claudio Pulcho } Coſſ.
L. Porcio Licinio }

2. *Mac.* 3. 1. *Euſebius.* IVSTVM SVPPLICIVM HELIODORI. SImon Beniamita templi *προστάτης*, i. præpoſitus Apollonium Thraſei filium Cœles Syriæ & Phœniciæ *στρατηγὸν*, i. præfectum docet eſſe in Hieroſolymitano templo immenſam vim auri & *διαφόρων*, i. rerum præſtantiſſimarum, vt apud Plutarchum in Agide pag. 1489. & Hebr. l. 4. VIII. 6. vel vectigalium vt 2. Mac. 4. 6. Hæc, cùm templi liturgiæ neceſſaria non ſint, poſſe in regis gazophylacium inferri. Apollonius id Seleuco renuntiat. Seleucus Heliodorum mittit, qui pecuniã eam auferat. Onias III Simonis II filus ſummus Pont. Heliodorum monet, mentiri Simonem Beniamitam, q. d. non ex vectigalibus collectas aſſeruari pecunias, ſed eſſe viduarum depoſita, eaque non ingentia, puta quadringenta admodum argenti talenta, auri ducenta. Eam eſſe & templi & depoſiti religio.iem, vt etiam apud barbaros inuiolata ſit. Heliodorus & metu regis & auri potiundi cupidine occæcatus pia Oniæ monita reſpuebat. Cùm iam omnes templo metuentes ſolicitè anxij eſſent, Heliodorus templo, quod expilaturus ibat, propinquus ſubito pauore conſternatus humi affligitur, & pro mortuo domum exportatur. Mox tamen Oniæ precibus ſanitati reſtitutus ad Seleucum redit templi ſanctimoniam & Dei potentiam prædicans. Cùm à furore non deſiſteret Simon, ad Seleucum adit Onias. Hic videtur aliquid deeſſe 2. Mac. 4. 6. vt quis legationis Oniæ fructus fuerit, enarretur. Euſebius igitur ait Oniam à rege impetraſſe, vt Simon in exilium pelleretur. Ioſephus Apollonio tribuit, quæ Iaſon de Heliodoro narrat. SIMONIS.

Liu. l. 38. & 39. P. SCIPIONIS AFRICANI MORS. M. Nævius Trib. pleb. ad quartum Idus Decembris App. Claudio & M. Sempronio Coſſ. magiſtratum ingreſſus à P. Africano accuſatur. Is viciſſim P. Scipioni diem dicit, peculatus crimen affingit. Africanus, indignans, quod cum bis millies in ærarium intuliſſet, quadragies ratio ab ſe poſceretur, Vrbe ſecedit, neque multò poſt obit, aliquantò ante Catonis & Flacci cenſuram. Quippe, cùm ſuperioribus duobus luſtris Senatus princeps fuiſſet Africanus, Flaccus idem Cenſor & Senatus Princeps dictus eſt, qui certe Africano, ſi vixiſſet, prælatus non fuiſſet.

Liu. l. 39. SIMVLTATES PHILIPPI. Philippus Maroneam ſibi ereptam iniquè ferens in incolas iram effundit. Oræ maritimæ præerat Onomaſtus. Is Philippi iuſſu Caſſandrum cum Thracibus in vrbem im-

mittit, qui Maronitas multos iugularunt. Quærentibus Romanis indignè factum negat Philippus id ad ſe pertinere. Caſſandrum dedit & in itinere veneno necari iubet. Senatui placando Demetrium filium Romam mittit velut fidei obſidem futurum. Interim Iſtri accolas ſollicitat, vt in Italiam quaſi opibus quàm armis inſtructiorem impetum faciant. GRAECORVM. Lacedæmonij muros dirutos, leges Lycurgi ſublatas, reſtitutos exules indignabantur. Inter ipſos exules erant duo Areus, & Alcibiades, quorum ambitioni non ſatis faciebat reditus in patriam. Hi rerum nouarum ſtudio ſpecie ſinceræ cum ciuibus reconciliationis aduerſus Achæos ſuæ reſtitutionis autores conſilium ineunt. Communibus conſilijs Romam mittuntur legati, qui de Achæorum impotentiâ querantur. Effoſſum Græciæ lumen, publicæ libertatis aſſertores ſub iugum miſſos. Lycortas Megalopolitanus Polybij hiſtorici pater tum Prætor indicit concilium. Alcibiadem & Areum abſentes prçuaricationis ac perduellionis inſimulat etiam capitis damnat. Paulò poſt venit App. Claudius procoſ. Areum & Alcibiadem ſecum ducens. Huic Clitore in Arcadiâ concilium datur. Lycortas magnifica oratione vſus, ſed viribus impar Claudio cedere, & ſententiam in Areum ac Alcibiadem latam abrogare cógitur. ROMANORVM. Flaccus & Cato qui ante decennium ſimul conſulatum geſſerant, hoc quoque anno ſimul cenſurâ funguntur eâque nobili ac ſimultatum plenâ, quę Catonem, cui acer-

A bitas ea aſſignabatur, per omnem vitam exercuerunt, nobilitati infenſum pariter & inuiſum. Vt qui aſperitate animi, rigidæ innocentiæ, virtutumque gloria fretus nobilium faſtum adſpernaretur, luxum odiſſet. M. Accius à planitie pedum Plotus *Feſtus.* B ſiue Plautus dictus, patriâ Sarſinas, *Cicero.* quod Vmbriæ eſt oppidum x v poſt *Gellius.* inchoatum bellum Punicum ſecundum anno Romam aduectus M. Cethego & P. Tuditano Coſſ. Comicarum facetiarũ vrbanitate plurimùm famæ ſibi cõparauit, ac viginti poſt C annis defunctus eſt P. Claudio L. Portio Coſſ. Catone Cenſore. Qui paucis poſt Ennium annis defunctum putant, falluntur. Quindecim annis ante Ennium obijt.

XXIII. IX.

D A M. 3817. Sel. 130. V. C. 571. Ante Dn. 183. Sel. Philopatoris v. Pt. Epiphanis xxi.

Q. Fabio Labeone } Coſſ.
M. Claudio Marcello }

IDibus Martijs tum quoque Conſulatus inibatur. Initio anni P. Li- *Liu l. 39.* E cinius Craſſus Pontifex Max. moritur, in cuius locum M. Sempronius Tudiranus Põtifex cooptatur. Pontifex vero Max. creatur C. Seruilius Geminus. Eumenes in ſenatu queritur ſe bello à Pruſia peti, auxilia Pruſię à Philippo ſubminiſtrari. Multi F alij multa Philippo objciebant pletaque oppido quàm parua de controuerſia finium, de hominibus raptis, pecoribuſque abactis. Demetrius, cum ad ſingula reſpondere non poſſet, Patris commentarium in

Senatu recitat, in quò dilutis, quæ ſibi obijciebantur, criminibus, interpoſuerat querelas de iniquitate decretorũ, indignè ſibi, nec vllo ſuo merito inſultatum ab omnibus eſſe. Senatus, dum in Demetrij gratiam profitetur ſe multa diſſimulare, obliuiſci & pati prætetita, non tam Philippum Romanis conciliauit, quàm in ipſum Demetrium exaſperauit, vt Demetrij laudes extemplo in inuidiam, mox etiam in perniciem adoleſcenti verterint.

MORS ANNIBALIS.

Rebus in Græcia componendis, mittitur Titus Quintius Flaminius ad Philippum & Pruſiam. Inter alia Pruſiæ obijciebat Flaminius, quod Annibalem Romani nominis infenſiſſimum hoſtem hoſpitio excepiſſet. Pruſias è veſtigio mittit, qui Annibalem comprehendant & Flaminio tradant. Hoc ipſum metuens Annibal, venenum parauerat, quod tum Pruſiæ proditori & hoſpitalis fidei violatori dira imprecatus, Romanorumque ſæuitiam deteſtatus, epotauit.

PHILOPOEMENIS.

Exorto inter Achæos & Meſſenios bello, Philopœmen Achęorum prętor bello quidem ſuperior, prœlio tamen victus & captus Meſſenem perducitur. Ad tanti viri ſpectaculum admirabunda concurrit tota ciuitas. Iamque redibat in memoriam beneficiorum eius in Meſſenios magnitudo, & ſeptuagenarij ducis totius Græciæ veluti parentis ac liberatoris veneratio. Poſſe exiguâ in tantum virum munificentiâ pacem redimi & Achęorum animos placari. Sed defectionis auctores, quorum A in manu reſpublica erat, ſcelerum ſuorum vltorem pertimeſcentes, venenum in carcere propinant. Philopœmen hoc vnum percunctatus, incolumiſne Lycortas & equitatus euaſiſſet, poſtquã dictum eſt incolumes eſſe, benè habet inquit, & poculo im- B pauidè hauſto, haud ita multo poſt expirauit, & cum eo priſtina Græcię libertas & gloria. Nec diuturnum mortis eius gaudium auctoribus crudelitatis fuit. Quippe haud multò poſt Meſſene bello victa expoſcentibus Achæis noxios dedit, oſſaq; Phi- C lopœmenis reddidit: quæ ſepulta ſunt ab vniuerſo Achaico conſilio, adeò omnibus humanis congeſtis honoribus, vt ne Diuinis quidem abſtineretur. Ita non quidem eodem anno, ſed intra ſpatium biennio breuius fato functi ſunt tres illuſtriſſimi D duces, P. Africanus, Annibal & Philopœmen. Omnes alieno ſolo, & morte rebus à ſe geſtis iudicio quidem hominum indignâ.

GALLORVM MOTVS IRRITI.

Galli Alpes tranſgreſſi iamque oppidum in Italiâ cõdere ſine permiſſu Romanorum aggreſſi à M. Marcel- E lo Conſule inuaduntur. Hi protinus ſe ſuaq; dedunt. Armis ſpoliantur. Senatus ea reddi iubet & Gallos in patriã remeare. Legati in Galliam miſſi, qui Gallos moneant, multitudinem ſuam domi contineant. Hi perbenignè reſponderunt ac tantum F num nimiam Romanorum leuitatem caſtigarunt.

COLONIAE.

Colonię quatuor deductæ Aquileia Latina in Iſtria, tres ciuium Romanorum. Saturnia in Saletrano, Mutina & Parma in Boiorum agro,

quiante Tuſcorum fuerat. Singulis data Mutinæ quina, Parmæ octona, Saturniç dena iugera. Aquileiç quinquagena. Sed hæc deductio vt pote maioris molis tertio demum poſt anno perfecta eſt.

XXIV. X.

A.M. 3818. Sel. 131. V. C. 572.
Ante Dn. 182. Seleuci Philopatoris VI. Pt. Epiphanis XXII.

L. Aimilio Paulo } Coſſ.
Cn. Bæbio Pamphilo

Liu. l. 39. MACEDONVM FACTIONES. ERant Philippo Macedonum regi filij duo Perſeus ex pellice, Demetrius ex vxore legitimâ natus. Ille triginta, hic XXV annorum. Demetrius Romæ primùm obſes, dein patris legatus diu vixerat ob egregiam indolem Romanis charus, eoq; patri, qui Romanos oderat, ſuſpectus & inuiſus. Perſei moribus praua patris conſilia placebant. Quo quiſque pacis ac recti cupidior, eò in Demetrium propenſior erat. Qui rebus nouis ſtudebant, iidem & Perſei conſilijs fauebant. Ita aula & Macedonia prope tota in contraria ſtudia diſcindebatur. SACRA CANINA. Forte luſtrandi exercitus tempus venit, in cuius ſolenni agnoſcas Satanam Dei mimum & æmulum. *Geneſ. 15. 30. Eſa. 66. 3.* Abraham inter ſacrificij à ſe diſſecti medias partes ambulaſſe legitur. Deus canis ſacrificium imprimis vetuerat. Macedonas docuit Satan caput canis præcidere, priorem partem ad dexteram cum extis, poſteriorem ad læuam ponere. Inter A hanc diuiſam hoſtiam copias armatas traducere. Si quis piaculare quidpiam admiſiſſet, hoc ſacro luſtrari & expiari credebatur.

Luſtrationem exercitus ſequebatur ludicrum certamen. PERSEI SCAEVITAS. Id inter Demetrium & Perſeum commiſſum eſt B magnâ contentione, tanquam de regno dimicaretur. Pars Demetrij longè ſuperior fuit. Perſeum Demetrius ad conuiuium inuitat. Recuſat Perſeus fremens irâ & inuidiâ. Speculatores mittit, qui facta & dicta Demetrij explorent. Horum aliquis depre- C henſus & fuſtibus abactus eſt. Nihilominus Demetrius largiùs potus ad Perſeum ibat cum fratre comeſſaturus. Quatuor miniſtri ignaro Demetrio ferrum veſte abdunt, quo ſe tutari poſſent, ſi qua vis ab exploratoribus, quos abegerant, fieret. Hoc D ipſum nouus ſpeculator deprehendit, & ad Perſeum refert. Perſeus ianuas occludit & fratrem quaſi hoſtili animo venientem repellit. Demetrius ad pocula redit. Poſtridie Perſeus patrem adit, multis modis inſidias à fratre ſibi ſtrui clamitans, E etiam ferro graſſari auſum. Demetrius vix dum à ſomno & crapulâ excitatus ad cauſam dicendam vocatur, & in præſens quidem calumniam facile refellit. Cęterum Demetrij virtus & gratia non Perſeum tantum vrebat, ſed & ſuſpicacem patris F animum perſtringebat. Inter Carthaginienſes & Maſaniſſam in Senatu diſceptatur. PVNICA IN POENOS FIDES. Agrum quendam Carthaginienſibus eripuerat Gala Maſaniſſæ pater. Receperat Syphax & in Aſdrubalis ſoceri ſui gratiam

Carthaginienſibus reddiderat. Hunc poſt tot annos armis recuperat Maſaniſſa & quaſi poſtliminij ac belli iure ſibi vindicat. In Senatu vicit Maſaniſſæ gratia.

XXV. XI.

A. M. 3819. Sel. 132. V. C. 573. Ante Dn. 181. Sel. Philopatoris VII. Pt. Epiphanis XXIII.

P. Cornelio Cethego } Coſſ.
M. Bebio Pamphilo

Liu. l. 40. VARIAE PESTES IN ITALIA.

ROmę pro more deridicula nunciantur ſanguinem pluiſſe, haſtas ſponte motas, ſimulachrum Iunonis ſoſpitæ lacrymaſſe. Illud minimè fictum, quod ea in agris & vrbe peſtilentia erat, vt libitina vix tunc ſufficeret. His prodigijs procurandis circa omnia puluinaria Romę in vnum diem, per totam Italiam triduum ſupplicatio decreta & feriæ. Illud bene, quod de veneficijs & bacchanalibus ſæpe habitas quęſtiones Senatus ad exitum perduci iuſſit.

IN MACEDONIA.

Perſeus Demetrium quò iniuſtiùs, eò infenſiùs odio proſequens non ceſſabat per emiſſarios ſingula eius dicta obſeruare & per ſycophantas etiam rectè facta apud patrem criminari. Philippum ſcelerum conſcientia eò dementię adegit, vt quoſcunque meminerat à ſe occiſos, horum filios ac poſteros ad necem conquiri iam inde ab aliquot annis iuberet. Ita cædes cædibus cumulantem vrgebant ciuium odia, & furiæ pręcipitem agebant ad deterrima quęque A conſilia Perſeo faces ſubminiſtrante. Nec deerant adulatores aulæ peſtes, qui truculentam Philippi amentiam ſeueritatis aut prudentiæ elogijs ornarent. His artibus factum, vt optimum filium teterrimo non tantum poſtpoſuerit, ſed & iugulan- B dum tradiderit. Placuit tamen veneno rem agi. Poculo epoto extemplo ſenſit Demetrius & mox coortis doloribus relicto conuiuio, cùm in cubiculum ſeſe recepiſſet, crudelitatem patris conquerens & parricidium fratris incuſans torquebatur, C cùm alij intromiſſi iniectis tapetibus in caput fauceſq; ſpiritum intercluſerunt.

L. Aimilius procoſ. principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introducit. Hi per ſpeciem petendæ pacis ſpeculatores mittunt, inducias D rogant. Poſtquam ſatis ſibi virium eſſe arbitrati ſunt, nec opinantes Romanos improuiſi adoriuntur. Dies aliquot obſeſſus Aimilius vltima metuebat. Poſtquam impetum hoſtium remitti ſenſit, quibuſcunque irritamentis poteſt, militum iras acuit, E frendentem militem omnibus portis ſimul educit Liguribus nihil tale expectantibus adeò improuiſa res fuit, vt perinde ac ſi inſidijs circumuenti forent, trepidarent. Fuga deinde effuſa, & fugientium paſſim cædes fuit. Supra quindecim millia eo F die occiſa, capta duo millia. Triduo poſt Ligurum omne nomen obſidibus datis in deditionem venit. Victorię lętitiam temperauit fames ex ſiccitate orta. Sex menſes nunquam pluuiſſe memoriæ proditum eſt.

VANI CONATVS LIGVRVM.

HISPANORVM.

In Hiſpania citeriore Celtiberi A xxxvm hominum comparauerant. Q. Fuluius Flaccus aſtu è caſtris Celtiberos educit. Parte alia caſtra fere vacua adoritur, capit. Ea res Celtiberos exterruit. Cæſa ſunt eorum xxIIIM, capta vM. Hinc Contrebiam caſtra mouet Flaccus. Oppidani au- B xilia petunt. Pluuiæ auxilijs moram fecerunt, & vrbem ad deditionem adegerũt. Auxiliarij deditionis ignari incautiùs accedunt, profligantur. Ad xIIM cæſa. Capta plus vM.

Val. Max. l. 1. c 1. Plin. l. 17. c. 13. LVCIFVGA SVPERSTITIO.

In agro L. Petilij ſcribæ ſub Ianiculo cultoribus terram altiùs verſantibus, C *duæ arcæ lapideæ repertæ ſunt, quarum in altera Scriptura indicabat corpus, Numæ Pompilij Pomponij Filij fuiſſe, in altera libri reconditi erant Latini ſeptem de iure Pontificum, totidemque Græci de diſciplinâ ſapientiæ. Latinos magnâ diligentiâ aſſeruandos curauerunt; Græcos,* D *quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur, L. Petillius Prætor Vrbanus ex autoritate Senatus per victimarios igne facto in conſpectu populi cremauit.*

XXVI. XII. Olympias CL. E

A.M.3820. Scl.133. V.C.574. Ante Dn. 180. Scl. Philopatoris VIII. Pt. Philometoris I.

A. Poſthumio Albino Luſco C. Calpurnio Piſone } Coſſ. F

HOSTILIAE FACINVS HOSTILE.

Piſonis Conſulis vxor Quarta Hoſtilia filium ex priore coniugio habebat Q. Fuluium Flaccum iam grandiorem. Is Conſulatum ter ambierat, ter repulſam paſſus fuerat. Hoc maximè anno à vitrico ſe ſuperatum impatienter ferebat Flaccus. Et Hoſtilia ipſa maritum filio prælatum iniquè ferens dixiſſe filio fertur, pararet ſe ad petendum: intra duos menſes effecturam, vt Conſul fieret. Neq; dictis fides defuit. Tum demum ſuſpecta mors Piſonis fuit. Et quæſtione habita, inter multa alia teſtimonia ad cauſſam pertinentia hæc quoque vox nimis vero euentu comprobata valuit, cur Hoſtilia damnaretur. Piſonem tamen & multos alios omnium ordinum illuſtres viros abſumpſerat peſtilentia. Sed illa ipſa lues prodigij loco habita eſt. Et fraudis humanæ ſuſpicio inſinuauit animis. Quamobrem veneficij quæſtio ex S. C. T. Minurio Prætori mandata eſt. Sed meminiſſe debuerant famis, quæ anno ſuperiore ſæuierat, comitem fere peſtem eſſe. Deinde quàm cohærent hæc? Hoſtilia damnatur. Fuluius Conſulatu fruitur. Cornelius & Bebius procoſſ. cùm in Liguriâ belli gerendi defuiſſet occaſio, vt viderentur operæ pretium feciſſe, monét nunquam quieturos Ligures, quandiu in patriâ relinquentur. Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Taurasinorum fuerat. Eò traducti ſunt ſumptu publico, ad xLM liberorum capitum cum fœminis pueriſque. Procoſſ. primi nullo geſto, tamen quaſi confecto bello triumpharunt. Horum exemplum imitati Fuluius ſuffect.^ & Poſthumius Coſſ. ſeptem Ligurum Apuanorum millia

LIGVRES SEDE MOVENTVR.

FLACCI FORTITVDO.

in Samnium traducunt. Tib. Sempronius Gracchus Prætor Q. Fuluio Flacco Hiſpaniam citeriorem regenti ſubſtituitur. Iam rebellionem meditabantur Celtiberi, cùm Flaccus domuitionem parabat. Illi Flacci diſceſſum fugam interpretati terga exercitus improuiſi adoriuntur. Flaccus tanta induſtria exercitum ordinat, tanta contentione milites aduerſus perduelles toties victos, toties fœdi fragos animat, vt per totum ſaltum fuga diſſipati Celtiberi cæſi ſint ad XVII M, capti plus tria millia. Flaccus victorem exercitum Tarraconem reducit. Huic obuiam procedit Sempronius, atque inibi ambo magna concordia, quos dimitterent, quoſque retinerent milites, componunt. Flaccus Romã reuerſus triumphum agit & in ſequentem annum Conſul deſignatur.

ÆQVITAS.

C. Seruilium Pontificatu Maximo non vltra triennium potitum peſtis abſumit, eique ſubſtituitur M. Aimilius Lepidus. Cumanis petentibus permiſſum, vt publicè Latinè loquerentur, & præconibus Latinè vendendi ius eſſet.

PT. EPIPHANIS MORS.

Pt. Epiphanes cùm regnaſſet annos XXIV, obit anno Seleucidarum ſecundum Iudæos 133. Claudius Ptolemæus Aſtronomus Pt. Philometoris æram inchoat ab antecedente Thoth, Octobris ſeptimo, feriâ quartâ, ineunte anno Nabonaſſari 568. Euſebius contra Philometoris æram inchoat ab anno ſequente, Olympiadis CL ſecundo, eamque ob cauſſam tribuit Philometori tantum annos XXXV, vt & Clemens Stromat. l. 1. Melius tribuiſſent annos 36 ſolidos, initio ducto ab Olympiade CL. Epiphanes igitur duos reliquit filios Philometorem, & Phyſconem, filiam vnam nomine Cleopatram, omnes apprime iuuenes, vt porte vndetrigeſimo ætatis anno mortuus.

XXVII. XIII.

A.M. 3821. Sel. 134. V.C. 575. Ante Dn. 179. Sel. Philopatoris IX. Pt. Philometoris II.

L. Manlio Acidino }
Q. Fuluio Flacco } Coſſ.

Liu. l. 40. METELLI BONVM FACTVM.

Cenſores creati M. Aimilius Lepidus Pontifex Max. & M. Fuluius Nobilior, qui ante decennium Conſulatum geſſerat. Inter hos viros veteres inimicitiæ erant, ſæpe multis & in Senatu & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus. Sed Q. Cæcilius Metellus egregia oratione ad concordiam eos tam efficaciter cohortatus eſt, applaudente toto Senatu, vt ex eâ die dexteras fidemque dederint mittere verè ac finire odium. Nec promiſſis defuit euentus.

In Hiſpaniâ citeriore Tib. Sempronius Gracchus Prætor Mundam & Alcem vrbes capit, Celtiberorum IX M cædit. Hac clade domiti Celtiberi annos XXV quieuerunt. Luſitanos quoq; debellar L. Albinus Prætor, amboque ſequenti anno triumphum egerunt. Sed quandiu quieuerint Luſitani, non ſatis conſtat.

Philippus, cùm annos quadraginta quatuor

Liu. l 40. PHILIPPO SVCCEDIT PERSEVS.

quatuor regnaſſet, ſenio & amiſſi fi- A lij Demetrij confectus deſiderio Demetriade hybernabat, cùm Antigonus Echecratis filius nomen & virtutem referens patrui ſui Antigoni (quem Philippi tutelam cum laude geſſiſſe diximus A. V. C. 521.) Xychum teſtem profert, cuius benefi- B cio tota in Demetrium ſcena detecta eſt. Miniſtrorum ſceleris alter Philocles præſens ſtatim oppreſſus eſt. Alter Apelles in Italiam fugit. Perſeo iam potentiori, quàm vt fugâ opus haberet, ſatis fuit ſi tantiſper ab aulâ ſecederet, dum ira patris deferueſce- C ret. Philippus Perſeum fratricidam deteſtatus Antigonum patruelis ſui filium regni hæredem pronuntiat, & principibus ac vrbibus Macedoniæ commendat. Dum Macedoniam luſtrat, Amphipoli morbo corripitur, cuius grauitatem diſſimulans medi- D dicus Calligenes ad Perſeum mittit, qui moneant, maturè adſit. Ita Perſeus in procinctu ſtans & occupando regno omnia iam parata habens Antigonum nec opinantem opprimit, regnumque ſcelere partum vndecim annos obtinet. E

Baſtarnarum ingens multitudo à Philippo inuitata traiecto Danubio per Thraciam in Dardaniam iter faciens profligatur tempeſtatis fulguriſque vi potiùs quàm Thracum armis debellata. Tamen XXXM iter abſoluerunt. Reliqui in tranſdanubia- F nas regiones remearunt.

(∴) (∴)

(∴)

XXVIII. XIV.

A.M.3822. Sel. 135. V.C.576.
Ante Dn. 178. Sel. Philopatoris x. Pt. Philometoris III.

M. Iunio Bruto
A. Manlio Vulſone } Coſſ.

Liu. l. 40. ſub finem. FATVA SVPERSTITIO.

Terra mouit. In foris publicis, vbi lectiſternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt ſe, lanaque cum integumentis, quæ Ioui appoſita fuit, decidit. De menſa oleas quoque prægustaſſe mures, in prodigium verſum eſt. Ad ea expianda nihil vltra, quàm vt ludi inſtaurarentur, actum eſt. Huiuſmodi terriculamentis ſuos & Idolorum cultores dementare pridem ſolitus eſt Satan. Antiocho vltra Taurum montem relegato L. Scipio Lycios Rhodijs aſſignauerat quaſi victoriæ præmium. Rhodij Lycios quaſi bello victos, imò quaſi ſeruos precio emptos malettactabant. Poſt duodecim annorum patientiam tandem legatos Romam mittunt Lycij de Rhodiorum crudelitate querentes. Romani per literas Rhodios monent ita Lycios illis eſſe aſſignatos, vt ſint etiam Romanorum ſocij & in ditione P. R. Mitiùs igitur cum ijs agant, eoſque non ſeruos, ſed liberos eſſe meminerint.

Liu. l. 41. RHODIORVM INSOLENTIA.

Tertia periodus Callippica annorum 76 initium ducit, Hecatombæonis primo, Iunij XXIX, Cancri quinto.

(∴) (∴)
(∴)

Digitized by Google

I. XV.

A.M.3823. Sel.136. V.C.577. Ante Dn. 177. Sel. Philopatoris XI. Pt. Philometoris IV.

C. Claudio Pulchro } Coſſ.
Ti. Sempronio Graccho

Liu. l. 41. LVPVS ROMAM TERRET.

LVpus Romæ interdiu agitatus, cùm Collinâ portâ intraſſet, per Eſquilinam magno conſectantium tumultu euaſit. Acceſſerunt & alia prodigia, quorum cauſsâ Conſules maiores hoſtias immolarunt.

II. XVI. Olympias CLI.

A.M.3824. Sel.137. V.C.578. Ante Dn.176. Antiochi Epiphanis I. Pt. Philometoris V.

Cn. Cornelio Scipione } Coſſ.
Q. Petilio Spurino

IMPIETAS ANTIOCHI.

SEleuco Philopatore mortuo ſuccedit frater Antiochus per adulationem Epiphanes dictus, ſed à Daniele XI. 21. meritò [a] ὑπιδακὸς, nequam nuncupatus. Spurcitiem vel hinc agnoſcas, quod Timarcho Babyloniam, Heraclidæ ærarium commiſit. Erant hi fratres, & ambo Antiochi exoleti, παιδικὰ, inquit Appianus Syriacis pag. 82.

[a] נבזה vt Pſal. 16. 4.

1. Mac. 1. 11. Ioſephus Ant. l. 20. c. 8. & in Mac. c. 4.

Regnare cœpit anno Seleucidarum ſecundũ Iudæos & Græcos 137, idque, inquit rectè Ioſephus, annis quatuordecim & quadringentis poſt euerſum à Nabuchodonoſoro tem-

A plum. Euſebius verò à ſequente anno æram eius inchoat, ac ſi regnare cœpiſſet anno 137 Seleucidarum ſecundum Chaldæos. Iaſon Simonis II. Pontificis filius ſimulac Antiochum regnare audiuit, ad eum accedit, trecenta ſexaginta talenta offert, B atque inſuper ducenta triginta pollicetur, vt Pontificatum emereetur. Grata ea res auaro regi fuit. Iaſon igitur Epiphanis diplomate inſtructus Hieroſolyma redit, fratrem Oniam III Sacerdotio circunſcribit, eoque fruitur annos tres, neue quid ſacrile- C gio deeſſet, profanos Græcorum ritus, panegyres & gymnaſia introducit. IASONIS.

Liu. l. 41.

Ti. Sempronius procoſ. Sardos perdomat. Conſulum alter Cornelius fato fungitur, alter in prœlio cadit alioqui non improſpere aduerſus D Ligures pugnans. Romam in dies noua portenta territant. Iocuſare omen Petilio tribuitur. *Cùm montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret, interque adhortationem militum dixiſſet. Hodie ego Letum vtique capiam, inconſideratius prœliando fortuitum vocis ia-* E *ctum letho ſuo confirmauit.* In Italia peſtis Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς, hoc, inquam, anno in bruta ſæuijt, ſequente in homines.

SVPERSTITIONVM INANIA. *Val. Max. l. 4. c. 4.*

III. XVII.

F A.M.3825. Sel. 138. V.C.579. Ante Dn. 175. Antiochi Epiphanis II. Pt. Philometoris VI.

P. Mutio Scæuola } Coſſ.
M. Aemilio Lepido

Digitized by Google

Liu. l. 41. PERSEI VITIA.

INter Baſtarnas & Dardanos vario euentu pugnatum, cùm Perſeus clam Baſtarnis fauens, palam Romanis iactaret ſe autore nihil à Baſtarnis fieri, vir alioqui tantâ ingenij mobilitate per omnia vitæ genera errans, vt nec ſibi, nec alijs, quinam homo eſſet, ſatis conſtaret. Nec minimum vitiorum eius hoc fuit, quod beneficia ſpargebat potiùs, quàm collocabat, in viros illuſtres & bene meritos ſæpe ſordidus, in pomparum inania, & ſubſtructionum inſana perditè prodigus, ſi libido feciſſet auſpicium, etiam in obuios & nihil dum meritos præter ſpem omnium effuſus.

In Italia peſtis tanta ſæuijt vt ne liberorum quidem funeribus libitina ſufficeret, Seruorum ſtrages per omnes vias inſepultorum erat. Cùm hoc anno hominum, ſuperiore pecudum tot cadauera iacerent, toto biẽnio in Italiâ vulturium nuſquam viſum.

IV. XVIII.

A.M.3826. Scl.139. V.C.580. Ante Dn.174. Antiochi Epiphanis III. Pt.Philometoris VII.

Sp. Poſthumio Albino, Q. Mutio Scæuolâ } Coſſ.

Liu. l. 41. PERSES FRVSTRA ACHAEOS INESCAT.

PErſes, quò ſtudioſiùs bellum aduerſus Rom. moliebatur, eo ambitioſiùs Græcorum gratiam venabatur. Achæorum publico decreto ſancitum fuerat viuente adhuc Philippo, vt Macedones Peloponneſo arcerentur. Cùm ipſi quoque intrare Macedoniç terminos non auderent, multa ſeruitia ab Achaiâ in Macedoniam transfugiebant. His omnibus comprehenſis Perſes literas amicas Achæis ſcribit, hoc munere gratiam captans, monet deponendas inimicitias, & ne ſimilis fuga ſeruorum poſteà fieret, cogitandum. Xenarchus & Arco fratres cenſebant poſſe munus admitti, & aliquid de ſimultate in Macedones remitti, illibato ſocietatis cum Romanis initæ fœdere. Vicit Callicratides docens eò arctiùs cum Romanis colendum fœdus, quò cupidiùs in eos bellum pararet Perſes. Ætolorum in ſemetipſos verſus furor mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem, niſi Romani miſſis legatis diſſidentes vtcunque conciliaſſent. Idem furor & Cretenſes lacerabat.

ECLIPSIS Ptol. l. 6. c. 5.

Alexandriæ obſeruatur lunæ deliquium ſeptimo Philometoris anno, Nabonaſſari 574, Phamenoth XXVII, *Sequente* XXVIII, *duabus horis & ſemis poſt mediam noctem, cùm Luna eſſet in Scorpionis gradu 7. 41′. Sol in Tauri 6. 14″.* Tempus conuenit cum Maj primo, Sabbatho, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 97. 2′. 24″.

V. XIX.

A.M.3827. Scl.140. V.C.581. Ante Dn.173. Antiochi Epiphanis IV. Pt. Philometoris VIII.

L. Poſthumio Albino, M. Popilio Lænate } Coſſ.

Liu. l. 41.

EVmeni Attali filio Pergami regi A Romani victo Antiocho bonam Aſiæ cis Taurum ſitæ partem dederant. Is erga propinquos pius, in ciues iuſtus, erga omnes munificus ita ſe in regno ſuo gerebat, vt, quæ ſubditione eius erant vrbes, nullius liberæ ciuitatis fortunam ſecum B mutatam vellent. Idem omnes Græciæ ciuitates ac pleroſque principum muneribus ac beneficijs obligarat. Perſeus Demetrium fratrem calumnijs ſubuerterat, miniſtrum ſceleris Apellem clam interfecerat, vxorem manu ſua occiderat, & alia id genus C perpetrarat vir alioqui nullo commendabilis merito. Tamen ea fuit veterum Macedoniæ regum reuerentia, an Græcorum leuitas, vt apud multos pluris fuerit Perſei ambitus, quam Eumenis virtus. Plerique & Perſeum Romanis obiectum vole- D bant, impari lucta lutum ferro commiſſuri, ignari ſe quoque Perſei ruina obterendos.

Cùm Theſſali, Perræbi, Ætoli adhuc diſſenſionibus laborarent, App. Claudius æquitate & prudentiâ ſingulari res componit. Legati ad Per- E ſeum miſſi, qui conſilia eius ſpecularentur, & ad Philometorem renouandæ amicitiæ cauſsâ. Epiphanes quoque Romam miſit, qui tributum aliquot annorum ſimul exoluerent, & fidum obſequium pollicerentur, plurimùm ſe Romanis de- F bere, vel eo maximè nomine, quod cùm obſes Romæ eſſet, tamen pro rege, non pro obſide omnibus ordinibus fuerit. Hæc ille, cùm tamen Perſei, cuius in Romanos odium nemo ignorabat, affinitatem ambijſſet, vltro oblatâ & datâ ſorore. Pruſias quoque hactenus ſocietatem & amicitiam cum P.R. profeſſus Perſei ſororem vxorem expetiuerat & duxerat. Iaſon Iudæorum Pontifex ad Antiochum mittit pecuniam ante triennium promiſſam per Menelaum fratrem. Menelaus eam ſuo, non fratris nomine dat, & offert ccc inſuper talenta, vt ſacerdotium obtineat. Lubens annuit Epiphanes. Ita Iaſon eadem arte pontificatum amittit, quâ fratrem Oniam eo circumſcripſerat. Menelaus vt Iaſonem impietate præcurreret, mittit ſicarium Andronicum, qui fratrem Oniam III Antiocheni aſyli religione ſeſe tutantem per fraudem hinc abducat, & abductum confodiat. Sed Andronicus non multo poſt ſacrilegij perpetrati pœnas Antiocho luit rogantibus id Antiochenis.

2. Mac. 4. 23. PRODITOR PRODITOREM SVBVERTIT.

VI. I. Olympias CLII.

A.M. 3828. Sel. 141. V.C. 582. Ante Dn. 172. Antiochi Epiphanis v. Pt. Philometoris IX.

C. Popilio Lænate
P. Ælio Ligure } Coſſ.

Liu. l. 42. PERSEVS EXITIVM SIBI ARCESSIT.

MVlta Perſei vitia vmbra virtutis militaris & comitatem mentiens ambitus tegebat. Vetus quoque multorum in Romanos odium amicos non paucos ei conciliabat. Ipſe in hoc vnum intentus, vt vndecumque quamplurima ſibi munimenta compararet ad bellum,

A vbi ferret occaſio, Romanis inferendum, eò venerat, vt haberet peditum XXXM, equitum VM, ſtipendium & frumentum in decem annos præparatum, Thraciam amicam, ex quâ velut ex perenni fonte iuuentutem hauriret, Græcos & Aſiaticos fere omnes ſibi adiunxerat, præter A-
B chæos & Eumenem. Is vt præſens Perſei conſilia certiùs aperiret, Romam venit. Veniunt & Perſei, Rhodiorumque legati, quaſi Eumenis crimina diluturi, ſed eorum oratio, quo ſpecioſior, eo minoris fidei fuit.
C Redeuntem per Græciam ac Delphos in regnum Eumenem ſicarij à Perſeo ſubornati iuxta Citrham ex inſidijs adorti grauiter vulnerant, & quaſi re confectâ diffugiunt. Conualuit tamen Eumenes Perſei perfidiæ teſtis locuples & vltor futurus.
D Huius ſceleris deteſtatio & Ariarathem Romanis amiciorem quàm pridem, & Thracas aliquot minus infenſos fecit. Mittunt igitur Thraces Romam legatos ſocietatem petituros, & Ariarathes filium quaſi obſidem voluntarium Romanis moribus imbuendum. Romani viciſſim
E cum alios, tum maximè Cretenſes & Rhodios tentant & ad renouandam amicitiam hortantur. Eadem mente & ad Antiochum in Syriam & ad Pt. Philometorem Alexandriam legati miſſi. Omnes imperata ſe præſtituros conſtanter polliciti
F ſunt. Pruſias & Rhodij Perſei cōſilijs imbuti fluctuabant. Miſſi & ad Perſem, qui de iniurijs quererentur, & ſatisfacere renuenti amicitiam renuntiarent.

Q. Ennius teſte M. Varrone apud Gellium dicit, ſe cùm duodecimum Annalem ſcriberet agere annum ſexageſimum ſeptimum, vel potius natum eſſe annos 67. Per id tempus dicebat Gell. l. 17. c. 21.

Septingenti ſunt paulò plus aut minus anni
Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Annos Albanos intellige dierum 304. Huiuſmodi anni ſeptingenti conficiunt Iulianos 583.

VII. II.

A.M.3829. Scl.142. V.C.583. Ante Dn. 171. Antiochi Epiphanis VI. Pt. Philometoris X.

P. Licinio Craſſo } Coſſ.
C. Caſſio Longino }

PErſeus quieſcentibus Rom. inquies, vbi fremere eos vidit, pauidus, cùm & iure poſſet ijs bellum inferre, qui amicitiam ei renuntiarant, & tutò imparatos adoriri ipſe paratiſſimus, ſpe pacis excæcatus intempeſtiuis colloquijs & inducijs tempus terit. Ne id quidem cogitauit P. Licinium Coſ. per Athamaniæ confragoſas rupes iter facientem aut feſſum deleri facile poſſe. Alioqui nec animus, nec vis, nec induſtria deerat Romanos ſubinde laceſſenti & bis non contemnendam victoriam conſecuto, ſi, vt vincere, ita & victoriâ vti ſciſſet. Ne Licinius quidem tertio prœlio victor victis inſtare auſus eſt, cum longè confuſiore, Liu. l. 42. ΠΕΡΣΕΙ ΘΕΟΒΑΑΕΙΑ.

quàm pro cladis modo pauore diffu- A gerent Macedones. Ita in Theſſaliâ alternante victoria æſtas tranſacta, niſi quod Perſeus, etiam antequam vinceretur, victi, Licinius, etiam antequam vinceret, victoris vultum præferebat. At Prætor C. Lucretius in Bœotia Haliartum vi capit, & in B tota Bœotia, ſi qui adhuc à Perſei partibus ſtarent, eos ſubigit & ſub corona vendit, ſæuitiam & rapacitatem fortitudini & ſeueritati deputans, ne rei male geſtæ damnaretur, effecit ſucceſſor eius Hortenſius crudelior in Abderitas, quàm Lucretius C in Bœotos.

VIII. III.

A.M.3830. Sel.143. V.C.584. Ante Dn. 170. Antiochi Epiphanis VII: Pt. Philometoris XI.

C. Hoſtilio Mancino } Coſſ.
C. Attilio Serano }

Liu. l. 43. NEc Hoſtilij Conſulatus, nec L. Hortenſij Prætura quidquam in Græcia inſigne habuit præter Hoſtilij modeſtiam, & diſciplinam militarem, Hortẽſij auaritiam & crudelitatem. Multæ querimonię in Senatu auditę. Paucis ſatisfactum & frigidè. Sed quò durius erat Romanorum iugum, eò meticuloſiores Græci, & ad obſequij pollicitationem paratiores. Imprimis fœda fuit Alabandẽſium adulatio, qui templum vrbis Romæ ſe feciſſe cõmemorauerunt, ludoſque anniuerſarios ei diuæ inſtituiſſe: neque fertur quiſquam extitiſſe, qui huius aſſentationis impietatem auerſatus, aut fatuitatem aſpernatus ſit. Perſeus multa fortiter proſpereque egit, multò plura acturus, niſi intempeſtiua parſimonia Gentio Illyriorum regi bellaturienti quidem ſed inopi ſumptus belli negaſſet. Sed nunquam impetrare ab animo potuit, vir alioqui minimè parcus, vt impenſam ad rem maximi ad omnia momenti faceret.

In Ægypto Pt. Philometor conſortis impatiens fratrem Phyſconem procul abegerat. Hunc profugum lubenter exceperat Antiochus Epiphanes, ac ſpecie reducendi in patrium regnum Phyſconis Memphim ac maximam Ægypti partem occupat, cumque vix Philometori ſupereſſet Alexandria & Cyprus, rebus ex animi ſententia confectis in Syriam reuertit, atque in tranſcurſu Hieroſolyma expilat anno Seleucidarum CXLIII. Fallitur autem Ioſephus hiſtoricus, qui putet hoc anno iuſſu Romanorum ab Ægypto receſſiſſe. Legati enim Romanorum Antiochum compellarunt ſecunda, non prima eius in Ægyptum expeditione. Volens igitur hoc anno receſſit Antiochus, tum vt Hieroſolymitanos incautos deprædaretur, tum quia Cyprum prius ſubigendam quam Alexandriam oppugnandam putabat. Sequente igitur anno in expeditione Cypriaca fuit occupatus. Tertio anno, Seleucidarum CXLV in Ægyptum redijt. L. Accius Poeta libertinis parentibus natus eſt Serrano & Mãcino Coſſ. Fuit & alter Accius Poeta C. Iulij Cęſaris tempore.

[Margin notes: 1. Mac. 1. 17. Ioſephus Ant. l. 12. c. 7.; marginal letters D E F]

IX. IV.

A.M.3831. Sel. 144. V.C.585. Ante Dn.169. Antiochi Epiphanis VIII. Pt. Philometoris XII.

Q. Martio Philippo II. } Coſſ.
Cn. Seruilio Cæpione }

Liu. l.44. IDOLOMANIA.

INter portentorum miracula bouem locutam, imbri lapidaſſe, ſanguine pluuiſſe, id quoq; relatum Cumis in arce Apollinē triduum ac treis noctes lacrymaſſe. Plorent ſanè non triduum, ſed æternum idola omnia, & quicumq; ex huiuſmodi relationibꝰ ad idola colenda mouentur.

MARTII TEMERITAS.

Q. Martius Coſ. ſexagenario maior laborioſiùs & audacius quàm pro ætate multa non infelici temeritate ſuſcepit. Semel atq; iterum eas itinerum anguſtias exercitum tranſduxit, vt minimum intinctis pedibus conficeret: plerumq; prouoluentes ſe ſimul cum armis aliiſq; oneribus cum omni genere vexationis procedebant, adeò vt ne Coſ. quidem inficiaretur parua manu deleri omnem exercitum potuiſſe, cum Perſeus huc illuc vaga mente curſitans nihil minus ageret, quàm id quod res poſtulabat.

PERSEI FVROR.

Etiam Macedoniam ingreſſos ἀναιμωτὶ poterat Perſeus inedia conficere, niſi Deus ei mentem ademiſſet. At is, vbi hoſtes adeſſe nuntiatum, victum ſe ſine prælio clamitans proripit, milites ex præſidijs ſubducit, omnes aditus bello aperit, Andronicum Theſſalonicam mittit, qui naualia incendat. Niciam vero Pel-

A lam, qui gazām in mare deijciat, Tantum regis ſtuporem, & Martij temeritatem is euentus ſecutus eſt, quem nemo coniectaſſet. Nam & Perſeo redit animus. Is Andronicum, quia imperium detrectarat, Niciam, quia temerario mandato obſe-

B cutus fuerat, occidit. Per vrinatores omnem fere gazam extraxit, quos & clam interfici iuſſit, ne quis tam dementis imperij conſcius exiſteret. Dium à Martio captum paulo poſt recuperat. Eumenes Martio ſubinfenſus in Aſiam redit ſubductis auxi-

C lijs. Pruſias & Rhodij ſocij Rom. ita pro Perſeo intercedunt, vt ſatis conſtaret, cuinam potiſſimùm fauerent.

X. V. Olympias CLIII.

A.M.3832. Sel.145. V. C.586. D Ante Dn.168. Antiochi Epiphanis IX. Pt. Philometoris XIII.

L. Aimilio Paullo II. } Coſſ.
C. Licinio Craſſo }

E QVia tum Conſules magiſtratum inibant Idibus Martijs, ideo Pontifices dabāt operam vt eæ non multo poſt Solſtitium hybernum inciderent. Aimilius igitur & Licinius Conſulatum inierunt Caprinionis decimo, Martij Pompiliani XV, Ianuarij Iuliani tertio. Octi-

F duo poſt legati in Macedoniam miſſi Romam redeunt Quinquatribus. Feriæ Latinæ fuerunt pridie Kalendas vel Idus Apriles, h.e. Ianuarij Iuliani XI, vel XXIII. Paulò poſt Aimilius per Illyrium in Macedoniam

AEMILII VIRTVS.

proficiſcitur. Huius tanta fuit in bello gerendo ſedulitas & prudentia, in hoſtes fortitudo, in ſubditos clementia, iuſtitia in omnes, vt intra triginta dies Gentium debellarit, & Illyrium ſubegerit. Itaque Romæ priùs auditum eſt bellum cōfectum quàm inchoatum. Necdum tamen animum deſpondebat Perſeus, ſed caſtris loco commodo munitis venientem Paullum intrepidus expectabat. Eò acceſſit Paulus Septembris Pompiliani tertiò, Iunij Iuliani XXI. Hoc diſcrimen ignorans Liuius putat factum id poſt circumactum Solſtitium, cùm id triduo Solſtitium præceſſerit.

ECLIPSIS LVNAE.

Sequenti nocte, Luna cum à deuehente nodo ecliptico ſiue cauda draconis duobus tantum gradibus abeſſet, patitur deliquium: quod pridie prædixerat C. Sulpitius Gallus magna Romanorum admiratione. Macedones cauſæ ignari exitium ſibi portendi putabát. Tantò acriùs pugnam ineunt Romani poſtridie eclipſis tanta virtute & felicitate, vt cùm vix centum milites deſiderarint, Macedonum XXM occiderint,

PERSEVS DEBELLATVR.

decem millia ceperint, biduoq; poſt Macedoniam fere totam occuparint: neque multò poſt Perſeum ipſum ceperint, cùm annos vndecim regnaſſet, & regnum Macedonicum ſtetiſſet annos 152 initio ductò à Perdiccæ morte.

Liu. l. 44.

Sub anni ſuperioris exitum Romam venerant legati à Philometore miſſi ſqualle nte veſte. Et eorum oratio miſerabilior habitu fuit. Multis lacrymis opem Romanorum aduerſus Antiochi vim implorabant. Mi-A tit Senatus C. Popilium & C. Decimium. Hi cum L. Aimilio Coſ. profecti in Macedoniam, non priùs in Ægyptum iter facere deſtinarunt, quàm belli Macedonici exitum peruidiſſent. Vbi Perſeum debellatum audiuere, tum alacres Alexandriam B petunt.

Liu. l. 45. POPILII ASPERITAS IN RHODIOS.

Rhodij, cùm hactenus Perſeo fauiſſent, vbi victum reſciuerunt, præternauigantes legatos ſupplices rogant, vt Rhodum diuertant. Ingreſſos in concionem legatos oratione lugubri compellant, crimen præuaricationis amolientes. C Popilius aſper ingenio immiti oratione, truci vultu perfidiam Rhodiorum incuſat, dira comminatur. Decimij moderatior oratio fuit. Is in pleriſque, quæ à Popilio obiecta fuerant, culpam non penes populum, ſed penes paucos incendiarios eſſe D dixit. Horum ſupplicio Senatus iram leniri poſſe. Et Rhodij lubentes defectionis autores capitis damnarunt. Interim Antiochus Alexandriam vexare quàm obſidere malens in Syriam ſeceſſerat, relicto Peluſij valido præſidio. Phyſcon pridem veritus, E ne Antiochus Ægyptum obtinere, quàm donare mallet, Peluſij præſidium frenum ſibi iniectum interpretatus ad Philometorem legatos mittit, qui de iniuria accepta expoſtulent, belli à ſe illati neceſſitatem excuſent, ſatis ſuſpicioni, ſatis furori F litatum. Iam tandem reſipiſcendum, prius quàm ambo ab Antiocho regno auito ſpolientur. Fraternæ reconciliationis ſequeſtram ſe lubens præbuit Cleopatra. Vbi ſe non commonito conciliatos fratres audiuit Antiochus,

Digitized by Google

Antiochus, iniuriam ſibi fieri cauſſatus, acriùs aduerſus duos, quàm antè aduerſus vnum parat bellum. Cumq; iam ab Alexandria quatuor millia paſſuum abeſſet, legati Romani non vltra quinque dies Rhodi morati Antiocho occurrunt. *Quos cum aduenienteis ſalutaſſet, tabellas ei* B *Popilius S. C. continentes tradit, atque omnium primùm id legere iubet. Quibus perlectis, cùm ſe conſideraturum, adhibitis amicis, quid faciendum ſibi eſſet, dixiſſet, Popilius pro caterâ aſperitate animi, virgâ, quam in manu gerebat, circumſcripſit regem, ac, priuſquàm hoc* C *circulo excedas, inquit, redde reſponſum Senatui quod referam. Obſtupefactus tam violento imperio parumper cùm hæſitaſſet, Faciam, inquit, quod cenſet ſenatus. Tum demum Popilius dextram regi tanquam ſocio amicoque porrexit. Die* D *deinde finitâ cum exceſſiſſet Ægypto Antiochus, legati vix dum coaleſcentem inter Ptolemæos fratres concordiam autoritate ſuâ firmant.* Antiochus ne inuitus paruiſſe videretur, mittit Romam legatos, qui Senatui gratias agant, profiteanturque ſe legatorum iuſſis haud ſecus quàm Imperio E Deorum obſecuturum. Ptolomæi ne ingrati dicerentur, Iouem lapidem iurare non verentur, ſe S. P. Q. R. plus quàm parentibus, plus quàm Dijs immortalibus debere. Interim Hieroſolymis Iaſon collectâ perditorum manu Pontificatum recupe- F raturus in fratrem Menelaum impetu facto cruore omnia complet, irrito conatu. Rurſus enim fugatus, erro, vagus primo in Arabiam, dein in Ægyptum, poſtremò Lacedæmo- A nem fugit, atque inibi miſer perit.

IN ANTIOCHUM.
Val. Max. l. 6. c. 4. Plin. l. 34. 6.
2. Mac. 5. 1.

His motibus auditis Antiochus cruciabili repulſæ dolore æſtuans in Iudæos nec opinantes iram euomit, non ſecus ac ſi inteſtinæ illorum diſſenſiones fuiſſent manifeſtæ in ipſum perduelliones. Fuit autem tan- B tus Epimanis in miſeros Iudæos furor, vt intra triduum XLM trucidarit, totidem mancipio dederit. In templo MDCCC talenta cœpit, templum ipſum exinaniuit, ac totum prophanauit abolito Dei cultu, & ſubſtituto Iouis Idolo, Caſleu XV, & C XXV, Nouembris XVII, & XXVII, CXLV Seleucidarum anno, Olympiade CLIII.

1. Mac. 1. 30.
ANTIOCHUS IN IUDAEOS FURIT.

Cùm plerique ſæuiſſimæ Antiochi perſecutioni ſuccumberent, primus in Iudææ montanis, in vrbe, inquam, Modin tyrannidis miniſtris D reſiſtere auſus eſt Mattathias ex ſacerdotalium præfecturarum prima, quæ Ioaribi dicebatur, oriundus, Ioannis filius, Simeonis Aſamonæi nepos. Aſamonęos ſiue Chaſchmonin David Pſalmo LXVIII. 32. vocat optimates, Iudæi ſacrorum primarios E Antiſtites, vnde hodieque Cardinales Aſamoneos vocant. Et fortaſſe Mattathiæ auus Simeon eſt Simon II, Oniæ II filius Simonis I, qui Iuſtus dictus eſt, nepos.

HUIC RESISTIT MATTATHIAS.
חשמנים

Romæ Ennius Poëta ſupremum diem obit anno vndeuiceſimo ante F T. Flaminij & M. Acilij Conſulatum, h. e. hoc vel proxime præcedente anno V. C. 585. Statius autem Cæcilius & ipſe Poëta vix annum Ennio ſuperſtes fuit.

ENNII MORS.
Cicero in Catone.

HHhh

XI. VI.

A.M. 3833. Sel.146. V.C.587. Ante Dn. 167. Antiochi Epiphanis x. Pt. Philometoris xv.

Q. Ailio Paito
M. Iunio Penno } Coſſ.

Liu. l.45. RHODII MVLCTANTVR.

ROmam legationes vndiq; confluunt. Maſgaba Maſaniſſæ filius, Attalus Eumenis frater honorificè excepti. Rhodij ſupplicijs, & lacrymis vix impetrarunt, ne hoſteis denuntiarentur, cùm palàm hoſtile nihil egiſſent, & Philippico ac Antiochino bellis P. R. fidiſſimi, vtiliſſimiq; fuiſſent, adeò plus poterat recens præuaricationis ſuſpicio, quàm certa & antiquata merita. Ij tamen Lyciam & Cariam prouincias à Romanis olim datas tum eripi ſibi non iniquo animo paſſi ſunt. Vbi Caunios & Mylaſenſes vltrò deficere audierunt, præſenti animo coëgerunt imperio parere.

MACEDONIA IN NOVAM FORMAM ORDINATVR.

Senatus C. Licinium procoſ. cum nouem alijs legatis in Macedoniam mittit, ex quorum ſententia L. Aimilius res componat. Is Macedonas liberos eſſe iubet, ea lege vt dimidium eius tributi, quod Perſeo pendebant, P.R. pendant. Macedoniam in quatuor partes diſtribuit. I. à Neſſo ad Strymonem vel potiùs Chabrim fluuium porrigebatur. II. hinc ad Axium vel Erigonum Fl. III. Hinc ad Peneum fluuium. IV. A mari remotior & barbaris propior, locorum ſitu vaſtior complectebatur Pelagoniam, Eordeam, Lynceſtidem, Stymphaliam. Paulus Leges Macedonibus dedit, quæ & tum & poſtea vſu comprobatæ ac optimæ viſæ ſunt. Fuit hæc Romanorum ratio, vt recenti victoria moderatè vterentur, firmato imperio impotenter dominarentur. Ita, dum Macedoniæ libertatem oſtentant, quam olim dederant Græcis ereptum ibant, & Epiri vrbes, quæ Perſeo fauerant, tam ſeuerè vlti ſunt, vt LXX circiter oppida diripi ac dirui iuſſerit Aimilius.

EPIRVS DIREPTA.

Hominum CLM vænumdata. Præda nummaria ea fuit, vt ſingulis peditibus duceni denarij dati ſint: duplex ſumma equiti. Neq; tamen hoc militum auaritiæ ſatis fuit indignantium, quod in Macedonia paucæ vrbes direptæ, & ex regia gaza nihil ipſis datum fuerat. Hinc tanta ingratorum militum in L. Paulum ira fuit, vt, cùm Octauio & Anicio negaret nemo, ipſi inſtigante potiſſimùm Ser. Galba, ſuo Imperatori triumphum negare non dubitarint, qui xv diebus confecerat bellum, quod ab alijs maiore probro, quàm laude toto quadriennio tractum fuerat. Vicit tamen ratio, & ampliſſimum triumphum egit Aimilius, non minus illuſtre fragilitatis humanæ documentum futurus, quàm ipſe Perſeus. Perſeus è tanto faſtigio cum duobus filijs in triumphum ducitur. Paulus quatuor filios ſuſceperat. Vnum P. Scipioni auo materno, alterum Fabio Maximo adoptandum dederat. Supererant duo, quorum minor quinque diebus ante triumphum, maior triduo poſt triumphum deceſ-

HOMO BVLLA.

A ſit. Paulus vltrò ſibi & Reip. gratulatus eſt, quod nimiæ felicitatis temperamentum à domo ſua potius quàm à Rep. petitum videret. Hoc ipſum continuò poſt confectum bellum ſibi in votis fuiſſe.

Ioſ. Ant. l.12.c.7. 2. Mac. 6.1.
SAMARIA FIT ETHNICA.

Cùm Antiochus Iudæos ſæuiſſimè perſequeretur, Samaritani per Sidonios, qui Sicimis erant, Antiochum rogant, ne pro Iudæis habeantur. B Quippe ſe à Sidonijs & Perſis oriundos eſſe, paratos quæuis imperata facere & ſuum Garizimitanum templum Ioui Hellenio vel Hoſpitali conſecrare. C Antiochus Samaritanos Nicanori commendat, & Græcorum loco haberi iuber anno Seleucidarum CXLVI, Hecatombæonis XVIII, Iulij XIV.

1. Mac. 2.1.
MATTATHIAE MORS.

Mattathias grauis annis, animo vegetus obit commendato filijs legis zelo. D Ij quinque erant. Ioannes Gadis, Simon Thaſi, Iudas Maccabæus, Eleazarus Auranites, & Ionathan Apphus. Ex his Iudam exercitus principem eſſe iubet, Simonem à conſilijs. Iudæ elogium erat. *Mi Camoca Baelohim Iehouah. Quis ſimilis tibi inter Deos ò Domine?* E Hinc MaCBaI dictus, & ab eo reliqui quoque Macabæi vel Maccabæi.

מיכמוך באלהים יהוה

XII. VII.

A.M.3834. Sel.147. V.C.588. Ante Dn.166. Antiochi Epiphanis XI. Pt. Philometoris XVI.

C. Sulpitio Gallo } Coſſ.
M. Claudio Marcello }

Liu. l. 45.
PRVSIAE ADVLATIO.

Pruſias Bithyniæ rex, ne Perſei, cuius ſororem duxerat, cladem lugere videretur, ipſe Romam venit, de Macedonibus & Illyrijs debellatis S. P. Q. R. gratulaturus. Atque in his lætitiæ imitamentis eò aſſentationis venit, vt etiam pileatus B in publicum procederet, libertum ſe P. R. dictitans, & deos ſeruatores ſuos Senatum appellans, & id genus putida, impiaq; vſurpans, quæ non tam Romanis honorifica, quàm ipſi deformia erant.

1. Mac. 3.10. Ioſ. Ant. l.12.c.10.

In Iudæâ Apollonius Samariâ, C dein Saron Cœles Syriæ præfecti numeroſo exercitu Iudam pauculis inermis ſtipatum aggreſſi prælio cadunt magno Antiochi probro & damno. Antiochus, quæ per latrocinium & ſacrilegium corraſerat, D iam per luxum & largitionem prodegerat. Igitur, qui mos tyrannis, ſimul præclara Iudæ facinora audiuit, animo conſternatur, & commiſsâ Lyſiæ Iudaici belli curâ & Syriæ præfecturâ, Euphratem tranſgreditur impenſis futuri belli noua latrocinia parraturus. E Erant Lyſiæ peditum XLM, equitum VIIM, quibus præfecerat Ptolemæum Dorymenis filium, Nicanorem & Gorgiam. Iudæ vix erant tria tyronum millia, quorum plerique inermes. Sed fide, ac zelo armatis nunquam deeſt cæleſte auxilium. F Gorgiæ non ſufficiebat numero, armis, opibus præpollere, niſi etiam ſtratagemate hoſtem deluderet. Hoc ipſi fraudi fuit. Seligit expeditorum V M, quaſi incautum Iudam oppreſſurus. Iudas & vigil & acer alacri animo in hos ante am-

IVDAE FELIX FORTITVDO.

bulones impetum facit. His profligatis reliquus quoque exercitus Panico terrore perculſus in fugam agitur. Fuga tam effuſa fuit, vt Iudas ab Emmaunte alios in Idumæam, alios Azotum, alios Iamniam vſque perſecutus ſit. Iaſon hæc aliter narrat. Nam Ptolemæo, Nicanori, & Gorgiæ Philippum, non Lyſiam præficit. His tribuit tantum hominum XXM, Iudæ VIM, & occiſa IXM. Publius Terentius Afer Carthagine natus, cùm ſeruijſſet Romæ Terentio Lucano Senatori, ab eo ob ingenium & formam, non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manu miſſus eſt. Hic, cum multis nobilibus familiariter vixit, ſed maximè cum P. Scipione Africano, & C. Lælio nepote, qui Cõſulatu functi ſunt, ille A. V. C. 608, hic A. V. C. 614. Is ad comœdias potiſſimum ſcribendas animum appulit, & Andriam ſuam hoc anno recitauit, ludis Megalenſibus, M. Fuluio, & M. Glabrione Ædilibus curulibus. Edita inquam eſt M. Marcello, C. Sulpitio Coſſ. Eſtque tota ad imitationem Menandri compoſita. Eiuſdem Terentij Hecyra ſequente anno acta eſt.

2. Mac. 8. 8.

Ælius Donatus. TERENTII ANDRIA.

Cn. Octauius primus ex ea familia, ex qua poſt annos centum natus eſt Auguſtus, Conſul in annum ſequentem deſignatur nouitatemque generis amplitudine domus in palatio ſtructæ nobilitat. Præturam quinquennio ante geſſerat.

Cicero de Officijs l. 1.

(·.·) (·.·)

(·.·)

XIII. VIII.

A. M. 3835. Sel. 148. V. C. 589. Ante Dn. 165. Antiochi Epiphanis XII. Pt. Philometoris XVII.

T. Manlio Torquato } Coſſ.
Cn. Octauio Nepote }

HIc Titus, vel, vt Cicero vocat, Lucius Torquatus is eſt, qui filium ſuum D. Syllano in adoptionem emancipauerat, poſtea Macedonum legatis eum accuſantibus, quod Prætor pecunias in prouinciâ cepiſſet, cauſam apud ſe dicere iuſſit: reque ex vtraque parte auditâ pronuntiauit eum non talem videri fuiſſe in imperio, quales eius maiores fuiſſent, & in conſpectum ſuum venire vetuit.

Cic. de fin. bon. & mal. l. 1. p. 39.

Iudas trium victoriarum gloriâ inclytus iam decem armatorum millia comparauerat. Lyſias eò acriùs vrgere, & copias augere. Conſcribit peditum ſexaginta, equitum quinque millia. Caſtra locat non procul à Betſurâ verſus Idumæam. Lyſias amiſſis hominum quinque millibus turpiter fugit. Iaſon hæc aliter recitat, & alieno loco. Iudas Betſuram occupat & munit. Hieroſolyma recuperat, templum repurgat, Dei cultum inſtaurat, idque, vt videtur, Caſleu XXIII, Nouembris XXII, Sabbatho. Biduo poſt, Caſleu XXV, Nouembris XXIV, feriâ ſecundâ Iudas Encænia celebrat eadem die Caſleu, ſed trienio poſt, quàm abominationi

1. Mac. 4. 1. Ioſ. Ant. l. 12. c. 11. 2. Mac. 2. 11.

IVDAS TEMPLVM REPVRGAT.

deſolationis, i. Iouis idolo ſacrificatum fuerat.

XIV. IX. Olympias CLIV.
A.M.3836. Sel.149. V.C.590.
Ante Dn.164. Antiochi Eupatoris I. Pt. Philometoris XVII.

A. Manlio Torquato
Q. Caſſio Longino } Coſſ.

1. Mac. 5. 1. IVDAE VICTORIAE ILLVSTRES. IDumæi, Acrabiteni, filij Bean Iudæorum ſucceſſibus inuidentes de opprimendo Iuda conſilium ineunt. Iuda viciſſim ſtrenuè ſe defenſans horum regionem peruaſtat. Hammonitas quoq; Timotheo duce ferocientes profligat, vrbem Gazara occupat, in Iudæam redit. Eodem Timotheo duce Ethnici Galaaditani Iſraelitas in arce Dathemam obſident. Phœniciæ quoque & Galilææ incolæ eadem animi contentione in Iudæos feruntur. Vtrimque auxilia à Iuda implorantur. Iuda Simonem fratrem in Galilæam mittit cum tribus hominum millibus. Ipſe octo millia in Galaaditidem ducit, Ioſepho Zachariæ filio vrbis & templi cuſtodiam committit ac Hieroſolymis abſcedere vetat. Simon Galilæam populatur Ptolemaidem vſque, tria hoſtium millia occidit. Iuda Dathemanis arcem iam iam expugnandam liberat, Timotheum fugat, octo millia occidit. Timotheus nouis copijs conſcriptis Raphuntem obſidet. Iuda rurſus eum in fugam agit, Carnaima capit, diripit.

Ab Ephronitis tranſitum rogat, A negantes oppugnat, expugnat, internecione delet. Tum Hieroſolyma reuertens Iordanum traijcit, & per Betſanem Tſionem redit, idque feſtum Pentecoſtes celebraturus, inquit Iaſon. Id incidit in Maij XXIX. 2. Mac. 12. 31. Interim Ioſeph Zachariæ filius, Iudæ 1. Mac. 5. 56. B mandato inſuper habito in Iamnienſes expeditionem ſuſceperat, eoſque circunſcripturus quaſi ad feſti Iamnienſis celebrationem pergeret, iuſſerat ſuos Idolothytas carnes ſecum ferre. Deus hanc ſimulationem deteſtatus eos Gorgiæ iugulandos tradiderat ad duo millia. Hæc ante Pen- C tecoſten acta videntur. Poſt Pentecoſten verò Iudas rurſus *in Idumæam pergit & in meridianas Iudææ partes, Chebronem capit, hinc Samariam.* Legendum *Mariſſam*, vt apud Ioſephum legitur & 2. Mac. 12. 35. Tum 2. Mac. 12. 32. 1. Mac. 5. 65. D in ἀλλοφύλους, i. Philiſtinos conuerſus Azotum populatur, atque in eâ expeditione videtur ſepelijſſe corpora Iudæorum, qui à Iamnienſibus occiſi fuerant. 2. Mac. 12. 39.

Dum hæc in Iudæâ à Iuda ſtrenuè 1. Mac. 6. 1. geruntur, Antiochus Epiphanes re- E giones trans Euphratem ſitas peragrans de expilando Elymaidis templo totius Perſidis opulentiſſimo conſilium init. Id reſcientes oppidani pro templi ſui incolumitate acerrimè dimicant & Antiochum in F fugam agunt. Hinc rurſus Babylonem redit, atque inibi nuntium accipit de templi Hieroſolymitani inſtauratione. Tum ità fremens in morbum lethalem incidit, neque multo poſt perit anno Seleucidarum ſecundum Iudæos 149. Succe- ANTIOCHO EPIPHANI SVCCEDIT EVPATOR.

Digitized by Google

dit filius Antiochus Eupator nouem annos natus teſte Appiano. Iuſtinus puerulum vocat. Quam ob cauſſam pater regni habenas commiſit Philippo. Sed Lyſias Eupatorem in manu habens regimen imperij quaſi ab Eupatore ſibi commiſſum occupat. Daniel Antiochi mortem ſubinnuere videtur his verbis *A die quo ſublatum eſt iuge ſacrificium, idque ad imponendam abominationem deſolantem dies mille ducentos nonaginta* (ſupple impie agent impij ex verſu præcedente) *Beatus, qui expectauerit & attigerit dies mille trecentos triginta quinque*. Iuge ſacrificium abolitum eſt anno Seleucidarum 145, Caſleu XV, Nouembris XVII. Iouis idolum templo illatum decem poſt diebus Caſleu XXV, Nouembris XXVII. Ab harum dierum alterutrâ ſumpto initio videtur Daniel innuere tanto ſceleri ſuperſtitem futurum Antiochum dies 1290. Ij deſinunt in Iunij quartum, vel XIV huius anni. Dies vero 1335 deſinere poſſunt in Azoti populationem & ſceleris à Ioſepho perpetrati expiationem à Iuda Machabæo factam circa Iulij XIX vel XXIX. Sacrificij quidem iugis intermiſſio fuit tantum triennalis, vt & Ioſephus agnoſcit Antiquit. l. 12. c. 11. Sed quia ſuo ſacrilegio ſuperuixit Antiochus circiter annos tres cum ſemiſſe, hæc potuit eſſe cauſa, cur idem Ioſephus alibi deſolationi templi tribuat annos tres cum dimidio Antiquit. l. 20. c. 8. & belli Iudaici proœmio & l. 1. c. 1, quod cum Danielis XII. 11. 12. conuenit. Lucius Aimilius Paulus, Quintus Martius Philippus Cenſores luſtrum LIII condunt. Cenſa ſunt eo ciuium capita, trecēta viginti ſeptem millia. Princeps Senatus lectus Marcus Aimilius Lepidus, qui iam ante quater Princeps fuerat.

Dan. 12. v. 11. — *v. 12.* — *Plutar. in Aimilio.*

Horologio Marci Valerij Meſſalę vt vitioſo vſi ſunt Romani *annis vndecentum, donec Quintus Martius Philippus, qui cum Lucio Paullo fuit cenſor diligentius ordinatum iuxta poſuit: idque munus inter Cenſoria opera gratiſſime acceptum eſt. Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ vſque ad proximum luſtrum.*

SOLARIVM. *Plin. l. 7. c. 60.*

Senatus cognitâ Antiochi Epiphanis morte Cn. Octauium Conſularem ad Eupatorem forſan & ad Philometorem mittit ad regum animos perſpiciendos, liberorumque populorum: maximeque vt Eupatorem claſſes habere, elephantos alere prohiberet. Is Laodiceę in gymnaſio cùm eſſet, à Leptine quodam interficitur, idque, vt credere par eſt, iuſſu Lyſiæ, qui nomine tutoris Syriam regebat. Sed Lyſias vt ſceleris ſuſpicionem amoliretur, Cn. Octauium magnificè ſepeliendum curauit. Obſequens biennio ſeriùs id refert Figulo & Scipione Coſſ.

Cicero. Obſequens. Appianus.

XV. X.

A. M. 3837. Sel. 150. V. C. 591. Ante Dn. 163. Ant. Eupatoris II. Pt. Philometoris XIX.

Ti. Sempronio Graccho II. M. Iuuentio Thalna } Coſſ.

Digitized by Google

2. *Mac.* 11.13.

LYſias videns quàm infeliciter Iudæis bellum inferretur, ſcribit ad Iudam amicas literas & ipſe & rex Eupator anno Seleucidarum ſecundum Chaldæos 148 ad medium decurrente, Dioſcuri xxiv, & Xanthici xv, Martij nono & triceſimo. Iam vltra citraque Iardenem latè potens erat Iudas, cùm adhuc Hieroſolymis templum infeſtaret arx ante quinquennium ab Antiocho communita. Dum hanc lateri ſpinam auellere tentat Iudas, præuaricatores aliquot Iudæi ad Eupatorem adeunt, opem expoſtulant. Eupator quaſi fœdere à Iuda violato bellum inſtaurat, & colligit peditum cm, equitum xxm, elephantos xxxii. His copijs Betſuram primò adoritur. Iudas irrito labore Betſuræ opitulari conatus Hieroſolyma redit amiſſo etiam Eleazaro fratre. Neque multò poſt expugnatâ Betſurâ Hieroſolyma venit Eupator, templum obſidet. Erat in Iudæ caſtris magna annonæ charitas, tum quia ad exitum decurrebat annus Sabbathicus, tum quia cibaria vndique abſumpſerat belli furor. Cùm iam vltima metuerent Iudæi, ſuccurit ὡς ἀπὸ μηχανῆς Deus. Epiphanes moriens copias ſuas & regni inſignia Philippo tradiderat ad Eupatorem perferenda. Philippus nomine tutoris regia vſurpans munia Antiochiam regni caput petebat. Lyſias veritus ne ſibi tutela eriperetur, docet Eupatorem non eſſe, quod peruicaciùs in munitiſſimi & inſtructiſſimi templi obſidione laboret, cùm obſeſſores quàm obſeſſos grauior annona pre-

1. *Mac.* 6.17. *Ioſ. Ant.* *l.* 12. *c.*14.

A mat, & vrgeat longè formidoloſior hoſtis Philippus. Honeſtiorem victoriâ clementiam futuram hoſti iam iam perituro peperciſſe. Mittitur ergo ad Iudam caduceator, qui miſericordiæ regiæ obtentu pacem petat, libertatem & loci incolumita- B tem ſpondeat. Lubens manus dedit Iudas regi fidens. Sed vbi coram loci munimenta vidit Eupator, promiſſionis oblitus ea ſubrui iubet, dein citato curſu Antiochiam pergit Philippum quam primùm oppreſſurus. Eiuſdem Lyſiæ conſilio Eupator C Menelaum Oniç III fratrem, veluti malorum omnium incẽtorem occidi iubet, cùm Pontificatum tenuiſſet annos decem. Menelao autem nihilo meliorem Alcimum ſubſtituit ab Aarone quidem oriundũ, ſed alienũ ab Oniæ III, ſiue Simonis II ſtirpe.

D Iaſon totam hanc hiſtoriam aliter narrat. Nam & primum Eupatoris cum Iudâ fœdus & Epiphanis mortem alieno loco recenſet, & aliter quàm reliqui. Deinde Eupatori pedites plures tribuit, quàm cæteri, equites verò ac elephantos multò E pauciores. Tribuit enim Eupatori peditum decem ac centum millia, equitum quinque millia, elephantos xxii. Tertiò Menelaum ante, non poſt Hieroſolymorum obſidium Antiochi iuſſu occiſum, Quartò Iudam circa Modin pugnaſſe, & duo F hoſtium millia cum elephanto primario occidiſſe, ante quàm ſcilicet Betſuram perueniſſet Eupator, cùm ex aliorum ſententiâ pugna illa commiſſa ſit à Iudâ Betſuræ iam obſeſſæ opem ferente, idque iuxta Betzaca-

2. *Mac.* 13.1.

riam Betſuræ vicinam, ſed à Modin A remoram. Quintò, in obſidione Betſuræ Iaſon vult Eupatorem ſæpe fugatum, profligatum, cæſum, ſed Betſuranos tandem Rhodoci & aliorum aliquot proditorum præuaricatione captos: cùm re verâ Betſurani inediâ ad deditionem adacti ſint. B Sextò Hieroſolymis captis Iaſon ait Eupatorem tēplum honoraſſe, cùm munitionem eius euerterit.

ONION EXTRVCTVM.

Onias Oniæ III filius, quandiu vidit patruos Iaſonem & Menelaum ſummo Pontificatu frui, eius adipiſcendi deſiderio fibulam impo- C ſuit, ſperans ijs, vt pote orbis, defunctis ſe tandem eam dignitatem veluti poſtliminij iure reciperaturum. Poſtquam occiſo Menelao vidit Pontificatum ab Eupatore tranſlatum ad Alcimum à ſuâ, licet non ab Aaronicâ familiâ alienum, facinus D ſuſcipit temerarium & ſacrilegum.

Eſa 19.18. Eſaias ſpirituale Chriſti regnum deſcribens dixerat in Ægyptum vſque propagatum iri, atque inibi minimùm quinque, i. multas ciuitates linguâ Chananæâ, i. Iſraeliticâ locuturas, & cippum ac altare Domino E erecturas, q. d. Abiecto Idololatrico paganiſmi ſtylo addiſcent eo ſermone vti, qui pietatem deceat, & vitulos labiorum, ac ſpirituales hoſtias vero Deo offerent.

Eſaias prophetare cœpit vltimis temporibus regis Huzziæ ſiue Ha- F zariæ, qui obijt A. M. 3241, quoto ante Huzziæ mortem anno, non conſtat. Ioſephus ait Eſaiam ἔτεσιν ἔμπροσθεν χʹ πλέον γεγονότα, i. annis amplius ſexcentis hoc, de quo agimus, Oniâ antiquiorem eſſe. Deme annos ſexcentos ab A. M. 3837. deſines in A. M. 3237. quadriennio ante mortem Huzziæ. Onias igitur iuuenili confidentiâ ad Pt. Philometorem ſcribit ſe, cùm diu non inutilem operam ipſi præſtiterit, hoc vnum fidelitatis ſuæ præmium expetere, vt donet ipſi lucum quendam ſacris animalibus plenum in Heliopolitico nomo, iuxta Leontopolim, Bubaſtis agreſtis arcem CLXXX ſtadijs à Memphi diſtantem. Se eò loci ſecundum Eſaiæ vaticinium templum extructurum, in quo Iudæi Ægyptienſes pro Ptolemæorum incolumitate ſacra faciant. Philometor licet tralatitio apud Ægyptios more inceſto coniugio Cleopatram ſororem duxiſſet, tamen non aliena à pietate reſcripſit. *Miror ſanè*, inquit, *& dubito futurumne ſit Deo gratum, vt templum tam impuro loco extruas. Quia tamen id ab Eſaiâ pridem prædictum contendis, age tuo periculo id fiat.* Neque locum dediſſe ſatis viſum eſt Philometori & Cleopatræ, ſed & prouentus non contemnendos adiecerunt ad ſacrificiorum impenſas. Ita Onias tēplum ſtruit, & ſuo nomine Onion indigetat, quod, ſi formam ſpectes, Hieroſolymitano templo in multis non abſimile, ſi magnificentiam, multò anguſtius erat, πολλῷ μικρότερον καὶ πενιχρότερον.

Nec defuerunt Oniæ ex Leui familiâ ſacerdotes, quos pro arbitrio inſtitueret. Nunquam enim τῇ ἐθελοθρησκείᾳ & ſuperſtitioni deſunt cultores, & ſpecioſi prætextus, vt modo antiquitatis, modo nouitatis nomine commendetur.

Ioſ. Ant. l.12 c.15. & l.13.c.6. & bell. Iud. l.7. c.37.

commendetur. Ioſephus dicit hoc A templum ſtetiſſe ἔτη τριακόσια τεσσαράκοντα τρία. mendoſè. Vero propiùs Rufinus ait ſtetiſſe annos CCCXXXIII. legendum CCXXXIII. Clauſum eſt enim Veſpaſiani iuſſu paulò poſt Hieroſolymitanum, circa annum V. C. 824. B

Val. Max. l.9.c.12. LAETITIA LETHALIS. Thalna Coſ. in Corſicam miſſus eam ſubigit. Dumque in eâ ordinandâ animum intendit, Senatus ſupplicationes illi decernit. Literæ Senatus Thalnæ ſacris operanti traduntur. Is, dum eas intento animo legit, caligine ortâ ante foculum collapſus mortuus humi iacuit.

XVI. XI.

A.M. 3838. Sel. 151. V.C. 592. Ante Dn. 162. Demetrij Soteris I. Pt. Philometoris XX.

P. Cornelio Scipione Naſicâ Corculo C. Marcio Figulo } Coſſ.

Iuſt. l.34. Ioſ. Ant. l.12.c.16. QVis Demetrium ex Italiâ in Syriam acciuerit nemo notat. Videtur factum id à Philippo. Philippus igitur Lyſiæ æmulus eóque Eupatori infidus videtur inuitaſſe Demetrium Soterem Seleuci Philopatoris filium, Antiochi Eupatoris patruum, qui Romæ obſes detinebatur, ad recuperandum regnum paternum, quo circunſcriptus fuerat à patruo Antiocho Epiphane, cùm interim Philippus conſilium diſſimulans tranſeuphratenſibus prouincijs ordinatis in Syriam, vt anno ſuperiore diximus, aduectus Eupatoris tutorem ſeſe ferens, Antiochiam regni caput occupaſſet. Eupator pace cum Iudæis factâ nondum ſatis firmatum Philippum deprehendit, & Antiochiam recuperat. *1. Mac. c.6.63. c.7.1.* Nihilominus Demetrius paulò poſt aduenB niens Syros pro cætera mobilitate ingenij rerum nouarum cupidos, an Eupatoris perfidiam exoſos ſibi non magno labore conciliat. Cùm Eupator & Lyſias correpti ad Demetrium ducerentur, vetuit id Demetrius, iuſſitque eos procul à conſpectu ſuo iuC gulari, cum Eupator biennium regnaſſet. Iudæi Hieroſolymitani ad Iudæos Helleniſtas maximè Ægyptienſes quot annis ſcriptitabant amicas litteras, quaſi conſanguinitatis conteſſerationes, quibus inuitabant eos ad ſolennia feſta ſecum ceD lebranda. Earum exemplar vnicum hodie extat 2. Mac. 1. 1. Eas hoc anno ſcriptas exiſtimo Alexandrei imperij, ſiue à Darij Codomanni morte CLXIX. *Ex quo*, inquiunt, *ſanctuarium à Iaſone, dein ab Antiocho profanatum, à nobis repurgatum eſt, quotannis ſcri*E*pſimus vobis, & nunc quoque ſcribimus, vt nobiſcum celebretis feſtum Tabernaculorum mẽſis Tiſri*. Sic, n. legendum, non autem *Caſleu*, res ipſa loquitur. Sequens epiſtola eſt quidem huius μιμητική, ſed planè κιβδήλου κόμματος.

F Nulla vnquam fuit tam impia, tam vana ſuperſtitio, quæ non exemplis aliquot fidem ſibi conciliaret. Augures legem ſanxerant, ne vnquam Conſul pomœrium egrederetur aut regrederetur, niſi auſpicijs captis. STRAMINEA SVPERSTITIONIS FIRMAMENTA.

Cic. de natura Deorum l. 2. & ad Q. fratrem Plut. Marcello.

A Tib. Gracchus bis Conſul & Augur pomœrium forte egreſſus in redeundo, quum idem pomœrium tranſiret, auſpicari obliuiſcitur: paulóque poſt comitiorum cauſſa Senatum habet, rogat placeatue Figulum & Scipionem Conſules deſignari. Forte accidit, vt qui primus ſententiam B rogatus eos retulit, repente mortuus ſit. Gracchus nihilominus comitia peragit: poſt aliquot dies ſentiens rem illam in religionem populo venire, ad Senatum refert. Senatus ad Augures. *Hi reſpondent non fuiſſe iuſtum comitiorum rogatorem. Gracchus ira incenſus. Ita ne verò? ego non iuſtus, qui & conſul rogaui, & augur & auſpicato. An vos Thuſci & barbari auſpiciorum pop. Rom. ius tenetis, & interpretes eſſe comitiorum poteſtis? Itaque tum illos exire iuſsit.* Figulus & Scipio Conſulatum ineunt: ille in Galliam, hic in Corſicam mittitur. Poſt aliquot menſes Gracchus ſiue nouis Coſ. ſub infenſus, ſiue seriò agens ſcribit Augurum collegio meminiſſe ſe erroris ſui. Comitia conſularia culpa ſua vitioſè habita. Et culpam, quam diximus, narrat. Exremplo Senatus & Augurum iuſſu reuocantur Coſſ. & abdicare iubentur. His ſufficiuntur P. Cornelius Lentulus Cn. Domitius Ahenobarbus. Naſica huius anni Conſul filius erat eius qui A. V. C. 550 à Senatu vir Optimus eſt iudicatus.

Ptol. l. 3. c. 2.

Hipparchus Æquinoctium autumnale obſeruat decimo ſeptimo tertiæ periodi Calippicæ anno Meſori trigeſimo, circa Solis occaſum. Tempus conuenit cum Septembris XXVII.

XVII. XII.

A.M. 3839. Sel. 152. V.C. 593. Ante Dn. 161. Demetrij Soteris II. Pt. Philometoris XXII.

M. Valerio Meſſalâ
F. Fannio Strabone } Coſſ.

TERENTII EVNVCHVS. Donatus.

HIs Conſulibus actæ ſunt duæ P. Terentij comœdiæ Eunuchus & Phormio, Lucio Cornelio Merula, L. Poſthumio Albino Ædi- C libus curilibus: Eunuchus quidem Ludis Megalenſibus, Phormio vero ludis Romanis.

Gell. l. 2. Macrob. l. 3. LEGES SVMPTVARIAE.

Iiſdem Conſulibus *Senatus conſultum factum, quo iubentur Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, i. mutua conuiuia inter* D *ſe agitarent, iurare apud conſules verbis conceptis non amplius in ſingulas cœnas ſumptus eſſe facturos quàm centenos viceno ſque æris, præter olus & far & vinum: neque vino alienigena, ſed patrio vſuros, neque argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum illaturos. Poſt hoc S. C. lex Fannia* [a] *lata eſt, qua ludis* E *Rom. item ludis plebeis & Saturnalibus & alijs quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſsit, decemque alijs diebus in ſingulis menſibus tricenos, cæteris autem omnibus diebus denos.* Hanc Romæ tot iam populo- F rum dominæ frugalitatem ſi quis hodie ſuadere velit, quibus ſibilis exciperetur? Quod ſi nunc argenti vilitas, aut annonæ charitas non patitur Fanniæ legis modum, pudere certè nos debeat profuſionem & luxum

a Sequente anno V. C. 594.

Rom. 1.

quaquauerſus regnantem nullis legibus coerceri.

2. *Mac.* 14. 1. ALCIMI FRAVS. Alcimus ab Eupatore Pontificatu donatus videbat ſe Aſamonæis, & pleriſque piorum exoſum, eò quod ſub Epiphane Ioui ſacrificatus eſſet. Iraque, cùm videret ſibi per Iudam non licere tranquillo Pontificatu frui, Demetrium adit, Iudam criminatur, docet nunquam quieto regno potiturum Demetrium, quandiu Iudas viuat. 1. *Mac.* 7. 1. Demetrius Bacchidi mandat, vt Alcimum Hieroſolyma deducat, & in Pontificatu confirmet, contradicentes caſtiget. Vbi ad vrbem acceſſit, miſit legatos, qui cum Iudâ pacificè loquerentur. Iudas prudentior fuit, quàm vt homini tam ſubdolo & ſæuo vitam committeret. ET SAEVITIA IN ASIDAEOS. Sed inter eos, qui hactenus Iudæ fauerant, quidam ad Alcimum venerunt, ſperâtes ſe cum Aaronitâ poſſe amicè & tutò tranſigere. Erant hi Scribæ & Chaſidæi, q. d. οἱ ἐλεήμονες vel ἠλεημένοι. Erat σύστημα quoddam hominum peculiari ritu pietati operam dantium, quemadmodum & ij qui dicuntur ἑκουσιαζόμενοι τῷ νόμῳ, 1. Mac. 2. 42. מתנדבים בתורה. Hos benignè excepit Alcimus ſperans etiam Iudam allici poſſe. Vbi Iudam nullis blanditijs expugnabilem vidit, Chaſidæos illos numero LX, quaſi lumina pietatis & populi decus iugulat. Hiſtoricus ita agit ac ſi id ſpectaſſet Pſaltes cùm ait,
Pſal. 79. 2. *Carnem Chaſidæorum* ἠλεημένων *tuorum abiecerunt beſtijs agreſtibus.* Hac ſæuitiâ conterritos multos ſubegit Alcimus. Multi contra eò magis Alcimum oderant, & Iudam amabant.

A Et Iudas ipſe perfidiæ nunquam, ſeueritatis ſæpe exempla edebat. Alcimus vbi vidit Iudæ vires augeri, ſuas infirmari, ruſus Demetrij opem implorat. Demetrius Nicanorem mittit, qui Iudam fraude vel vi correptum enecet. 2. *Mac.* 14. 18. Iaſon vult Nicanorem NICANORIS MORS
B diu cum Iudâ amicè egiſſe, ac tandem Alcimi querimonijs, ac regis minis adactum ad induendum hoſtilem in Iudam animum. Alij narrant 1. *Mac.* 7. 27. ſemel tantum Iudæ peritum à Nica- *Ioſ. Ant.* l. 12. c. 17. nore colloquium. Iudamque protinus detectâ fraude ſibi conſuluiſſe.
C Continuò poſt ad arma ventum. Prima pugna ad Cephar-ſalma iuxta Samariam commiſſa eſt. Nicanor amiſſis quingentis viris Tſionem fugit, & mox auctis viribus iterum pugnat iuxta Bethoron & Hadaſſam XXX ſtadijs à Bethoro diſtantem.
D Iaſon vnius tantum pugnæ meminit, nempe vltimę, quam putat iuxta 2. *Mac.* 15. 1. Samariam commiſſam. Apud Ioſephum mendoſè ſic legitur: καὶ συμβαλὼν Nicanor κατά τινα κώμην Καφαρσαλαμὰ καὶ νικήσας ἀναγκάζει τὸν Ἰούδαν φεύγειν. lege νικᾶται, καὶ ἀναγκάζει αὐτὸν ὁ Ἰούδας, &c.
E Erant Iudæ tria tantum millia militum. Ioſephus εἰς χιλίους ἅπαντας ἔχων lege τρισχιλίους. Nicanori IX M. Iudas tamen auxilio Dei fretus Nicanore occiſo ſuâ manu, totoque eius exercitu profligato & cæſo opima ſpolia Hieroſolymam reportauit, & huius vi-
F ctoriæ memoriam quot annis celebrari iuſſit Adar ſiue Dyſtri XIII. Erat annus Iudaicę Seleucidarum ęræ CLI ad finem exiens, Chaldaicæ CL ad medium decurrens, Martij VI, feria III. Sequente Niſan inijt CLII Iudai-

Digitized by Google

cæ Seleucidarum æræ annus Martij xxiv, Sabbatho. Hæc victoria tanti momenti fuit, vt tum denique *iuſtificatum Sanctuarium* dicat Daniel viii. 13. 14. *diebus bis mille trecentis poſt defectionem deſolatricem, proculcatum ſanctuarium, & ſublatum iuge ſacrificium.* Et re vera totidem dies ſunt à Caſleu xv, Nouembris xvii, quo prophanatum templum, vſque ad Adar xiii, Martij vi, quod à nemine adhuc obſeruatum ſanè miror. Hîc deſinit ſecundus Machabæorum liber. Iudas Machabæus ſciens capiti ſuo noui belli molem impendere, de comparandis nouis auxilijs cogitat. Audiebat, quanta eſſet Romanorum terrâ marique potentia: Mittit igitur Romam legatos, qui cum ijs ſocietatem ineant. Deus, vt olim Ioſaphathi cum Achabitis, ſic tum Iudæ cum Romanis infidelibus ſocietatem improbans, eò res adducit, vt Iuda, qui ſub Eupatore nuper decem amplius nominum millia habebat, ſub Demetrio octingentos tantum haberet. Demetrius amiſſo Nicanore paucis poſt diebus Bacchidem ſubſtituit ineunte anno clii Seleucidarum. Erant Bacchidi peditum xx m, equitum duo millia. Iudas fortiter pugnans & aliquandiu victor tandem multitudine hoſtium obruitur. Neque multo poſt frater eius Ioannes ab hoſtibus Medabitis interceptus occiditur. Ionatan tamen ſelectus, qui fratri Iudæ ſuccederet, accifas Iudæorum res ac pene conclamatas in meliorem ſpem erexit. Adeò facile eſt Deo carnis brachio confidentes humi affligere, &

1. *Mac.* 9. 1. *Ioſephus Ant. l.*12. *c.*18. & *l.* 13. *c.*1.

IVDAS INFELICITER ETEPO-ZYGEI.

RVINAM REPARAT IONATAN.

A proſtratos ac cœlum verſus ſuſpicientes vitæ reſtituere! Ioſephus ait Iudam tres annos Pontificatu functum, quod ita itelligendum, ac ſi dixiſſet obijſſe triennio ſolido poſt repurgatum templum, cum tamen maximam temporis huius partem

B pontificatus munica vſurparit Alcimus. Præfuit Iudas Iudæis annis ſex poſt patris obitum.

XVIII. XIII. Olympias clv.

A.M.3840. Sel.153. V.C.594. Ante Dn.160. Demetrij

C Soteris iii. Pt. Philometoris xxiii.

L. Anicio Gallo
M. Cornelio Cethego } Coſſ.

ALcimus, quamuis vim pietatis abnegaſſet, tamen quia for-

D mam pietatis vtcumque retinebat & ab Aarone ortus, ac regiæ autoritatis præſidio ſubnixus erat, templi ac totius fere Iudææ potens erat. Et aliquot quidem poſt Nicanorem occiſum diebus Iudæ licuit Hieroſoly-

E mam accedere, ἐπινίκια agere, & ex ſynedrij ſententiâ legatos Romam mittere. Simul aduenit Bacchides, Iudæ rurſus fugiendum fuit, donec eo occiſo fratres eius aliquandiu incertis ſedibus oberrantes anxiam vitam ægrè traherent. Hoc ſucceſſu

F inflatus Alcimus cogitat de euertendo muro atrij interioris à Zorobabele extructo, prætexes fortean ſe alterum ampliorem extructurum. Hæc meditantem corripit morbus lentus & ſæuus hominemque in ἀφωνίαν adi-

1. *Mac.* 9.54. *Ioſ. Ant. l* 13 *c.*1.

ALCIMI IVSTVM EXITIVM.

git, ac tandem perimit, quarto ſui Pontificatus anno, Seleucidarum CLIII, menſe Iiar. Perperam igitur putat Ioſephus id ante Iudæ mortem contigiſſe, Alcimoque Iudam ſucceſſiſſe. Vero propiùs eſt Alcimo ſucceſſiſſe Ionatanem. Vt vt ſit Alcimo defuncto, Iudæa aliquandiu reſpirauit biennali pace potita.

XIX. XIV.

A.M.3841. Sel. 154. V.C.595. Ante Dn.159. Demetrij Soteris IV. Pt. Philometoris XXIV.

Cn. Cornelio Dolabella
M. Fuluio Nobiliore } Coſſ.

1. Mac. 9. 58. Ioſ. Ant. l.13. c. 12. PONTIFICATVS VACAT.

CVm Ionatham Hieroſolymis ſecurâ pace frueretur, præuaricatores aliquot Bacchidem monuerunt, poſſe Ionathanem cum ſuis facile deprehendi & opprimi. Venit Bacchides. Sed iam præmonitus Ionathan maturo ſeceſſu ſibi conſuluerat, eoque Bacchidem adegit vt iram in monitores vanos & infidos verterit, pacemque ſynceram cum Ionathane inierit, ſed eâ lege vt eius ſedes eſſet Micmas potiùs quàm Ieruſalem, cùm interim nemo ſupremo Pontificatu fungeretur.

HOROLOGIVM. In hunc annum Cenſores produnt Capitolini autores Publium Scipionem Naſicam Marcũ Popilium Lænatem, ab 15ſq. luſtrum factum LIIII. Inter cætera cenſuræ ſuæ munera *Scipio Naſica primus aquâ diuiſit horas, æquè noctium ac dierum. Idque horologium ſub tecto dicauit, anno vrbis* DXCV.

Plin. l. 7. c. 60.

A *Tam diu populi Romani indiſcreta lux fuit. Hipparchus obſeruat Æquinoctium Autumnale viceſimo tertiæ periodi Calippicæ anno, primo epagomenon die, mane.* Tempus conuenit cum Septembris XXVII. *Anno ſequente idem Æquinoctium obſeruauit circa Meridiem eiuſdem diei.* B

AEQVINOCTIVM. Ptol. l. 3. c. 1.

XX. XV.

A.M.3842. Sel. 155. V.C.596. Ante Dn. 158. Demetrij Soteris V. Pt. Philometoris XXV. C

M. Aimilio Lepido
C. Popilio Lænate } Coſſ.

EVmenes Pergami rex non quinquageſimo, vt apud Strabonem legitur, ſed quadrageſimo ſui regni D anno moritur relicto filio adhuc paruulo Attalo cognomento Philometore in Pt. Philometoris gratiam ita dicto, qui annos circiter viginti ſub Attali patrui tutelâ fuit, & poſt patrui mortem annos quinque regnauit. E

Strabo l. 13. EVMENI SVCCEDIT ATTALVS.

XXI. XVI.

A.M.3843. Sel.156. V.C.597. Ante Dn.157. Demetrij Soteris VI. Pt. Philometoris XXVI.

Sex. Iulio Cæſare
L. Aurelio Oreſte } Coſſ. F

QVæ fuerint his temporibus Reip. Romanæ opes ex Plinio colligas. *Auri*, inquit, *in ærario*

Plin. l. 33. c. 3.

Digitized by Google

ROMAE AERARIVM. *populi Romani fuere Sex. Iulio, L. Aurelio Coſſ. ſeptem annis ante bellum Punicum tertium pondo* DCCXXVII, *argenti nonaginta duo millia & extra numerum* CCC & LXXXVM. Budæus totum hunc locum aliter legit. Minus dura & forte verior mutatio erit, ſi dicas delendum vltimum M, ac auri ſummæ præfigendum, vt totum argentum fuerit librarum 92385. Id efficit aureorum Gallicorum fere ſeptingenta quadraginta millia, ſiue libras Turonenſes 2217240. Auri vero libræ Romanæ 1727 valent aureos Gallicos 165792.

XXII. XVII. Olympias CLVI.
A.M. 3844. Sel. 157. V.C. 598. Ante Dn. 156. Demetrij Soteris VII. Pt. Philometoris XXVII.

L. Cornelio Lentulo
C. Marcio Figulo II. } Coſſ.

Liuij epitome l. 47. Appianus. Florus. Dalmatæ ſub ſyluis vitam degere ac victum latrocinio quærere ſoliti Illyrios populi Rom. ſocios infeſtauerant. In hos miſſus C. Marcius Coſ. primò parum proſperè pugnauit, dein agnitâ eorum pugnandi ratione, vſque ad Delminium fugauit.

XXIII. XVIII.
A.M. 3845. Sel. 158. V.C. 599. Ante Dn. 155. Demetrij Soteris VIII. Pt. Philometoris XXVIII.

A P. Cornelio Scipione Naſicâ II. M. Claudio Marcello II. } Coſſ.

His Coſſ. cùm forte Carneades Academicus & Diogenes ſtoicus coram Senatu in Capitolio ſtarent A. Albinus Prætor iocans dixiſſe fertur. *Ego tibi Carneade, prætor eſſe non videor, quia ſapiens non ſum, nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas.* Tum ille. *Huic Stoico non videris.* *Cicero in Lucullo.* CARNEADES. B

Marcellus de Liguribus triumphat. Scipio multis in Dalmatiâ vrbibus expugnatis Imperatoris nomen & triumphum oblatum recuſat. *De viris Illuſtrib. Frontinus l. 3. c. 6.* C

Hoc & ſequentibus annis vario ſucceſſu cum Luſitanis pugnatum eſt à M. Manilio, L. Calpurnio Piſone, L. Mummio, M. Acilio Balbo, & Ser. Sulpitio Galba Prætorib. inuicem ſuccedentibus. D

XXIV. XIX.
A.M. 3846. Sel. 159. V.C. 600. Ante Dn. 154. Demetrij Soteris IX. Pt. Philometoris XXIX. E

Q. Opimio Nepote
L. Poſthumio Albino } Coſſ.

Quiſnam fuerit per hæc tempora Iudææ ſtatus colligi poteſt ex epiſtolâ, quam Demetrius anno ſequente Ionathani ſcripſit. Reges Perſarum certum demenſum inſtituerant, quod ſingulis annis impenderetur in iuge ſacrificium. Iudæorum priuilegia confirmauit Alexan- IVDAEAE VECTIGALIA. F

Digitized by Google

Ioſ. Ant. det Magnus. Confirmauit & Antio- A
l.11.8. & chus Magnus atque adeò auxit, vt
12.3. diximus A. V. C. 560. Aboleuerat
ea Antiochus Epiphanes Magni fi-
lius. A. V. C. 586. Sed vbi Pſeudale-
xandri metus inceſſit, tum præterea,
1. Mac. c. quæ olim Demetrij auûs Antiochus
10. v. 42. Magnus Iudæis pollicitus fuerat, B
v. 40. nempe ſiclorum quinq; millia, De-
metrius Ionathanis gratiam emerca-
turus pollicebatur inſuper ſiclorum
XVM, quâ ratione liberalitatem aui
quadruplo ſuperaturus eſſet. Nam
Antiochus Magnus Iudæis XXM.
drachmarum promiſerat quotannis C
in iuge ſacrificium Ioſephus δίδωμι δὲ
&c. μυριάδας κ'. lege μυριάδας ϛ'. &
mox τὰς δὲ μυρίας δραχμάς. lege τὰς δὲ
Ioſ. Ant. δισμυρίας. Contra Demetrius à Iudęis
l. 13. c. 5. videtur exegiſſe grauiora tributa,
quàm Antiochus Magnus. Siqui-
dem exigebat Demetrius præter tri- D
butum vetus, quod tributum ſimpli-
citer dicebatur, canonem ſalinarum,
τιμὴν ἁλῶν (apud Ioſephum ridiculè
legitur τιμὴν ἄλλων) aurum corona-
rium, trientem ſementis eius, quæ
cuiuis iugero conferendo neceſſaria
erat, ſemiſſem fructuum, qui ex ar- E
2. Mac. boribus decerpebantur. Hæc tribu-
4.7. torum ingeminatio iam inde ab an-
no V. C. 578. inſtituta videtur, vt vi-
delicet poſſet Iaſon immenſum illud
vectigal exoluere, quod Antiocho
Epiphani pollicebatur, h. e. talenta
CCCLX. mendoſe legitur apud Ioſe- F
phum 3660. Nunquam defuerunt
æruſcatores, qui inſatiabilem δημοβό-
Val. Max. ρων regum famem proritarent. Publi-
l. 6. c. 3. cia, cùm maritum ſuum Albinum
Coſ. veneno necaſſet, propinquo-

rum decreto ſtrangulatur.

XXV. I.

A.M.3847. Sel.160. V.C.601. Ante Dn. 153. Alexandri I. Pt. Philometoris XXX.

Q. Fuluio Nobiliore }
T. Annio Luſco } Coſſ.

Demetrius Ariarathi regi Cap- *Iuſt. l. 35.*
padociæ propter faſtiditas ſo- *Ioſ. Ant.*
roris nuptias infeſtus fratrem eius *l. 13. c. 3.*
Orofernem, (ſeu mauis, Oro-pher- *Appianus.*
nem) per iniuriam regno pulſum, אורופרן *lux prin-*
receperat ſupplicem: datumque ſibi *ceps noſter.*
honeſtum belli titulum gratulatus
reſtituere eum in regnum ſtatuerat.
Sed Perſicum faſtum & luxum pri-
dem æmulatus quadratam non pro-
cul ab Antiochiâ turrim extruxerat,
in quâ procul à conſpectu ciuium
delicias agens ex palatio tanquam ex
ſacrario per internuntios reſponſa
dabat. Sed dum venerationem ca-
ptat, tantum odium ſibi conciliat, vt
Antiochenſes Orophernem profu-
gum, quàm Demetrium pluris face-
rent. Nec Oropherni religio fuit,
eius, à quo reſtituebatur, regno in-
ſidiari. Demetrius remedium inſi-
diarum diſſimulationem ratus tam
incautum, quàm infidum Orophernem
comprehendit, & vinctum Se-
leuciæ cuſtodiri iubet. Antiochen-
ſes Demetrium, quem offenderant,
placare deſperantes quo quomodo
è medio tollere in animum indu-
cunt. Ducem quærentibus offerr ſe ALEXAN-
quidam ſortis extremæ iuuenis vul- DER IN-

SVRGIT IN DEMETRIVM.

tu forte non abſimilis Alexandro An- A
tiochi Epiphanis filio, pridem de-
functo. Huic nebuloni Alexandri
nomen mentienti non Antiochen-
ſes modo ſed & Philometor Ægy-
pti, Attalus Pergami, & Ariarathes
Cappadociæ reges à Demetrio la-
ceſſiti opem tulerunt. Erant tanta B
Machabæorum virtutis fama, vt Io-
natanis ſocietatem ampliſſimis pro-
miſſis ambire non dubitarint, tum
Pſeudalexander, tum Demetrius.
Demetrius, quò plura pollicebatur,
eò ſuſpectior Ionatani viſus eſt pri-
dem perfidiæ manifeſtus. Prælatus C
igitur Demetrio Alexander Ionata-
ni ſacerdotium confert anno Seleu-
cidarum CLX, Tabernaculorum fe-
ſto, Tiſri XV, ſeptimo poſt Alcimi,
nono poſt Iudæ mortem anno. Ioſe-
phus eò obliuionis venit, vt diceret
factum id quadriennio poſt Iudæ, D
ſeptẽnio poſt Alcimi mortem anno.

1. Mac. 10. 1.

Cum inde ab anno V. C. 532 Con-
ſules Idibus Martijs magiſtratum
inire conſueuiſſent, primi Q. Ful-
uius & T. Annius Kalendis Ianua-
rijs magiſtratum inire cœperunt, ſi-
ue quod inſtaret bellum Celtiberi- E
cum, ſiue quod fluxiſſent anni ſex-
centi ab vrbe condita.

Caſsiodor. Epitome Liuij l. 47.

M. Valerius Meſſala, C. Caſſius
Longinus Cenſores luſtrum con-
dunt LV, quo cenſa ſunt ciuium ca-
pita CCCXXIV M. M. Lepidus ſextò
princeps Senatus lectus. Inter cæ- F
tera Cenſuræ munera Caſſius thea-
trum lapideum faciendum locat, in
quo populus ludos ſedens ſpectet.
P. Naſica bis Conſulatu functus ſe-
natui autor euertendi fuit, conte-
A ſtans id inutile & publicis nocitu-
rum moribus.

Velleius l. 1. Auguſt. de ciuit. Dei l. 1. Capitolini Liuij Epitome l. 48.

In Hiſpania citeriore Celtiberi poſt
XXV. pacis annos Segidâ autore Are-
uaccum oppidum munierant, tribu-
ta à Graccho imperata pendere re-
cuſarant anno ſuperiore. In hos
B miſſus Q. Fuluius Coſ. bis infelici-
ter pugnat. Hinc aucti Hiſpanorum
animi vix viceſimo poſt anno com-
primi potuerunt. Pugnabatur atro-
citer, non vter imperaret, ſed vter
eſſet.

Appianus. Cicero de officijs l. 1.

C XXVI. II. Olympias CLVII.

A. M. 3848. Sel. 161. V. C. 602. Ante Dn. 152. Ionatanis I.

M. Claudio Marcello III. } Coſſ.
L. Valerio Flacco }

D IAm rex & Antiochi filius, iam il-
luſtris & Alexander audiebat ter-
ræ filius è vulgi fæce, & adhuc regna-
bat Demetrius, cui animus in pro-
pulſando bello non defuit. Nam &
primo prœlio hoſtem fugauit & re-
gibus, bellum reſtituentibus multa
E millia in acie cæcidit. Ad poſtremum
tamen inuicto animo inter confer-
tiſſimos fortiſſime dimicans cecidit
XI ſui regni anno, vt recte Ioſephus
docet. Ionatan otio cælitus dato be-
ne vtens Hieroſolyma inſtaurat,
Tſionem montem quadratis lapidi-
F bus ad munitionem communit, præ-
uaricatorum interim, quos ſibi in-
fenſos eſſe ſciebat, pleroſque ter-
ritare malens, quàm aperto bello
infeſtare. Multi potentiam & iram
eius veriti fugerunt ex ijs munitioni-
bus,

Iuſt. l. 35. 1. Mac. c. 10. v. 48.

DEMETRII MORS.

v. 10.

Ioſ. Ant. l. 13. c. 4.

bus quas ædificauerat Bacchides circa Hieroſolyma, vt Iudæis eſſent lupati inſtar, qui arcem Hieroſolymorũ inſidebant milites regij, & Betſurani auſi ſunt in ſtatione manere. Hæc ſuperiore forſan anno inchoata vno ductu pertexuit primi Machabæorum libri autor. Pleraque tamen hoc & ſequentibus annis geſta non dubium eſt.

Obſequens. PAVIDA SVPERSTITIO. Quantum ſuperſtitio valeat, vide. *Romæ turbinis vi in campo columna ante ædem Iouis decuſſa cum ſigno aurato. Quumque aruſpices reſpondiſſent, magiſtratuum & ſacerdotum interitum fore, omnes magiſtratus ſe protinus abdicauerunt.*

XXVII. III.

A.M.3849. Sel.162. V.C.603. Ante Dn.151. Ionatanis II.

L. Licinio Lucullo } Coſſ.
A. Poſthumio Albino }

1. Mac. 10. 51. Ioſ. Ant. l.13.c.7. SAMARITANORVM PRO SVO TEMPLO CERTAMEN. PHilometor filiam deducit Ptolemaida, eóque aduenienti ex condicto Alexandro collocat anno Seleucidarum CLXII. Eò venit & Ionathan accuſatorum ſuorum calumnias apud Alexandrum depulſurus. Ambos reges tam propitios nanciſcitur, vt ne hiſcere quidem auſi ſint ſycophantæ. Per id tempus ioculare certamen inter Iudæos & Samaritanos incidit, cuius arbitrium ſocero non grauatim commiſit Alexander. Tanta fuit Samaritanorum vecordia, vt ſui templi, quod in monte Garizim ſub Alexandro Magno infra annos ducentos extruxerant, antiquitatem inde ab ipſis Moſis temporibus arceſſerent, in eo contenderent Deum colendum eſſe, non autem in templo Hieroſolymitano, idque ſe autoritate Moſis confirmaturos, cùm id pernegarent Iudæi & Moſis ac prophetarum autoritatem opponerent, Philometor rogauit, cui mulctæ ſeſe ſubijcerent legati, qui hæc contenderent. Vtrique clamant ſe ne mortem quidem recuſare, ſi cauſsâ cadant. Rationibus vltro citroque productis impoſtores Samaritani impudentiæ ſuæ pœnas capite luerunt. Perſtiterunt tamen in ſuâ contumaciâ, vt ex Ioannis IV.20. colligere eſt. Romani iam tum Græcis literis ita delectabantur, vt A. Albinus Conſul hiſtoriam Græcè ſcripſerit. Huius collega auus erat Luculli, qui cum Mithridate bellum geſſit A. V. C. 681. *Cicero in Bruto & Lucullo. Gell. l.13. c.18.*

Tribunorum plebis ea erat inſolétia, vt Albinum & Lucullum Coſſ. quod ſeuere delectum agerent, nec quenquam gratia dimitterent, in carcerem conieceriut. Idem deſignarunt A. V. C. *616*. Sorte autem tum ciuium decimus quiſque deligi cœpit, qui ad militiam mitteretur. *Liuij epit. l. 48.*

M. Marcellus anno ſuperiore gloriabatur ſe omnes Celtiberiæ populos pacaſſe: hoc anno L. Lucullus Vaccæos, Cãtabros & antehac ignotas Hiſpaniæ nationes ſubegiſſe ſe dixit. Dum feliciter in Hiſpania citeriore res agunt Conſulares exercitus, in vlteriore Ser. Galba vniuerſo prope amiſſo exercitu cum paucis effugit. Dum morantur Luſitani victoria vti neſcientes, vires reparat *Appianus.*

KKkk

GALBAE PERFIDIA. *Val. Max.* Galba & ſecundo prœlio victos Luſitanos ad deditionem adigit. Tum conuocato trium Luſitaniæ ciuitatum populo, tanquam de commodis eius acturus, nouem millia, in quibus flos iuuentutis conſiſtebar, electa & armis exuta partim trucidauit, partim vendidit.

Hoc Galbæ ſcelus Romanis carò conſtitit. Quippe inter eos, qui Galbæ ſæuitiam effugerunt, qui deſpicatiſſimus omnium videri poterat, fuit aliquandiu ſuperbiæ Romanæ flagellum. Neue putes vnum Galbam peccaſſe. Ecce biennio poſt L. Scribonius Tr. pl. in hoc facinus inquirens non modo non obtinere potuit, vt in Galbam animaduerteretur: ſed ne illud quidem impetrauit, quod vnum rogabat, vt qui contra fidem væni erant, & in Gallia inueniri poterant, in libertatem reſtituerentur. Populus enim lubens paſſus eſt ſibi à Galba manifeſto mendacio os oblini, & ſceleris præmium dedit conſulatum A. V. C. 610.

Igitur Viriatus ex paſtore venator, ex venatore latro, mox iuſti exercitus dux factus vniuerſam Luſitaniam occupauit, omnia vltra citraq; Tagum igni ferroque populatus eſt, C. Vetilium, C. Plautium, Claudium Vnimanũ Prætores Romanos multis prœlijs vicit; in turpem fugam dedit: donec vix tandem quartodecimo huius Hiſpanici belli anno non virtute ſuperatus, ſed fraude circumſcriptus eſt.

(∴) (∴)
(∴)

XXVIII. IV.

A.M. 3850. Sel. 163. V.C. 604. Ante Dn. 150. Ionatanis III.

T. Quintio Flaminio
M. Acilio Balbo } Coſſ.

TERTIVM BELLVM PVNICVM. *Liuij epit. l. 49.* Carthaginienſes quinquaginta annorum pace potiti Maſaniſſæ decrepitam ſenectutem & filij eius Guluſſæ iuuentutem deſpectui habentes de finibus ſubinde altercabantur. Cato monebar feroces & infidos Afrorum animos non tam Maſaniſſæ, quàm Romanis ipſis metuendos: Amoliendam æmulam vrbem, & inquietam. Naſica contra bella non voluntate, ſed neceſſitate ſuſcipienda: vtilem Romanis eſſe vrbis æmulæ viciniam, virtutis magiſtram, & fortitudinis cotem.

Senatui placuit, vt bello abſtineretur, ſi Carthaginienſes claſſem, quam contra fœdus comparauerant, exuiſſent, & exercitum dimiſiſſent. At vbi extra fines exercitum eduxiſſe, & Maſaniſſæ arma intuliſſe renuntiatum eſt, continuò Catonis peruicit ſententia, Pœnos debellandos, Carthaginem exſcindendam eſſe.

I. V.

A. M. 3851. Sel. 164. V. C. 605. Ante Dn. 149. Ionatanis IV.

L. Marcio Cenſorino
M. Manilio Nepote } Coſſ.

Appianus. PRVSIAS A FILIO OPPRIMITVR.

LVdi ſæculares centenarij hoc anno facti vt docet Epitome Liuij l. 49. Antias & Varro apud Cenſorinum. Pruſiam Bithyniæ regem parricidialibus armis infeſtat Nicomedes filius opem ferente Attalo Pergami rege. Pruſias Senatus fidem implorat. Mittuntur eò legati tres, primus capite vlceroſo, alter podagroſus, tertius ſocors, vt Cato iocoſè diceret hanc legationem, nec caput, nec pedes, nec cor habere. Vicit igitur impietas, & pater filij manu cecidit. Ambobus conſulibus Africa prouincia decernitur. Manilius pedeſtribus copijs, Cenſorinus claſſi præficitur. Priuſquam in naues imponerentur copiæ, Vticenſes legati Romam venerunt, ſe ſuaque omnia dedentes. Extemplo Carthaginienſes exterriti legatos & ipſi Romam mittunt, ſeſe imperata facturos pollicentes. Cato tamen in ſententia peruicax, effecit vt decreto perſtaretur. Reſponſum, Conſules ipſos in Africa renunciaturos, quid Senatus velit: Poſtquam in Africam traiecerunt Coſſ. iubent Pœnos arma tradere, claſſem comburere. Parent Pœni. At vbi iuſſi ſunt vrbe relictâ, decem paſſuum millibus procul à mari conſidere, tantam iniquitatem cum ferre non poſſent Carthaginienſes, fortiter pereundū potiùs, quàm ſolum patriū per ignauiām deſerēdum rati bellum ſuſcipiunt, deſperatione potiùs quàm cōſilio. In eo P. Scipionis Aimiliani Tribuni militum quartæ Legionis, ſingularis virtus & prudentia eminuit. L. Calpurnius Piſo, qui XVI poſt anno Conſulatum geſ-

Epit. Liuij l. 49. ROMANIA POENIS INIQVA FLAGITANT.

A ſit, Trib. pleb. legem de repetundis tulit, quam ob cauſſam Frugi cognominatus eſt. Idem & Annales ſcripſit.

II. VI. Olympias CLVIII.

A.M. 3852. Scl. 165. V.C. 606.

B Ante Dn. 148. Ionatanis V.

Sp. Poſthumio Albino } Coſſ.
Magno L. Calpurnio }
Piſone Cæſonino

DEmetri⁹ Soter initio belli, quo ab Alexandro petitus eſt apud C Laſthenem Gnidium hoſpitē ſuum duos filios Demetrium, & Antiochum cum magno auri pondere, commendauerat, vt belli periculis eximerentur, &, ſi daretur occaſio, paternæ vltioni ſeruarentur. Ex his maior Demetrius Nicanor dictus annos pubertatis egreſſus, auditâ D Alexandri luxuriâ, quem inſperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta dementabant, ac inter ſcortorum greges deſidem in regiâ tenebant, auxiliantibus Cretenſibus ſecutum, nihilque hoſtile metuentem aggredi- E tur anno CLXV. Inter primos Demetrij partibus acceſſit Apollonius Cœles Syriæ præfectus. Demetrij ſucceſſum aliquandiu remoratus eſt Ionathan, qui Iudæis inſultantem Apollonium & Palæſtinam vetere odio flagrantem contudit expugna- F tâ Ioppe, & Azoto, in qua & Dagonis templum conflagrauit, & virorum octo millia perierunt. Hoc exemplum metuens Aſcalon Ionatani ſe dedit, & Alexander quaſi rei bene geſtæ præmium Hakkaronem

Iuſtin l. 35. Ioſ. Ant. l. 13. c. 8. 1. Mac. 10. 67. DEMETRIVS NICANOR.

Ionatani donauit.

PSEVDO-PHILIPPVS DEBELLATVR.

Andriſcus Philippum ſe Perſei filium mentiens à Demetrio Sotere Syriæ rege captus & Romam miſſus fuerat circa annum V. C. 603. Biennio poſt fuga elapſus, in Macedoniam profectus, ab omnibus ferè magno ſtudio recipitur, tanquam verus Perſei filius, non tam Perſei charitate, quam Romanorum odio. In hunc miſſi primo Iuuentius, dein hoc anno Q. Metellus Pſeudophilippi vanitatem & Macedonum credulitatem an perfidiam caſtigarunt. Metellus Andriſcum cœpit & tanquam debellata Macedonia, Macedonici nomen obtinuit.

In Africa cum maiore conatu, quàm ſucceſſu bellum gereret Piſo Coſ. Romæ inuito Senatu populus P. Scipioni, licet nondum legitimam ætatem adepto, Conſulatum defert, quaſi fato quodam Africæ debellandæ neceſſarium eſſet Scipionum nomen. Erat autem legitima Conſulatui adipiſcendo ætas annorum XLIV. cum Æmilianus XXXVI annum ageret. Is erat Aimilij, qui Perſeum vicit, filius ab Africani primi filio P. Cornelio adoptatus.

III. VII.

A.M. 3853. Sel. 166. V.C. 607. Ante Dn. 147. Ionatanis VI.

P. Cornelio Scipione Aimiliano C. Liuio Druſo } Coſſ.

1. Mac. 11. 1.

QVia primi Cilices ab Alexandro ad Demetrium Nicano-

A rem defecerant, Alexander hos primùm & acerrimè caſtigandos ſibi proponit, ſperans Syriæ tutandæ Philometorem quàm aptiſſimum eſſe. Philometor per ſpeciem iuuandi generi magnas copias in Syriam ducit, vltro portas aperientibus omni-

Ioſephus Ant. l. 13. c. 8

PHILOMETORIS PERFIDIA.

B bus vrbibus ex Alexandri præſcripto. Poſtquam Antiochiam Syriæ metropolim attigit, Syriæ ſimul & Ægypti regem ſe proclamari iubet, tam in circunſcribendo genero infidus, quàm nuper in adoptando leuis. Quanquam Ioſephus culpam in

C Alexandrum confert, quaſi prior ſocero Philometori per Ammonium inſidias paraſſet, quod minus veriſimile eſt. Vt vt ſit, Philometor offenſâ irritatus, an per ingenij leuitatem pœnitudine ductus, Alexandrum generum Demetrio commutat, & ad

D ἀμνηστίαν cohortatus Antiochenſibus conciliat. Et Antiochenſes in id ſeriò incubuerunt, vt veterem patris offenſam nouis meritis emendarent.

CARTHAGO OPPVGNATVR.

Scipio Conſul totis viribus Carthaginem oppugnat & vndiq; muro cingit, portum Pœnis eripit. Car-

E thaginienſes ſuppetente fabrorum & lignorum copia, naues fabricantur, nouum portum ſuffodiunt, tanta celeritate vt prius opus peregerint, quam id tentari ſuſpicarentur Romani, ita terra marique magna contentione pugnatum: Sed Car-

F thago quo populoſior erat, eò citiùs ad inediam redacta eſt, terra marique intercluſo commeatu. Luſtrum LVI conditum à L. Lentulo Lupo & L. Marcio Cenſorino Cenſoribus. Cenſa ſunt ciuium Romanorum CCCXXII

Capitolini. Euſebius.

Digitized by Google

Ptol.l.3. c.1.
AEQVINOCTIVM.

millia. *Hipparchus Æquinoctium vernum obſeruat trigeſimo ſecundo tertiæ periodi Calippicæ anno, Mechir* XXVII, *mane. Autumnale vero poſt mediam noctem quæ interceßit inter epagomenon tertium & quartum.* Tempus conuenit cum Martij XXIV, & Septembris XXVI. Sequentibus quoq; annis obſeruationes comperit his conformes. Ptolemæus ait ad hunc annum ab Alexandri morte fluxiſſe annos 168, alibi 178. Re vera hoc anno Septembris XXIX, Thoth primo inijt annus 178 ab Alexandri morte.

IV. VIII.

A. M. 3854. Sel. 167. V. C. 608. Ante Dn. 146. Ionatanis VII.

Cn. Cornelio Lentulo }
L. Mummio Nepote } Coſſ.

1. Mac. 11. 14.
Ioſ. Ant. l.13. c.8
Epit. Liuij l. 52.
Iuſt l. 38
MORS ALEXANDRI ET PHILOMETORIS

IAm totius fere Syriæ potentes erant Philomeror, & Demetrius; necdum animum deſpondebat Alexander. Igitur prœlio congredi auſus aliquandiu fortiter reſtitit, & ipſum Philometorem lethaliter ſauciauit. Mox tamen in Arabiam fugere coactus à Zabelo Arabum Dynaſtâ capite truncatus eſt. Et Philometori gratum fuit generi capiti inſultare, & hoc ſpectaculo tanquam mortis ſuæ ſolatio frui. Nam & ipſe tertio poſt die perijt. Philometori ſuccedit frater minor, qui Cyrenas regnabat, dictus Phyſcon vel Euergetes II. Alexandro ſuccedit Demetrius. Ioſephus Alexandro quinquennium tantum tribuit, quia iam biennio ante A regnare cœperat Demetrius. Ita Alexander pœnas dedit, & Demetrio Soteri, quem occiderat, & Antiocho Epiphani, cuius originem fuerat mentitus. Philometor viciſſim Alexandro genero, quem indignè regno circunſcripſerat. Alexãder hic B Βάλης, vel Περβάλης, Latinis Propala, vel Prompalus dictus videtur. Cleopatra Philometoris vidua eademque ſoror ex fratre filium ſuſceperat, qui cum iunior eſſet, huius ac regni tutela cõmittitur alteri fratri Pt. Euergetæ II. & vxori Cleopatræ. Nun- C quam inceſtus idoneum fuit amicitiæ geminandæ vinculum. Euergetes, ſtatim vbi Alexandriam ingreſſus eſt, fautores pueri trucidari iubet. Ipſum quoque die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter apparatus epula- D rum, & ſolennia religionum, in complexu matris interficit: atque ita thorum ſororis, cæde filij eius cruentus, aſcendit. Poſt quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocauerant, fuir.

EVERGETAE II. IMMANITAS.

Appianus.
CVLPA SVA PEREVNT GRAECI.

Romani libertatem Græcis à T. E Quintio Flaminio ante annos quinquaginta datam, in dies imminutum ibant, multum infremẽtibus Achęis, qui Græciæ liberatores audire, Principes eſſe cupiebãt. Achæorum conſilio potiſſimum obſtabant Lacedæmonij in ordinem ſe redigi & A- F chęis ſubijci indignum putantes. Itaque Lacedæmoniorum de Achæis querimoniæ, quotannis propemodum in Senatu audiebantur. Tandem miſſi à Senatu Corinthum legati, qui iuberent Græciæ vrbes ſuis

quamque legibus viuere. Corinthij videntes non nouam Græcis libertatem dari, ſed Achæis omnem potentiam eripi, in legatos contumelioſius inuecti ſunt, & quotquot Lacedæmonios eorumue ſocios comprehendere licuit, trucidarunt. Achæis ſeſe iunxerunt Boeoti iniuria aliqua nuper à Metello Macedonico affecti. Metellus prorogato in Græcia imperio, primũ Boeotos, dein etiam Achæos proſperis aliquot prœlijs caſtigat donec L. Mummius coſ. in Græciam aduectus, partam alieno labore victoriam intercepit. Is Corintho dirutâ, Achæis debellatis, Achaici nomen accepit. Eodem anno deleta Carthago, quò potentior, eò dignior exitio ſuo, ſiue perfidiam ſiue ſæuitiam ſpectes. Quippe in ipſo obſidio omnes captiuos Romanorum in muris edito loco, vt ab obſidentibus videri poſſent, omnibus contumeliæ, crudelitatis generibus excarnificatos interfecit Aſdrubal. Igitur Scipio, tum iræ, tum gloriæ ſtimulis excitatus nulli labori pepercit, donec vrbem expugnarit. Capto oppido confugiunt in arcem mulierum XXM, virorum XXXM. Multi tamen in ampliſſimâ vrbe ſupererant, qui gladio, ædificiorum ruinis & incendijs miſerandum in modum abſumpti ſunt. Tandem etiam arx Byrſa Scipioni ſe tradit. Ardet vrbs dies XVII. Aſdrubal primò ad Scipionem fugit, dein ignominiæ metu ſibi mortem conſciſcit. Vxor eius perire quàm capi maluit. Transfugæ quoque nongenti & ſe & Æſculapij fanum incenderunt. Africa in prouinciam redigitur. Scipio auito cognomento Africanus nuncupatur triumphatâ Carthagine.

POENI.

A B C D E F

Quia ducentis ante hunc annis Romani ludos Sæculares fecerant, hoc quoque anno faciendos putarunt, inuitante victoriarum gloriâ potiùs quàm πατροπαραδότου obſeruationis analogiâ. Vt vt ſit, ludos ſeculares hoc anno factos apud Cenſorinum docent Piſo Cenſorius & Caſſius Hemina, qui hoc tempore viuebant.

V. IX.

A. M. 3855. Sel. 168. V. C. 609. Ante Dn. 145. Ionatanis VIII.

Q. Fabio Maximo Æmiliano L. Hoſtilio Mancino } Coſſ.

Demetrius infenſus legionarijs Syriæ militibus, & Antiochenſibus à quib⁹ partem proditum ſciebat, primùm quidem milites omnes exautorat, quaſi Reip. oneroſos & regibus contumaces ac infidos, contentus peregrinis, quos in Cretâ conſcripſerat, militibus. Dein Antiochenſes male tractare incipit. Antiochenſes tam factioſi, quam mobiles continuò exaſperantur, & in Demetrium inſurgunt, iamque ad inſtitas regem adegerant, niſi Iudæi milites à Ionatane miſſi in aliquot vrbis loca igne iniecto coegiſſent oppidanos tectis cõſulere potiùs quàm regis vitam petere. Dum ædium incendia reſtingunt, Demetrius per pa-

1. Mac. 11.38. Ioſ. Ant. l.13. c.9. ANTIOCHIA MALE MVLCTATVR.

ri referens incompoſitos inuadit, & A magnam ſtragem edit. Erat vrbis inclytæ, populoſæ, & amplæ miſeranda facies, cùm domos maximam partem ligneas & confertas popularetur ignis, in plateis cruoris riui profluerent, donec ſupplicijs ſatiata, & precibus exorata principis ira finem B tandem pereuntis nobiliſſimæ ciuitatis miſerijs impoſuit. Eâ clade occiſa creduntur capitum C M. Antiochenſes incendij ſui pœnas cùm à Demetrio non poſſent, à Ionathane repoſcunt. Docent, quàm ſæpe Regibus timendus plus quàm regium C decus ſibi arrogarit. Ab eo ſubactam Iudæam, peruaſtatam Palæſtinam, tentatam Hieroſolymorum arcem. Demetrius iniuriarum quàm beneficiorum memor à Ionathane rationes repoſcit tum rerum geſtarum, tum tributorum, quæ non expen- D diſſet.

LAELIVS CICERONIS. C. Lælius Lælij (de quo A. V. C. 551 & 564) filius ob ſingularem prudentiam Sapientis cognomentum conſecutus, & toties à Cicerone celebratus Præturam quinquennio ante Conſulatum geſſit. Lælius igitur E Prætor in Hiſpaniam vlteriorem, Q. Fabius Coſ. in citeriorem miſſi ſunt eo animo, vt militum ſuorum vitia priùs quàm hoſtes debellarent, & diſciplinam antecedentium ducum culpa corruptam reſtituerent: quâ ratione non parum promouerunt. F Sed ijs digreſſis redijt luxus, & Viriatus pedem referre coactus inſolentiùs quàm pridem peruagatus eſt Quintio Prætore A. V. C. 611.

VI. X. Olympias CLIX.
A.M. 3856. Sel. 169. V.C. 610.
Ante Dn. 144. Ionatanis IX.

Ser. Sulpitio Galbâ
L. Aurelio Cottâ } Coſſ.

Etiamſi Alexander à Zabelo Atarbchâ interfectus ſit, tamen in ipſa Arabia Alexandri filius Antiochus Theos dictus, ſed ſecundus & tum quidem admodum bimulus, tutum perfugium inuenit apud Malcoëlem Arabem. Huius infantis tutor Diodotus Tryphon milites à Demetrio exauctoratos eóq; indignantes ad ſe pellicit, atque his copijs armatus aduerſus Demetrium inſurgit, in fugam agit, Antiocho diadema imponit, Antiochiam & elephátos occupat, Ionathani omnia confirmat, quę hactenus ipſi donata fuerant. Simeonem eius fratrem Palæſtinæ præficit. Ionathan Demetrij ingratá perfidiam deteſtatus Antiochi partes amplectitur, in Palęſtina & Galilæa ſtrenuè res agit, Romam & Lacedæmonem legatos mittit, ſocietatis renouandę cauſſa, etiam Nabathęos Arabas, & Damaſcum infeſtat. *1. Mac. c. 11. v. 39. v. 54. Ioſ. Ant. l. 13. c. 9. Epit. Liuij l. 52.*

Cum contenderent Coſſ. vter in Hiſpaniam mitteretur, P. Scipio Aimilianus neutrum mittendum cenſuit. *Alter*, inquit, *nihil habet, alteri nihil ſatis eſt*. Sic Cottę paupertatem, Galbę auaritiam notabat. *Probitas laudatur & alget*. Ita obtinuit Scipio vt imperium proconſulare fratri ſuo *Val. Max. l. 6. c. 4.*

Digitized by Google

in Hiſpania prorogaretur.

Extat inſcriptio, quam recitat Sigonius in Faſtis hoc anno.

Romanę hoc ſeculo vanitatis ſpecimen vide. Gallus Fauonius locundus miles Galba & Cotta Coſſ. in Hiſpania moriens & teſtamentum ſcribens filijs ſuis abſentibus nihil aliud mandat, niſi vt in Hiſpaniam veniant, corpus ſuum in Italiam reportent, via Appia ſepulchro marmoreo condant. Sin minus, exhæredat, bona ſua ſyluano Vimihali legat, deos & Pontifices filiorum impietatis vltores imprecatur.

VII. XI.

A. M. 3857. Sel. 170. V. C. 611. Ante Dn. 143. Simonis I.

App. Claudio Pulchro } Coſſ.
Q. Cæcilio Metello Macedonico

1. Mac. 12. 48. Ioſ. Ant. l. 13. c. 9. TRYPHONIS IMPIETAS.

TRyphon inuadendi regni cupidus Ionathanem, quem Antiocho fidum eſſe nouerat, dolo corripit, & ab eius fratre Simeone centum talenta expiſcatur & Ionatanis filios duos obſides, quaſi Ionathanem redditurus, neque multò poſt Ionathanem & mox Antiochum ipſum, quem Deum nuncupauerat, interficit. Simon infidam Tryphonis ſæuitiam abominatus apud Demetrium excuſat ſe, graue ſibi eſſe, quod ab eo diſceſſerit, culpam in delatores confert: Demetrius vltrò veniam offert, immunitatem integram pollicetur, Pontificatum, &c. Itaque anno Seleucidarum CLXX, ſublata Syrię regum mentione dici cœ-

A ptum, *Primo Simonis anno*, &c. Apud Ioſephum dicitur Ionathan ἀρχιερατεῦσαι ἔτη τέσσαρα mendoſè, legendum videtur ἔτη ϑ΄ vel ι΄, μῆνας τέσσαρας. Idem, cùm ait Antiochum Θεὸν ſub Tryphonis tutela regnaſſe annos quatuor, intellige Antiochum à Try-

B phone occiſum quarto poſt Alexandri mortem anno V. C. 612. Numenius & Antiphron Legati à Ionathane Romam & Spartam miſſi, antequam Roma remearent, Ionathanis obitum & Simonem ipſi ſucceſſiſſe audierunt. Reſponſum Senatus &

C Spartiatæ dederunt honorificentiſſimum. Claudium Coſ. de Salaſſis triumphantem Tribunus plebis inuadit, & violenta manu de curru detrahit. Id animaduertens Conſulis filia virgo Veſtalis patrem tribuni manibus eripit, & vtriſque ſe interponendo fecit, vt patri liceret triumphum peragere. *Val. Max. l. 5. c. 4.*

D

VIII. XII.

A. M. 3858. Sel. 171. V. C. 612. Ante Dn. 142. Simonis II.

E

L. Cæcilio Metello Caluo } Coſſ.
Q. Fabio Maximo Seruiliano

SImon Gazam oppugnat, & admota helepoli expugnat, præſidiarios milites, qui in arce Hieroſolymitana hactenus manſerant, inde ab Antiochi Epihanis temporibus, longâ obſidione fameque enectos ad deditionem adigit Iiar XXIII, Maj ſexto decimo, feriâ ſextâ, cumque diem *1. Mac. 13. 43. Ioſ. Ant. l. 13. c. 10. & 11.*

F

Digitized by Google

diem feſtum eſſe voluit, & impetrauit quandiu vixit. Eo mortuo, licet vitandæ feſtorum multitudini, lege cautum ſit, ne deinceps vllum huiuſmodi iugum imponeretur, tamen in Simonis gratiam factum eſt, vt in poſterum Iiar annum aperiret, qui mos vſque ad Imp. Veſpaſiani tempora ducentos amplius annos obtinuit. Simon Numenium, quem iam Ionathan Romam legatum miſerat, iterum Romam mittit cum amplis muneribus, quorum primarium erat ſcutum pendens minas mille. Luſtrum LVII conditum à P. Scipione Aimiliano & L. Mummio Achaico cenſorib⁹ inimiciſſimis, quorum hic quadriennio, ille quinquennio ante Conſules fuerant. Cenſa ſunt ciuium capita CCCCXXVIII Millia. Sub finem anni Scipio pro roſtris. *Ego*, inquit, *ex maieſtate Reip. omnia geßiſſem, ſi mihi collegam vel dediſſetis, vel non dediſſetis*. Idem. Cum in Solitaurili ſacrificio Scriba ex publicis tabulis ſolenne ei precationis carmen præiret, quo dij rogabantur, *vt populi Rom. res meliores amplioreſque facerent, Satis*, inquit, *bona & magna ſunt. Itaque precor vt eas perpetuò incolumes ſeruent*. Ac protinus in tabulis publicis adhunc modum carmen emendari iuſſit.

Val. Max. l. 4. c. 1.

IX. XIII.

A.M. 3859. Sel. 172. V.C. 663. Ante Dn. 141. Simonis III.

Cn. Seruilio Cæpione } Coſſ.
Q. Pompeio Rufo }

A INteſtinæ Syriæ diſſenſionſes nouo Arſacidarum in Parthiâ regno portam aperuerunt. Siquidem Arſaces non multò poſt Antiochi Epiphanis obitum auſus caput tollere humo tráſeuphrateas regiones, quas hactenus Seleucidæ poſſederant, oc- B cuparat. Quumque nouo regi inuidentes aliquot proceres Demetrium ad recuperandum regnum auitum euocaſſent, eò profectus Demetrius ab Arſace, vincitur, capitur. Hunc Arſaces tam humaniter excepit, vt etiam filiam ſuam Rhodogunam ei C dederit. Iudæorum populus, ſacerdores & totum Synedrium Simoni conferunt ἐλευθερίαν, h. e. αὐτοκρατορικὴν ϰ ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν imperium ſummum tertio Pontificatus eius anno Seleucidarum CLXXII, Elul XVIII.

1. Mac. 14. 1.

ARSACIS IN DEMETRIVM HVMANITAS.

Q. Metellus biennio ante Conſul D in Hiſpaniam citeriorem miſſus res magnas in Celtiberiâ geſſerat, Trebiam munitiſſimam vrbem ceperat. Vbi Q. Pompeium Coſ. ſibi ſucceſſorem dari audiuit, militibus omnibus vacationem militiæ quâcumque de cauſſâ petentibus dedit, hor- E rea ab hoſtibus diripi paſſus eſt, Cretenſium arcus & ſagittas frangi, atq; in amnem abijci iuſſit, elephantis cibaria dari vetuit. Adeò, vt vni inimico noceret, & ſuam gloriâ & Remp. perditum ibat. Et ſimultatis huius præcipua cauſſa erat inuidia, quod F Pompeius homo nouus gratiâ an virtute magnos honores conſequeretur: niſi forte Metello diſplicuit ſubdolum Pompeij ingenium, cuius hoc ſpecimen eſto. Rogatus à P. Scipione Africano, vt pro C. Lælio,

Val. Max. c. de ira. Cicero pro Murena & in Bruto. Plut. in dictis.

quem vnicè diligebat, conſulatum peteret, & facturum pollicitus pro ſe prehenſauit.

Appianus. Q. Seruilianus hoc & ſuperiore anno rebus magnis in Luſitaniâ geſtis incautiùs victoriam perſequens à Viriato in eas anguſtias adigitur, vt æquis conditionibus pacem petere coactus ſit. Viriatus ſocius pop. Rom. eſſet, quæ quiſque haberet, teneret. Nihilo feliciùs in Hiſpaniâ citeriore à Q. Pompeio Coſ. pugnatum. Quippe, cùm Segidenſes acriùs inſequeretur, hos excipiunt ſocij Numantini: pro ijs apud Pompeium deprecantur, rogantes hoc beneficio fidem ſuam muneraretur, quod reliquis Hiſpanis deficientibus ſoli bello abſtinuiſſent. Renuenti Pompeio bellum inferunt, quod Romanorum cladibus, obſidionis diuturnitate & Numantiæ excidio nobiliſſimum fuit. Numantinorum ea fuit modeſtia vt ſocijs ſeruatis, quùm Pompeium debellare poſſent, fœdus maluerint, quod tamen ſequente anno geſtum eſt poſt multas Pompeij infelices pugnas.

X. XIV. Olympias CLX.
A. M. 3860. Sel. 173. V. C. 614. Ante Dn. 140. Simonis IV.

C. Lælio Sapiente }
Q. Seruilio Cæpione } Coſſ.

1. Mac. 15. 1. Ioſ. Ant. l. 13. c. 12. ANtiochus à Syris Sidetes, i. venator, à Iudæis Soter & Pius dictus Demetrij Soteris filius auditâ fratris Demetrij Nicanoris cla- A de Tryphonem metuens aliquandiu incertis ſedibus oberrauit. Viciſſim Cleopatra Philometoris filia ſuis fratribus Alexandro & Demetrio nupta ac tum ſecundo vidua Seleuciæ latitans, &, ne Tryphoni dederetur, metuens amicas Antiocho lite- B ras ſcribit, coniugium offert, & Seleuciam dotis nomine ac ſpem regni, dum adoleſcunt fratris filij. Antiochus patrio regno recuperando Simonem vtiliſſimum futurum arbitratus honeſtas ad eum ſcribit literas, omnia quæ hactenus ipſi donata C fuerant, confirmans & noua ſpondens, Tryphon quandiu tutor tantum audiebat, humanus & comis videri volebat, poſtquam amoto Antiocho puerulo, & patruo eius Demetrio res ſuas firmatas credidit, tum detractâ laruâ ingenio ſuo vti D cœpit. Quâ ratione exaſperatis ciuium animis regnum tam meritò perdidit, quàm iniquè inuaſerat.

Q. Cæpio Coſ. Cn. Cæpionis, qui A. V. C. 585 Conſul fuerat, filius in Hiſpaniam miſſus otij impatiens pacem à fratre Seruiliano fa- E ctam à Pop. Rom. confirmatam improbare, ſubinde ad Senatum ſcriptitare, de pacis indignitate conqueri: poſtremò obtinuit, vt ſi commodè atque ex vſu Reip. poſſet, fidem frangere liceret. Simul id obtinuit, incautum Viriatum oppreſſurus ar- F ma mouet. Viriatus fuga elapſus legatos ad pacem petendam mittit. Hos Cæpio auro corruptos perſuadet, vt Viriatum iugulent. Ita Viriatus humi decumbens à ſuis interemptus eſt meritas quidem latrocinio- *Appianus. Florus. Val. Max.* VIRIATI MORS.

Digitized by Google

rum ſuorum pœnas luens ſed magno Romani nominis probro gloriam adeptus, quaſi aliter vinci non potuerit. Cæpio victoriam pretio emptam perſequens hoc & ſequente anno prouinciam ordinat.

Giraldus ex Cicerone. L. Accius triginta, M. Pacuuius octoginta annos nati iiſdem non ædibus, ſed Ædilibus fabulas docent. Diximus autem Accium natum anno V. C. 584.

XI. XV.

A. M. 3861. Sel. 174. V. C. 615. Ante Dn. 139. Simonis v.

Cn. Calpurnio Piſone } Coſſ.
M. Popilio Lænate

1. Mac. 15. 10. Ioſ. Ant. l. 13. c. 12. ANtiochus Tryphonem Doræ latentem obſidet habens ſecum peditum CXXM, equitum VIIIM, idque anno Seleucidarum CLXXIV. Dum Antiochus & opem ei ferens Simon huic obſidioni animum intendunt, Roma redit Numenius triennio ante à Simone miſſus cum commendatitijs literis quibus L. Cæcilius Metellus Conſul Simonem & Iudæos S. P. Q. R. nomine commendabat Pt. Euergetæ Ægypti, Demetrio Syriæ, Attalo Pergami, Ariarathi Cappadociæ, Arſaci Parthorum regibus, & duodeuiginti populis, quibus omnibus peragrandis ſolidum biennium conſumpſit Numenius, aut etiam triennium. Cum Dora iam iamque expugnanda videretur Tryphron Apameam fugit.

C. Cornelius Hiſpanus Prætor peregrinus edicto Chaldæos citra decimum diem abire ex vrbe & Italia iuſſit. Fruſtra. Nam id genus hominum Romæ ſemper damnatum, & ſemper retentum eſt. *Val. Max. l. 1. c. 3.*

XII. XVI.

A. M. 3862. Sel. 175. V. C. 616. Ante Dn. 138. Simonis VI.

P. Cornelio Scipione Naſica Serapione } Coſſ.
D. Iunio Bruto

TRyphonem Apameæ captum interficit Antiochus cùm regnaſſet annos quatuor. Epitome Liuij Tryphonis regnum vno ductu pertexit Cornelio & Iunio Coſſ. Quandiu vixit Tryphon, Antiochus Soter Simone amico vſus eſt. Simul Tryphonem è medio ſuſtulit, pro beneficio damnum rependit, tributi nomine exigit talenta quingenta, totidem altera pro Palæſtinæ vrbibus quas occuparat, aut peruaſtarat Simon. Cum tributi nomine nihil, pro Palæſtina ſola centum talenta offerret Simon, mittit Antiochus Cendebæum, qui Iudæam infeſtet. Simon Iudæ & Ioanni filijs belli curam cõmittit, ipſe iam ſenio fractus. Iuda in prœlio vulneratus, Ioannes proſperè pugnauit, & Cendebæum Gedorum vſque profligauit. Scipio Coſ. Corculi, qui A. V. C. 592 Conſulatum gerebat, filius ea fuit confidentia, vt cum C. Curatius Tr. pl. de frumento emendo legem populo gratiſſimam rogaret, commodis ple- *1. Mac. c. 15. 26. c. 16. 1. Ioſ. Ant. l. 13. c. 13. Val. Max. l. 3. c. 7. & l. 9. c. 14.*

bis opponere ſe auſus ſit Scipio & A obſtrepente populo. *Tacete*, inquit, *quæſo, Quirites, Plus enim ego, quàm vos, quid Reip. expediat, intelligo*. Qua voce audita omnes pleno venerationis ſilentio maiorem autoritatis eius, quam ſuorum alimentorum reſpectum egerunt. Non potuit tamen B hæc veneratio obſtare, quo minus in ſeruilem Serapionis appellationem vulgi ſermone impingeretur, quod huiuſce nominis victimario quàm ſimilis erat. *Plin. l. 7. c. 12.*

Dum Iunius Coſ. in Hiſpaniam vlteriorem miſſus toto biennio Luſitanos multis cladibus affecit etiam Gallæcos, qui auxilio aduenerant ad LXM profligauit & ad oceanum ac Gades vſq; victricia arma porrexit.

XIII. XVII.

A. M. 3863. Sel. 176. V. C. 617. Ante Dn. 137. Simonis VII.

M. Aimilio Lepido Porcinâ C. Hoſtilio Mancino } Coſſ.

Mancino Coſ. ex Italia proficiſcenti tria infauſta omina contigerunt: quibus totidem clades in Hiſpania reſpondiſſe creditę ſunt: quod acie victus eſt, quod fœdus turpe cum Numantinis icit: quod à Senatu fœdus improbante nudus deditus eſt, ſed non receptus.

XIV. XVIII. Olympias CLXI.

A. M. 3864. Sel. 177. V. C. 618. Ante Dn. 136. Simonis VIII.

L. vel P. Furio Philo Sex. Attilio Serrano } Coſſ.

Circa hoc tempus periiſſe videtur [a] Arſaces Parthorum rex, Huic ſuccedit Phraates. Demetrius licet ab Arſace & Phraate, non vt victus hoſtis, ſed vt gener & frater tractaretur, priuatam, etſi opulentam vitam pertæſus tacitus in regnum fugam meditatur. Fugientem Phraates ſemel atque iterùm retrahit, & in Hyrcaniam ablegatum talis aureis quaſi ad puerilis leuitatis exprobra- C tionem donat. Hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam non miſericordia gentis faciebat, nec reſpectus cognationis, ſed quod Syriæ regnum affectabant, vſuri Demetrio aduerſus Antiochum fratrem prout res, & occaſio tuliſſet. *Iuſt. l. 38.* [a] ארס אחש

D Luſtrum LVIII conditum à Cenſoribus Serrano Conſule monent tabulæ Capitolinæ. Furius Coſ. qui Mancinum Numantinis tradidit, haud multò feliciùs cum Numantinis pugnauit.

Hipparchus Æquinoctium vernum E *obſeruat* XLIII. *tertiæ periodi Calippicæ anno poſt mediam noctem quæ interceſſit inter Mechir vndetrigeſimum & trigeſimum*, h. e. inter Martij XXIII, & XXIV. *Ptol. l. 3. c. 1.*

L. Accius Serrano aut Mancino Coſſ. parentibus libertinis natus & F ſene iam Pacuuio Q. Ennij nepote floruit. *Lylius. Giraldus.*

(·.·) (·.·)

(·.·)

Digitized by Google

XV. XIX.

A.M.3865. Sel.178. V.C.619. Ante Dn. 135. Ioh. Hyrcani I.

Ser. Fuluio Flacco
Q. Calpurnio Piſone } Coſſ.

1. Mac. 16. 11. Ioſ. Ant. l.13. c.15. & belli Iud. l.1. c.2. SIMON A GENERO OCCISVS.

PTolemæus Abybi filius Simonis gener coniuratione cum Antiocho factâ Simonem ſocerum, ſocrum, & filiorum eius duos nouiſſimos magnifico conuiuio excipit, vbi iam lætiores vidit, ſocerum ac totum eius comitatum interfici iubet, tum ſceleris huius miniſtros mittit Gazaram, ad Ioannem occidendum, qui vnus ex Simonis filijs ſupererat, ipſe Hieroſolyma contendit, vrbem occupaturus. Ioannes ab amico præmonitus ſicarios ad ſe miſſos comprehendit, & iugulat, curſuque citato Ptolemæum anteuertit, & Hieroſolyma ingreſſus aduenienti Ptolemæo portas claudit, populo Simonis memoriæ apprimè fauente, & Ptolemæi parricidium meritò deteſtante. Occiſus eſt Simon exeunte anno Seleucidarum CLXXVII, vndecimo menſe, qui Schebat dicitur cùm Pontificatum tenuiſſet annos octo. Hieronymus in Dan. c. 9. *In Simonis morte ducenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus regni Syriæ finitur annus*, lege *centeſimus*. Patri ſuccedit filius Ioannes Hyrcanus dictus, confeſtimque parricidam inſecutus Docum vel Dagon arcem obſidet non procul ab Hierichunte ſitam. Atque hîc deſinit primi Machabæorum libri

A bri autor XL annorum hiſtoriam complexus. Ptolemæus ſocrum eiuſque filios duos conſultò ſeruauerat. Vbi Ioannem obſidionem vrgentem vidit, ſocrum patente loco flagris diſcindi iubet. Hoc ſpectaculo ſæpius repetito exanimatus Ioannes B obſidionem dimittit, ineunte anno Seleucidarum CLXXVIII, Niſan primo, Aprilis ſexto, feriâ tertiâ, currente ad medium anno Sabbathico. Solutâ obſidione Ptolemæus nihilominus ſocerum & filios eius interficit & Philadelphiam fugit, cuius C tyrannus tum erat Zeno Cotylas. Antiochus amoto proditore Ptolemæo proditionis tamen fructum ſibi vendicans, antequam augeſcerent Ioannis Hyrcani vires, Hieroſyma ſeptem exercitibus obſidet, *δ' μὲν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, α' δὲ τῆς Ὑρκανοῦ ἀρχῆς, ὀλυμπιάδος ρ' καὶ ξ' καὶ β'* lege *ὀλυμπιάδος ρ' καὶ ξα' τῷ β'*. D Vergebat ad exitum annus Sabbathicus, cóque faciliùs ad inediam redacti Hieroſolymitani, deditionem cùm abnuerent, eos omnes, quos bello inutiles videbant, vrbe pellunt. Eos Antiochus neq; capere E nec occidere volebat, ſed fuſtibus ad vrbem remeare cogebat, atq; ita miſeri vtrimq; fugati inediâ peribant, cùm adueniens Tabernaculorum feſtum Tiſri XV, Octobris XIV, feriâ quintâ ad miſericordiam commouit Hieroſolymitanorum animos. Ij igi- F tur admiſſis in vrbem, quos priùs eiecerant, mittunt legatos ad Antiochum, qui inducias octiduales rogent ad celebrandum feſtum. Antiochus Iudæorum pietatem admiratus & inducias dat, & hoſtias mittit in

ANTIOCHVS HIEROSOLYMA OBSIDET.

DAT INDVCIAS.

LLll iij

Digitized by Google

templo ſuo nomine ſacrificandas. Iudæi mirati quantum Antiochus Sidetes ab Antiocho Epiphane differret, rurſus legatos ad eum mittunt, pacem petunt, & impetrant, non iniquam, eóque Antiochum

PACEM. deinceps Σωτῆρα ϗ Εὐσεβῆ Seruatorem & Pium dictitarunt. Pacis conditiones fuerunt, vt Ioppes nomine tributum penderent, in belli ſumptus argenti talenta quingenta ſoluerent, obſides darent, cætera immunes ac liberi perſeuerarent. Euſebius à primo Cyri anno ad Simonis vltimum numerat annos cccccxxv. Ego biennio minus. Cauſſa eſt, quia Cyri regnum inchoat ab Olymp. LV primo anno. Ego à tertio. Quod Simonis filium ſemel atque iterum Ionathanem nominat, error eſt calami, vel hallucinatio.

Euſebius dem.euāg. l.8.p.245.

XVI. I.

A. M. 3866. Sel. 179. V. C. 620. Ante Dn. 134. Io. Hyrcani II.

P. Cornelio Scipione Æmiliano Africano II. } Coſſ.
C. Fuluio Flacco

Hyrcanus quærens vnde exolueret ea quæ Antiocho promiſſa fuerant, Dauidis tumulum aperit, atque inibi reperit argenti talentûm tria millia. Ita habuit abunde, vnde Antiocho ſatisfaceret, & deinceps milites mercenarios aleret, quod hactenus Mattathiæ filiorum nemo fecerat.

Ioſ. Ant. l.13.c.16. & belli Iud l.1. c.2.

Scipio Conſulatum nunquam pe- A tijt, bis Conſul factus eſt: cùm, inquam, Conſulatum non ſibi, ſed Q. Fabij fratris filio peteret, populus iterum Conſulem reduxit. Datum id virtuti eius & Reip. temporibus, quę magnum in Hiſpania ducem flagitabant.

Cicero Lælio Val.l.8.

B Quod autem ante vndecim annos Scipionis Coſ. frater Q. Fabius tentauerat, & ſequentes Impetatores neglexerant, id Scipio accuratè & feliciter præſtitit, vt luxu perditum, auaritia corruptum militem emendaret & obedientem redderet. Hæc C illi prima fuit cum vitijs pugna pugnata. Interim ciuis ſeruandi, quàm hoſtis perdendi ſtudioſior omnia conſilio potiùs, quàm impetu, quo barbaros potiſſimum valere ſciebat, gerenda ſibi proponit, nullam duce indigniorem vocem eſſe dictitans, D quàm ſi dicat. *Non putaram. Eodem temporis momento, quo Caſtra intrauit, edixit, vt omnia ex his, quæ voluptatis cauſâ comparaſſent, auferrentur, ac ſummouerentur. Conſtat tum maximum inde inſtitorum, & lixarum numerum cum duobus millibus ſcortorum abiſſe.*

Appianus.

Val.Max. l.2.c.7.

E

XVII. II.

A.M.3867. Sel.180. V.C.621. Ante Dn. 133. Io. Hyrcani III.

P. Mutio Scæuulâ
F L.Calpurnio Piſone Frugi } Coſſ.

P. Mutius Coſ. P. Mutij, qui Conſul erat A.V.C.579. filius, Muciani, qui biennio poſt Conſul factus eſt, frater iuris peritiſſimus fuit. Al-

tet Coſ. Piſo is eſt, qui Annales ſcri-
Liuij epitome l. 58. pſit. Ti. Sempronius Gracchus fœderi, quod quadriennio ante C. Mancinus pepigerat, feriendo Quæſtor interfuerat: quam ob cauſſam

GRACCHVS SEDITIONIS POENAS LVIT

Mancinij ignominiâ adſperſus à Senatu, qui Mancinum damnauerat, deſciuit & totum ſe populari auræ captandæ dedit vir ingenio promptus, eloquentiæ factioſæ. Igitur Tr. pl. factus legem fert, ne quis ex agro publico pluſquam quingenta iugera poſſideret: Quod ſupereſſet, id egentibus è populo diuideretur. Locupletes ſe poſſeſſionibus diuturnis moueri indignè ferebant. Senatus conuelli Reip. propugnacula cenſebat. Plebi ne hæc quidem largitio ſufficiebat. Attalus Eumenis F. Pergami rex nuper mortuus Populum Rom. hæredem ſcripſerat. Huius quoque opes egentibus diuidendas cenſet Gracchus. Huius ambitioſis largitionibus opponit ſe M. Octauius collega. Gracchus inaudito exemplo lege latâ collegæ poteſtatem abrogat. P. Mutius Coſ. primùm in Senatu, dein pro roſtris aduerſus Gracchum declamat. Gracchus nihilominus etiam in annum ſequentem Tribunatum ambit. Id exitioſum Reip. futurum eſſe videbat Senatus. Sed Conſuli ſatis animi non erat. Tum P. Naſica. *Qui vult*, inquit, *Remp. ſaluam, me ſequatur.* Ex templo in forum vſque Gracchum perſequitur. Seditione commotâ fragmentis ſubſelliorum ictus Gracchus occiditur & in Tiberim mergitur à Lucretio Ædili, qui eam ob cauſam Veſpillo dictus eſt. Cru-

A dum hoc remedium grauioribus malis cauſam præbuit. Exitium hoc Graccho dira omina portendiſſe refert Valerius Max. l. 1. c. 4.

SERVORVM REBELLIO.

Dum liberis populis compedes inijcit Roma, ſerui ruptis ergaſtulis graues motus excitant in Sicilia
B & Italia. Iamque iuſtum in Siciliâ exercitum confecerant, & Romanos exercitus fugauerant, cùm Piſo Coſ. aduerſus fugitiuos miſſus poſt varios ſucceſſus ad octo millia interfecit. Sinueſſæ quatuor millia ſeruorum oppreſſa ſunt. Minturnis qua-
C dringenti quinquaginta in crucem acti.

NVMANTIAE EXCIDIVM.

Numantini prœliandi cupidiſſimi erant, vt citâ morte, vel victoriâ lætâ fruerentur. Scipio contra, quantum poterat, pugnam detrectabat, querentique militi. *Mater*, inquit,
D *Imperatorem me, non bellatorem genuit.* Igitur duplici muro vrbem cingit, fluuium Durium præaltis ſudibus interiectis enſibus munit, nequis enatare poſſet. Ita aditu vndique interclusо ad ſummam inediam Numantinos adigit: vſque adeo vt neque
E corijs, nec herbis, neque cadaueribus parcitum ſit, cùm omnia experiri, quàm ſeruire mallent. Vbi nihil vſquam præſidij ſupereſſe conſtitit, legatos mittunt, ſe ſuaque dedunt. Sed maxima pars igne ſuis ædibus ſubiecto mutuis gladijs perire, quàm *Val. Max. l. 3. c. 2.*
F capi maluit. Qui in Scipionis manus venerunt, alij venditi, alij triumpho reſeruati ſunt. Quod ſupererat vrbis, id deletum eſt. Mereri id viſa eſt obſeſſorum cõtumacia: & Scipio in victos acerbiore ingenio erat.

XVIII. III. Olympias CLXII.

A.M.3868. Sel.181. V.C.622. Ante Dn. 132. Io. Hyrcani IV.

P. Popilio Lęnate } Coſſ.
P. Rupilio Nepote

PRupilius ex publicano factus Conſul in Siciliam mittitur. Taurominium & Ennam præcipua fugitiuorum pręſidia expugnat. Seruorum XXM occidit. Bello denique Seruili confecto Siculis ex decem legatorum ſententia leges ſcribit hoc & ſequente anno.

XIX. IV.

A.M.3899. Sel.182. V.C.623. Ante Dn. 131. Io. Hyrcani V.

P. Licinio Craſſo Mutiano L. Valerio Flacco } Coſſ.

ROMAE SIMVLTATES. LVſtrum LIX conditum à Q. Cæcilio Metello & Q. Pompeio inimiciſſimis, quorum ille A. V. C. 611, hic A. V. C. 613. Conſulatum geſſerat. Fuit hoc pridem in vſu, vt, ſi quod eſſet illuſtre inimicorum par, huic Cenſuram committerent, vt alterius alter ſeueritatem emolliret, & cenſuræ vis paulatim infringeretur. Sic Conſulum, ſic Tribunorum plebis alter alterius potentiam frenabat. Metellus in Senatu legendo C. Atilium Labeonem Tr. pl. præterit. Labeo Metellum de ſaxo deijci iubet. Id ne fiat, intercedunt collegæ.

A Attalus Eumenis filius ſiue Ariſtonici fratris expellice nati odio, ſiue Romani nominis ſtudio populum Rom. hæredem ſcripſerat circa A. V. C. 621. defunctus. Ariſtonicus id iniquè ferens partim promiſſis, partim vi ciuitates aliquot & bonam B regni partem ſibi adiungit. Ad hoc bellum mitti oppido cupiebant ambo Coſſ. Sed Craſſus Pont. Max. cùm eſſet, collegæ Flamini Martiali, multam, ſi à ſacris abſcedat, interminatur. In Aſiam aduectus Attalicæ prædæ congerendæ, quàm bello gerC endo ſtudioſiùs incubuit: cùm opem pollicerentur Nicomedes Bithyniæ, Ariarathes Cappadociæ, Pylemenes Paphlagoniæ, Mithridates Ponti reges. Cùm Craſſus perfunctoriè, Ariſtonicus intentiſſimè res gereret, meritas auaritiæ pœnas luit Craſſus D victus & captus. In carcere demum generis ſui memor cuſtodem virga percutit, & alterum oculum ſuffodit, vt ab eo occideretur. Græcæ linguæ dialectos quinque ita perdidicerat, vt qua quis lingua poſtulabat, ea decreta redderet. E

CRASSVS AVARITIAE POENAS LVIT.

Val. Max. l.8. c.7.

XX. V.

A.M.3870. Sel.183. V.C.624. Ante Dn. 130. Io. Hyrcani VI.

F M. Perpennâ Nepote } Coſſ.
C. Claudio Pulchro

PTolemæus ab adulatorib' Euergetes & Philolog', à populo κακεργέτης & Phyſcon dictus ob morum prauitatem & corporis turpitudinem

Iuſt. l.38. Epitome Liuij l 59.

TRYCONIS PORTENTUM HOMINIS. nem vultu deformis, ſtatura breuis, A & ſaginâ ventris non homini, ſed belluæ ſimilis, animo tamen, quàm corpore portentoſior fuit. Quippe fœditatem ſuam nimiâ perlucidæ veſtis ſubtilitate augebat, aliquantò impudentiùs, quàm ſi nudus incederet: prorſus quaſi aſtu inſpicienda B præbens, quæ omni ſtudio occultanda pudibundo viro erant. Huic profligatæ inuerecundię par ſęuitia erat, cuius deteſtatione ac metu territus populus in diuerſa lapſus erat. Solus igitur in tantâ vrbe cum ſuis relictus cùm regem ſe non hominum, ſed va- C cuarum ædium videret, edicto peregrinos ſolicitarat. Cùm autem peregrinis nihilo æquior quàm ciuibus eſſet, incenſâ à populo regiâ, clam in Cyprum profugere cogitur, contractoque mercenario exercitu ſorori pariter & patriæ bellum infert. Ar- D celſitum deinde maximum à Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra ſe regem facerent, interficit. Aliquantò ante ſororem prius filiâ eius virgine per vim ſtupratâ in matrimonium adſcitam repudiarat. Populus ergo deturbatis Phyſconis ſtatuis E ſorori eius regnum reſtituit. Ille hoc audito filium, quem ex eâ ſuſceperat iugulat, corpuſque eius in membra diuiſum & in ciſtâ compoſitum, matri die natali eius inter epulas offerri curat. Cuius immanitatis deteſtatio matris & populi luctum in fu- F rorem vertit.

(∴) (∴)

(∴)

XXI. VI.

A. M. 3871. Sel. 184. V. C. 625. Ante Dn. 129. Io. Hyrcani VII.

C. Sempronio Tuditano } Coſſ.
M. Aquilio Nepote }

CArneades Epicomi vel Philocomi filius, Cyrenæus in Stoicorum & Chryſippi maximè ſcriptis maxime verſatus tanta erat in literas intentione, vt & cæſariem & vngues nutriret, ne in his reſecandis tempus terere cogeretur. Obit quarto Olympiadis CLXII anno, cùm vixiſſet annos LXXXV vel XC celeberrimus nouæ Academiæ philoſophus. Succedit ei Aſdrubal Carthaginienſis à Græcis, & Latinis Clitomachus dictus. Is cum annos XL natus Athenas veniſſet, vt Carneadis diſcipulus eſſet, vbi Carthaginem captam audiuit A. V. C. 607. ad captiuos ciues ſuos cõſolandi cauſſâ librum miſit, cuius meminit Cicero Tuſculanâ III. *Diogenes Laertius.* CARNEADI SUCCEDIT CLITOMACHUS.

C. Gracchus Triumuir nihil Tiberij fratris quadriennio ante occiſi morte deterritus nouas ſuper agrorum diuiſione turbas excitat adiutus à collegis C. Carbone & Fuluio Flacco. Gracchorum ſoror Sempronia P. Africano nupſerat. Sed Africanus ſiue amore patriæ, ſiue quid ſimultatis ſuberat, Gracchi conatibus omnium conſtantiſſimè, an animoſiſſimè aduerſatur. Et forte commotior vegeto tamen & valenti corpore domum reuerterat. Poſtridie mortuus in lecto inuentus eſt multis ſcelus *Epit. Liuij l. 59. Cicero de Nat. deor. & ad Q. fratrem.* P. AFRICANI MORS.

MMmm

vxoris ſuſpicantibus. De morte tamen eius nulla quęſtio habita eſt. Factum id paulo poſt nouendiales ferias, cum gemini Soles in cœlo conſpecti fuiſſent. Nec deerant qui interpretarentur Solem alterum cœlo illatum, vel extinctum. Tribunitij clamores ac tumultus in dies augebantur. Metellus Macedonicus graues inimicitias cum Scipione exercuerat. Vbi interemptum conclamari audiuit in publicum ſe proripuit, vultuque mæſto. *Concurrite*, inquit, *ciues, mœnia vrbis noſtræ euerſa ſunt.*

Val. Max. l.4. c.1.

Ariſtonicus Craſſum, Ariſtonicum Perpenna vicerat & ceperat. Dum reliquias belli perſequitur, Aquilius Coſ. præceps in Aſiam venit, victorię gloriam intercepturus. Certamen diremit Perpennæ mors hominis noui, qui Conſul ante quàm ciuis factus eſt. Ita Aquilius de hoſtibus à Perpenna debellatis triumphauit.

Vell. l.2. Val Max. Oroſius. ARISTONICVS DEBELLATVR.

Hipparchus Æquinoctium vernum obſeruat quinquageſimo tertiæ periodi Calippicæ anno, Phamenoth primo, ante Occaſum Solis. Tempus conuenit cum Martij XXIII.

Ptol. l.3. c.2.

XXII. VII. Olymp. CLXIII.
A.M.3872. Sel. 185. V.C.626.
Ante Dn. 128. Io. Hyrcani VIII.

Cn. Octauio Nepote } Coſſ.
T. Annio Luſco

Euſeb. Iuſt. l.38. Ioſeph. l.13. c.16.

Antiochus Sidetes, cùm ſciret Parthos Syriæ inſidiari, vt ante octennium monuimus, occupandum bellum ratus, exercitum, quem

A multis finitimorum bellis indurauerat, aduerſus Parthos ducit. Sed luxuriæ non minor apparatus quàm militiæ fuit. Quippe LXXXM armatorum ſecuta ſunt CCCM lixarum, prorſus quaſi ad epulas non ad bellum pergeret. Erat in eius comitatu Hyrcanus cum magno Iudæorum numero. B Incidit forte Pentecoſte poſt Sabbathum, nempe Maj XXI, feriâ primâ. Antiochus totum exercitum biduùm iubet conſiſtere, ne quid obſtaret, quominus Iudæi ſua feſta celebrarent. Aduenienti Antiocho C multi orientis reguli occurrēte tradentes ſe regnaque ſua cum deteſtatione ſuperbiæ Parthicæ. Iamque tribus prœlijs victor Babyloniam occupauerat, cùm Phraates in Syriã ad occupandum regnum cum Parthico præſidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad ſua tuenda à Parthiâ reuoca- D retur. Cum autem propter hominum multitudinem exercitum ſuum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiſiſſet, ciuitates, vbi nihilo leuius Syrorum, quàm Parthorum iugum eſſe ſenſerunt, ad Parthos redeunt. E Dum huic malo mederi conatur Antiochus, à ſuis deſertus occiditur, & more regio à Phraate ſepelitur, cum decem circiter annos poſt Tryphonis necem regnaſſet. At in Ægypto Pt. Epiphanis filia Cleopatra, cùm à fratre Euergeta II, ſiue Phyſone I F irreconciliabili bello infeſtari ſe videret, Demetrium ex Parthia reducem audiens opem eius aduerſus fratris furores implorat. Demetrius non id cogitans vt afflictæ ſubueniret, ſed vt regnum eius inuaderet, dum aliena affectat, vt fieri amat,

ANT. SIDETES PERIT.

Iuſt. l.39. REDIT DEMETRIVS NIHILO MELIOR.

propria per Syriæ defectionem amiſit. Hæc tamen non vno anno geſta. Quæ attexit his Iuſtinus de Tryphone alieno loco aſſuta ſunt. Quippe Tryphon ante decennium perierat.

XXIII. VIII.

A. M. 3873. Sel. 186. V. C. 627. Ante Dn. 127. Io. Hyrcani IX.

L. Caſſio Longino } Coſſ.
L. Cornelio Cinna }

Ioſ. Ant. l.13. c.17. HYRCANI POTENTIA.

SYri auditâ Antiochi morte diſſenſionibus ineſtinis laborant. Hyrcanus hanc occaſionem rei bene gerendæ nactus Medabam obſidionis ſexto menſe capit Samegam, Sichemum, Σίκιμα occupat, templum Garizimitanum euertit μετ' ἔτη σ' ducentis annis poſtquam extructum fuerat. Quinquennium forſan huic extructioni datum. Alioqui templi huius extructio fuit inchoata annis quinque & ducentis ante hunc. Tanta vero fuit Hyrcani potentia, vt Idumæos perdomitos adegerit ad ſuſcipiendam circuncisionem & reliquos ritus Iudaicos. Ita deinceps Idumæi pro Iudęis habiti.

XXIV. IX.

A.M.3874. Sel.187. V.C.628. Ante Dn. 126. Io. Hyrcani X.

Mam. Aimilio Lepido } Coſſ.
L. Aurelio Oreſte }

LEpido collega datus fuerat Popilius abſens. Sed ſiue morte,

A ſiue quauis alia occaſione impeditus videtur non iniiſſe, ſed eius loco Oreſtes, & quidem poſt Kal. Martias, vt huius anni ſæculum duo Conſulum paria viderit, vt docet Piſo apud Cenſorinum. *Roma*, inquit, *conditâ anno* IↃXCVI (legendum IↃCXXVI) *ſæ-*

LVDI SAECVLARES.

B *culum accipit his Conſulibus* (nempe Longino & Cinnâ Kal. Ianuarijs) *quîs proximi ſunt Conſules M. Aimilius M.F. Lepidus C. Popilius II. abſens*. Cenſorinus paulò ante. *De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim, Varro & Liuius relatos eſſe pro-*

C *diderunt L. Martio Cenſorino, M. Manilio Coſſ. poſt Romam conditam anno ſexcenteſimo quinto. At Piſo Cenſorius & Cn. Gellius, ſed & Caßius Hemina, qui illo tempore viuebat, poſt annum factos tertium affirmant Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt,*

D *anno ſexcenteſimo octauo. In quindecimuirorum autem commentarijs notantur ſub anno ſexcenteſimo viceſimo octauo Mam. Aimilio Lepido, L. Aurelio Oreſte Coſſ.* Omnes hi verum dicunt præter Cenſorinum, qui perperam quartos putat ludos, qui facti ſunt

E anno V. C. 605. & 608. Sed Quindecimuiralium poſt annos decem & centum recurrentium quarti conueniunt huic anno V. C. 628 Varroniano, 627 Catoniano. Quindecimuiralium ludorum ſeries hæc fuit.

F

Anni V. C. ſecundum Catonem	Varronem
1. 297	298
2. 407	408
3. 517	518
4. 627	628

5. 736	737.	*Auguſtus.* A
6. 846	847.	*Domitianus.*
7. 956	957.	*Seuerus.*
8. 1066	1067.	*Conſtantinus.*

Ne A. V. C. 1067 fierent, Conſtantinus vetuit, vt & filius eius Conſtantius vetuit ne fierent ludi Cente- B
narij, qui tempore eius inciderant in annum V. C. milleſimum centeſimum. Vix tanden anno V. C. 1157. Ethnici ab Honorio Imp. impetrarunt, vt ſexto eius Conſulatu ludi Terentini fierent ducentis poſt Seuerianos annis, quo modo inter lu- C
dos anni 608 & ludos anni 408 ducenti interceſſerant anni. Claudianus tamen centenarios vocat & eo nomine gratias Honorio agit.

XXV. X.

A.M.3875. Scl.188. V.C.629. D

Ante Dn. 125. Io.

Hyrcani XI.

M. Plautio Hypſæo } Coſſ.
M. Fuluio Flacco

Obſequēs. Oroſius l. 5. . .11.
MORRENDA LVES.

CVm in Africa locuſtarum ingens agmen herbas, folia, etiam E
amaros cortices arroſiſſet, ventus eas in mare diſijcit: mare rurſus in Cyrenes & Numidiæ oram mortuas eijcit, quarum mortifero vapore tanta lues orta eſt, vt octingenta hominū millia abſumpſiſſe dicatur, iuxta Carthaginem ducenta, ad Vticæ lit- F
tus triginta millia, ex quibus vno die MD. perijſſe dicuntur.

Velleius l. 2. Frontinus.

Luſtrum LX conditum à L. Caſſio Longino & Cn. Seruilio Cæpione Cenſorib⁹. Cenſa ſunt ciuium CCCXC millia DCCXXVI. Hi Lepidum Aimilium augurem, quod ſex millibus ædes conduxiſſet, adeſſe iuſſerunt.

Epit. Liuij l. 60.

Cum Maſſiliam fidiſſimam Romanis & amiciſſimā ciuitatem [a] Salyes ſiue Saluij Galli vel Ligures infeſtarent, Eduos Aruenni & Allobroges, primus Fuluius Coſ. Alpes tranſgreſſus Gallos aliquot prœlijs domuit. Bellum hoc Allobrogicum dictum eſt. Tyrij nouam æram condunt cuius annus CCCCII apud Euſebium incidit in Olympiadē CCLXIV.

Epit. Liuij l. 60. Florus.
a Marquiſat de Saluſſe.

XXVI. XI. Olympias CLXIV.

A.M.3876. Scl.189. V.C.630.

Ante Dn. 124. Io.

Hyrcani XII.

C. Caſſio Longino } Coſſ.
C. Sextio Caluino

Euſebius. Ioſ. Ant. l. 13. c. 17. Iuſtin l. 39.

ANtiochenſes & reliqui Syri inueterato in Demetrium odio flagrantes ad Ptolemęum (Ioſephus Phyſconem vocat, quem pleriqne vocant Euergetem II) mittunt legatos regem petituros aliquem ex ſtirpe Seleucidarum. Mittit Euergetes Alexandrum Zebinam. Is Demetrium quidem prœlio vincit Olymp. CLXIV, ſed mox à Demetrij filio Antiocho Grypo vincitur. Antiocho Sidetę ſuperſtes fuit Demetrius quadriennium. Antiochus Grypus regnat annos XII. Euergetes II, ſiue Phyſon I, idem Alexandri Zebinæ ſubornator & proditor reconciliata ſororis gratia filiam ſuam Tryphenam tradit Grypo ob naſi magnitudinem ita dicto.

XXVII. XII.

A.M.3877. Sel.190. V.C.631. Ante Dn.123. Io. Hyrcani XIII.

Q. Cæcilio Metello } Coſſ.
T. Quinrio Flaminio }

Epit. Liuij l.61.

C. Sextius proconſul victa Saluiorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus atque à nomine ſuo ita appellatas. Metellus Coſ. Macedonici, qui A.V.C. 611 Conſul fuit, filius Baleares inſulas piraticâ rabie maria corrumpentes perdomat, & Balearici cognomentum adipiſcitur frater Dalmatici, qui Conſul fuit A.V.C. 637.

Strabo l.13. Plin. l.7. Liu. l.60.

C. Gracchus Tiberij ante decennium occiſi frater Tribunatum plebis conſecutus non tantum popularis auræ ſtudio, ſed & Senatus odio omnia molitur, quibus plebeijs obſequatur, & incommodet patricijs. Inter cætera legem fert, vt ſemiſſe & triente frumentum plebi tribuatur: vt à Senatoribus ad equites iudicia transferantur. Has & alias ob cauſſas tribunatus ei inſequentem annum continuatur.

Appianus. Plutar. in Gracchis.

XXVIII. XIII.

A. M. 3878. Sel. 191. V. C. 632. Ante Dn. 122. Io. Hyrcani XIV.

Cn. Dominio Ahenobarbo } Coſſ.
C. Fannio Strabone }

A *LVnæ trinæ Cn. Domitio C. Fannio Coſſ. apparuere, quos plerique appellauerunt ſoles nocturnos.* Hic Domitius eius, qui Conſul fuit A. V. C. 592, filius C. Sextio ſuccedens Aruernos & Allobroges, quod Teutomalium Saluiorum regem fugientem excepiſſent, & Æduis incommodaſſent, bello vexat & ad Vindalium vrbem, vbi Sulga Rhodano commiſcetur, illuſtri prœlio ſuperat: ad XXM occidit, tria millia capit.

Plin. l.2. Epit. Liuij l.61. Florus. Strabo.

I. XIV.

A. M. 3879. Sel. 192. V. C. 633. Ante Dn. 121. Io. Hyrcani XV.

Q. Fabio Maximo } Coſſ.
L. Opimio Nepote }

D *OMnium generum bonitas fuit L. Opimio Coſ. natali vrbis* DCXXXIV, *eaque cœli temperies fuit, quam cocturam vocant, ſolis opere. Durantque adhuc vina ducentis ferme annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi. Etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt, nec potari per ſe queunt, ſi non peruincat aqua.* Hæc Plinius æram V. C. inchoans à XXIII Iphiti anno.

Plin. l.14. c. 4. VINVM OPPIMIANVM.

Fabius Coſ. eius, qui A.V.C.609. Conſulatum geſſit, filius in Galliam miſſus aduerſus Allobroges & Bituitum Aruernorum regem tam feliciter pugnauit, vt, cùm quartanâ febri laboraret, eâ liberatus ſit, & CXXM hominum cæſis Galliam Narbonenſem in prouinciæ formam redegerit, vnde & Allobrogicus dictus eſt. Bituitus tamen, ſiue à Fa-

Epit. Liuij l.61. Plin. l.7. PROVINCIA.

bio, ſiue à Domitio fraude potiùs, quàm bello captus eſt. Senatus hunc punire noluit, quia id contra fidem erat, nec dimittere, quia contra pacem videbatur. Albæ igitur cuſtodiendus datus eſt.

Appianus. lib. 1. Plut. in Gracchis. GRACCHVS FRATRISSAT.

C. Gracchus Ti. fratris veſtigia ſequens eodem quoque modo perijt. Cum Tribunus eſſet, obtinuerat vt Carthaginem colonia deduceretur. Alius Tribunus alio ducendam cenſebat monente Senatu. Hinc iurgia. Graccho fauebat Fuluius, qui A.V.C. 629 Conſul fuerat. Occiditur primùm L. Opimij Coſ. miniſter. Poſtridie L. Opimius armato Senatu in Gracchum fertur, eumq; & Fuluium occidit. Populus placatur. Concordiæ templum ſtruitur. Sed hæc cruenta concordia diſcordias multas peperit.

II. .XV. Olympias CLXV.

A.M.3880. Sel.193. V.C.634. Ante Dn. 120. Io. Hyrcani XVI.

P. Manilio Nepote
C. Papyrio Carbone } Coſſ.

Iuſt. l. 39.

CLeopatra Pt. Philometoris filia Alexandro Epiphani, Demetrio Nicatori, & Antiocho Sidetæ nupta, nulli ſatis fida, cùm ex Demetrio filios duos peperiſſet, totidemque ex Antiocho, Antiochi quidem filios Cyzicum ablegauerat, vt illic tutò nutrirentur, Demetrij vero filiorum alterum interfecerat, alterum nempe Grypum hactenus regem conſtituerat, vt nomen regis A penes filium, ius autem omnis imperij penes ſe eſſet. Vbi Zebina ſubmoto Phyſconis affinitate ſe ſubnixum vidit, filij potentiam ſuſpectans venenum parat. Grypus prædictis ante inſidijs veluti pietate cum matre certaret, bibere ipſam iubet, abnuenti B inſtat. Poſtremùm prolato indice eam arguit, ſolam defenſionem ſceleris ſupereſſe affirmans, ſi bibat, quod filio obtulit. Sic victa regina ſcelere in ſe verſo, veneno, quod filio parauerat, extinguitur. Parta igitur ſecuritate, Grypus octo annis C quietem & ipſe habuit, & regno præſtitit.

Euſebius. Ioſephus Ant. l. 13. c. 17. & bello Iud. l. 1. c. 2.

Hyrcanus victorias perſequens poſt Sichima capta, vt ante ſeptennium monuimus, etiam alias Iudææ vrbes capit, Doreum, Mariſſam, &c. Euſebius Samariam quoque hoc an- D no captam putat. Nos putamus eum deceptum vno plus minus decennio. Luſtrum LXI à Q. Metello Baleari co, & L. Piſone Frugi Cenſoribus conditum putat Sigonius, quorum ille triennio, hic tredecim ante annis Conſul fuit. Panuinius pro Piſone E Q. Seruilium Cæpionem ponit, qui Conſul fuit A. V. C. 614.

III. XVI.

A. M. 3881. Sel. 194. V. C. 635. Ante Dn. 119. Io. F Hyrcani XVII.

L. Cæcilio Metello
L. Aurelio Cottâ } Coſſ.

Plut. in Mario.

MEtellus Coſ. Calui, qui A. V. C. 612 Conſul fuit, filius à

C. Mario Tribuno plebis in carcerem conijcitur. His auſpicijs ſex Conſulatus adeptus eſt Marius homo nouus, cùm iam plebeiorum factio ferrea, patriciorum lutea eſſe inciperet, vt à Daniele prædictum fuerat c. 2.

IV. XVII.

A.M.3882. Sel.195. V.C.636. Ante Dn. 118. Io. Hyrcani XVIII.

M. Porcio Catone }
Q. Marcio Rege } Coſſ.

Gell. l. 13. c. 18. Obſequēs.

FVit hic Cato ſatis vehemens orator, M. filius, nepos eius, qui A. V. C. 559 Conſul fuit. Is, cùm ob motus aliquos Africam prouinciam ſortitus eſſet, & ob eam cauſſam immolaret, inueniſſe dicitur exta tabida, iecur ſiue capite, neque multò poſt obijt. Nempe ijs demum exitioſa ſunt auguria, qui augurijs inhiant. Colonia Narbonam deducitur in Gallia teſte Eutropio l. 4. Q. Marcius Coſ. filium vnicum optimę ſpei cùm amiſiſſet, ita dolorem altitudine conſilij coercuit, vt à rogo iuuenis protinus Curiam peteret. Senatumque, quem eo die lege habere oportebat, euocaret.

Val. Max. l. 5. c. 6.

V. XVIII.

A.M.3883. Sel.196. V.C.637. Ante Dn. 117. Io. Hyrcani XIX.

L. Cęcilio Metello Diademato }
Q. Mutio Scæuulâ } Coſſ.

Euſebius.

PT. LATHYRUS.

A PT. Euergetæ II, ſiue Phyſconi I, aut Philologo, cùm annos vndetriginta regnaſſet, ſuccedit filius Pt. Euergetes III, ſiue Phyſcon II, idemque Lathurus & Soter dictus, regnatque annos XVII. Phyſcon ἀπὸ τῦ φυσκῦ dicitur is, cui *Pinguis aqualiculus diſtento ſeſquipede extat.* B Hoc cognomen patri à figura corporis inditum filius retinere non eſt dedignatus. Lathuri, vero & Soteris non admiſit, vt docent eius nummi, quorum inſcriptiones refert Scaliger in Euſebium p. 137. Λάθυρον ὀσπρείου εἶδος C inquit Heſychius, Galenus quoque Theophraſtus & alij λάθυρον inter legumina recenſent. Hic igitur Lathyrus dici potuit, quomodo & M. Tullius Cicero dictus eſt. Ioſephus Λάθυρον vocat, vt & Clemens Strom. 1, qui tribuit ei annos 36. Euſebi' Phyconem vocat, eiq; tribuit annos 17. D Vterque non male. Metellus Coſ. Diademâtus dictus, quod vlceris cauſſâ diu frontem obligarit, in Dalmatiam iam inde ab A. V. C. 599 victam delatus à Dalmatis amicè excipitur, Salonæ hybernat. Mox triumphanti E libidine crimen aliquod eis affingit, bellum infert. Opibuſque eorum acciſis, exercitu Romam deportato, quaſi re bene geſta triumphat & Dalmaticus dicitur. Ita Metellus non minus intus, quàm in cute vlceroſus erat.

Appianus. Epit. Liuij l. 62. Plut in Coriolano.

F Componendis inter Genuates & Viturios controuerſijs Senatus Q. & M. Minucios Q. F. Rufos fratres mittit, qui in re præſente cognouerunt, & huius litis à ſe iudicatæ monumentum reliquerunt. Horum fra-

Inſcriptio apud Sigonium.

Digitized by Google

trum alter octauo poſt anno Conſu- A latum meruit.

VI. XIX. Olympias CLXVI.

A.M.3884. Sel.197. V.C.638. Ante Dn. 116. Io. Hyrcani XX.

C. Licinio Geta
Q. Fabio Maximo Eburno } Coſſ.

Iuſt.l.39. PT. Euergetes II ex Cleopatrâ ſororis & vxoris ſuæ Cleopatræ filiâ tres filias habuerat Cleopatram, C Selenem, Tryphænam, filios duos Phyſconem II, ſiue Lathurum I, & Alexandrum. Tryphæna Grypo nupſit, Selene Cyziceno, Cleopatra Lathuro fratri. Mater regnum Alexandro, quàm Lathuro tradere malebat. Sed cùm obſtaret lex & populus, cui D regnum eripere non poterat, chariſſimam vxorem auellit, eamque Cyziceno donat. Semelem viciſſim à Cyziceno repudiatam filio Phyſconi II, ſiue Lathyro I dat. Diu, idque vario ſucceſſu inter ſe pugnarunt Grypus & Cyzicenus. Cùm pri- E mo prœlio victor Grypus vxorem Cyziceni Cleopatram cœpiſſet, ſoror eius Tryphęna hoſtili animo eam inſecuta ad pœnam depoſcit. Pudebat Grypum tantæ vecordiæ. Sed quantò Grypus abnuit, tantò ſoror muliebri pertinacia accenditur, rata F non miſericordiæ hæc verba, ſed amoris eſſe. Itaque percuſſores immittit, qui miſellam templi religione ſeſe tutantem & Deæ ſimulachrum *Feſtus.* amplexantem confoderent. *Pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum quem quis amabat, pullum eius dicebant.* Græci πῶλον. Ita Ioui nouum Ganymedem affingebant deorum tam impij deriſores quàm B cultores.

VII. I.

A.M.3885. Sel.198. V.C.639. Ante Dn. 115. Io. Hyrcani XXI.

M. Aimilio Scauro
M. Cæcilio Metello } Coſſ.

SCauri in Conſulatu petendo competitor fuerat Rutilius. Is *Cicero in Bruto.* repulſam paſſus Scaurum ambitus accuſat. Scaurus abſolutus Rutilium eiuſdem criminis inſimulat. Ambo tam meritò accuſati, quàm immeritò abſoluti. Scaurus autem patricij *De viris illuſtrib.* quidem filius erat, ſed adeò pauperis vt carbonariam ageret, cumque dubitaſſet an argentariam ageret, cauſſis agendis animum applicuit, cuius quæſtum quauis argentaria longe vberiorem deprehendit. Fuiſ- *Strabo l.5.* ſe autem non tantum diſertum oratorem ſed & ſeuerum Imperatorem docent res ab eo in Liguria geſtæ, & ſingulare cōtinentiæ militaris exemplum. *Pomifera arbor, quam in pede* *Front.l.4.* *caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu, qui ſub M. Scauro meruit, intactis fructibus relicta.*

Digitized by Google

VIII. II.

A.M.3886. Sel.199. V.C.640.
Ante Dn. 114. Io.
Hyrcani xxII.

M. Acilio Balbo
C. Porcio Catone } Coſſ.

Epitome Liuij l.63. LVſtrum LXII conditum à L. Metello, qui quinquennio ante Conſul fuerat, & Cn. Domitio Cenſoribus. Cenſa ſunt ciuium capita CCCXCIV millia CCCXXVI. Scaurus ſuperioris anni Conſul princeps Senatus dictus. Hic honos eloquentiæ potiſſimùm datus. C. Cato Coſ. frater eius, qui quadriennio ante Conſul erat, Cenſorij nepos, Africani II ſororis filius cum Scordiſcis tam infeliciter pugnauit, vt totus pene eius exercitus interceptus ſit. Sed victoriam incautiùs & inſolentiùs perſequentes Thracas T. Didius Prætor repreſſit. *Vell. l.2. Florus. Rufus.*

Val. Max. l.3.c.7. & l.6.c.8. M. Antonius Ciceronis laudibus, quàm ſuis orationib' illuſtrior, cùm in Aſiam Quæſtor proficiſceretur, iam Brunduſium aduectus certior fit inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem, cuius tribunal propter nimiam ſeueritatem ſcopulus reorum dicebatur. Lex Memmia vetabat eorum, qui Reip. cauſſa abeſſent, nomina recipi. Antonius legis beneficio renuntians in vrbem recurrit. Accuſatores ſeruum Antonij in quæſtionem perſeuerantiſſimè poſtulabant. Id quoq; teſtimonium recuſare poterat Antonius. Patitur tamen ſeruum ſuum queſtioni ſubijci. Is plurimis laceratus verberibus, eculeo impoſitus, candentibus etiam laminis vſtus, accuſatorum expectationem fidei conſtantia fruſtratus eſt.

IX. III.

A.M.3887. Sel.200. V.C.641.
Ante Dn. 113. Io.
Hyrcani XXIII.

C. Cæcilio Metello Caprario Cn. Papyrio Carbone } Coſſ.

C. Metellus Coſ. licet patrem & tres fratres Conſulares haberet, tamen ex contumelia Caprarij nomen traxit. Triumphauit nihilominus hoc ipſo anno ex Macedonia, frater eius ex Sardinia eodem die ambo. *Vell. l.2. Eutrop l.4. Cicero de orat. l.2. Tacitus. Vegetius. Epit. Liuij l.63.*

Cimbri Cherſoneſi, quæ hodie Holſatia dicitur, accolæ latrocinijs ita aſſueuerant, vt Germanis Cimbri latrones dicerentur. Horum rapinas vlciſcitur Deus effuſo in terras eorum mari. Ita ſedibus ſuis pulſi, aliquandiu palantes & vagi errarunt. Tandem cum Teutonibus aliquot in Illyricum delati Cn. Carbonem Coſ. acie ſuperant, profligant, exercitu exuunt.

X. IV. Olymp. CLXVII.

A.M.3888. Sel.201. V.C.642.
Ante Dn. 112. Io.
Hyrcani XXIV.

M. Liuio Druſo
L. Calpurnio Piſone } Coſſ.

Euſebius. Ioſ. Ant. l. 13. c. 17. Iuſt. l. 39. INCESTVS PTOLEMAEORVM.

INceſta coniugia cognationum portenta pariunt. Cleopatra Pt. Philometoris filia duobus fratribus nupſit. Ex Demetrio Nicatore Antiochum Grypum peperit, ex Antiocho Sidere duos Antiochos Cyzicenũ & Philometorem. Patrueles igitur erant Grypus & Cyzicenus, ijdemque fratres vterini. Cleopatra Demetrij Nicatoris, metu ſecundi ſui mariti Antiochi Sideris filios Antiochos, Cyzicenis educandos dederat, Hinc maior Cyziceni cognomen adeptus poſtquam ex ephebis exceſſit, aduerſus Grypum arma capit, eoque ſuperato, regnum occupat annos XVIII. Dum parricidialibus odijs æſtuant Seleucidæ, horum iugum prorſus excutiunt Iudæi, vt deinceps nec tributi, nec ſocietatis nomine ὔτε ὡς ὑπήκοος, ὔτε ὡς φίλος, quidquam illis penderet Hyrcanus. CyzicenusGrypum quidem prehendere non potuit, ſed vxore eius Tryphænâ potitus lege talionis in eam vſus eſt, eamque ſceleris ante quadriennium perpetrati pœnas luere iubet.

Epit. Liuij l. 63. Florus.

Scordiſci à Gallis oriundi Romanorum fines populati finium ſuorum parte mulctantur à Druſo Coſ. Danubium tranſire vetiti.

XI. V.

A. M. 3889. Sel. 202. V. C. 643. Ante Dn. 111. Io. Hyrcani XXV.

P. Cornelio Scipione Naſicâ L. Calpurnio Beſtia } Coſſ.

A NAſica Coſ. Serapionis, qui A. V. C. 616. Coſ. fuit, filius in Ædilitatis petitione repulſam paſſus Conſulatum nihilominus obtinuit. Sed in eo mortuus maiorum famam non eſt aſſecutus.

Saluſtius. BELLVM IVGVRTHINVM.

Micipſa Maſaniſſæ filius Numi-
B diæ rex ſuper duos filios Hiempſalem & Adherbalem tertium Iugurtham adoptauerat, quaſi fraterno amore filijs, quos genuerat, conſulturum, ignarus ſe agnos lupo committere. Micipſa mortuo Iugurtha primum Hiempſalem amolitur, dein
C in Adherbalem arma mouet. Adherbal profugus à Romanis auxilium petit. Mittit Romam & Iugurtha, vrbemque vænalem comperit, ſi emptorem inueniſſet. Senatus auro corruptus mittit legatos, qui regnum inter latronem & Adherbalem
D diuidant. Hi quoque pretio empti iniquam partitionem inſtituunt. Sed ne hoc quidem contentus Iugurtha digreſſis legatis Adherbalem imparatum in oppido Cittha obſidet, capit, iugulat. Tum demum in Iugurtham mittit Senatus, exercitũ
E duce Calpurnio Coſ. Sed is quoque cognomine ſuo dignus muneribus placatus flagitioſam pacem init, quam ideo Senatus improbauit; quia habebat, quod pridem optabat, iuſtum inuadendæ Numidiæ titulum, h. e. ſpecioſum prætextum.
F

XII. VI.

A. M. 3890. Sel. 203. V. C. 644. Ante Dn. 110. Io. Hyrcani XXVI.

Digitized by Google

M. Minutio Rufo
Sp. Poſthumio Albino } Coſſ.

Ioſ. Ant. l.13. c.18. & belli Iud. l.1. c.2.

HYrcanus hoc circiter anno Samariam obſidet. Samaritanis opem fert Antiochus Cyzicenus, qui & Aſpendius dictus. Hunc in fugam agunt Hyrcani filij Ariſtobulus & Antigonus. Copias reparat Cyzicenus, ſuppetias etiam ei ferente Pt. Lathuro. Sed fruſtra fuit. Iterum enim ab Hyrcani filijs profligatus eſt. Et Lathuri mater tam iniquo animo tulit copias aduerſus Hyrcanum miſſas, vt vel hinc conſilium ceperit exturbandi regno filij, quod tamen decimo demum poſt anno perfecit. Hyrcanus tandem Samariam fame enectam capit, & ſolo æquat. En quò Ptolemæos & Seleucidas deduxit inceſtus luxus & ſæua perfidia, vt qui olim Aſiæ & Africæ terrori erant, munitiſſimam vrbem ab Hyrcani impetu liberare non potuerint.

Front. l.2. Saluſtius.

Minutius Coſ. aduerſus Thracas & Scordiſcos feliciter pugnat. Poſthumius Coſ. in Numidia turpiter & infideliter nundinatur.

XIII. VII.

A.M. 3891. Sel. 204. V.C. 645. Ante Dn. 109. Io. Hyrcani XXVII.

Q. Cæcilio Metello
M. Iunio Silano } Coſſ.

חסידים

EX quo Bacchides & Alcimus Haſidæos vel Chaſidæos LX iugularunt, vt ante annos LII diximus, A nullam deinceps horum mentionem video, nullum, inquam, *σύστημα* hominum, qui *κυρίως* Haſidæi dicti fuerint. Sed quaſi eorum loco exortæ tres ſectæ occurrunt, ſiue Hæreſes, nempe Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſenorum, forſan huius ipB ſius Chaſidæorum interitus occaſione. Sadducæi quippe Iudæorum Epicurei hinc blaſphemiæ ſuæ occaſionem ſumpſerunt, nihil fato fieri omnia in noſtra manu eſſe & à noſtra voluntatis arbitrio pendere. Eſſeni contra Iudæorum Monachi omnia C fato fieri contendebant. Eſſenij, Eſſæi, Syriace *Chaſaiae*, ὅσιοι à ſanctitate dicti, quemadmodum Chaſidæi à miſericordia, Sadducæi à iuſtitia vel à Sadoko. Mediam viam ineuntes Phariſæi docebant quædam à fato, h. e. à prouidentia, quædam à libeD ro hominum arbitrio pendere. Putant quidam dictos quaſi *Mephraſchim*, i. *expoſitores legis*. Melius Scaliger & Druſius qui *Peruſchim* dici monent q. d. ἀφωρισμένον, eximios, ſanctos. Harum trium ſectarum prima mentio occurrit apud Ioſephum E Ant. l. XIII. c. IX. annis circiter viginti poſt Haſidæos extinctos. Eſſeni in agris monaſticam & auſteriſſimam vitam agebant. Sadducæi palàm ambitioſi optimatum gratiam venabãtur. Phariſæi callidiores, dum apud populum famam ſanctitatis F captant, etiam principibus timendos ſeſe præſtiterunt. Ab his educatus Hyrcanus hactenus eos magno ſtudio coluerat.

SADDVCAEI.

ESSENI.

Hebraic חסיד *fideles Pſ.17.8. Syriac* חסי *ὅσιος.* חסיאי *ὅσιοι.*

מפרשים
פרושים

Forte accidit vt Hyrcanus Phariſæos omnes ſplendidiſſimo conui-

PHARISAEO-

RVM IN ASAMONAEOS ODIVM.

Ioſ. Ant. l.13. c. 18. Ioſephus Gorionides c. 29.

uio exciperet. Vbi alacres eos vidit, A
rogat, quid in ipſo deſiderent, aut ad
ſummam ſanctitatem deeſſe putent,
Collaudantibus eum omnibus vnus
Eleazarus adducto ſupercilio. *Si vis*,
inquit, *iuſtus eſſe, Pontificatum abdica.*
Curita? inquit Hyrcanus. *Quia*, in-
quit Eleazarus, *tempore Antiochi Epi-* B
phanis mater tua ſeruitutem ſeruijt. At
neq;id verum eſt, inquit Hyrcanus, *nec*
ſi verum eſſet, hoc mihi fraudi eſſe de-
beat. Ita conuiuij hilaritatem abru-
pit omnium in Eleazarum indigna-
tio. Tum Ionathan Sadducæus Hyr-
cano in aurem ſuggerit. *Non eſt quod* C
vni Eleazaro ſuccenſeas. Omnium Pha-
riſæorum hoc inuentum eſt, vt vt Elea-
zari ſententiam in ſpeciem improbent.
Si dubitas, roga, quam pœnam commeri-
tum Eleazarum cenſeant. Cùm etiam
in alios indulgentiores & populares
eſſent Phariſæi, in ſui ordinis virum D
triſtem ſententiam ferre iniquum vi-
debatur. Reſpondent igitur flagra &
vincula commeritum videri. Tum
Hyrcanus vera Ionathanem mo-
nuiſſe arbitratus repudiata Phariſæo-
rum ſecta ad Sadducæorum caſtra
tranſit, vir alioqui Ioſephi iudicio E
tantus, vt ne prophetiæ quidem ex-
pertem eſſe crediderit. Phariſæi, quo
foris ouina pelle manſuetiores, eò
intus truculentiores, quam ab Hyr-
cano non potuerunt, ab eius filio
Alexandro vltionem repetiuêre ani- F
mo infenſiſſimo poſt annos ſeptem-
decim.

Val. Max. l.2. c.7.

Cùm in Africâ Sp. Albini indul-
gentiâ exercitum corrupiſſet, Metellus
Conſul omnibus imperij neruis ad reuo-
candam priſtinæ diſciplinam militiæ con-
niſus eſt. Protinus namque lixas è caſtris
ſummouit, cibumque coctum venalem
proponi vetuit: In agmine neminem mi-
litum miniſterio ſeruorum iumentorum-
que, vt arma ſua, & alimenta ipſi fer-
rent, vti paſſus eſt. Caſtrorum ſubinde lo-
cum mutauit: eadem, tanquam Iugur-
tha ſemper adeſſet, vallo foſſaque aptiſſi-
mè cinxit. Quid ergo reſtituta continen-
tia, quid repetita induſtria profecit? Cre-
bras ſcilicet victorias, & multa trophæa
peperit ex eo hoſte, cuius tergum, ſub am-
bitioſo imperatore, Romano militi videre
non contigerat.

XIV. VIII. Olymp. CLXVIII.

A.M.3892. Scl.205. V.C.646.

Ante Dn. 108. Io.

Hyrcani XXVIII.

Ser. Sulpitio Galba }
M. Aimilio Scauro } Coſſ.

LVſtrum XLIII Romę conditum.

XV. IX.

A.M.3893. Scl.206. V.C.647.

Ante Dn. 107. Io.

Hyrcani XXIX.

L. Caſſio Longino }
C. Mario Nepote } Coſſ.

Saluſtius.

MArius propter nouitatem Præ-
turam vix ante ſeptennium
adeptus, ab Ædilitate bis repulſus
Conſulatum, quem bonis artibus
deſperabat, præuaricatione obti-
nuit. Metellus procoſ. fortiter &
proſperè pugnabat in Numidia. Is
forte legatum Romam mittit Ma-

tium. Marius pro laudibus crimina ingerit. Metellum ſtudio bellum producere. Se, ſi eò mittatur, confeſtim Iugurtham adducturum, ſeu viuum, ſeu mortuum. Eâ ſpe conſulatum ei defert populus. Metello tamen, vbi res à ſe biennio geſtas expoſuit, nec triumphum negauit, nec Numidici cognomentum. Et Marius Metello nihilo diligentior fuit. Quippe triennium in Africâ moratus eſt. Res tamen tantas feciſſe creditus eſt, vt etiam abſenti contra leges Conſulatus delatus ſit. Atque, ita, quo die ſecundum Conſulatum inijt, eodem de Iugurthâ victo & capto triumphauit.

XVI. X.

A. M. 3894. Sel. 207. V. C. 648. Ante Dn. 106. Io. Hyrcani xxx.

C. Atilio Serrano
Q. Seruilio Cæpione } Coſſ.

Euſebius. Plin. l. 37. c. 2. Gell. l. 15. c. 18.

M. Tullius Cicero eloquentiæ Romanæ pater Arpini naſcitur matre Heluia, patre equeſtris ordinis ex regio Volſcorum genere, eodemque anno prid. Kal. Oct. naſcitur Cn. Pompeius Magnus annis cxxxv ante Vinitij & Caſſij Conſulatum, vt docet Velleius, idq; Seruilio Cæpione Coſ. vt Cicero teſtatur in Bruto. Hic Cæpio eius, qui anno V. C. 614 Conſul fuit, filius, obtinere conatur, vt iudiciorum poteſtas, quæ A. V. C. 631 à Senatoribus ad equites tranſlata fuerat, ſaltem cum Patricijs communicaretur.

Iuſt. l. 36. Oroſ. l. 5. c. 15. Gell. l. 3. Strabo l. 4. AVRVM TOLOSANVM.

A Galli anno V. C. 475. templum Delphicum ſpoliarant, eamque ob cauſſam diris cladibus affecti fuerant. Quam ob cauſſam, quibus in patriam reuerti licuit, ſacrum illud & exitioſum aurum in templo Toloſano depoſuerant ad centum & decem B millia pondo auri, argenti pondo centum & quindecim millia, h. e. auri decem milliones & quod excurrit, argẽti libras Turoneas 1760000. Hæc, inquam, depoſita ſunt in templo vel lacu Apollini ſacro. Cæpio Conſul in Galliam miſſus Tectoſa- C gis bellum infert, Toloſaque capta theſaurum Delphicum diripit. Vnde factum vt Cæpio & quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabilique exitu perierit. Huiuſmodi conſimilia multa paſſim narrauimus, quæ non Apollinis diuinita- D tem adſtruunt, ſed ſacrilegij diritatem demonſtrant. Cæpio in publicis vinculis ſpiritum depoſuit, corpuſque eius carnificis manibus laceratum in ſcalis Gemonijs iacuit.

Val. Max. l. 6. c. 9.

XVII. XI.

E

A. M. 3895. Sel. 208. V. C. 649. Ante Dn. 105. Ariſtobuli I.

P. Rutilio Rufo
Cn. Manilio vel Mallio Maximo } Coſſ.

F

Ioſ. Ant. l. 13. c. 19. & l. 20. c. 8. Et/ belli Iud. l. 1. c. 3.

IOannes Hyrcanus anno XXXI ſui Pontificatus obit, eique ſuccedit filiorum quinque vetertimus & teterrimus Ariſtobulus. Is petalo Pontificali non contentus regium

diadema ſuſcipit Tabernaculorum A feſto, annis ccccLxxxi, inquit Ioſephus, alias 471, poſt reditum à captiuitate Babylonica. Neutrum verum. Sed ab vltima captiuitate Babylonica quæ contigit xxiii Nabuchodonoſoris anno V. C. cLxviii ad Ariſtobuli principatum ſunt anni 481. B Hoc forte voluit, is à quo hæc mutuatus eſt Ioſephus. Vero propius Euſebius qui ait Ariſtobulum regnare cœpiſſe poſt ccccLxxxiiii annos captiuitatis Babylonicæ. Vno anno minus dixit, quàm par eſt. Siquidem Ariſtobulus cæpit regnare annos C 485 poſt captum Sedekiam. Ariſtobulus Ituræos perdomitos, vt nuper Hyrcanus Idumæos, cogit circunciſionem amplecti.

Oroſ. l. 5. c. 16. Epit. Liuij l. 67. Plut. in Lucullo. Tacit. de moribus Germ.

Cimbri, cùm ante octennium Carbonem fudiſſent, tamen in Galliam, quam in Italiam irrumpere ma- D luerant. A Gallis pulſi in Hiſpaniam vſque excurrerant: Sed hinc quoq; deiecti, tandem Italiam verſus curſum reflexerunt. His opponuntur quatuor exercitus Manilij conſulis & Cæpionis, Aurelij, Caſſijque proconſulum. Sed ſacrilegio Toloſano E fœdatos nihil iuuit. Pugna prid. Non. Octobris commiſſa. Ceciderunt Romanorum octoginta millia, calonum atque lixarum quadraginta, vt quidem Valerius Antias refert apud Oroſium & Liuium.

Val. Max. l. 2. c. 3.

Primus P. Rutilius acceſſitis ex F Cn. Aurelij Scauri ludo gladiatorum doctoribus vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus ingenerauit.

XVIII. XII. Olympias cLxix.

A.M. 3896. Scl. 209. V.C. 650. Ante Dn. 104. Alexandri Iamnæi I.

C. Mario Nepote II.
C. Flauio Fimbriâ } Coſſ.

Ioſ. Ant. l. 13. c. 19.

Ariſtobulus Antigonum fratrum nouiſſimum regno deſtinans, reliquos tres in vinculis habebat. Matrem id iniquiùs ferentem inedia mori iubet: Vxor Salome, mariti parricidium deteſtata, & Antigonum exoſa dolore diſſimulato maritum monet ab Antigoni inſidijs ſibi caueat. Has calumnias ſemel atque iterum ſpreuerat Ariſtobulus. Tandem in lecto iacenti nuntius indicat Antigonum magno ſtipatum comitatu ad feſtum Tabernaculorum veniſſe. Ariſtobulus Salomes monitu mittit ad Antigonum, qui iubeat inermem ad ſe venire. Salome contra clam mandat Ariſtobulum cupere Antigoni πανοπλίαν videre. Erat illi iter faciendum per Baris ſpeluncam. Illic cuſtodes apponit Ariſtobulus addito mandato, vt Antigonum, ſi inermis veniret, honeſtè exciperent, ſin armatus, occiderent. Forte Iuda quidam Eſſenus prædixerat eâ die Antigonum in turri Stratonis periturum, cum aliam ipſe Stratonis turrim neſciret, præter eam, quæ poſtea Cæſarea dicta eſt, & ſexcentis ſtadijs Hieroſolymis abeſt. Vbi Antigonum incolumem eâ die vidit, mortem ſibi imprecabatur, metuens ne falſi conuinceretur, ha-

Digitized by Google

ctenus pro vero propheta habitus. A
Paulò poſt audit Antigonum ad Barim, quæ tum & Stratonis turris dicebatur, & poſtea turris Antonia ab Herode dicta eſt, occiſum, neque multò poſt Ariſtobulus ipſe fratris deſiderio contabeſcens, ſanguinem ore vomens perijt, cum vnum an- B
num regnaſſet. Succedit ei frater Alexander Iamnęus cum reliquis à Salome, quæ & Alexandra dicebatur, ex carcere eductus, regnatque annos XXVI. In huius gratiam condita videtur æra, quam Euſebius Aſcalonitarum vocat A. D. 277, cuius ini- C
tium à ſequente Niſan.

XIX. XIII.

A. M. 3897. Sel. 210. V. C. 651. Ante Dn. 103. Alexandri II.

C. Mario Nepote III. } Coſſ.
L. Aurelio Oreſte

Ioſephus Ant. l. 13. c. 20.

ALexander Salomen Ariſtobuli fratris ſine liberis defuncti viduam fere quadragenariam ex præſcripto legis vxorem ducit, vt fratri E
ſemen ſuſcitet. Itaque quem primum ex eâ genuit, Ariſtobulum de nomine fratris dixit, cùm iam ex aliâ vxore ſuſcepiſſet Hyrcanum de nomine aui ita dictum.

Euſebius.

Turpilius Comicus admodum ſenex Sinueſſæ, C. Lucilius Satyra- F
rum ſcriptor annos XLVI natus Neapoli moriuntur.

(∴) (∴)
(∴)

XX. XIV.

A. M. 3898. Sel. 211. V. C. 652. Ante Dn. 102. Alexandri III.

C. Mario Nepote IV. } Coſſ.
Q. Lutatio Catulo

Eutrop. l. 5. Plut. in Mario.

MArius IV. Coſ. cum Cimbris pugnans Teutobotum ducem, & CCM hoſtium interficit, LXXXM capit. Parem Eutropio numerum refert Oroſius l. 5. c. 16. additque vix tria millia effugiſſe. Liuius quoque cæſa ducenta, capta nonaginta millia narrat. Velleius non amplius centum quinquaginta millia cæſa tradit. Necdum tamen Cimbrorum metu liberati erant Romani. Nam in Norico alterum conſu-
D lem Catulum vrgebat multitudo eorum immenſa.

Epit. Liuij 68.

HERVVARTI PARALOGISMI.

C. Marium & Q. Lutatium Coſſ. octo annis ſeriùs, quàm poſtulet Faſtorum Conſularium ſeries, creatos, nempe annis 94 ante æram Chriſti cõtendit Georgius Heruuart hoc argumento. *Iulius*, inquit, *Obſequens refert C. Mario & Q. Lutatio Coſſ. in Gallia, in caſtris lucem nocte fulſiſſe. Atqui anno demum ante Chriſtum natum 94. adeoque annis octo tardius, quàm Faſti Conſulares vulgares exhibeant, Sol in Cancro defecit*. En Apodixes, quibus fultus Faſtos Conſulares inreruertas. *Lux noctu fulſit*. Ergo *Sol defecit*. Rurſus. *Sol defecit*. Ergo *annis ante Chriſti æram 94*. Quid toto antecedente octennio nunquam defecit Sol? Imò hoc ipſo, quem dat Fa-

Ioannes Georg. Chron. c. 86.

Digitized by Google

ſtorum Conſularium legitima ſeries, anno ante Chriſti æram 103. Sol defecit Nouembris XXII, feriâ primâ, cùm Lunæ latitudo eſſet graduum 83. 40′. 26″.

Sic, cùm Plinius l. 2. c. 33. dicat, *lumen de cælo noctu viſum C. Cæcilio, Cn. Papyrio Coſſ.* Georgius contra vult noctis ſpeciem interdiu viſam, & conſequenter hos Coſſ. creatos quinq; & centum annis ante Chriſti æram, non centum & tredecim, vt docent Faſti. Sed quo iure exigit, vt credam Plinium aliud dixiſſe, aliud ſenſiſſe? Deinde, annis 113 ante Chriſtum Ianuarij vltimo, Sabbatho latitudo Lunæ erat vtcumque eclipſis capax, vt pote graduum 285. 46′. 34″.

XXI. XV.

A. M. 3899. Sel. 212. V. C. 653. Ante Dn. 101. Alexandri IV.

C. Mario Nepote V. } Coſſ.
M. Aquilio Nepote

Epit. Liuij l. 68. Oroſ. l. 5. c. 16. Plut. in Mario.

HOc vel ſuperiore anno Marius deletis, qui in Gallia Narbonenſi erant Cimbris Alpes tranſgreſſus ad ferendam Catulo opem, acurrit, atque tum quoque circa Atheſim fluuium ingentem ſtragem edit. Cæſa dicuntur barbarorum centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Mario duplex triumphus oblatus. Ipſe vno contentus, alterum cum Catulo communicauit. Ita etiam, qui Mario ob generis ignobilitatem inuidebant, ſeruatam ab eo Rempublicam fatebantur; eumque in ſequentem annum ſextum conſulem deſignarunt, quod antea nemini contigerat. Sed Marius bellicam laudem ciuilibus factionibus fœdauit. Quo die Romam venit Marianæ victoriæ nuntius, nemo fuit, qui non Mario tanquam Deo apud ſacra menſæ ſuæ libauerit. *Val. Max. l. 8. c. 15.*

SATVRNINI IMPOTENS POTENTIA.

L. Apuleius Saturninus in annonæ caritate Quæſturam infideliter adminiſtrauerat, eamq; ob cauſſam à frumentaria procuratione ſubmotus fuerat, vt ei M. Scaurus præficeretur. Huius ignominiæ dolore Senatui infenſus Saturninus popularis factus eſt, tribunatumque plebis conſecutus Gracchorum non ſecus ac heroum exempla imitabatur. Sub anni finem alterum tribunatum ambit. Iamque nouem tribunis creatis vnicus locus ſupererat, competitores duo. Horum alterum A. Nonium adiuuante Mario V Conſule domo extractum necat, atque ita vacuam tribunatus ſedem occupat.

XXII. XVI. Olympias CLXX.

A. M. 3900. Sel. 213. V. C. 654. Ante Dn. 100. Alexandri V.

C. Mario Nepote VI. } Coſſ.
L. Valerio Flacco

Euſebius. Iuſt. l. 39.

PT. Phyſcon II, ſiue Euergetes III, aut Lathyrus I, cùm annos XVII regnaſſet, à matre Cleopatra regno pulſus in Cyprum ſecedit, eiuſque loco frater iunior Alexander regnat annos decem. Huius Cleopatræ

præcipui

Ioſ. Ant. l.13. c.18. præcipui conſiliarij erant Iudæi duo A
Chelkias & Ananias filij illius Oniæ
qui ante annos LXIII templum Onion in Ægypto ſtruxerat, adeoque hi duo & vrbanis & bellicis rebus præerant tantâ autoritate, vt ſine eorum conſilio nihil ſuſciperet Cleopatra, vt docet Strabo Cappadox. B

Appianus. Plut. in Mario. Val. Max. l.3.c.8. SATVRNINI CAEDES. Saturninus legem fert, vt quem agrum Marius pulſis è Gallia Cimbris armis peperiſſet, is pop. Rom. diuideretur, vtque in eam legem à ſingulis Senatoribus iuraretur. Recuſanti Metello Numidico, qui Conſul fuit A. V. C. 645, dies dicitur. C
Metellus, vt amicos periculo eximeret, ſecedit. Huic Marius VI Coſ. aqua & igni interdicit. Metellus in exilium, quàm in Saturnini legem ire maluit. In ſequentem annum Conſulatum ambibat C. Memmius, tertium tribunatû Saturninus cum- D
que ſciret quantum aduerſarium habiturus eſſet Memmium, eum interficit. Tum demum Marius Saturnini acta improbare, Senatui opem polliceri. Senatus Mario mandat, videat, ne quid Reſp. detrimenti capiat. Marius in Saturninum arma E
mouet, in Capitolium perſequitur, ad deditionem adigit: captumque cum ſuis contra fidem occidit.

XXIII. XVII.

A. M. 3901. Sel. 214. V. C. F
655. Ante Dn. 99. Alexandri VI.

M. Antonio Nepote } Coſſ.
A. Poſthumio Albino }

HActenus ex imperij Seleucidarum ruderibus potentiæ ſuæ thronū feliciter extruxerant Aſamonæi. Cùm cupiditati modum non poneret Alexander, Deus victoriarum eius curſum remorari incipit. In maritimâ Palæſtinæ orâ Ptolemais & Gaza ſeſe liberali aſſeruerant manu. Zoilus Stratonis turrim & Doram occupauerat. Has vrbes Alexander ſubigere cupiens à Ptolemaide incipit obſidionem. Oppidani opem à Pt. Phyſcone, ſiue Lathyro, qui in Cypro erat, petunt. Ad id etiam eum hortantur Gazani & Zoilus. Dum copias parat Phyſcon, Demænetus orator egregius Ptolemæenſes monet grauius futurum Phyſconis, quàm Alexandri iugum. Neutrum igitur intra mœnia admittendum. Venit Phyſcon ducēs militum XXX M. Ptolemais portas occludit, ne legatos quidem eius admittere dignata Alexander obſidione ſolutâ per legatos Phyſconem monet mirari ſe, cur Zoili ſocietatem ſuæ prætulerit, cùm Ptolemæis ſemper amici fuerint Aſamonæi. Se quidem non inuitum quadringenta talenta perſoluturum, vt Zoilum è medio tollat Phyſconi religio non fuit Zoilum, cui auxiliaturus venerat, capite truncare. Vix dum ſcelus peregerat, cùm audit Alexandrum ad Cleopatram in Ægyptum legatos miſiſſe. Eò infenſius Phyſcon Ptolemæenſium leuitati, & Alexandri præuaricationi ſuccenſuit. Itaque vtroſque ſimul caſtigandos ſibi proponit.

Ioſ. Ant. l.13. c.20. PERFIDIA PHYSCONIS. ALEXANDRI.

Digitized by Google

XXIV. XVIII.

A. M. 3902. Sel. 215. V. C. 659. Ante Dn. 98. Alexandri VII.

Q. Cæcilio Metello } Coſſ.
T. Didio Nepote

Ioſ. Ant. l. 13. c. 21. PHYSCONIS IMMANITAS.

PT. Phyſcon in alieno regno, quàm in ſuo audacior parte copiarum Ptolemaidem obſidet, partem in Iudæam immittit, & Azochum oppidum Sabbatho de repente impetu facto occupat & XM capitum iugulat. Alexander exterritus colligit militū LM aut etiam LXXXM. Cùm Phyſconi multò pauciores eſſent, præuaricatorem nihil iuuit numerus. Victus, profligatus Alexander amittit hominum XXXM, aut etiam, vt vult Timagenes, LM. Phyſcon, vt victis terrorem adderet, pagum viris vacuum nactus, mulieres & pueros in fruſtra comminui iubet & ollis imponit, carneſque ſemeſas in menſa relinqui, hoc ipſum quærens vt σαρκοφάγων, i. ἀνθρωποφάγων exercitum habere crederetur.

CASTIGATA.

Cleopatra filij Phyſconis incrementa metuens copias comparat, & earum partem iuniori filio Alexandro tradit, reliquas ipſa Ptolemaidem ducit. Et Ptolemæenſes quidem primò non magis Cleopatræ, quàm Phyſconi fidentes portas venienti occluſerant, poſtea vi ab eâ expugnati manus dare coacti ſunt. Obuiam ei venit Alexander Iamnęus ampliſſima dona afferens. Non deerant tamen, qui ſuaderent è me-A dio tollere hominem Ptolemęis non minus, quàm Seleucidis timendum nimiáque iam potentiâ ſuccinctum. Sed quia in exercitu ſuo multos Iudæos, in Ægypto innumeros habebat Cleopatra, horum offenſionem verita Ananiæ, qui & ipſe Iudæus B erat, conſilio fœdus cum Alexandro init, & Phyſcone filio in Cyprum fugere coacto victrix in Ægyptū redit. Iuſtinus ait Pt. Phyſconem ſiue Lathyrum non viribus minorem, ſed verecundiâ materni belli non à Syriâ modo ſed & ab inſulâ Cypro receſſiſſe. C At iam pridem à Ptolemæorum familia exulauerat pudor. *Iuſt. l. 39.*

XXV. XIX.

A. M. 3903. Sel. 216. V. C. 657. Ante Dn. 97. Alexandri VIII.

D

Cn. Cornelio Lentulo } Coſſ.
P. Licinio Craſſo

Ioſ. Ant. l. 13. c. 21. ALEXANDRI VICTORIAE.

POſtquam Alexander Phyſconis & Cleopatræ metu ſe liberatum vidit, rurſus Cœlæ Syriæ ſubigendæ E animum adijcit, Gadaram decem menſes obſidet, ac tandem capit. Tum Amathuntem occupat, in quâ Theodorus Zenonis filius ampliſſimum habebat palatium & Theodorus quidem nec opinantes victores aggreſſus amplius XM trucidauit. A-F lexander tamen nihil moratus ad oram maritimam conuerſus Raphiam & Anthedonem, quæ poſtea ab Herode Agrippias dicta eſt, expugnat.

Luſtrum LXV conditum à M. An-

Capitol tabulæ. Val. Max. l.2.c.9. DVRONII DVRVM OS. tonio & L. Flacco Cenſoribus. Ij A Duronium Senatu mouerunt, quod paulò ante tribunus plebis cùm eſſet, legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latam abrogaſſet oratione mirificâ in hunc fere modum. *Freni ſunt iniecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi. Alligati & B conſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis. Lex enim lata eſt, quæ vos eſſe frugi iubet. Abrogemus igitur iſtud horrida vetuſtatis rubigine obſitum imperium. Etenim quid opus libertate, ſi volentibus luxu perire non licet?* Non eſt veriſimile Duronio fuiſſe tam ferreum os, C vt tam impudentem apud populum orationem haberet. Sed dignus fuit Duronius, qui Senatu moueretur & cui hęc oratio à Valerio affingeretur.

LVSITANICI TRIVMPHI. Luſitani iam inde à Cimbricis motibus deficiendi occaſionem arripuerant. Itaque miſſis Prætoribus & D Conſulibus multis prœlijs anniſque opus fuit ad eos ſubigendos. Quam ob cauſſam per hæc tempora triumphi aliquot ex Luſitanis parti, ſed ignobiles memorãtur. Has laureolas reportarunt Dolabella Proprætor, Craſſus Conſul, forſan & alij. E

XXVI. I. Olympias CLXXI.

A. M. 3904. Sel. 217. V. C. 658. Ante Dn. 96. Alexandri IX.

Cn. Domitio Ahenobarbo C. Caſſio Longino } Coſſ. F

Ioſ. Ant. l.13.c.21. ANtiochus Grypus eo ipſo anno natus, quo pater eius Demetrius Nicator à Parthis captus eſt, cùm vixiſſet annos XLV inſidijs Heracleonis occiditur vndetriceſimo poſt patris obitum anno, cùm annos XII regnaſſet, annos vero XVI profugus & exul potiùs quàm rex vixiſſet. Huius filius Seleucus nondum omnino fractus auunculum ſuum Antiochum Cyzicenum bello aggredi non dubitauit, donec, quod pater non potuerat, perfecit filius biennio circiter poſt. GRYPO SVCCEDIT SELEVCVS.

GAZA DELETVR. Alexander Gazam obſidet. Hanc tutabantur Apollodotus vrbi præfectus, Aretas Arabum rex & frater eius Lyſimachus. Et Apollodotus quidem ac Aretas Alexandro quàm acerrimè reſiſtebant. Lyſimachus verò Aretæ fratri inuidens eum ex inſidijs occidit, & vrbem Alexandro prodit. Gazani etiam ingreſſum hoſtem tam ſtrenuè propulſabant, vt multos occiderint. Vbi vires deficere ſentiunt, igne in ædes iniecto, ſe, liberos & vxores plerique confodiunt. Eò infenſiùs exaſperatus Alexander victoriâ vſus eſt, occiſis quotquot comprehendere potuit, & vrbe ſolo æquatâ.

XXVII. II.

A. M. 3905. Sel. 218. V. C. 659. Ante Dn. 95. Alexandri X.

L. Licinio Craſſo Q. Mutio Scæuulâ } Coſſ.

ALexander cùm Scenopegię feſto ſacris operaretur, ad altare Domini coortâ ſeditione à factioſo quodam thyrſo percutitur: quam in- *Ioſ. Ant. l.13.c.21.*

iuriam impotentiùs vltus ampliùs ſex millia hominum trucidat, & ne in poſterum idem ſibi ſacrificanti contigeret, cauet oppoſito tabulato. Scęuola Coſ. in Aſiá miſſus eam tam ſanctè & fortiter obtinuit, vt Senatus deinceps in eam prouinciam ituris magiſtratibus exemplum atque formam officij Scæuolæ, decreto ſuo proponeret. Aſiani verò feſtum Mutia dictum in eius honorem inſtituerunt.

Val. Max. l. 8.

XXVIII. III.

A. M. 3906. Sel. 219. V. C. 660. Ante Dn. 94. Alexandri XI.

C. Cœlio Calido
L. Domitio Ahenobarbo } Coſſ.

Euſebius. Ioſ. Ant. l. 13. c. 21.

SEleucus Antiochi Grypi filius patruum Antiochum Cyzicenum bello ſuperat, & occidit cùm regnaſſet annos duodeuiginti, neque multo poſt ipſe viuus exuritur à patruelibus ſuis Antiochi Cyziceni filijs. Hactenus Euſebius Seleucidarum ſeriem diligenter & peritè notauit. Sed illud male, quod hoc anno notat, *Antiochus in Parthos fugiens Pompeio ſe, deinceps tradidit: poſt quem Philippus captus eſt à Gabinio & quidem biennio poſt*, ſi Euſebio credimus. Atqui nondum prætextam poſuerat Pompeius vis duodecennis. Neque verò nobis per monumentorum penuriam licet Seleucidarum res geſtas ſuis annis adſignare. Res ita fere ſe habet. Antiochus Grypus quinque filios reliquit Seleucum, Antiochos duos, Philippum & Demetrium Eucairum. Antiochorum alter non diu fratri Seleuco ſuperſtes fuit in pugnâ quadam aduerſus Parthos occiſus. Antiochi Cyziceni filij, ni fallor, reliquâ Syriâ fugati Comagenem occuparunt, eamque diu tenuerunt eorum poſteri. Grypi vero filij inrer ſe certabant, ſed ita vt aliquandiu Philippus bonâ Syriæ parte potitus ſit. Sed alter Demetrius Eucairus Pt. Lathuri gratia ſubnixus præualuit aliquandiu.

I. IV.

A. M. 3907. Sel. 220. V. C. 661. Ante Dn. 93. Alexandri XII.

C. Valerio Flacco
M. Herennio Nepote } Coſſ.

Ioſ. Ant. l. 13. c. 21.

ALexander Amathuntem, Moabitidem & Galaaditem ſubigit, cogitque omnes circunciſionem & totum Iudaiſmum amplecti. Cùm idem in Arabia tentaret, inſidijs exceptus turpi fuga profligatur.

Val. Max. l. 3. c. 7. Cicero Verrin. 3.

L. Craſſus, cùm ex Conſulatu prouinciam Galliam (vulgo Prouence) *obtineret, atque in eam C. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet, non ſolum eum non inde ſubmouit. Sed inſuper locum ei in tribunali aſſignauit, nec vlla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognouit.*

II. V. Olympias CLXXII.

A. M. 3908. Sel. 221. V. C. 662. Ante Dn. 92. Alexandri XIII.

C. Claudio Pulchro
M. Perpenna Nepote } Coſſ.

Ioſ. Ant. l. 13. c. 21. MEMOR VINDICTA.

PHariſæi ante annos circiter XVII ab Hyrcano irritati, vbi filium eius ab Arabibus victum vix fuga elapſum viderunt, commodam repetendæ vltionis occaſionem hanc arbitrati populum aduerſus Alexandrum ita exaſperant, vt intra ſexennium diſſenſionibus inteſtinis ad LM Iudæorum perierint. Forſan & eorundem Phariſæorum operâ ante triennium inſidijs petitus fuerat.

III. VI.

A. M. 3909. Sel. 222. V. C. 663. Ante Dn. 91. Alexandri XIV.

L. Martio Philippo
Sex. Iulio Cæſare } Coſſ.

Plin. l. 33. c. 3.

INitio *ſocietatis belli Sex. Iulio L. Marcio Coſſ. inuenta ſunt in ærario* DCCCXLVI *auri pondo.* Si de Minâ intelligas, ſunt aurei 84600, ſi de librâ Romanâ propriè dictâ, 82216. Magna erat hæc Reip. Rom. egeſtas, ſi in numeris Plinianis nullum eſt mendum. *In agro Mutinenſi duo montes inter ſe concurrunt crepitu maximo aſſultantes recedenteſque. Inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte interdiu, ſpectante è via Æmylia magna equitum Rom. familiarumque & viatorum multitudine. Eo concurſu villæ omnes eliſæ,* &c.

Plin. l. 2. c. 83.

Appianus Ciuil. l. 1.

M. Liuius Druſus Tr. pl. vt Italis omnibus ius ſocietatis daretur adnitens, dum omnibus blandiri cupit,

Epit. Liuij. Plin. l. 33. c. 1. Val. Max. l. 9. c. 5. DRVSI CAEDES.

A ominum offenſionem incurrit. Quippe coloniarum deductionibus plebem mulcês Italos offendebat. Dum iudicia Senatui reſtituere conatur, equites irritat. Dum trecentos equites in Senatum cooptandos ſuadet, veteribus patricijs incommodat, & B inter ipſos equites diſſenſiones ſerit. Quin & eò inſolentiæ venit, vt L. Philippum Coſ. quia concionantem interfari auſus fuerat, obtorta per clientem ſuum gula adeò violenter præcipitem in carcerem egerit, vt multus è naribus eius cruor effunde- C retur. Tot viris & ordinibus omnibus irritatis extitit aliquis, qui in turba reſponſa dantem in femore percuſſit. Neque multò poſt perijt ſuſpicatus percuſſorem à collega ſuo Cæpione, qui A. V. C. 648 Conſul fuerat, immiſſum. Et Cæpio patri- D cios, quos Conſul propugnauerat, Tribunus oppugnabat, ſed erat Druſo infenſus, quod in auctione annulum, quem concupierat, Druſus emerat.

IV. VII.

E A. M. 3910. Sel. 223. V. C. 664. Ante Dn. 90. Alexandri XV.

L. Iulio Cæſare
P. Rutilio Lupo } Coſſ.

Iuſt. l. 39.

F ALexander Ægypti rex matris perfidiam pertæſus & inſidijs ab eâ non ſemel petitus tandem auſus eſt matri manus inferre. Id licet plus ſatis commerita eſſet matris pellex, filiarum læna, & filiorum parricidium toties meditata, tamen, quia

Digitized by Google

A parricidij nulla iuſta cauſſa eſſe poteſt, populi concurſu in exilium agitur Alexander, reuocatoque Phyſconi ſiue Lathyro regnum redditur: qui neque cum matre bellum gerere voluiſſet, nec à fratre armis repetere, quod prior poſſediſſet.

Appianus Ciuil. l. 1. Oroſius l. 5. c. 18. Epit. Liuij l. 72. Florus. l. 3. c. 18. BELLVM MARSICVM.

B Italiæ populis ius ciuitatis dare conatus fuerat Flaccus Conſul A.V.C. 629, dein Druſus Tr. Pl. V. C. 663. vterque fruſtra. Ob id indignati turbas mouerant continuò poſt Druſi necem. Primi Marſi ſeditionem inchoarunt. In eos miſſus Q. Seruilius C procoſ. cum C. Fonteio legato & omnibus quos ſecum habebat, Romanis Aſculi interficitur. Hoc facinus ſecuta eſt reliquorum Italorum defectio, vnde bellum Marſicum & ſociale dictum conflagrauit, & Italorum quidem duces Vettius Cato D L. Cæſarem Coſ. fudit. Præſenteius Perpernam Rutilij Coſ. legatum exercitu exuit. Huic Marium ſufficit Rutilius. Ipſe multò infœliciùs pugnat. Tandem victis redit in præcordia virtus. Cæſar contra Samnites fœliciter pugnat. Marius prœlio E Marſos fundit. Cn. Pompeius Firmi obſeſſus adiuuante Sulpitio hoſtes repellit, Aſculum fugat, & Aſculum ipſum obſidet, eamque ob cauſſam in ſequentem annum conſul deſignatur. Is pater eſt Pompei Magni.

V. VIII.

F **A.M. 3911. Sel. 224. V.C. 665. Ante Dn. 89. Alexandri XVI.**

Cn. Pompeio Strabone
L. Porcio Catone } Coſſ.

L. Cato Saloniani filius, Cenſorij nepos multis aduerſus perduelles Italos rebus præclare geſtis, gloriatus ſe C. Mario non minora feciſſe, cùm ad lacum Fucinum contra Marſos bellum gereret, à C. Marij filio in tumultu occiditur. Pompeius Coſ. Aſculum capit. Picentes, Veſtinos & Pelignos ad deditionem adigit. Legati quoque conſulares proſpere pugnant, Sulpitius aduerſus Marrucinos, Murena aduerſus Marſos. Silo Popedius Marſorum Dux belli huius autor in prœlio cadit. Marſorum octodecim millia cæſa feruntur à Pompeio, capta tria. Aſculanorum Principes ſecuri percuſſi. Pompeius ſolus triumphat de Picentibus & Marſis, quorum antehac ea fuerat fides & virtus, vt neque de Marſis, neque ſine Marſis triumphatum fuerit.

BELLVM MITHRIDATICVM.

Nicomedes Bithyniæ & Ariobarzanes Cappadociæ reges à ſuis ciuibus pulſi à Romanis auxilium implorauerant. Miſſi legati, quorum princeps Aquilius profugos in regnum reduxerunt, ac perſuaſerunt Mithridatem Pōti regem, horum tumultuum cauſſam fuiſſe. Igitur Mithridatem laceſſunt Nicomedes, Ariobarzanes & Aquilius. Omnes improſpere pugnant. Reges vix dum ſolio ſuo reſtituti, rurſus à Mithridate pelluntur.

P. Licinius Craſſus & L. Iulius Cæſar Cenſores anno V. C. IↃCLXXV *Plin. l. 14. c. 14. & l. 13. c. 3.*

Digitized by Google

(legendum ɪↄᴄʟxv) edixerunt, ne quis vinum Græcum amineumque octonis æris ſingula quadrantalia venderet, neu quis venderet vnguenta exotica.

VI. IX. Olympias ᴄʟxxɪɪɪ.

A.M. 3912. Sel. 225. V.C. 666. Ante Dn. 88. Alexandri xvɪɪ.

L. Cornelio Sulla / Q. Pompeio Rufo } Coſſ.

SVLLA MARIVM FVGAT.

Mithridati bellum denunciatur
C eique Sulla Coſ. præficitur. Sed dum in Italia Socialis belli reliquias perſequitur, P. Sulpicius Tr. Pl. legem fert, vt belli Mithridatici cura à Sulla ad C. Marium ſexies cõſulem transferatur. Sulpitio acerrimè aduerſatur Q. Pompeius Coſ.
D cuius filius Sullę gener erat. Hinc tumultus oritur, tam atrox, vt ipſe Pompeius Conſulis filius in eo occiſus ſit. Eo audito, confeſtim Romam cum exercitu aduolat Sulla, iniuriam ſibi, collegæ, generoque ſuo factam vlturus. Is Capitolio occu-
E pato, duodecim inimicos ſuos ex S. C. hoſtes iudicatos vrbe pellit. C. Marius fuga elapſus in Minturnenſium paludibus collotenus demerſus aliquandiu delituit, indeque in Africam, quò & filius venerat defertur. Sulla ciuitatem ex animi ſenten-
F tia ordinat, colonias deducit. Reliquias Italici belli perſequebatur Cn. Pompeius Procoſ. Ad eius exercitum recipiendum à Senatu mittitur Q. Pompeius Coſ. Cneus indigna-

MITHRIDATIS SAEVITIA.

A tus, ſeditionem excitat. Milites ambitioſi ducis illecebris corrupti, conſulem ſacrificare incipientem, in modum hoſtiæ mactant, cum antehac miles cruore conſulis manus ſuas nunquam imbuiſſet.

Dum ciuili cruore madet Italia,
B Mithridates à Romanis laceſſitus Phrygiam populi Romani prouinciam cum exercitu ingreditur, Aſiam in poteſtatem redigit, in omnibus Aſiæ ciuitatibus, ciues Rom. vno die atque vno nuntio, omnes interficiendos curat. Octoginta millia occiſa ferunt. Q. Oppium Procoſ. & M. Aquillium legatum captos fœdè excarnificat. Thraciam & Macedoniam per Ariarathem filium, Græciam per Archelaum Præfectum cum exercitu inuadit, Athenas occupat. Prima torrentis huius impetum morata eſt Rhodus Romanis amica & fida, fruſtraque à Mithridate oppugnata.

Val. Max. l. 9. c. 2.

VII. X.

A.M. 3913. Sel. 226. V.C. 667. Ante Dn. 87. Alexandri xvɪɪɪ.

Cn. Octauio Nepote / L. Cornelio Cinna } Coſſ.

MARIANI FVRORES.

Pridem aliquot Italiæ populis ciuitas ita data fuerat, vt in nouas tribus octo conijcerentur, ac veteribus triginta tribus ſubijcerentur. Cinna Coſ. in Italorum gratiam legem rogat, vt ſublatæ octo nouæ tribus in veteres 35 diffundantur. Huic acriter opponit ſe Octauius collega,

Cinnæque ad Italicas ciuitates ſollicitādas, digreſſo, magiſtratum abrogat, ac in eius locum L. Cornelium Merulam Flaminem Dialem ſufficit. Cinna Marium ex Africa reuocat. His adiungunt ſeſe Sertorius & Carbo. Suus cuiq; exercitus erat. Senatus Cn. Pompeium Procoſ. aduocat. Is fœda præuaricatione vtrique parti fauens fulmine ictus perijt. Corpus eius populus vnco traxit. Quatuor exercitus Romam obſident, occupant, & multo cruore complent proſcriptis illuſtriſſimis quibuſque Patricijs, qui Sullæ & Octauio aduerſus Marium & Cinnam fauerant. Sulla Procoſ. veris initio aduerſus Mithridatem profectus, totam æſtatem in Græcia recuperanda, & Athenis oppugnandis conſumpſit, quas vix dum ſequente Martio occupauit, & humaniùs quàm ab ingenio tam feroci ſperabatur, tractauit. Romæ ſupererat aliquid priſci ſpiritus, & aduerſus quæſtum inuictæ virtutis. Nam *cùm C. Marius & L. Cinna preſcriptorum à ſe penates vulgi manibus diripiendos obieciſſent, inueniri potuit nemo, qui è Ciuili iacturâ prædam peteret. Hæc miſericors continentia plebis, non obſcurum crudelium victorum conuitium fuit.*

Val. Max. l. 4. c. 3.

VIII. XII.

A. M. 3914. Sel. 227. V. C. 668. Ante Dn. 86. Alexandri xix.

L. Cornelio Cinna II. } Coſſ.
C. Mario Nepote VII. }

A Sylla interim in Græcia mirâ fœlicitate pugnat, 1. ad Chęroneam aduerſus Archelaum ſolum 2. ad Orchomenum aduerſus Dorilaum, & Archelaum, idque bis. Erant Dorilao hominum LXXXM, præter Archelai copias. Sulla primo prœlio B XV M, ſecundo copias omnes hoſtium deleuit. Archelaus amiſſo Diogene filio, cùm triduo nudus in palude latuiſſet, vix tandem Chalcidem euadit. Sulla Bœotiâ direptâ in Teſſaliam ad hyberna ſe confert.

Plutarch. Mario & Sulla.

Marius ſeptimum, Cinna ſecun- C dum Coſſ. ſeipſi nullis habitis comitijs renuntiant. Marius ipſo Calendarum Ianuarij die, quo magiſtratum inijt, Sextum Licinium Senatorem de ſaxo deijci iubet, multiſque ſceleribus perpetratis, quinto decimo poſt die perit Idibus Ianuarij. In D eius locum ſufficitur L. Valeri⁹ Flaccus Sullæ inimicus. Is legem fert, vt creditoribus quadrans ſolueretur.

Appianus Ciuil. l. 1.

Quanta fuerit Marianæ factionis inſolentia hinc collige. *C. Fimbria egerat, vt Scæuola in funere C. Marij iugularetur: quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit, accuſare apud po-* E *pulum inſtituit. Interrogatus deinde, quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet: reſpondit ſe obiecturum, illi, quod parciùs corpore telum recepiſſet.*

Val. Max. l. 9. c. 11.

F Luſtrum LXVI conditur à L. Martio Philippo & M. Perpenna Cenſoribus. Cenſa ſunt ciuium capita CCCCLXIII M. L. Valerius Flaccus Princeps Senatus dictus.

Alexander bellis ciuilibus & ſupplicijs feſſus ciues ſuos quaſi ſupplex orat,

Ioſ. Ant. l. 13. c. 22.

A orat, quid tandem facturus ſit, vt furere deſinât. *Aſtutum morere*, proclamât omnes. Ita rurſus ad arma itum. Populus à Demetrio Eucæro auxilium expoſtulat. Supererant Alexandro peregrinorum VIM, Iudæorum XXM. Demetrio peditum XLM, equitum IIIM. B Victus Alexãder in montana fugit. Victor Demetrius Philippo fratri ſuccẽſens in Syriam remeat. Et quidam ad VIM Alexandrum miſerati, quem antea inſequebantur, victum proſecuti ſunt. Rurſus igitur bellorum ciuilium furor exardeſcit. C Demetrius Philippum fratrem Berœæ mœnibus ſe tutantem obſidet, Philippo ſuppetias fert Zizus Arabum φύλαρχος & Mithridates Sinaces Parthorum ὕπαρχος, i. rex Demetrio victo & à Mithridate in Parthiam abducto Philippus Antiochia occupata in Syria regnat. D

IX. XII.

A.M. 3915. Sel. 228. V.C. 669. Ante Dn. 85. Alexandri XX.

L. Cornelio Cinna III } Coſſ.
Cn. Papirio Carbone }

E *Ioſephus Ant. l. 13. c. 22.* ALEXANDRI SAEVITIA.

Alexander Bethomem oppugnat, expugnat. Inibi octingentos hoſtes capit, & Hieroſolyma abducit. Sciebat hos eſſe hoſtium ſuorum potentiſſimos & infenſiſſimos. F Igitur, vt quos precibus irritauerat, ſupplicijs exterreret, infandum facinus perpetrat. Epulum ſub dio parat lautiſſimum. Scenæ loco adductos hos octingentos & crucibus affigi iubet & ante ora patrum ac coniugum liberos & vxores iugulari, cùm ipſe interim pellicibus delicias faceret & miſeris inſultaret. Quam ob cauſſam Thracidæ cognomentum ſortitus eſt. Hoc ſpectaculo territi hoſtium eius VIIIM nocte diffugiunt. Ac deinceps ſecurè regnat Alexander.

Appianus Ciuil. l. 1. Plut. in Sulla. Vell. l. 2. Flaccus procoſ. miſſus in Aſiam, qui Sullę ſuccederet, rei bellicę ignarus Fimbriam legatum fortiſſimum aſſumit. Dein, cùm videret legati, quàm ſui maiorem haberi rationem, Fimbriæ Thermum ſubſtituit. Nil moratus Fimbria & Thermum & Flaccum occidit, ac Imperatorem ſe renuntiat, bellumq; fortiter & proſperè aduerſus Mithridatem gerit in Aſia, Sulla in Thracia. Mithridates, cùm modo à Fimbria, modo à Sulla pacem peteret, à neutro obtinuit.

X. XIII. Olympias CLXXIV.

A.M. 3916. Sel. 229. V.C. 670. Ante Dn. 84. Alexandri XXI.

Cn. Papirio Carbone II } Coſſ.
L. Cornelio Cinna IV }

Ioſ. Ant. l. 13. c. 23. MORS ANT. DIONYSII.

Damaſcum Cœles Syriæ metropolim obtinuerat aliquandiu Ptolemæus quidam Mynnæi filius à Philippo, vt videtur, vrbi præfectus. Philippi odio Damaſceni ſeſe Antiocho Dionyſio Grypi filio tradunt. Ptolemæum inſequitur Dionyſij frater Philippus, iamque vrbis arcem à Mileſio proditam occupauerat, cùm Mileſius non ſatis digna meritis ſuis præmia rependi ratus rurſus Philip-

pum extrudit. Antiochus, qui tum in Arabia bellum gerebat, ad ſua tutanda redit. Remeanti inſtat Arabum rex Aretas, & prælio victum occidit, ac Cœleſyria potitur. Quin & Alexandro bellum intentans eum ad pacem petendam adigit.

CINNAE. Cinna & Carbo à ſeipſis per biennium Conſules creati legem ferunt, qua Sullæ imperium abrogetur, & bellum indicatur. L. Flaccus princeps Senatus perſuadet, vt de pace per legatos agatur. Cinna nihilominus milites conſcribit & in naues conſcendere cogit. Miles exaſperatus Cinnam occidit Anconæ. In Aſia

FIMBRIAE. quoque Fimbria à ſuis auro Sullæ corruptis occiditur. Conſulatum ſolus Carbo gerit. Sulla pacem cum Mithridate facit eâ lege, vt Aſiâ, Bithyniâ, & Cappadociâ cedat. Ponto & regionibus vltra Halyn ſitis contentus ſit, legatis ad ſe Româ miſſis reſpondet futurum ſe in Senatus poteſtate, modo ij, qui Sullæ metu ad ſe confugerant, reſtituerentur. Honeſta conditio Senatui viſa à Carbone bellum malente repudiata eſt. Sulla Curioni negotium dat, vt Ariobarzanem in Cappadociam, Nicomedem in Bithyniam reducat. In Aſia ciuitates imperium recuſantes muris nudat, omnes pecunia mulctat, pacem cum Mithridate ijs, quas diximus conditionibus confirmat.

XI. XIV.

A.M.3917. Sel.230. V.C. 671. Ante Dn. 83. Alexandri XXII.

A L. Cornelio Scipione
C. Norbano Piſone } Coſſ.

Alexander toties bellis attritus, nondum animo fractus, vbi pacem domi & foris cum Areta ſtabiliuit, ad externa bella cum Se-
B leucidis gerenda animum reuocat, & Diam, Eſſam, Gaulanam, Seleuciam, Gamalam, aliaſque vrbes illis eripit intra biennium.

Ioſ. Ant. l. 13. c. 23.

CAPITOLII VARIAE INSTAVRATIONES.

Carbonis, vt quidam volunt, dolo Capitolium conflagrat. De hoc ſic Tacitus hiſt. l. 3. *Vouerat Tarqui-*
C *nius Priſcus rex, bello Sabino, ieceratque fundamenta, ſpe magis futuræ magnitudinis, quàm quò modica adhuc pop. Rom. res ſufficerent. Mox Seruius Tullius ſociorum ſtudio, deinde Tarquinius Superbus, capta Sueſſa Pometia, hoſtium ſpolijs extruxere. Sed gloria operis libertati re-*
D *ſeruata. Pulſis* [a] *regibus, Horatius Puluillus iterum* [b] *Conſul dedicauit, eâ magnificentiâ, quam immenſæ poſtea pop. Rom. opes ornarent potius quàm augerent. Iiſdem rurſus veſtigijs ſitum eſt, poſtquam interiecto* CCCCXV (legendum CCCCXXV) *annorum ſpatio L. Sci-*
E *pione,* [c] *C. Norbano Coſſ. flagrauerat. Curam victor Sulla ſuſcepit, neque tamen dedicauit. Hoc ſolum felicitati eius negatum. Lutatij* [d] *Catuli nomen inter tanta Cæſarum opera, vſque ad* [e] *Vitellium manſit.*

a *A.V.C.* 245.
b *A.V.C.* 247.
c *A.V.C.* 671.
d *A.V.C.* 676.
e *A.V.C.* 822.

Dum Mithridati bellum infere-
F bat Sulla, Marij, Cinnæ Carboniſq; factiones amicos Sullæ pro arbitrio vexauerant. Sulla, quod in manibus habebat, omittere nolens non tamen diſſimulabat, ſe ſupplicium de inimicis ſuis ſumpturum.. Rebus in

SVLLAE IN ITALIA VICTORIAE

Digitized by Google

Aſia compoſitijs victorem exercitum in Italiam deportat ad XXXM, cùm Conſulibus eſſent ducenta millia, ſed ignari aut parum beneuoli. Mittit Sulla legatos,de pace qui agerent. Hos Norbanus Coſ. numero fretus violat non impune laturus. Primi ad Sullam deficiunt Metellus Pius & Cn.Pompeius. Norbanus ad Canuſium prœlio vincitur. Alter Coſ. Scipio ab exercitu ſuo deſertus fuga ſalutem quærit. Carbo nihilominus Romæ Sullanos male tractabat, & vt tertium Conſul deſignetur, obtinet cum Mario, quem patruus Marius ſepties Conſul adoptauerat cum XXV, vel XXVII annum ageret.

XII. XV.

A. M. 3918. Sel. 231. V. C. 672. Ante Dn. 82. Alexandri XXIII.

C. Mario Nepote
Cn. Papirio Carbone III } Coſſ.

PLEBIS CVM SENATV PVGNAE.

Romæ inde à regibus pulſis inter Senatum & populum perpetuæ fuerunt ſimultates, cùm Senatus Ariſtocratiæ, plebs Ochlocratiæ vel Democratiæ propiorem ciuitatis ſtatum efficere vellet. Et qui plebis ſtudioſiſſimi videri volebant, ij ſpecie Democratiæ Monarchicum regimen affectabant. Hinc illæ ſeceſſiones, tribunitij clamores, & quotidianæ propemodum diſſenſiones. Sed quandiu *priuatus illis cenſus erat breuis Commune magnum*, tum vtcunque Plautinum illud valebat *Virtute ambire oportet, non fautoribus.*

Poſtquam ambitioni opes acceſſere, per ſcelera ad honores iri cœptum eſt, & clamores in pugnas, pugnæ in bella exarſerunt. Marius à plebeijs oriundus popularis videri volebat. Sulla patricius cauſſam optimatum tuebatur ipſe nequiſſimus. Conſulibus Vrbe digreſſis L. Damaſippus Prætor Vrbanus, prout Marius iuſſerat, Senatu conuocato magnam nobilitatis partem trucidat etiam Carbonis Conſulis fratrem Papyrium, & Q. Mutium Scæuolam Pont. Max. Interim Marius tam ignauus, quàm ſæuus à Sulla vincitur, fugatur, Præneſte obſidetur. Carbo Metellum Pium obſidere cogitās eâ clade audità Ariminum fugit. Sulla relicto qui Marium obſideret, Lucretio Romam pergit, inimicorum, qui Vrbe fugerant, bona proſcribit. Roma egreſſus ad hoſtes debellandos redit. Norbanus Rhodum, Carbo in Siciliam fugit. Damaſippus cum aliquot Marianis Romam recuperaturus venit. Accurrit eò Sulla. Ad portam Collinam concurritur Kal. Nou. Mariani profligantur. Præneſtini eo audito Lucretio ſe dedunt & cōtra fidem inermes conciduntur. C. Marius Coſ. ſibi mortem conſciſcit. Huius agnatus M. Marius ſæuiſſimè excarnificatur. Carbo à Cn. Pompeio captus muliebriter, flens & vt priùs ſibi liceret aluum leuare, precatus, dum in eo eſt, occiditur. Romæ octo millia deditorum trucidantur. Tota Italia ſtrages horrendæ eduntur. Ad eam

MARIANORVM VECORDIA.

SVLLAE FVRORES.

Val. Max. l.9.c.13.

rem Sullæ Dictatura defertur per annos cxx intermiſſa. Sulla, cùm cruentis proſcriptionibus & immani ſæuitia graſſaretur impune, neſciens quanti ſibi cõſtitura eſſent olim hæc gaudia, modo Felicem, modo Venuſtum ſe dici volebat. Cum Mithridate pacem ita fecerat, vt Muræna, quem ad res Aſiaticas ordinandas reliquerat, mandatum dederit, videret ne quam caſtigandi Mithridatis occaſionem prætermitteret. Boſporani & Colchi, quem pridem oderant, vbi regni parte ſpoliatum viderunt, deſpicati, quod ſupererat, eius regimen patre ſubmoto filio tradunt. Mithridates armis rebelles caſtigat. Muræna defenſionem neceſſariam, fœderis violationem interpretatus Mithridatis regionem populatur, & templis aliquot expilatis in Cappadociam hiematurus redit. Mithridates Romam mittit, qui de Muræna conquerantur.

Appianus Mithridaticis. MVRAENAE INIQVITAS.

XIII. XVI.

A.M. 3919. Sel. 232. V.C. 673. Ante Dn. 81. Alexandri XXIV.

M. Tullio Deculâ
Cn. Cornelio Dolabellâ } Coſſ.

Alexander ex crapula in febrem quartanam incidit, qua toto triennio contabuit, nec tamen à bellis abduci ſe paſſus Iudaici regni pomœria fecit ampliſſima. Quippe in Palæſtina ad maris littus Alexandro parebant, Rhinocorura, Raphia, Anthedon, Gaza, Azotus, Iamnia, Iope, Apollonia & turris Stratonis. Procul à littore, Idumæa, Adora, Mariſſa, Samaria, mons Carmelus, & Itaburius, Scythopolis ſiue Betſan, Gadara, Gaulanitis, Seleucia, Gabala. In Moabitide Eſebon, Medaba, Lemba, Orona, Telirhon, Zara, Cilicium, Aulon, Pella. Atque vbiq; Iudaiſmum reſtituerat. Pella, quia amplecti recuſauerat, funditus ſubuerſa eſt.

Ioſ. Ant. l.13. c.23. ALEXANDRI POTENTIA.

Muræna ſtatim initio veris Haly fluuio traiecto quadringentos Mithridatis vicos diripit. Mithridates primò fœdera Sullæ oſtentare, Murænæ deos vltores imprecari. Poſtquam vidit Murænam ab iniuria inferenda non deſiſtere, Murænam impigrè adoritur, profligat, caſtris exuit, in Phrygiam fugere compellit, Cappadociam tertiò occupat. Sulla teſtatus fœdera ſe violata nolle, Murænam reuocat. Mithridates Ariobarzani Cappadociam reſtituit. Muræna redit, ſed ad triumphum, non ad pœnam. Ita deinceps Romæ ſæpiùs triumphabant vitia, quàm virtutes. Sed momentaneum ac euanidum vitioſorum triumphum verus occupat luctus, iſque æternus.

Appianus. TVRPES TRIVMPHI. MVRAENAE.

Sulla de Mithridate per biduum triumphum agit ante actorum omnium ſplendidiſſimum in ſpeciem, re vera turpiſſimum. Modeſtiæ deputatum eſt, quod de patriæ cineribus ac ciuium cruore triumphare noluit. Cn. Pompeius vix dum XXIV annos natus ex Africa, in qua proſpera aliquot prœlia fecerat, triumphat.

SVLLAE.

M. Tullius Cicero primam eamq; priuatam agit cauſſam pro Quintio

Gell. l.15. c.28.

Digitized by Google

apud Aquilium Gallum iudicem, A cum ageret annum XXVI.

XIV. XVII. Olymp. CLXXV.

A.M. 3920. Scl. 233. V.C. 674. Ante Dn. 80. Alexandri XXV.

L. Cornelio Sullâ II.
Q. Cæcilio Metello } Coſſ.

SERTORIVS MARIANAM FACTIONEM INSTAVRAT.

Q. Sertorius Marij partibus addictiſſimus Præturam Hiſpanienſem ſortitus anno V.C. 670. Sequente demum anno in Hiſpaniam venerat, cùm iam Marius Præneſte obſideretur. Sullaniſque pulſis vires non contemnendas ſibi comparauit, Mauritaniæ regulis in ſocietatem adſcitis, Cottam nauali, Didium Bæticæ prætorem terreſtri prœlio fudit. Pt. Lathutus Pt. Phyſconis ſiue Pt. Euergetæ II. filius cùm regnaſſet annos triginta ſex, ſuccedit ipſi Pt. Dionyſius Olympiade CLXXV, regnatque annos XXIX vel XXX. Pro XXXVI. annis, quos Clemens Lathuro tribuit, Euſebius tribuit Phyſconi II, ſiue Soteri annos 17. Pt. Alexandro decem, Pt. Cleopatræ filio annos octo. M. Tullius Cicero XXVII annum agens Sex. Roſcium particidij reum defendit.

Euſeb.
Clemens Strom. l. 1.
PT. LATHVRO SVCCEDIT PT. DIONYSIVS.
Gell. l. 15. c. 28.

XV. XVIII.

A.M. 3921. Scl. 234. V.C. 675. Ante Dn. 79. Alexandri XXVI.

P. Seruilio Vatiâ
App. Claudio Pulchro } Coſſ.

A SVlla Dictaturam, quam veluti perpetuam acceperat, vltrò abdicat hoc vel ſequente anno. Cumq; innumera & deteſtanda facinora perpetraſſet, tamen affirmare auſus eſt ſe paratum eſſe rerum à ſe geſtarum rationem reddere. Quippe ſcie- B bat eas adhuc ſuarum partium eſſe vires, vt rationem exigere auderet nemo. Sed quas homines repoſcere non audebant pœnas, ſumpſit Deus immiſſo fœdiſſimo omnium ac ſæuiſſimo morbo, quo pediculis totum corpus eius arroſum eſt, qui to- C tum orbem & ius omne pedibus proculcauerat.

Plut. in Sulla.
SVLLAE MORS.

XVI. XIX.

A.M. 3922. Scl. 235. V.C. 676. Ante Dn. 78. Alexandræ I.

M. Aimilio Lepido
Q. Lutatio Catulo } Coſſ.

ALexander quinquagenarius febri triennali tabeſcens adhuc in caſtris agebat cum liberis & vxo- E re. Ragabam in Gerazena ſiue Gergeſena regione trans Iordanum obſidens, cum ſenſit ſibi diem vltimum imminere. Tum adlacrymanti vxori Alexandræ ſic infit. *Hæreditariam Phariſæorum inimicitiam mihi reliquit pater. Hac fuit fundi mei calamitas.* F *Nunquam quieta viues, donec illos tibi conciliaris. Tu igitur monitis meis obſequere. Primùm, caue, ne milites mortem meam reſciant, antequam Ragaba ſit expugnata. Vbi viceris, cadauer meum Hieroſolyma efferto, & Phariſæorum ar-*

Ioſephus Ant. l. 13. c. 23.
PRVDENTIA ALEXANDRI.

bitrio committito, imò & te, liberos, totumque regnum. Ita demum contumaciam illorum edomabis, ac tibi totos deuincies, qui hactenus mihi fuerunt infenſiſſimi. Hæc ſtrenuè ex ſecuta Alexandra tam ſolerter Phariſæorum animos demulſit, vt quem viuum diris deuouerant, eundem mortuum laudibus in cœlum extollerent. A B

AMBITIO ALEXANDRÆ.

Alexander obijt XXVII ſui regni anno, Alexandra decimo, ſi quidem Phariſæorum autoritate fulta filium Hyrcanum ſacerdotio contentum eſſe iubens ipſa regnum capeſſebat, niſi quod quam impotenter filijs & C ciuibus imperitabat, tam ſeruiliter Phariſæis ſe ſubijciebat mulier maior ſexagenaria, adeò nec ætas, nec ſexus ambitioni fibulam ponit. Euſebius apud Hieronymum à primo Cyri anno vſque ad mortem huius Alexandri numerat annos quadrin- D gentos octoginta tres, hebdomadas LXIX. Sed & trienio plus dicit, quàm par ſit, nec Alexander (etſi vnctus Domini, Sacerdos, & Rex) tamen eſt Chriſtus ille ad cuius vſque mortem numerat Daniel hebdomadas ſeptuaginta. Prim⁹ Q. Catulus Cam- E panam imitatus luxuriam ſpectantium in theatro conſeſſum velorum vmbraculis texit alioqui Senatorum optimus, vt tum Reip. mores erant.

PHARISÆORUM.

Hi ron. in Dan. c.9.

Val. Max. l.2. c.4.

ILLEPIDUM LEPIDI FACINUS.

Defuncto Sulla omnia eius acta reſcindi cenſuerat M. Lepidus. Huius collega Catulus & optimus quiſ- F que, ne id fieret, obſtitit. Videbant id pacis intereſſe & nouorum tumultuum cauſſas à M. Lepido queri. Is in Galliam proficiſcitur, quam prouinciam ſortitus fuerat iuratus ſe patriæ bellum non illaturum. Sed qui parricidium moliri poteſt, poteſt peierare. Igitur, quàm primum potuit, reuertitur Sullanas proſcriptiones cogitans. Per hunc tumultum nulli Conſules deſignati fuerunt.

XVII. I.

A. M. 3923. Sel. 236. V. C. 677. Ante Dn. 77. Alexandræ II.

D. Iunio Bruto } Coſſ.
Mam. Aimilio Lepido Liuiano

Catulus procoſ. & Appius Claudius interrex iubentur videre, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Catuli prudentia M. Lepidi conatus euertit. Victores, quod non temere in alijs ciuilibus bellis pace contenti fuerunt. Rebus compoſitis, habitiſque comitijs creantur D. Brutus & Mam. Lepidus Coſſ.

XVIII. II. Olymp. CLXXI.

A. M. 3924. Sel. 237. V. C. 678. Ante Dn. 76. Alexandræ III.

Cn. Octauio Nepote } Coſſ.
C. Scribonio Curione

Iam triennium aduerſus Sertorium pugnabat Q. Metellus procoſ. infelici ſucceſſu, cum Cn. Pompeius priuatus proconſulari imperio nouo exemplo à Senatu ornatus, vt cum Metello copijs iunctis Serto-

tium impugnaret. Pompeius renitentibus fruſtra Gallis nouum iter nactus, Alpes tranſgreſſus in Hiſpaniam venit. Pompeius ret Sertorium, Metellus bis Perpennam Sertorianum profligauit: Sed non incruentæ fuerunt hæ victoriæ. Et ob ſociorum defectiones, Sertoriique per montes fugam, neque manu certare poterant Romani, neque vtilia parare.

XIX. III.

A. M. 3925. Sel. 238. V. C. 679. Ante Dn. 75. Alexandræ IV.

L. Octauio Nepote } Coſſ.
C. Aurelio Cottâ

METellus Sertorianas aliquot vrbes populatur, & Sertorianos milites ad defectionem ſollicitat. Sertorius in ſuſpectos ſæuit. Palantiam à Pompeio obſeſſam liberat. Metellus & Pompeius Calagurium oppugnant. Sertorius eruptione facta Pompeium in Vaccæos, Metellum in Galliam recipere ſe cogit.

XX. IV.

A. M. 3926. Sel. 239. V. C. 680. Ante Dn. 74. Alexandræ V.

L. Licinio Lucullo } Coſſ.
M. Aurelio Cottâ

Appianus. MITHRIDATES

NIcomedes Bithyniæ rex moriens pop. Rom. hæredem regni ſui reliquerat. Id iniquè ferens A Eupator Dionyſius Mithridates, bellum aduerſus Rom. ſuſcipit. Belli prætextus erat, quod vltima pacis fœdera Romani nondum publicis monimentis inſcripſiſſent, quaſi irrita mox redditurí, ſi detur occaſio. Hanc præripere, quàm expectare B malens Mithridates cum Sertorio fœdus init, peditum CXL M, equitum LX M, conſcribit, ac ineunte vere Bithyniam occupat. Bithyniam regebat M. Aurelius Cotta Coſ. vir imbellis, ad cernendam hæreditatem, non ad bellum gerendum à Senatu C miſſus, idque, vt videtur, anno ſuperiore, ſimul ac Conſul fuerat deſignatus. Cottam imparatum, & minime bellicoſum Mithridates Chalcedone valido exercitu obſidet mari & terra, trecentis circiter hominum millibus ſtipatus. Romani Cottam D ſcientes Mithridatis viribus imparem eſſe Lucullum alterum Coſ. ſubſidio mittunt. Lucullus cum legiones vndique corraderet, vix tamen triginta peditum millia collegit, equites mille. Itaque rem aſtu gerendam ſtatuit. Erat collis editus an- E guſto aditu caſtris Mithridatis proximus. Hunc Lucullus à Cyzicenis monitus occupare conatur. Mithridates contra diligenter tuetur. L. Magnius à Sertorio ad Mithridatem miſſus audito Sertorium periiſſe cupiens Luculli gratiam aliquo benefi- F cio mereri, monet Mithridatem non eſſe, quod de tuendo colle fruſtra laboret. Sertorianas legiones quas adduxerat Lucullus defectionem meditari, nec quidquam præter commodam occaſionem expectare.

BELLUM RENOVAT.

A LUCULLO IMPUGNATUR.

Digitized by Google

His verbis ineſcatus Mithridates collem deſerit, Lucullus confeſtim occupat, atq; inde tanquam ex ſpecula Mithridatis caſtra proſpicit, frumentatores eius infeſtat, denique cogit Chalcedonis obſidionem dimittere.

XXI. V.

A.M. 3927. Sel. 240. V.C. 681. Ante Dn. 73. Alexandræ VI.

M. Terentio Varrone
C. Caſſio Varo } Coſſ.

Appianus. MITHRIDATES CYZICUM FRUSTRA OBSIDET.

Mithridates Chalcedonis obſidionem omittere coactus iram in Cyzicenos conuertit. Vrbem acriter oppugnar hyemis initio. Cyziceni ſua mœnia ſtrenuè propugnant. Lucullus prælio congredi D non audens velitationibus obſidentes infeſtar. Hyems ſæua impedimento erat, quo minus commeatus aduehi poſſet. Ita Mithridatis exercitum, cum hinc hyems, illinc Lucullus obſideret, corripit dira fames, eamque ſequitur peſtis atrox, tanta E ſæuitia vt tum quoque Mithridates obſidionem ſoluere coactus Parium mari receſſerit, exercitus verò terra Lampſacum.

Dum Æſepum fluuium ripas tum ſuperantem traijciunt tumultuoſiùs, Lucullo inſequente, multa homi- F num millia partim à Lucullo occiſa, partim à flumine abſorta ſunt. Etiam in mari Mithridatis aliquot naues naufragio perierunt circa Nicomediam. Lucullus Chalcedone & Cy- A zico liberatis interiacentes vrbes Apamiam, Pruſiada, Niceamque recuperat. Nauibus quoque confectis naues hoſtium tredecim iuxta Achæorum portum. Varium perfugam Alexandrum & Dionyſium Mithridatis duces non procul à Lemno B capit, in inſula deſerta in qua olim Philoctetem Herculis ſagittis læſum diros cruciatus pertuliſſe fabulantur.

Entropius. SPARTACI FACTIO.

In Italia verò LXXIV gladiatores ducibus Oenomao, Crixo & Spartaco effracto Capuæ Lentuli ludo effugiunt, & per Italiam vagantes, vo- C citatis ad auxilium ſeruis Veſuuium montem ſedem belli faciunt.

VARRO.

Varro Coſ. Romanorum doctiſſimus XLIV annum inibat ex Euſebij ſententia, qui vult eum natum Olympiade CLXVI, M. F. nepos C. Varronis, qui A. V. C. 538 Conſulatum geſſit. Luculli cognomentum huic addunt Faſti Conſulares. Quin & L. Gellius hoc anno in ſequẽtem Conſul deſignatus à Cicerone Verrina quarta Lucullus cognominatur.

XXII. VI. Olymp. CLXXVII.

A.M. 3928. Sel. 241. V.C. 682. Ante Dn. 72. Alexandræ VII.

L. Gellio Poplicolâ
Cn. Cornelio Lentulo } Coſſ.

Appianus. IRRITI CONATUS MITHRIDATIS.

Mithridates cum Bithyniam ſe tueri non poſſe videret in Pontum ſe recipit, in itinere rurſus coorta tempeſtas hominum XM, naues LX ſubmergit, reliquas huc atque illuc diſſipat. Ipſe Synopem

lembo

lembo vix euadit. Hinc ad Tigra- A nem generum mittit, Dioclem verò ad Macharem Boſpori regem & ad Scythas, qui multo auro auxilia eorum emercetur. Diocles auro accepto ad Lucullum ſe recipit. Lucullus totam Bithyniam recuperat, longa pace rerum omnium copia tanta B abundantem vt mancipium quatuor drachmis, bos totidem ſeſtertijs væniret, & reliqua ad eundem modum. Bithynia recuperata Lucullus Mithridatem auito regno ſpoliare ſatagens Amiſum, Eupatoriam, & Themi ſcyram vrbes obſidet appe- C tente iam hyeme. Tigranes Armeniæ rex Syriæ quoq; maximam partem obtinens Cleopatram Pt. Dionyſij, ni fallor, vxorem Ptolemaide oppugnabat. Sed audito Mithridatis infortunio Ptolemaide & Cleopatra relicta animum & vires ad ſua D tutanda conuertit, vt reſtatur Ioſephus, ſed cum rem obiter tantum notet, videtur triennij circiter res geſtas in vnum eundemque annum conieciſſe.

TIGRANIS. *Ioſephus bello Iud. l.1.c.4.*

C. Curio procoſ. triennium integrum in Macedonia moratus non E infeliciter res geſſerat. Primus enim Romanorum ducum ad Danubium vſque peruenerat, Dardanos & Mæſios multis prœlijs vicerat. Ob eam rem hoc anno triumphum Romæ meruit. In eius locum mittitur M. Lucullus Lucij frater. F

DANVBII RIPAE TENTANTVR.

In Gallia Sequani totius Galliæ imperium affectantes cum Arioviſto Germanorum rege ſocietatem ineunt. Ariouiſtus Rheno tranſducto Gallos non Sequanis, ſed ſibi ſubigit. Sequanos indignantes inclementiſſimè habet. Ipſe regno Galliæ quatuordecim annos fruitur, ſub dio tamen in caſtris, non in vrbibus habitans.

Cæſar.l.1. ARIOVISTVS.

Dum Aſiam deprædantur Romani, in Italiâ impune graſſantur latrones, quorum dux primarius Spartacus iuſti exercitus multitudinem iam collegerat, & cum à Veſuuio monte iam ad Alpes vſque excurriſſet rurſus cum vtroq; Coſſ. ac deinde cum C. Caſſio procoſ. prœliatus feliciter totam Italiam torrentis inſtar infeſtat ad Thurcos vſque, ac Thurios ipſos capit. Crixus vero alter ſeruorum fugitiuorum dux à Q. Arrio Prætore cum viginti millibus hominum cæſus eſt.

Appianus. Plutarch. Eutrop. SERVI DOMINIS ORBIS SERVITVTEM MINANTVR.

XXIII. VII.

A. M. 3929. Sel. 242. V. C. 683. Ante Dn. 71. Alexandræ VIII.

Cn. Aufidio Oreſte
P. Cornelio Lentulo } Coſſ.

Luculli, qui cum Mithridate pugnabat, frater M. Lucullus primus Romanorum Beſſis bellum intulit, circa Rhodopen montem cum barbaris eius loci ſæpe pugnauit, ad Mæotim & Tanaim vſque penetrauit, ac de gentibus iſtis triumphauit. Dum Romani nullum finem victorijs ſuis ponentes remotiſſimas quaſque regiones ſollicitant, ipſi in Italia ſeruorum latrocinijs incurſantur. Sed M. Craſſi Prætoris & Cn. Pompeij virtus ſeruile bellum extin-

Florus. Eutrop. Oroſius. Appianus. Paterc. FINIS IMPONITVR BELLO SPARTACI.

xit. Crixo ſublato ſupererant Granicus, & Spartacus. Granicum XXXV. Spartacum XL. hominum millia ſequebantur. Omnes fere internecione deleuit Craſſus. Pompeius ex Hiſpanienſi bello redux quinque ſeruorum, qui ex Craſſi pugna euaſerant, millibus cæſis bellum hoc confeciſſe creditus eſt. Senatum puduit triumphum ob ſeruos iugulatos Craſſo decernere. Craſſus myrtheam coronam ouantium inſigne inſolenter aſpernatus eſt. Itaque ouans quidem ſed laurea coronatus in vrbem ingreſſus eſt. At integer triumphus Metello procoſ. & Pompeio adhuc equiti & iuueni decretus eſt ob Sertorium & Perpennam in Hiſpania decennali propemodum bello ſublatos. Pompeius DCCCLXXI vrbes Hiſpaniæ vlterioris ad officium reuocatus triumpho ſuo adſcripſit.

SERTORII. Plin. l. 7.

Appianus. LVCVLLVS MITHRIDATEM FVGAT.

Mithridates hyeme Cabiris tranſacta nouum exercitum collegerat peditum quadraginta, equitum quatuor millia, ad hunc L. Lucullus cum exercitu pergit. In itinere Phœnix regio ſanguine ortus itinerum cuſtodiæ præfectus Lucullo ſe tradit. Lucullus tamen incautiùs cum Mithridate congreſſus improſperè pugnat ſemel atque iterum, velitationibus tamen potiùs quàm iuſto prœlio, à quo Lucullus abſtinendum ratus obſidiones inchoatas vrget. Lucullo commeatus ex Cappadocia aduehebatur. Mithridates frumentatores intercipere conatur immiſſis equitibus ſuis. Sed Lucullus frumentatoribus ſuis equitum præſidium dare ſolitus erat. Hi in Mithridatis emiſſarios incidunt. Mithridatis equites cum Luculli equitibus iniquo loco pugnantes profligantur. Mithridates huius cladis fama exterritus cum pauci equites ipſi ſupereſſent, de receſſu cogitabat, cùm exercitus ipſius damnum ex ſecreto receſſu longe grauius eſſe ſuſpicatus in fugam datur, fruſtra renitente Mithridate.

Lucullus Mithridatem inſequens vetat milites in ſpolijs colligendis occupari. Mithridates contra, vt prædæ dulcedine illectos milites occupet conſulto pretioſam ſupellectilem diſijci iubet, in ijs quæ excidebant, conuaſandis dum fruſtra reclamante Lucullo occupantur milites, Mithridates in Armeniam euadit cum equitum duobus millibus. Tigranes Armeniæ maioris rex Mithridatis gener ſocerum quidem ab ingreſſu regni arceri non iuſſit. Sed ad ſe venire vetuit.

XXIV. VIII.

A. M. 3930. Sel. 243. V. C. 684. Ante Dn. 70. Alexandræ IX.

Cn. Pompeio Magno }
M. Licinio Craſſo } Coſſ.

L. Gellius & Cn. Lentulus infauſti Conſulatus ignominiam ſeueræ cenſuræ integritate eluerunt condito luſtro LXVI. Metellus viciſſim Siciliæ Prætor ſæuiſſimæ Verris Præturæ infamiam adminiſtrationis ſanctitate emaculauit, deuincto inſuper Pergamenone Archipirata,

qui Siciliam plurimum vexauerat. *Appianus.* Lucullus Mithridate in Armeniam fugato vrbes. Ponti occupat. Amaſtrim, Heracleam, Amiſſum, Synopen, & alias, cum Machare Boſpori rege Mithridatis filio ſocietatem init.

VIRGILIVS. *Seruius.* Virgilius Maro Latinorum Poetarum princeps, *natus eſt Cn. Pompeio Magno & M. Licinio Craſſo primum Coſſ. Jduum Octobrium die in pago, qui Andes dicitur, qui eſt à Mantuâ non procul. Jnitia ætatis vſque ad ſeptimum annum Cremonæ egit.*

XXV. IX.

A.M. 3931. Sel. 244. V.C. 685. Ante Dn. 69. Ariſtobuli I.

Q. Hortenſio Nepote } Coſſ.
Q. Cæcilio Metello }

Appianus. תגרן קרתא LVCVLLVS TIGRANEM FVGAT.

Lvcullus Ponto ſubacto victoriam perſequens in Armeniam impetum facit. Tigranes igitur in Armenia maiore non ita pridem vrbem, quæ regni metropolis eſſet, condiderat, quam ſuo nomine Tigranocerta dixerat, & Mangæo rutandam tradiderat. Ipſe copias inſcribẽs colligit peditum CCLM, equitum LXM. Mithridatem tum denique ſuo aſpectu dignatus rogat, quid facto opus ſit. Mithridates exemplo ſuo edoctus ſuadet vt à tergo Lucullum inſectans, & frumentatores arcens Romanos fame conficiat. Tigranes lentum hoc & inglorium conſilium arbitratus prælio decernere ſtatuit. Lucullus ſimulatam fu-

A gam ita adornat, vt ſenſim flectens in cuſtodita Tigranis caſtra adortus ſit. Iam Armenij rem confectam putantes pauidos, vt videbatur, Romanos turbatis ordinibus inſequebantur, cùm lixæ, calones & id genus homines à Lucullo profligati in pe-
B ditatum Tigranis incidunt, eumque iam confuſiorem, quàm par erat, prorſus turbant, ac veræ fugæ ſecum capeſſendæ autores ſunt. Tigranem ipſum cum Mithridate fugere coactum Lucullus ad centum & viginti ſtadia perſequitur, donec nocte op-
C primente ad locum prælij reuerſus caſtra Tigranis militibus diripienda dedit. Mangæus Tigranis fugæ teſtis oculatus Græcis, qui in vrbe erant, diffidens iubet eos exarmari. Hinc orta ſeditio, qua commodum vſus Lucullus vrbem capit recens ſtru- TIGRANOCERTA CAPIT.
D ctam, magnificis ædificijs, commeatu atque opibus inſtructiſſimam. Tigranes viribus nouis collectis armat LXXM peditum, equitum XXXVM Mithridatis poſthac conſilio vſurus, ſed ſeró. Dum enim Lucullum fame conficere cogitat, ipſe quoque Mi-
E thridates & Tigranes ad tantam rediguntur inediam, vt ambo pariter Armeniam relinquere coacti fuerint. Mithridates in eas, quæ ipſi in Ponto ſupererant, vrbes, ſe recipit.

Et Lucullus ſi alterum vtrum gnauiter fuiſſet perſequutus, poterat *Dio l. 35. Paterc. l.2.*
F hoc vel ſequente anno bellum conficere. Sed pecuniæ cupidine ductus Tigranocerta reuertitur ad vrbem expilandum, eamque ob cauſam in ſuſpicionem adductus eſt noluiſſe magis, quam non potuiſſe

Digitized by Google

bello vltimam manum apponere. Id A
tamen laude dignum fuit; quod Tigranis concubinas & vxores intactas honorifice ſeruari voluit. Arſacis Parthorum regis ſocietatem Tigranes pariter & Lucullus ambibant. Tigranem pridem oderat Arſaces, Romanorum incrementa metuebat. B
Hanc ob cauſam opem vtriſque
Appianus. pollicitus neutris tulit. Hac occaſione vſus Antiochus Antiochi Pij & Selenes filius Syriam Magadare præfecto ſuo deſtitutam occupat, cùm annos quatuordecim Solam Commagenem renuiſſet, & Syris gratius C
eſſet à Seleucida quàm ab Armenio Tigrane regi. Nec Lucullus Antiocho regnum paternum recuperanti inuidebat, vt eò faciliùs Tigranem & Mithridatem debellaret. Hunc Antiochum Appianus modo Commagenum, modo Aſiaticum vocat. D

Ioſ. Ant. l.14. c.1. & l.16. c. 9. & l.20. c.8. & belli Iud. l.1. c.4. HYRCANVS AB ARISTOBVLO PVLSVS.

Alexandra Iannæi Alexandri vidua cum annos nouem in Iudæa regnaſſet, & annos LXXII vixiſſet, vita concedit, idque, inquit Ioſephus, ἐμβεβληκότος εἰς τὴν Ἀρμενίαν Λευκόλλου, τῷ γ΄ ἔτει τῆς ζ΄ καὶ ο΄ πρὸς ταῖς ρ΄ ὀλυμπιάδος· ὑπατεύοντος ῥωμαίων Κοΐντου Ὁρτησίου καὶ E
Κοΐντου Μετέλλου, ὃς δὴ καὶ Κρητικὸς ἐκαλεῖτο. Iam Hyrcanus ætatis iure ſacerdotio fruebatur viuente matre, eâ defunctâ etiam regno potitur. Ariſtobulus lentitudinem fratris deſpicatus arma corripit, & vix tertium menſem regnantem Hyrcanum ſacerdotio regnoque ſpoliat. F
Hyrcano ab ambitione alieno priuata vita non diſplicebat. Sed Antipas ſiue Antipater Antipatri filius Idumææ dux Ariſtobulum ſibi infenſum ſciens Hyrcanum excogitatis plurimis calumnijs aduerſus Ariſtobulum fratrem ſtimulat, ac vix tandem perſuadet, vt ad Aretam Arabiæ Petrææ regem fugiat.

XXVI. X. Olymp. CLXXVIII.

A. M. 3932. Sel. 245. V. C. 686. Ante Dn. 68. Ariſtobuli II.

L. Cæcilio Metello } Coſſ.
Q. Martio Rege

Dio l.35. Metellus Coſ. initio anni moritur, qui in eius locum ſuffectus eſt, antequam Conſulatum initet, itidem moritur, ideóque ominis cauſa tertius nullus ſuffectus eſt, atque ita Martius ſolus Conſulatum geſſit, vt nomine & re quodammodo Rex eſſet.

LVCVLLVS NISIBIN CAPIT.

In Armenia ob vim frigoris ante æſtatem pugnare non licet, ineunte æſtate Lucullus oppidula aliquot obſidet, ſi forte poſſit ad pugnam Armenios adducere. Vbi ſe id fruſtra tentare vidit, dignum aliquid ſuo nomine ſuſcipiendum ratus Niſibim obſidet vrbem ampliſſimam in Meſopotamia ſitam. Hanc, vt potè muniriſſimam, tota æſtate ne labefactare quidem potuit, ſed ineunte hyeme, nocte illuui ac tempeſta ſcalis admotis cuſtodibus iam excubias negligentiùs agentibus vallum occupat, atque huic reliquam vrbis partem non magno labore capit, atque inibi hyemem agit.

Dum in Niſibis obſidione detinetur Lucullus, Mithridates in minore,

A Tigranes in maiore Armenia multa recuperant. Tigranes L. Fannium, quem Armeniæ tutandæ præfecerat Lucullus, propemodum oppreſſit. Sed Fannius diu reſtitit, & tandem auxilium à Lucullo impetrauit.

B Mithridates, cum multos alios Rom. palantes, & incautos tum M. Fabium prœlio adortus vicit. Sed dum fugientibus inſtat, ab aliquo fugientium lapide grauiter ſauciatur, quam ob cauſam regi ſuo metuentes milites Romanos inſequi deſinunt. Mithridates medicato quodam ſerpentium ſucco à Scythis ſanatus Ca- C bira vrbem, inquam ſe receperat. Fabius, obſidet, ſed à Triario obſidionem ſoluere cogitur, atque adeò ab inſequente Triario iuxta Commagenem vincitur. Vrbs Cabira videtur ab amplitudine nomen acce-

כבר D piſſe. Siquidem Arabibus *Cabar* magnum ſignificat. Quippe vt Perſici, ſic Mithridatici imperij nomina propria multa videntur Hebraiſmo & Arabiſmo affinia. Quippe *Mithridates* ipſe *magnum legis* peritum ſignificat. *Pharnaces* principem bellicoſum. Et *Aſpis* regiuncula in qua E ſitum Symphorium refert Dio lib. XXXVII, Perſicæ potiùs quàm Græcæ eſt originis, vt & *Hydaſpes* quaſi dicas *Hoddu-aſpis*, i. Indiæ Salus. Et Tigranes, vt & Canahan & Mercurius videri poteſt à negotiando dictus. Et *Tigranocerta* eſt Tigranis vel F negotiatorum ciuitas, emporium.

מיתרי דת

פרן אחש

הדו שפה

תגר כוען

מכר תגרן

קרתא

(∴) (∴)

(∴)

XXVII. XI.

A. M. 3933. Sel. 246. V. C. 687. Ante Dn. 67. Ariſtobuli III.

C. Calpurnio Piſone }
M. Acilio Glabrione } Coſſ.

Mithridates viribus auctis Triatium anni ſuperioris victoriâ ferocientem ad prœlium prouocat. Triarius videns ſe viribus Mithridatis imparem prœlium recuſat, & moras nectit dum adueniat Lucullus, id metuens Mithridates Dadaſa vrbem obſidet, non aliâ mente, quàm vt Triarium ad eius tutamen alliciat. Ne tum quidem Triarius tentare prœlium audebat ante Luculli aduentum.

Appianus. Dio l. 35. MITHRIDATES PROSPERE VTITVR.

Miles motæ impatiens prœlium poſtulat, minatur ſe ſignis correptis cum hoſte conſerturum vltro manus, niſi protinus in aciem ducatur. Ita cogitur Triarius cum Mithridate pugnare viribus multò inferior. Mithridates adhuc corpore vegetus & animo inuictus ſtrenuè pugnat, & Triarium quidem cum toto exercitu deleuiſſet, niſi miles quiſpiam Rom. perfugam mentiens ad Mithridatem propiùs accedēs quaſi dicturus quidpiam pugionem in latus adegiſſet. Et Romanus quidem ille conteſtim occiſus eſt. Sed rege læſo ſubſtitit victor exercitus. Quin & alter Mithridates Mediæ rex Tigranis gener in cohortes aliquot Romanas ex improuiſo impetu facto multos iugulauerat. Superuenit aliquātò poſt

ROMANORVM DISSENSIONIBVS.

Lucullus ſperans hæc ſua præſentia A ſarcire. Conatibus eius obſtitit militum rebellio multis de cauſis imperium eius detrectantium. Primùm veterani milites Valeriani ſtipendijs confectis rurſus militię onera ſubire perſuaſi ferociebant. P. Clodius, qui Luculli ſororem vxorem duxerat, leuiri gloriæ inuidens non ſemel factionum incentor fuerat. B Acilius Coſ. à Senatu Lucullo ſucceſſor ſubſtitutus aduentabat. Martius Ciliciæ procoſ. auxilium Lucullo poſtulanti negauerat. Poſtremò Lucullus ſui ſeculi luxu & auaritia laborans priſcę C tamen auſteritatis exempla in milites ſæpe ediderat, ideóque multorum odium ac contemptum ſibi conciliauerat: Has ob cauſas ſeditione coorta Lucullus militem infenſum & laſciuientem neque aduerſus Mithridatem neq; aduerſus Tigranem D ducere potuit. Acilius metuens ne placandæ ſeditioni par eſſe poſſet ad exercitum non accedit. Ita Mithridates & Tigranes maximam ſui regni partem ſecure recuperant. Iam orbis dominos ſeſe ferebant Romani, cùm illis maris imperium eripiunt E Piratæ ab Iſſico ſinu ad Herculeum vſque fretum magnis copijs & quaſi iuſto bello graſſantes. Aduerſus hos victoriolas aliquas ſibi arrogabant Muræna, Seruilius Iſauricus, Metellus & Antonius pater ac filius. Sed huic Hydræ vno aut altero capite F execto plura renaſcebantur. Periculum hoc exemplo periculoſo fuit amoliendum. A. Gabinius Tr. pl. patriæ conſulens an amico fauens au-

Dio l. 36.
Appianus.
PIRATICVM BELLVM.

A POMPEIO

tor fuit populo, vt ſummum imperium extra ordinem in triennium Cn. Pompeio deferretur, legati quindecim, exercitus, claſſes, maria omnia, pecuniæ vſque ad talentûm Atticorum ſex millia. Erant illi peditum CXXM, equitum IVM. Pompeius quadraginta diebus occiduum mare expurgat à Gadibus Romam vſque. Romæ tantiſper moratus totidem diebus Orientem purgat vſque ad Iſſicum ſinum. Naues fere quadringentas capit. Tum Ciliciam piratarum & latronum propugnaculum adortus CXX caſtella capit. Decem millibus hominum occiſis reliquis tantum terrorem inijcit vt nullus vſquam pirata comparere auderet.

CONFECTVM.

Q. Metellus ſui Conſulatus anno in Cretam miſſus atque in eâ rebus magnis triennij fere ſpatio geſtis, inſulâ, quæ nunquam antea peregrini cuiuſquam iugum ſubijſſe ſe gloriabatur, ſubactâ Cretici nomen & triumphum obtinuit. C. Cornelius Tr. pl. rogat populum vt ſeueriſſima Lex aduerſus ambitum feratur. Senatores monent moderatioris, quàm ſeueriſſimæ legis obſeruationem faciliùs impetratum iri. Itaque lata quidem lex, ſed inuitis fere Coſſ. vt pote qui ipſi muneribus ad Conſulatum perueniſſent. Sed aranearum telis alligatum monſtrum mox licentiùs quàm pridem graſſatum eſt.

CRETA A METELLO DOMITA.

AMBITVS FRVSTRA REPRESSVS.

(.·.) (.·.)

(.·.)

Digitized by Google

XXVIII. XII.

A. M. 3934. Scl. 247. V. C. 688. Ante Dn. 66. Ariſtobuli IV.

M. Aimilio Lepido
L. Vulcatio Tullo } Coſſ.

Dio l. 36. ROMA DO MINANDI STVDIO LIBERTATEM PERDIT.

C. Manilius Trib. pl. optimatibus infenſus rogationem fert, vt Pompeio belli piratici reliquias perſequenti præter copias, quibus iam inſtructus erat, omnes exercitus quos vſquam Romani vltra Italiam habebant, cum totius Aſiæ adminiſtratione committerentur. Videbat Senatus de libertate & de Rep. actum eſſe. Tamen eam legem aduerſantibus optimatibus, Cęſare fauente, Cicerone ſuadente populus tulit, quaſi neceſſariam ad Mithridatem & Tigranem excindẽdos. Ita dum alienæ libertati inſidiantur, ſuam perditum eunt Romani. Pompeius Lucullo ægerrimè diſcedenti ſuccedit. Mithridatem in Armenia minore prœlio equeſtri, victum in alteram Armeniam Tigrani ſubditam fugere cogit. Tigranes Pompeium metuens Mithridatem fugientem repellit. Hic in Boſporum fugiens vſque in Mæotidem paludem excurrit omnes illius tractus Scythas aduerſus Romanos animat. Machares ob ſocietatem cum Romanis initam patrem metuens ſibi manus infert. Tigranes Tigranis filius patri infenſus ad Phraatem Parthorum regem Romanorum ſocium deficit. Ambo Tigranem patrem adoriuntur.

POMPEIVS DECELLAT MITHRIDATEM.

TIGRANEM.

A Sed aliquantò poſt diſcedente Phraate filius à patre victus ad Pompeium confugit. Pater Pompeij potentiam metuens vrbem Artaxata & ſe Pompeio tradit abiecto in terram diademate Pompeius theſauros & diadema reſtituit. Sed patrimonio, B h. e. Armenia contentum eſſe iuber, ingentes pecunias imperat, Syriam & Phœnicem Pop. Rom. vendicat. Tigranes filius & in patrem impius & Pompeio infidus vinctus Romam perducitur. Oræſes Albanorum rex Pompeij hybernantis caſtra magno C ſuo damno ſollicitat.

P. Cornelius Sulla & P. Antronius Pætus inſequentẽ annum Coſſ. deſignati à L. Aurelio Cotta & L. Manlio Torquato ambitus accuſantur, & vi legis anno ſuperiore latæ damnati abdicantur, iiſque ſubſti- D tuuntur Cotta & Torquatus accuſatores. Cùm id indignum M. Craſſo Conſulari & Iulio Cæſari Queſtorio videretur, conſilium iniiſſe dicuntur adoriendi ſenatum initio ſequentis anni, vt trucidatis, quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus in- E uaderet, Cæſar à Craſſo Magiſter equitum diceretur, conſtitutaque ad arbitrium Rep. Sullæ & Antronio Conſulatus reſtitueretur. Craſſus pœnitentia vel metu diem cædi deſtinatum non obijt & idcirco ne Cæſar quidem ſignum, quod ab eo dari F conuenerat, dedit. Ita iam tum tentabat Cæſar ſomnium illud implere, quo ſibi viſus erat per quietem matri ſtuprum inferre, vt non de nihilo ante annos duodeuiginti vaticinaretur Sulla Dictator Cæſari multos

Suet. l. 1. c. 9. ROMAE FACTIONES.

c. 7.

c. 1.

Digitized by Google

Marios ineſſe.

I. XIII.

A.M. 3935. Sel. 248. V. C. 689. Ante Dn. 65. Ariſtobuli v.

L. Aurelio Cotta
L. Manlio Torquato } Coſſ.

Dio l. 37. POmpeius Tigrane victo & in tutelam ſuam recepto, Phraatem, qui eum bello tentauerat, quaſi in eo ſocietatem Pop. Rom. violaſſet, per legatos laceſſit, & Corduenes regionis agros, de quibus cum Tigrane diſceptabat, Phraati ereptos Tigra- ארתאחשש ni attribuit. Ipſe Artocem Iberiæ regem arma mouentem prœlio vincit. Orœſem Albanorum regem res nouas hyeme ſuperiore molitum caſtigar. Gabinius Pompeij legatus Euphrate traiecto ad Tigridem vſque excurrit.

Afranius per Meſopotamiam in Syriam rediens locorum ignorantia multum periclitatus eſt, perijſſetque חרן cum exercitu, niſi Charrenſes fidos itineris duces illis prębuiſſent. Quod autem ait Dio εἰ μὴ Καῤῥαῖοι Μακεδόνων ἄποικοι ὄντες id intelligendum de inſtauratione vel amplificatione, non de prima extructione, vrbis vltima Macedonum memoria multò antiquioris, vt pote quæ ante annos 1860 ſtaret, vt ex Geneſis vndecimo conſtat.

(∴) (∴)

(∴)

II. XIV. Olympias CLXXIX.

A.M. 3936. Sel. 249. V. C. 690. Ante Dn. 64. Ariſtobuli VI.

L. Iulio Cæſare
C. Marcio Figulo } Coſſ.

PHraates alterum Tigranis filium generum ſuum ſecum habēs copias in Armeniam ducit, Tigrani pariter & Romanis infenſus ob Corduenem ſibi ereptam. Tigranes auxilium à Pompeio petit. Τῦτε πηχάνει, inquit Dio, τὸν Πομπήϊον ἐν Συείᾳ ὄντα ἐπικαλεσαμένου. Videtur legendum ἐν Ἰβηρίᾳ. Phraates cùm ob alia multa Pompeio infenſus, tum quod ab eo in literis non rex regum, ſed tantum rex nuncupatus eſſet, inſolenter Pompeio reſponderat, illum & Romanos multis nominibus inſimulans. Ob hanc cauſam milites aduerſus Parthos ſe duci percupiebant, opima ſpolia ſperantes. Pompeius Parthorum vires extimeſcēs, Phraatis contumelias dicterijs eleuans apud milites, Phraati quidem amicè reſpondet, monens ne fœderatos ſibi populos, quorum virtutem nondum expertus ſit irritet, ſe Corduenem Tigrani dediſſe, quod eam illius eſſe crediderit. Si quid contra habeat, mittere ſe tres iudices, qui controuerſiam ex æquo dirimant. Tigrani vero ſcribit, ſibi à Senatu nullum ius eſſe datum ſuſcipiendi aduerſus Parthos belli, moderandum eſſe victoriæ impetum, nec æquum eſſe vt alia ex alijs ſerantur bella,

Dio l. 37. POMPEIVS PHRAATI ARBITROS DAT.

Digitized by Google

bella, Mirhridatem adhuc in armis A
eſſe, priùs eum debellandum, quàm
aliò arma conuertantur. Si qua ſit inter
ipſum & Phraatem de finibus
controuerſia, ſequeſtros ſe mittere,
qui rem amicè tranſigant.

Phraates licet Romanos litium
ſuarum arbitros inuitus agnoſceret, B
tamen reputans nec in promptu nec
è re ſuâ eſſe, vt Tigranes euertatur, à
Pompeij triumuiris ſententiam ferri
patitur atque ita in Parthiam reuertitur
renouato cum Romanis fœdere,
ſed Tigrane præcipuè monito,
quàm vtrique neceſſe ſit, vt amicè C
inter ſe viuant. Mithridates licet bel-
li pertæſus, videns etiam Stratoni-
cem vxorem ſuam Romanis bene-
uolam, ſibi infenſam eſſe, nondum
tamen iram concoquere poterat, ſed
viribus maiora moliens bellum quidem
gerebat, at irrito vbique cona- D
tu. Pompeius contra Stratonices beneficio
cùm alia, tum Symphorium
τεῖχος, i. arcem cepit ἔν τε τῇ Λασίδι,
καὶ τότε ἐχείμασε, inquit Dio lib. 37.
initio. Hîc lacuna Dionis ſermonem
abrumpit. Appianus arcem,
quam Stratonice Mithridatis vxor E
Pompeio tradidit, non nominat, ſed
ait factum id cùm Pompeius circa
Pontum verſaretur. Igitur circa Pontum
quoque Pompeius hoc anno
hyemem egit, cùm Mithridates vltra
Pontum errans Scythas ad bellum
Romanis inferendum hortaretur. F

MITHRIDATEM INSECTATVR.

III. XV.

A.M. 3937. Sel. 250. V.C.
691. Ante Dn. 63.
Hyrcani I.

M. Tullio Cicerone
C. Antonio Nepote } Coſſ.

Pompeius tertio ante anno V.C.
688. Tigranem iuſſerat Armeniâ
contentū eſſe, ſatis ſciens Syriam
cedente Tigrane Romanis reſiſtere
non poſſe. Sed eo anno Pompeium
in Syriam ingreſſum neq; Dio dicit,
neque vero conſentaneum eſt. Alia
enim Pōpeium diſtinebant negotia.
Hoc certè anno Pompeium in Syriam
ingreſſum conſtat. Antiochum
Aſiaticum precarium eius regulum
primò quidem fugiendi in Parthos
conſilium cepiſſe, deinde mutatâ
ſententiâ Pompeij clementiam experiri
maluiſſe. Ita Pompeius Syria
ſine cruore, ſine ſudore potitus eſt,
quam etiam Antiochus ſexennio ante
non multò difficiliùs occupauerat.
Adeò imbelles euaſerant Syri &
ad ſeruitutem quamlibet parati. Antiochus
iubetur intra Commagenem,
vt pridem, ſe continere. Mithridates
Syriacam expeditionem
Pompeio multò laborioſiorem futuram
ratus, generoſum, ſi vires adfuiſſent,
conſilium capit cum Scythis
in Italiam vſque excurrendi.
Sed præter ſenectutem iam effœtam
conatibus his obſtitit Pharnacis filij
perfidia. Cùm enim Mithridates de
proditoribus aliquot ſupplicium ſumeret,
Pharnaces ſibi conſcius, patris
iram metuens, & Pompeij gratiam
aucupans ſolicitatis ad defectionem
militibus aperto Marte in
patrem inſurgit. Mithridates à ſuis
deſeri ſe videns ad vltimam deſperationem
actus vxori & liberis ali-

Appianus. Dio l. 36. POMPEIVS SYRIAM OCCVPAT.

MITHRIDATI SVCCEDIT PHARNACES PARRICIDA.

פרן אחש princeps noſter bellicoſus.

quot, quos penes ſe habebat, venenum propinat & ipſe epotat. Sed pridem antidotis vti aſſuetus fruſtra venenum ſumit. Gladium quoque in pectus ſtringit ſed ictu inualido. Interim ſuperueniunt Pharnacis ſatellites & miſerum ſenem mortem quęritantem iugulant. Cadauer eius filius ad Pompeium mittit probandæ fidei ſuæ. Pompeius remittit cum honore ſepeliendum. Filio tamen parricidæ Boſpori regnum largitur. Appianus ait eum regnaſſe annos 57. vixiſſe 68. vel 69. cum eſſet XVI à Dario Hyſtaſpis filio.

Dio l.36. Ioſ. Ant. l.14.c.8. POMPEIVS CAPIT HIEROSOLYMA.

Pompeius Mithridatico bello confecto, Syriâ, Arabiâque Petræâ domitâ de reditu in patriam cogitabat, cùm Hyrcanus Antipatro monente opem implorat aduerſus Ariſtobulum fratrem. Æqua poſtulare videbatur Hyrcanus à iuniore fratre circunſcriptus, & Roma ſupplicibus facilem ſe præbens potentiſſimos quoſque de ſolio deiectum ibat. Lubens igitur Pompeius Hyrcano ſuppetias tulit, & Sabbathi occaſione captatâ Hieroſolymitanos expugnat. *Capti ſunt*, inquit Dio, *die Saturni ne vim quidem repellentes*, Ioſephus. *Capta eſt vrbs tertio menſe, die ieiunij, Olympiade* CLXXIX. *C. Antonio & M. Tullio Cicerone Coſſ.* Annum Iudaicum eo tempore aperiebat Iiar, vt diximus A.V.C. 612. Olympias CLXXIX celebrata eſt A.V.C. 690 Hecatombæonis XV, Iulij XIII. Templum captum eſt exeunte primo Olympiadis CLXXIX anno, V.C. 691. Scirrophorionis Embolimi XVII, Tamuz Iudaici XVII, die ieiu-

A nij, Iulij quarto, Sabbatho. Mendoſè igitur apud Ioſephum legitur. *Ariſtobulum regnaſſe annos tres, menſes ſex*, legendum *annos ſex, menſes tres* initio ducto ab anno V.C. 685. menſe Iiar. Pompeius amoto Ariſtobulo Sacerdotium & regnum Hyrcano B reſtituit, eâ lege vt vectigal aliquod penderet, & ciuitates, quas Aſamonæi Syriæ ſubduxerant, Romanis cederent. Syriæ in prouinciæ formam redactæ pręficitur Scaurus, *cum in eâ*, inquit Euſebi⁹, *imperaſſent Syri annos ducentos quinquaginta*, h. e. factum id C ducenteſimo quinquageſimo Seleucidarum anno. Appian⁹ verò Seleucidarũ nomine Alexãdrum Magnum complexus. *Imperium*, inquit, *Seleucidarum perdurauit annos ducẽtos ſeptuaginta adnumeratis quatuordecim Tigranis annis*. Sic enim vertendum eſt. D Alexander continuò poſt Iſſicam pugnam Syriâ potitus eſt anno V.C. 421. Annis verò ducentis ſeptuaginta poſt Iſſicam pugnam Syria à Romanis prouincia facta eſt. Vltimus Seleucidarum Antiochus ab Appiano mendoſè dicitur ὁ Εὐσεβὴς E pro ὁ Εὐσεβοῦς. Tantæ rerum conuerſioni commemorandæ inſtituta noua æra, quam Philadelphienſes quidem ab Autumno huius anni, Gazenſes à ſequenti vere videntur inchoaſſe.

HYRCANO REGNVM REDDIT.

Euſebius Chron.

Dum Orientem ſub iugum mittit Roma, iugulum eius propemoF dum oppreſſit Catilina. Sed Ciceronis Conſulis vigilantia paratum vrbi incendium ac exitium in coniuratorum capita vertit detecto coniurationis ordine Nonis Decembri-

Saluſtius. CATILINAE CONIVRATIO.

AVGVSTI NATIVITAS.

bus. Eodem anno Sextili menſe A natus eſt C. Octauius qui poſt ea Auguſtus dictus eſt. Mentiuntur Mathematici cùm apud Suetonium aiunt. *Quo die natus eſt Auguſtus, cùm de Catilinæ coniuratione ageretur in curiâ & Octauius ob vxoris puerperium ſerius adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt* B *P. Nigidium compertâ moræ cauſſâ, vt horam quoque partus acceperit, affirmaſſe dominum terrarum orbi natum.* Quis non agnoſcat Genethliacorum impudentiam, cùm Senatus de Catilinæ coniuratione habitus ſit Nonis Decembribus, Auguſtus verò natus C ſit nono Kal. Octobris?

Hiſtoriam noſtram ad natiuitatem eius vſque proſecuti, ſub quo natus eſt Chriſtus, putamus nos à te, beneuole Lector, facile miſſionem impetraturos. Nam ab his quæ ſequuntur commodè poteſt initium ducere Nouum opus, Hiſtoria videlicet Eccleſiæ & Imperij Romani.

Hinc purpuratorum doctiſſimus Baronius Annalium ſuorum Apparatum inchoauit. Indidem aut circiter auſpicabitur eruditiſſimus Caſaubonus ſuas animaduerſiones in Baronium. Is meditatur opus tam accuratum, vt deinceps operâ meâ non ſit opus. Quod ſi poſt illius vindemiam racemationi ſit locus, videbo quid vires meæ ferre poſſint. Tu interim hæc æqui bonique conſulito.

LONGVM ITER EST PER PRÆCEPTA, breue & efficax per exempla. Seneca.

ΠΑΝΤΟΤΕ ΔΟΞΑ ΘΕΩ.

FINIS.

ROMA

Digitized by Google

INDEX RERVM
ET VERBORVM.

Littera p. paginam ſignificat, vbi nullum p. præfigitur notatur annus mundi.

Aron moritur 2542.
Abaris 3232. 2437.
Abas 2617.
Abantidas Sicyone Tyrannidem occupat 3737. *occiditur* 3750.
Abbacuc 3348.
Abdaſtartus 3013.
Abdera conditur 3345.
Abdon 2833.
Abel p. 14. 19.
Abeſan 2807.
Abia 3036.
Abimelec 2763.
Abæocrit⁹ Bæotarca 3755.
Abraham Leuita 2728.
Abraham Patriarcha naſcitur 2003. *moritur* 2177.
Abſalom occidit fratrem 2954. *coniurat in patrem* 2959.
Abydus expugnatur à Philippo 3800.
Acanthus conditur 3345.
Acaſtus 2451.
Aceſines fluuius p. 410. 411. 413.
Achab regnat 3075. *moritur* 3095.
Achaia conditur 2602.
Achæorum Reſpublica 3716.
Achaz naſcitur 3237. *regnat* 3257. *moritur* 3272.
Acilius Antiochum fugat 3809.
Accius poeta 3830.
Achores Ægypti Rex 3615. 3617.
Acriſius 2657. 2688.
Adam creatur 1. *moritur* 930.
Adami menſes .p. 7. 4.
Adarmei menſis Perſarum p. 9.
Adraſtus 2736.
Æacidarum in Epiro regnum 3684.
Ægeus 2718.
Ægialeus 1911.
Ægipus 3012.
Ægiſtus 2824.
Ægydrus 2105.
Ægyptiorũ annus p. 7. 8. *Dij* 1778. *Dynaſtia* 3308. *mendacia* 1682. 1931. 3274. 3282. 3421.
Æneas Syluius 2892.
Æolia inſula 2823.
Æolus 2823.
Æpytida Meſſenij 3262.
Æquinoctia 1. 2503. 3838. 3841. 3864. 3871.
Æſchines orator Athenienſibus dat fidele conſilium 3677.
Æſchylus poeta 3462.
Æſculapij feſtũ 2679. 3653.
Æſimedes 3257.
Æſon 2738.
Æſopus 3436.
Ætnæ incendium 3524.
Ætolorum audacia 3680. *latrocinia* 3781. 3808.
Agathocles Macedonum in Ægypto præfectus 3806.
Agathoclis Siculi natiuitas & incrementa 3688. 3689. 3690. 3694. 3696.

Agamemnon 2799.
Agameſtor 3202.
Agelaus 2872.
Agemon Corinthiorum Rex 3168.
Ageſilaus Doryſſi filius 3043.
Ageſilaus Agidis filius 3600.3603.3605.
Agyraum Alexander capit 3673.
Agis Eudamidæ fil. 3756.3757.
Agones Olympici 2779.2783.3116.3172.3224.3436.
Agriaſpæ 3671.
Agrigetum euertitur 3593.3594.
Agrippa Sylnius 3084.
Ahod 2649.
Aialon 2824.
Alabandenſium fœda adulatio 3830.
Alba 2843.
Alba Syluius 2973.
Albanus annus 3245.
Alcæus poeta 3396.
Alceta 3681.
Alcibiades 3580.3585.3590.3593.3596.
Alcimi fraus & ſæuitia 3839. *mors* 3840.
Alcmæon 3241.
Alcman Lydius 3328. *Meſſoanenſis* 3343.
Aleuadæ 3647.
Alexander magnus naſcitur 3644. *regnat* 3664. *moritur* 3677.
Alexander Pheræus 3633.3639.
Alexander commentitius Syriæ regnum occupat 3847.
Alexander Iamnæus regnat 3896. *moritur* 3922.
Alexandria cōditur 3668.
Alexander Phyſconis filius regnat 3900.
Alexandra regnat 3922.
Allienſis pugna 3611.
Aman 3650.
Amazones 2792.2923.3671.
Amaſis 3421.3475.
Amatſias 3152.
Amenophis 2307.2417.
Amerſes 2328.
Amilcar 3595.
Amon 3353.
Amos Rex 2269.
Amphyctiones 2503.3645.
Amphion 2672.
Amphipolis 3563.3576.
Amulius 3204.
Amyntas 3493.
Anacharſis 3408.
Anacreon 3468.
Anaxagoras 3500.3472.
Anaxander 3316.
Anaxidamus 3316.
Anaximander 3453.
Anaximenes 3472.3665.
Androgeos 2768.
Angelorum nomina 3432.
Ανθρωποθυσίαι 2859.3262.3690.3784.
Annus Ægyptiacus p. 5.8.
Annus Albanus 3245.
Annus triginta dierum 1682.1778.1962.3282.
Annus dierum centum viginti 1931.1941.
Annus pro die 2370.
Annus Numæ 3325.
Annus Patriarcharum p. 4.
Antiope 2610.
Antigonus Gonatas regnat 3721. *moritur* 3757.
Antiochus magnus regnat 3777. *Syriam recuperat* 3802.
Antiochus Epiphanes regnat 3824. *moritur* 3836.
Antiochus Cyzicenus occiditur 3906.
Aphidas 2864.
Aphrodiſia 3620.
Apis Argiuus 2255.
Apis bos 3651.
Apis Sicyonius 2628.
Apollo Sminthius 3282.
Apollinares ludi 3787.
Apries 3397.
Apſander 3293.
Arachoſij 3671.
Aratus Sicyonius naſcitur 3730. *Sicyonem liberat* 3750.
Aratus Solenſis 3721.
Arbaces 3181.
Arbelas 3669.
Arca fœderis 2899.2900.
Arca Noæ 1653.1672.
Arcadia 2515.
Arcadum vecordia 3631.3632. *magiſtratus* 3634.
Eparitis 3635.
Arcas 2515.
Archagatus Agathoclis filius 3694.
Archelaus 3087.
Archeſilaus Philoſoph. 3701.

Digitized by Google

Archidamus 3528.3569. 3572.3631.
Archilochus 3300.
Archimedes 3786.3788.
Aremulus 3124.
Areopagita 2487.
Aretas Cleomenis nepos 3691.
Argonautica 2738.
Argus 2738.
Ariadne 2770.
Arichion 3436.
Aridæus Alexandri frater occiditur 3683.
Arimaſpi 3671.
Arion 3336.
Ariphron 3155.
Ariſtagoras 3995.
Ariſtides 3511.3533.
Ariſtippus 3635.
Ariſtobulus Hyrcani filius 3895.
Ariſtodemus Corinthius 2896.3133.
Ariſtodem⁹ Meſſenius 3269. 3273.3275.
Ariſtogiton 3486.
Ariſtoteles 3616.3676.
Armeniorum annus & menſes p.7.4.
Arphaxad naſcitur 1654. *moritur* 2092.
Arrij 3671.
Artabanus 3535.3536.
Artaphernes 3575.3577.
Artaxerxes Longimanus regnat 3537. *moritur* 3577.
Artaxerxes Mnemon regnat 3596. *moritur* 3638.
Aurum Toloſanum 3894.
Aſa regnat 3038. *moritur* 3078.
Aſcanius 2824.2843.
Aſerumus 3046.
Aſpaſia 3559.3638.
Aſſyriorum imperium 1822.
Aſtaroth 3013.
Aſtarthus 3034.
Aſtyages 3407.
Atalanta 2778.
Atalāta vrbs Eubœæ 3575.
Athalia regnat 3109. *occiditur* 3115.
Athamas 2617.
Athenienſium Magiſtratus 3313.3589.3525.
Athenæ euertuntur à Lyſandro 3596. *inſtaurantur à Pauſania* 3597.
Atherſata 3592.
Atlas 2362.2412.
Atreus 2737.2779.
Attali mors 3803.
Attica 2501.
Auguriorum ineptiæ 3838.
Auguſtinus Torniellus p.4. b. & 202.
Automenes 3221.
Αὐτοχειρία 3800.
Azarias propheta 3032.

B

BAal p. 106.
Baaſa 3040.
Babylonis muri p.30.& 48.
Babylon capitur 3461. 3491.
Bacchis 3043.
Bacchides in Iudæos mittitur 3889.
Badeſarus 3089.
Baleazarus 3006.
Balſaſar 3441.
Barac 2677.
Baronius p. 3.
Bedan 2789.
Bellarminus p. 38.
Belus 1822.
Benhadad 3091.
Beniamin 2271.
Bithynia 2578.
Bœotarcha 3620.3631.
Bœotia 2876.
Boreas Rex 2602.
Bormilcar occiditur 3692.
Branchiadæ p.402.b.
Braſidas 3570.3575. 3578.
Brennus Macedoniam inuadit 3721.
Brettij 3644.
Bucatius menſis Thebanorum 3631.
Buſiris 2529.
Byzantium conditur 3342.

C

CAath 2417.
Cadmea 2593.
Cadmus 2545.2593.
Cæcilius ſtratagemate Pœnos ſuperat 3749.
Cainan 1232.1689.
Caietanus p. 38.
Calippi periodi 3670.3705. 3706.3746.3822.3838. 3841.3864.3871.
Caliſthenes ab Alexandro occiditur 3671.
Callinicus poeta 3300.
Callithya 2359.
Cambyſes regnat 3471. *moritur* 3478.

Digitized by Google

INDEX.

Candaules 3292.
Candus 3671.
Cannenſis clades 3784.
Cappadocia à Romanis expilatur 3812.
Capitolium 3492. 3917.
Captiuitas Babylonica 3391. 3461.
Capua conditur 3529.
Capys 3036.
Caranus 3187.
Caras adit Alexāder 3675.
Cardiceas 3279.
Carneades obit 3871.
Carnia 3324. 3520.
Carnij 2872.
Carpentus 3064.
Carthago conditur 2767. 2961.
Caſſander Antipatri filius 3681. 3685. 3689.
Catana incendium 3524. 3575.
Cathari Alexandro ſe dedunt p. 412.
Cato maior 3805.
Catulus 3923.
Ceballinus 3671.
Cecrops I. 2444.
Cecrops II. 2652.
Cecropidarū regnum 2872.
Celeus 2593.
Celeritatis exempla 3671.
Cenchres 2485.
Cenſorinus 1460.
Centauri 2755.
Ceranni mores 3718.
Chaldaei Roma pelluntur 3861.
Chalcedon conditur 3325.
Chabrias 3625.
Charoneenſis pugna 3662.
Cham 1778.
Chananaea cōquiritur 2542.
Chanans propheta 3056.
Chananias Pſeudopropheta 3400.
Charmidas 3555.
Chemmis 2941.
Chion Olympionices 3344.
Chion Philoſophus 3600. 3605.
Chuſan 2578.
Cianus euertitur 3797.
Ciceronis natiuitas 3894.
Cimbri 3887.
Cimonis pietas 3512. *duae victoriae* 3530. *exilium* 3540. *reditus* 3545. *victoriae* 3550. *mors* 3555.
Cinnae mors 3916.
Circumciſio inſtituitur 2102. *à multis vſurpatur* p. 58. 59.
Claudij Pulchri temeritas 3751.
Κληρουχία 2549.
Clementis Alexandrini error 3600. *mendum* 2803.
Cleodaeus 2847.
Clidicus 3264.
Cleombrotus 3756.
Cleomenes obit 3691.
Cleon 3575. 3578.
Cleonymi faſtus reprimitur 3697.
Cleopatra ab Antigono occiditur 3697.
Clytemneſtra 2824.
Clytus occiditur ab Alex. 3613.
Codrus 2939.
Congius p. 32.
Conon 3604.
Conſularia comitia 3491. 3507. 3537. 3538. 3551. 3557. 3599. 3609.
Conſtantius Philadelphienſis p. 1.
Corax 2441. 2545.
Corinthus conditur 2481. 2591. *euertitur* 3654.
Corybantes 2454.
Crates Philoſophus 3730.
Craterus 3671.
Crieſus 2359.
Craeſus 3450. 3452. 3454.
Cronus 1778.
Croton conditur 3296.
Cubitus p. 30. & 392.
Cumae in Aſia 2967.
Cumae in Italia 2941.
Curetes 2454.
Curij Dentati virtus 3710.
Curſius reprehēditur 3669.
Cyaxares 3367. 3381.
Cybele 2593.
Cypſelus 3340.
Cyrenae conduntur 3384.
Cyropolis ab Alexandro capitur 3673.
Cyrus I. regnat 3441. *moritur* 3471.
Cyrus II. 3596. 3597. 3599.

D

Daha ab Alexandro ſubiguntur 3672.
Danae 2688.
Daniel 3392. 3439. 3442.
Danus 2526.
Dardania 2521.
Dardanus 2521. 2631.

Darius

Darius Codomannus regnat 3664. *occiditur* 3669.
Darius Hyſtaſpis regnat 3479. *moritur* 3515.
Darius Medus regnat 3442. *regno ſpoliatur* 3461.
Darius Nothus regnat 3577. *moritur* 3596.
Dauid naſcitur 2909. *regnat* 2939. *moritur* 2979.
Decemuiri Athenis 3596.
Deianira 2778.
Deioces 3291.
Delphicum templum incenſum 2549. 3452.
Demaratiũ numiſma 3528.
Demarat⁹ Corinthius 3340.
Demaratus Lacedæmonius 3505.
Demetrius Soter 3838. 3848.
Demetrius Nicanor 3852.
Democritus 3500.
Derceto 1933.
Dercyllidas 3601.
Deucalion 3459.
Deucalionis diluuium 2487.
Diagoras Atheus 3585.
Dido 3127.
Diluuiũ Deucalionis 2487. *Noæ* 1652. *Ogygis* 2203. 2239.
Dina rapitur 2271.
Diognetus 3019.
Dion Siciliam liberat 3643.
Dionyſius Semeles filius 2611. 2669.
Dionyſius I. regnat 3594. *moritur* 3632.
Dionyſius II. 3632. 3643. 3653. 3657.
Diſciplina militaris 3891.
Doryſſus 2944.
Draco legiſlator 3376.
Druſus tribunus plebis occiditur 3909.
Ducetius 3547. 3549. 3560.
Duellum 3364.
Duronius 3903.
Dymnus 3671.

E

Ecbatana vrbs 3675.
Eccleſiaſtes 3017.
Echeſtratus 2941.
Eclipſis Lunæ 3279. 3280. 3477. 3509. 3587. 3594. 3617. 3618. 3669. 3783. 3799. 3800. 3826. 3832.
Eclipſis Solis 3415. 3419. 3569. 3576. 3596. 3805. 3783. 3811. 3812. 3898.
Eglon 2631.
Ela 3063.
Eleazar Oniæ F. 3712.
Eleatica diſciplina 3380.
Eleorum Magiſtratus 3635. 3636.
Eleuſinia ſacra 2630.
Elias 3088. 3096.
Elidenſes 3635. 3636.
Elim 2503.
Eliſeus 3096. 3160.
Elkana 2872.
Ennius 3828. 3832.
Enoch 234. 983.
Enoch vrbs p. 15.
Enochi Prophetia 1652. 3432.
Epaminondas 3614. 3629. 3631. 3637.
Epariti Arcadum 3637.
Epheſus conditur 2951.
Ephialtes 3540.
Ephyra 2481. 2591.
Epicharmus 3380.
Epidamnus 3373. 3561.
Epidaurus 2412.
Epigoni 2790.
Epiphanes Philometor 3697. 3720.
Epimenides 3404.
Epopeus 2576. 2610. 2611.
Eratoſthenes 3724. 3804.
Erichthonius 2513.
Eryxias 3303.
Eſſeni 3891. 3896.
Euagoras 3614.
Euaſpij 3673.
Eudemus 3109.
Eudoxus Aſtrologus 3611.
Euemerus Meſſenius p. 52. b. c.
Euergeta 3671.
Euergetes Ptolemæus 3753.
Euilmerodac 3435.
Eumelus poëta 3232. 3259.
Eumenes 3681. 3682. 3683. 3684.
Eumolpus 2630.
Euphaes Meſſeniorum Rex 3257.
Euphrates p. 41.
Euphron Sicyonius 3633.
Europe 1963.
Europa rapitur 2555.
Euripides 3584. 3595.
Eurydice ab Olympiade occiditur 3683.
Euryſtheus 2796.
Euſebius p. 2.
Exodus 2502. & 2503.

Ezechiel 3404.
Ezrom 2291.

F

Fabius Gurges 3708.
Fabius Cunctator 3783. 3786.
Faſti conſulares 3692.
Flaminius 3783. 3786. 3804.
Fœcunditatis exempla p. 71.
Q. Fuluius Capuam obſidet 3788.
Cn. Fuluij temeritas 3788. 3790.

G

Galatinus p. 39.
Γαλαδε αrυſtex 3594.
Galli 3671. 3701. 3705. 3716. 3783.
Gaugamela 3669.
Ganges fluuius p. 411.
Ganymedes 2625.
Garizimitanum templum conditur 3668.
Gaza deletur ab Alexandro magno 3668. *ab Alexandro Aſamonæo* 3904.
Gedeon 2724.
Gedroſia triplex p. 415. & 416.
Gela conditur 3323.
Gelanor 2526.
Gelon Syracuſanus 3509. 3524.
Georgicus annus p. 6. a.
Georgius Taraſij Patriarcha Syncellus 3432.
Georgij Heruuart errores 3235. 3256. 3446. 3898.
Georgius Medicus Chryſococci 1460.
Glaucus 2640.
Glaucus Chius 3323.
Gloſſemata quæ in vulgatam verſionem irrepſerunt p. 36.
Godolias occiditur 3410.
Gordonius Ieſuita p. 129. 139.
Gorgias Leontinus 3573.
Gracchus Tiberius 3867. *Caius* 3877. 3879.
Græca lingua vſque ad Euphratem vſus 3416.
Gregorius Turonenſis p. 2. b.
Gyges 3292.
Γυμνοπαιδια 3329.
Γυμνοπόδια 3329.

H

Habdaſtartus 3013.
Hagareni 2088.
Haiton Armenicus 1460.
Halyattes Lydorum Rex 3415.
Hammonis Iouis oraculum 3568.
Haran 1943.
Harmodius 3486.
Harmonia rapitur 2523.
Harpalus 3634.
Haſael 3110.
Hatſarta p. 41. f.
Hebdomades annales 3392. & 3400. 3837. *Hebdomadis vox aliquando ſuppletur* 3392.
Hiero ſuccedit Agathocli 3701. 3731. 3785.
Himera 3391. 3591.
Hipparchi Æquinoctia 3838. 3841. 3853.
Hipparchus Piſiſtrati filius 3486.
Hipparinus Siciliæ Tyrannus 3647.
Hippias 3490.
Hippolytus 2786.
Hippomenes 3273.
Hippocrates medicus 3540. 3576.
Hippodamia 2679.
Hippodromius menſis Thebanorum 3629.
Hiram Tyri rex 2972.
Hiſtiæus Mileti Tyrannus 3494. 3496.
Homerus 2985. 3109. 3454.
Homri 3068.
Horologium Romæ inuentum 3841.
Hoſeas tribus Iuda Rex 3261.
Hoſtilia 3820.
Hyala vrbs 414.
Hyacinthia 3521.
Hydaſpes p. 409.
Hydraotes fluuius p. 411.
Hyllus 2796. 2799.
Hypermneſtra 2564.
Hyphaſis fluuius p. 411. d.
Hypſipyle 2738.
Hyrcania 3671. 3891. 3895.
Hyrcanus 3865.
Huzzias vel Ozias 3191. 3237.
Hebdomades Danielis 3543. 3555. 3580. 3592.
Heber 1719. 2183.
Hebræa lingua omnium prima 1719. 1753.
Hebros 2294.
Heli 2860.
Helice abſorbetur 3627.

Heliodori iuſtum ſupplicium 3816.
Hellanicus 3504.
Helle 2617.
Hellen 2495.
Heraclitus Epheſius 3500.
Hercules Ægyptius 1902.
Hercules Antæum ſuperat 2425.
Hercules Alexandri ſpurius 3690.
Hercules Thebanus 2783. 2803.
Herodotus 3510.
Heroſtratus 3512.
Heſiodus 3194.3292.
Heſione 2738.
Hiero Syracuſanus 3512. 3526.

I

Iabin 2657.
Iacob 2163.2248.2293. 2310.
Iaddue mors 3668.
Iair 2789.
Ianiſcus 2736.
Iapyges 3527.
Iared moritur 1418.
Iaſion 2593.
Iaſon 2738.3824.
Iaſonis Theſſali potentia 3624. mors 3630.
Idæ incendium 2560.
Idolomania 3831.
Idumæi pro Iudæis habiti 3873.
Iechonias regnat 3399.
Ieremias 3369.
Iehu 3109.
Ieiunia Iudæorum 3463.
Ieiunium Tamuz p. 84.
Ieroboam ſecundus 3166.
Ieroboam regnat 3019.
Iepthe 2811.
Ieſus Sirachi filius 3753.
Ieſdegird Perſarũ Rex 1460.
Ignatius Patriarcha Antiochenus 1460.
Illiturgi 3794.
Inachus Argiuus 2144.
Incendiarij Romæ puniti 3790.
Inceſta coniugia Ptolemæorum 3888.
Indi latitudo p. 409. & 413.
Indi delta 414.
Inimicitia nobiles apud Romanos 3709.
Ino 2593.
Interamna conditur 3328.
Io prima 2144.
Io ſecunda 2464. & 2508.
Ioab 2963.
Iob 2271.
Ioas rex Iuda 3115.
Ioachaz 3177.
Ioachas 3387.
Ioachim 3388.
Ioannes Georgius refutatur 3235.3256.3446.3898.
Iohannes Hyrcanus 3865.
Ioiadah ſummus Sacerdos 3141.
Iolaus 2745.
Ion 2563.
Ionas 3166.
Ionatham Iudæ Machabæo ſuccedit 3840.3847.3857.
Ionia 3497.3501.
Ioſaphat 3078.
Ioſeph 2255.2365.
Ioſephus hiſtoricus reprehenditur p. 87.
Ioſephi apud Euergetem prudentia 3754.
Ioſias regnat 3356. moritur 3387.
Ioſue naſcitur 2454. moritur 2563.
Iotham 3218 3242.
Iphicrates 3626.3627.
Iphigenia 2803.
Iſaac naſcitur 2103. moritur 2282.
Isboſeth 2946.
Iſis 1778.
Iſmael 2089.2226.
Iſraelitarum decem tribus abducuntur 3276.
Iſthmia 2640.3418.3433. 3588.3608.3804.
Iubilei 2549 2811.3283. 3382.3409.3423.
Iubileorũ noua ſeries 3466.
Iudaicus computus 1812.
Iudæorum Chronologia 3670.
Iudæorum ieiunia 3463.
Iudas Machabæus 3833. 3835.3839.
Iugurthæ ſcelera 3889.
Iuppiter Cretenſis 2039.
Ixion Corinthiorum Rex 2934.

L

Labynithus Babyloniorum Rex 3442.
Lacedæmon Lacedæmonem condit 2513.
Lacedæmoniorum militia 3636.
Lachares Athenis tyranni-

dem inuadit 3701.
Laius 2697.
Lamech primus polygamiæ parens p.15.b.
Lamech naſcitur 871. *moritur* 1647.
Lampſacus conditur 3345.
Laomedon 2738.
Lapitharum bellum 2755.
Latona 2635.
Lathurus Ptolemaus 3883. 3920.
Lauinium conditur 2824.
Leoboteus 2977.
Leocrates Athenienſium Prætor decennalis 3283.
Leonidas 3380.
Leonidas 3756.
Leotychidas 3521.
Lesbos incolitur 2946.
Leucippus Philoſoph⁹ 3380.
Leucippus 2184.
Leuctrica pugna 3629.
Leui 2338.
Leuinus 3786. 3790.
Lex datur 2503.
Lilybeum 3750.
Lipara inſula 2826. 3420.
Longæuitas maiorum regnæ Eſther 3645. *maiorũ Dauidis* 2909. & *aliorũ* 3652.
Locrenſium ſæuitia 3658.
Loth 2102. p.58.
Λοξίας *Apollo* 3451. 3452.
Λόχος *Lacedæmoniorũ* 3582.
Λόχος ἱερὸς *Thebanorũ* 3636
Lous Macedonum menſis 3644.
Lucas Gauricus p.1.
Lucius Quinti⁹ Cincinnatus 3542.
Luctus mortuorum apud Ægyptios p.72.
Lucullus 3926.
Ludi ſeculares 3434. 3551. 3491. 3544. 3651. 3652. 3751. 3851. 3854. 3856. 3874.
Luna ſub ſcorpij frõte 3705. *ſub virginis ſpica* 3706.
Luſtrum 3433. & 3434.
Lutatius Catulus 3758.
Luz p.54.
Lyco 3728.
Lycurgus 3102. 3116.
Lydi maris imperium obtinent 2823.
Lydorum Reges 3221.
Lygdami proceritas 3352.
Lynceſtas 3671.
Lynceus 2570.
Lyſias 3541. 3589.
Lyſander 3595. 3596. 3597. 3604.
Lyſimachus 3712. 3713. 3717.

M

Macedonia in prouinciam redacta 3833.
Machiauellus 3683.
Machanidas 3793.
Madianitæ 2717.
Mæandrius 3478.
Magneſia 2944.
Mago Annibalis frater 3797.
Magorum cædes 3479.
Mahalaleel 20.a.
Maherſalal 3258.
Man 2503. 2543.
Manachen 3229.
Manaſſes 3299. 3321. 3322.
Manaſſes Iadui frater 3666.
Manes quid ſignificet 3601.
Mania iugulatur à filio 3601.
Mantinenſis pugna 3637.
Mapalia 15.b.
Mara p. 83. c.
Maracanda p.402. d.e.
Marathonia pugna 3509.
Marcellus 3784. 3786. 3788. 3791. 3792.
Marda 3671.
Mardocheus 3650. 3651.
Mardokempad 3279.
Mardonius Satrapa 3504. 3521.
Marius 3886. 3893. 3898. 3914.
Mariandina 2578.
Marmoris ſculpendi inuentio 3420.
Marſicum bellum 3910.
L. Martij virtus 3788.
Maſaniſſa 3794.
Maſſaga ab Alex. capitur 3673.
Mathuſala p.21.a.
Mattathias 3833.
Matteus 3095.
Mauſolus Cariæ dynaſta 3642.
Mechuiael p. 15.b.
Medidus Medorum Rex 3239.
Megabazus 3493. 3494.
Megaleſia 3806.
Megarenſes 3552. 3796.
Megaſthenes 3688.
Melampus 2631.
Melanchus 2872.

INDEX.

Melchiſedec 2086.
Meleager 2778.
Melij ab Athenienſibus crudeliter habiti 3584.
Memnon 3667.
Memphis 2262.2508.
Menander poeta 3709.
Menelaus 3827.3837.
Menelaus 2799.
Menecrates 3663.
Menſis Ethan p.6.a.
Menatius 2803.
Mephra muteſis 2352.
Mephres 2350.
Merkedinus menſis 3325.
Merodac Baladan 3284.
Meſapus 2237.
Meſchah 3097.
Meſori p.9.a.
Meſſeniacum bellum 3257. 3276.3316.3531.3541.
Metellus Numidicus 3859. 3891.3893.
Metellus Caprarius 3887.
Micipſa Maſaniſſæ F. 3889.
Midas Phrygiæ Rex 3303.
Milo Crotoniates 3468.
Miletus conditur 2957.
Miltiades Athenienſis 3511.
Minos primus 2555.2594.
Minotaurus 2770.
Minutij temeritas 3784.
Mitridaticum bellum 3911. 3926.
Mneſiphilus 3444.
Mneſippus Lacedæmonius 3627.
Moab 2012.
Méga Lacedæmoniorũ 3629.
Moſes quid ſignificet p.41.d
Moſes 2423.2543.2463. p.83. & 84.
Moſes Maimonis F. 3463.
Murenæ iniquitas 3918. 3919.
Mycalenſis pugna 3521.
Mycithus 3530.
Myrina Æolidis ciuitas 2947.
Myronides Athenienſis 3542.3543.
Myſteria Cereris magna 2503.3597.3623.3665. 3801.

N

Nabis Lacedæmone regnat 3793.
Nabo vates 3375.
Nabonaſſar 3253.
Naboth 3093.
Nabopolaſſar 3375.
Nabuchodonoſor 3389. 3406.3436.
Nabuzardan 3414.
Nachas 2919.
Nachor 1845.1993.
Nadab 3039.
Naurorum Petra ab Alex. capitur 3673.
Nechao I. Ægyptiorum Rex 3333.
Nechao II. 3385.
Necepſus Ægyptiorum Rex 3320.
Nectanebo Ægypti Rex 3649.
Nehemias 3555.3556. 3557.3592.
Nemea 3418.3433.3805.
Neriglyſſares Babyloniorum Rex 3437.
Cl. Nero 3789.3793.3796.
Neſſæ populi p.420.f.
Neſtor 2843.
Nicanor 3839.
Nicephorus p.2.
Nicias Athenienſis 3576. 3579.3587.
Nicomedia 3288.
Nicteus 2210.
Nimrod 1782.1822.
Niniue conditur 1821.
Niniues ambitus p.46.c.
Ninus 1822.
Ninyas 1933. & 1975.
Nirus p.75.a.
Noë 1053.2002.
Nomadum infidelitas 3692.
Numa Pompilius regnat 3286.
Numeri Euſebiani 1984.
Numantiæ excidium 3867.
Nyſa ab Alexandro capitur 3673.

O

Oedipus 2780.
Oenomaus 2679.
Oenopidas Aſtrologus 3567.
Ochozias Rex Iſraelis 3095.
Ochozias Rex Iuda 3108.
Ochus 3639.3641.3650. 3662.
Ogyges 2203.
Ogygis diluuium 2203.
Olymp. Iphiti prima 3224.
Olynth° Thraciæ vrbs 3619.
Olympici agones 3116. 3172.3224.3436.
Olympia Eurydicem opprimit
Onanis crimen 2275.
Onomacritus Athenienſis 3440.
Onias Iaddue filius 3679.

Onias II. 3754.
Onias III. 3816.
Onias IV. Onion templum in Ægypto ſtruit 3837.
Ophellas ab Agathocle occiditur 3692.
Oppia lex fertur 3787. *abrogatur* 3805.
Opimianum vinum 3879.
Oracula Apollinis 3450. 3585.
Oreſtes 2824. 3452.
Origenes 2. *b.*
Orita Alexandro ſe dedunt p. 415. *b.*
Oroetes Satrapa 3478.
Orophernes 3847.
Orpheus 2742.
Orſinus mors 3675.
Orus I. 1779.
Orus II. 2498.
Oſiris p. 9. *a.* & *a.* 1778.
Othman 1460.
Othoniel 2591.
Oxydacas vincit Alexander p 412. *d.*
Oxus fluuius p. 402.
Oxyntes 2852.

P

Pacuuius poeta 3860.
Pallantius 3293.
Panathenaa 2766. 3434.
Panchea p. 52. *b. c.*
Pandion I. 2563.
Pandion II. 2693.
Panodorus Ægyptius p. 2. *b.*
Panemus Macedonum menſis 3644.
Pantaleon 3356.
Pantibibli p. 54. *f.*
Papirij 3660.
Paradiſus p. 11.
Parion conditur 3297.
Paris 2807.
Parmenides 3380.
Parmenio 3671.
Paropamiſus mons 3673.
Parthenia 3293.
Pariſatidis ſæuitia 3599.
Paſargada vrbs Perſidis 3675.
Paſiphaa 2770.
Pauſanias 3523.
Pelops 2679.
Pelopidas 3614. 3632. 3636.
Peloponneſus 2679.
Peloponneſiacum bellum 3566. 3568.
Penula 3788.
Peratus 2237. & 2284.
Perdicca 3677. 3779.
Pergami regnum 3715.
Periander 3372. & 3415.
Pericles 3546. 3557. 3571.
Periodus Sothiaca 1460.
Pes Pariſinus, Romanus, Atticus, Hebraicus p. 29.
Perſarum Imperium 3461.
Perſeus 2688. 3821. 3825. 3832.
Perſæ p. 265. *b. c. A.* 3577. 3669.
Perſepolis ab Alex. diruta 3669.
Peſſinus vrbs 2625.
Peſtis in Attica, in Perſide 3570.
Peſtis horrenda 3875.
Petaliſmus à Syracuſanis inſtitutus 3540.
Phaeton 2487.
Phaeſtus 2778. & 2786.
Phalaris Agrigentinorum tyrānus 3428. 3436. 3452.
Phaleg 1753.
Phraortes 3345.
Phares 2278.
Phariſæi 3891.
Phaſelis 3323.
Pheles 3055.
Pherecles 3137.
Pherecydes Syrus 3456.
Phidias ſtatuarius 3568. 3575.
Phidon Argiuorum Rex 3200. 3252.
Philippus 3321.
Philo Iudæus p 42. *a.*
Philometor 3854.
Philomela 2563.
Philopator 3778. 3783. 3784. 3806.
Philopæmen 3817. 3793. 3808.
Phamenoe 2633.
Phœnix 2545. & 2578.
Phormio Athenienſis 3571.
Phorbas 2412.
Phoroneus Argiuus 2194.
Phryxus 2617.
Phyſcon 3871. 3902.
Pihachiroth p. 82. *f.*
Pindarus poeta 3565.
Piræum 3507. 3523.
Piſiſtratus 3439. 3453. 3464. 3474.
Pittacus 3393.
Planetarum motus 3755.
Platæenſis pugna 3521.
Platæa à Thebanis obſidentur 3569.
Plato 3600. 3652.
Plautus 3816.

Digitized by Google

INDEX.

Plemmaus 2331.
Plumarium opus p.85.a.b.
Pœni 3691.
Polemo 3684.3730.
Pompeius Strabo 3910.
3911.
Porus Rex Indiæ 3674.
Polybij locus illuſtratus
3783.
Polybius 2696.
Polydorus 2593.
Polygamia primus author Lamech p.15.
Polygamia Iacobi 2248.
Polymitum opus p.85.
Polynices 2780.
Prætores perpetui creantur Athenis 2931.
Procax Sylvius Latinorum Rex 3181.
Priamus 2757.
Procus 2563.
Prœtus 2640.
Pruſias 3834.
Pſammithicus Ægyptiorum Rex 3341.
Pſammenit Ægyptiorũ Rex 3415.
Ptolomai modeſta victoria 3688.
Putiphar 2285.
Punicum bellum 3851.
Pylas Pylon condit 2718.
Pylus ab Athenienſibus occupatur 3575.
Pyramides Ægypti 2941.
Pyrrhus 3720.
Pythagoras Samius 3412.
3488.3491.3492.
3503.
Pythagorei 3501.

Q

Quadringenti Athenis inſtituti 3589.
Quintus Curtius 1460.
Quirinus 3285.

R

Radamantus 2555.
& 2562.
Rebu 1783.2022.
Roboam 3019.
Roma conditur 3246.*à Gallis expugnatur* 3611.
Romulus naſcitur 3229.*moritur* 3285.
Rotundatus numerus pro decurtato 1390.2763.

S

Sabbaticus annus 3837.
3865.
Sacas populatur Alexander 3673.
Sadducai 3891.
Sacerdotes in Ægypto immunes p.71.
Sacerdotij tranſlatio familia Eleazaris ad familiam Itamaris 2860.
Sacerdotales præfectura
3410.
Sacrificium p.14.a.
Saguntbus 3781.3786.
Sabami p.9 a.
Sala 1639.
Salaminis pugna 3520.
Sale moritur 2122.
Sallum 3300.
Salmanaſar 3273.
Salmoneus 2738.
Salomon 2952.2979.2983.
3019.
Samaria 3068.3274.3833.
3106.3890.
Samea 3809.
Samos 3560.
Samſon 2841.
Samuel 2862.2899.
2939.
Sangala urbs ab Alexandro capitur p.411.c.
Sannaballath 3666.
Sappho 3396.
Sara 2013.2140.
Saraias 3403.
Saraceni 2088.
Sardanapalus 3161.3181.
Sargon Aſſyriorum Rex
3264.
Sarpedon 2555.*&* 2562.
Sarug 1815.2045.
Sarus p.74.
Saturnus 1778.p.44.
Saturninus 3900.
Saul coronatur 2918.*moritur* 2939.
Scæuolæ integritas 3905.
Scaliger p.13.a.24.a.
Scipiones 3788.3789.3790.
3793.3794.3813.3798.
3799.3810.3871.
Scordiſci 3888.
Scauri diſciplina militaris
3885.*eloquentia* 3886.
Scytalces Scytharum Rex
3572.
Σχυτελιομὸς Argiuorum
3630.
Schallum Iſraelitarum Rex
3229.
Sedechias regnat 3399.
Seder Olam reprehenditur p.
82.83.a.

Segor p. 58.
Segus 2350.
Seleucidarum æra Iudaica 3688. Chaldaica 3689.
Seleucus Babyloniam recuperat & multa trans Euphratem 3688.
Seleucus Philopator regnat 3813.
Selinus conditur 3389. inſoleſcit 3590. euertitur 3591.
Sem 1555. 2154.
Semiramis 1933.
Sempronius 3795.
Sennacherib 3282. & 3283.
Septuaginta interpretes 3721.
Serapis Ægyptiorum Deus 3714.
Sertorius 3920.
Seruius Tullius regnat 3422. moritur 3466.
Seſac 3023.
Seth 130. 1042.
Sibylla Erythrea 3259. Cumæa 3420.
Sicani 2823.
Siculi 3691.
Sicyon 2651.
Sicyoniorum Reges 1911. 2786.
Simon iuſtus 3700. 3857. 3865.
Simonides Poëta 3300.
Simonides Lyricus 3463.
Sion capitur à Dauide 2947.
Siſamnes 3476.
Siſyphus 3691.
Smyrna conditur 2947.
Socrates 3531. 3600.
Sodoma euertitur 2102.
Sodomia p. 57. d.
Sogdiana petra ab Alex. capitur 3673
Solarium primum apud Romanos 3737. emendatum 3836.
Solon dat leges Athenienſibus 3406.
Solſtitia 2779. 3116. 3224. 3568.
Sophitæ Alexandro ſe dedunt p. 412. b.
Sophocles 3512. 3601.
Sophonias propheta 3348.
Sophoniſſæ pellacia 3797.
Soſarmus Medorum rex 3209.
Soſthenes 3719.
Sotades Poëta 3723.
Sous Ægyptiorum Rex 3274.
Sozus p. 75. a.
Spartaci factio 3927.
Sphodrias Lacedæmonius 3621.
Stagira conditur 3345.
Statira 3596.
Statira Artaxerxis Mnemonis uxor veneno tollitur 3599.
Stenelus 2746.
Steſichorus poëta 3444. 3452.
Sulla Marium fugat 3912. in Italia graſſatur 3918. moritur 3921.
Sulpitius in Græciam traijcit 3789.
Sumptuariæ leges Oppij feruntur 3787. abrogātur 3805.
Sybaris 3282. 3492. 3547. 3552. & 3554. 3555.
Syloſon Samiorū Rex 3488.
Synope 3369.
Syphacis leuitas 3794. 3797.
Syracuſæ 3267. 3786.

T

Taautus aut Tat 2539.
Tabernaculorum feſtum p. 6. a.
Tactica à Philopœmene inuenta 3795.
Ταγεία Theſſalorum 3631.
Talmudica 3354. 3382. 3410. 3432. 3437. 3461. 3463. 3466. 3482. 3536. 3557. 3670.
Tanais Aſiaticus p. 402. e.
Tanoxyares 3478.
Tantalus 2625. & 2635.
Tarentini 3719. 3787. 3791.
Tarquinius Priſcus 3384.
Tarquinius Superbus 3466. 3491.
Tau Hebræorum p. 17. b.
Telchin 2008.
Telchines & Caryattæ 2212.
Teleſtis Corinthiorum Rex 3209.
Teleuthias Lacedæmonius 3619.
Teglatphalaſar 3260.
Templum Salomonis 2983. 2989. 3410. 3480. 3485.
Terentius Andriam ſcribit 3884. Eunuchum 3879.

Teutamus

Digitized by Google

Tentamus p. 45.e.
Thais meretrix 3669.
Thales Mileſius 3560.
Thalus præ gaudio moritur 3837.
Thamar violatur à fratre 2852. 2278.
Thargelia 3418.
Thare 1874. 2078.
Thebanorum Polemarchi 3620. iactantia 3632.
Thebæ inſtauratæ Demetrio reſiſtunt 3707. à Philippo euertuntur 3784.
Thebæ in Ægypto p. 44.d.
Thelecus Lacedæmoniorum Rex 3257.
Themiſtocles Athenienſis 3520. & ſeq. 3528.
Theodorus Bactrianorum regnum occupat 3750.
Theognis poëta 3453.
Theogonia Heſiodi 11.b.
Theopompus Lacedæmoniorum Rex 3257.
Theophraſtus Phyſicus 3686.
Thephelxion 2053.
Theramenes 3596.
Thet 17.b.
Thot 2589.
Theſeus 2770. & 2776.
Theſpiens Athenienſium Rex 3174.
Theſſalus 2576.
Theſſalorum Tagoi. 3624.
Thucydides 3529.
Thyeſtes 2737.
Thymætes 2865.
Thyreaticum bellum 3329.
Tiberinus 2076.
Tibni 3064.
Tideus 2778.
Tigridis oſtium 3675.
Timæus Hiſtoricus 3642.
Timocharidis Aſtronomica obſeruationes 3705. 3717. 3728.
Timoleon 3653. 3658. 3661. 3663.
Timothei Athenienſis victoria 3623.
Tiribazus Cononem in vincula conijcit 3606.
Tiſamenes 2894.
Titius 2635.
Tolmides 3553.
Thraſybulus Athenienſis 3596. 3610.
Thraſilus Athenienſis 3592.
Triginta viri Athenis inſtituti 3596.
Triopax 2448.
Triphilij p. 52.
Triptolemus 2595.
Triremes à Corinthijs inuentæ 3213.
Trochilus 2430.
Troia conditur 2674. capitur 2816.
Tryphon occiditur 3862.
Tubalcain 15.b.
Tullius Hoſtilius 3328.
Turpilius Comicus moritur 3897.
Tyrus conditur 2742. euertitur 3568. obſidetur 3408.

V

Valerius Publicola 3491. & 3492.
Varronis temeritas 3784.
Varro Romanorum doctiſsimus 3927.
Vaſti regina repudiatur ab Aſſuero 3641.
Venus Anyctis 3638.
Viriatus pacem impetrat 3859. occiditur 3860.
Vlyſsis errores 2826.
Volones 3784. 3786. 3788.
Vrim & Thumum p. 133.
Vulcani nomen p. 15.b.
Vxij ab Alexandro dicti 3669.

X

Xenippa vrbs p. 404.t
Xenocrates moritur 3684.
Xenophanes Colophonius 3380.
Xenophanes Phyſicus 3463.
Xenophon 3599. 3600. 3637. 3640.
Xerxes 3515. 3520. 3536.

Z

Zacharias Ioiadæ F. 3148.
Zacharias Iſraelitarum Rex 3228.
Zadracarta 3671.
Zaleucus legiſlator 3555.
Zamers 1975.
Zetes 2738.
Zeuxippus 2786.
Zimri 3064.
Zopyrus Megabari filius 3491.

LOCA SCRIPTVRAE obiter explicata.

Geneſ. 5.6.p.16. 5.28.p.22. 6.3.p.28. 11.12.p.35. 46.21.p.37. 49.10.p.131. 49.vlt.p.131.

Exod. 1.5.p.37. 22.22.p.38.

Iudic. 18.30.p.172. 29.2.p.132.

1.Sam. 13.1.p.119.

1.Chrõ. 2.32.p.228. 15.16.p.149.

2.Chron. 10.1.p.139. 22.2.p.39. 26.6.p.171. 36.9.p.39.

Pſalm. 19.8.p.38. 22.17.p.38.

Iſaiæ. 9.5.p.38. 32.10.p.197. 53.1.p.131. 62.11.p.131.

Ierem. 23.6.p.38. 33.16.p.131. 51.59.p.228. 52.17.p.226.

Ezech. 1.1.p.229. 26.1.p.231. 29.17.p.232.

Daniel. 8.13.p.620. 9.24.p.294. 300.314.& 323.

Zacar. 1.12.p.267. 7.2.p.267. 9.9.p.130. 12.10.p.396.

Matthæi. 1.11.p.37. 27.9.p.37.

Luc. 3.36.p.35.

Actor. 7.14.p.37. 13.20.p.126. & 127. 13.21.p.38.

Galat. 3.17.p.53.

2.Tim. 4.20.p.38.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Numerus primus paginam, lit. a. b. paginæ columnam 1am. 2am. l. lineam denotat.

Pag. 2.a. lin.13. pro *mille quingentos*, lege VMD. p.5.l.18.dele *vt.* p.6.b.l.20. *Mirandulanus.* p.7.*menſe* 10.*Scheraris.* p.10.a.l.12.13.& 14.pro 31.41.51.ponatur 3.4.5. p.12.a.l.11.*conſcenderit is.* ibid.b.l.31.*quam.* p.16.a.16.*latitante.* p.19.b.l.2.*Judaici.* ibid.l.26. צבור p.20.b.l.2.*Kainanis.* p.30.l.2.dele *ſeſquipedales ſcil.* ibid.l.10.dele, *Geometricus.* l.11. pro *ſeſquipedali*, pone *pygone.* p.31.a.l.19.πεδῶν. ibid.b.l.9.*pedum.* p.34.b.l.35.dele x.22. p.35.b.l.37.τεσσαρεσκαιδεκάδας. p.36.b.l.22.*tranſlata.* p.37.b.l.5.*teſſaradecadi.* p.39.a.l.10. 3108. ibid.l.vlt.3101. ibid.b.l.18.*ſinu* lege *ſum.* p.40.b.l.19.*perſentiſcerent.* p.41.a.l.7. *virida, vegeta.* p.44.a.l.36.*ſuperſtruxit.* p.45.b.l.31.*ſubiugarit.* p.47.a.l.21. ἀπόδειξιν. l. ſeq. ἑπτακοσίων. p.49.l.2.1962. p.54.a.l.6.*geſtæ.* ibid.l.31.*feſtinantius.* p.56.b.l.26. δίπτυχα. p.59.b.l.penult.lege ἄδουν. p.61.b.l.32. *Apin.* p.69.a.l.20.in fine. *Ille erat*, &c. p.79. b.l.21.*Deſanaus.* p.86.a.l.7. *Ichthyophages, vt etiam in ſeq.* ibid.b.l.7.*Harpocrationem.* p.98.b.l.5.*Autonoën.* p.102.b.l.29.*erant.* p.126.a.l.14.*Bæotos.* l.15.pro *bis* lege *lis.* p. 126.a.l.20.*Philiſtinis.* p.130.b.l.20. *eos.* p.131.a.l.7.*Propheta.* p.138.a.l.29.*primus.* p. 146.*quia.* ibid.b.l.penult.*ni.* p.158.a.l.22.*vobis.* p.167.a.l.31.pro ὁ lege εἰς. p.174.a.l. 38.*Bacchiadarum.* ibid.b.l.4 *poſſum.* p.186.a.l.23.*Hinc.* p.189.b.F.*ereptam.* p.190.b.D. χρησήεια. p.201.a.l.34.*Natam.* p.205.b.l.16.*bellum.* p.231.a.l.20.*mens erat.* p.250.b.l. 20.*iniuriam.* p.254.b.l.25.*deuictorum.* p.286.b.l.vlt.*patricij.* p.291.l.4.*Huic.* p.348.b.l. 21.*inultos.* p.360.b.l.penult.*id.* p.362.b.l.penult.*agrum.* p.399.b.l.14.*obruitur.* p.408. a.l.32.*vrbe.* p.455.a.l.14.*captam.* p.476.b.l.22.*amoto.* p.489.a.l.35.*edit.* p.497.b.l.14. *bello.* p.503.a.l.30.*priuatim.* p.629.a.l.34.*regebat.* p.630.b.l.vlt.*par.*

PRIVILEGE.

LOYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, A nos amez & feaulx Conſeillers les gens de nos Cours de Parlement, Baillifs, Preuoſts, Seneſchaux, & tous nos officiers qu'il appartiendra, ſalut : Noſtre cher & bien amé M^e. Iacques Cappel nous a faict dire & remonſtrer qu'il a faict & compoſé vn liure intitulé *Hiſtoria ſacra & exotica ab Adamo vſque ad Chriſtum*, lequel il deſireroit faire imprimer & mettre en lumiere : Mais il craint qu'autres que celuy ou ceux à qui l'expoſant auroit donné charge de ce faire, ne le fiſt imprimer, ſ'il n'y eſtoit pourueu de nos lettres à ce conuenables, humblement requerant icelles. A ces cauſes, inclinant liberalement, à la requeſte dudict expoſant, nous luy auons de nos grace ſpecial, pleine puiſſance & authorité Royalle, donné & octroyé, donnons & octroyons par ces preſentes congé & permiſſion de faire imprimer en telles marques & characteres, & à tel marchãt Imprimeur & Libraire que bon luy ſemblera, le liure ſuſdict, durant le temps & eſpace de ſix ans, à commencer du iour & datte qu'ils ſeront acheuez d'imprimer : defendans à tous Imprimeurs de noſtre Royaume, & toutes autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, de ne le faire imprimer ny mettre en vente durãt ledict temps, ſans le congé, permiſsion & conſentement dudict expoſant, ſur peine de confiſcation deſdicts liures, amende arbitraire, & de tous deſpens dommages & intereſts enuers luy. Voulons en outre qu'en mettant ou faiſant mettre par luy au cõmencement ou à la fin dudict liure ceſdictes preſentes ou vn bref extraict d'icelles, qu'elles ſoient tenues pour verifiees & venuës à la cognoiſſance de tous, ſans ſouffrir ne permettre luy eſtre fait, mis ne donné aucun empeſchement au contraire, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques : car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le 24. iour d'Auril, l'an de grace 1613. & de noſtre regne le troiſieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil,

ADDEE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google